Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
124 5
NAPOLI

Digitized by Google

598322 Racc. Vill. H. 124(5

AVREI COMPENDII
DECISIONVM REGALIVM SVPREMORVM TRIBVNALIVM FIDELISSIMI REGNI NEAPOLITANI,

NEMPE

REGII COLLATERALIS CONSILII,
Sacri Regij Conſilij S. Claræ, ſeu Capuanæ, Regiæ Cameræ Summariæ, & vtriuſque Magnæ Curiæ Vicariæ.

EX RECENTIORIBVS AVCTORIBVS RECOLLECTARVM, pariterq; manuſcriptarum, copioſo numero, magno labore, ac induſtria congeſtarum, & iuxtà conſuetum ordinem alphabeticum repoſitarum,

PARTIS TERTIÆ SECTIO III.

AVTHORE IO. BAPTISTA DE THORO
Iuriſconſulto Neapolitano.

OPVS IVDICIBVS, CAVSARVM PATRONIS, ac omnibus in quouis foro verſantibus apprimè neceſſarium.

CVM CATALOGO OMNIVM NOVISSIMORVM AVTHORVM prædictarum Deciſionum.

Acceſſerunt in calce recentiſſimæ Additiones ad Primum Tomum.

DE LICENTIA SVPERIORVM.



Bibliothecae de Rosa
Cas. 159

NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Gaſſari. MDCXLII.

EXPENSIS IOANNIS DOMINICI BOVE.

Vittorio Emanuele III Biblioteca Napoli
Digitized by Google

Io.Vincentius Iuuenis Cimiliarca Canonicus Deput. vidit.
Io.Dominicus Auliſius Canonicus Deput. vidit.

IMPRIMATVR.

Alexander Lucianus Vicarius Generalis.

Vidit Arias de Meſa Regius Conſiliarius Delegatus per Suam Excellentiam pro reuiſione librorum.

Digitized by Google

Illuſtriſsimo Domino

D. HECTORI CAPYCIO LATRO

MARCHIONI TORELLI,

PATRITIO NEAPOLITANO,

olim Aduocatorum facilè Principi,

Poſtmodùm Sac. Reg. Conſ. Sanctę Clarę, nunc pacis, ac belli ſupremo à latere Conſiliario, & Reg. Canc. Regenti meritiſsimo,

Ac pro Patria ad Potentiſſimum Monarcham, & Regem noſtrum PHILIPPVM IV. Exlegato fortunatiſſimo.

IOANNES BAPTISTA DE THORO P. F.

Abſolui (Regens Illuſtriſſime) ſectionem vltimam Tertiæ Partis Compendij Deciſionum, quotquot ſunt edita, ad hanc vſque diem ab Vrbis, & Regni Tribunalibus, ſelectiorum ſcilicet non omnium, quia boni venatoris eſſe noui feras in magna ſylua capere frequentes, omnes neque poſſe, neque expedire, cùmque lucem expoſcat, quinimmò & ipſa expoſcatur à luce, imitor veteres illos Nauarchos, qui nauigaturi, tutelari cuidam numini in prora nauis picto, vel ficto quaſe, qua nauem dedicatam perpetim ſanctamq; voluere, tuumq; Nomen, & Numen, cuius

admiratione ad ſummum honoris faſtigiū non tàm euectus, quàm exoptatus aſcendiſti initio libri velut in prora pingo, ac ſigno, nam de Compendijs hiſce, vt de operibus alijs à Nobis editis, cùm id obſeruauerim, quod monuit Petrus Pithœus *olim* ſcribe præſtò iniuria eſt, *non alium & mihi, & operi patronum cenſui requirendum, quàm qui Clientibus perpetuus Mœcenas eſt, & poteſt quod* HECTORI *licet; teſtantur enim hæc de te, pro Ciuitate noſtra, qua functus es ad Potentiſſimum Monarcham, & Regem noſtrum* PHILIPPVM IV. *legatio, & res ex voto perfecta, qui etenim retuliſti quicquid ante te Oratoribus, ac Nuncijs aut negatum eſt, aut non conceſſum, & totum quod expetijſti, nihil eſt quod paſſus non fueris in legatione, quam vndique periculoſam fatebitur quiſquis æquora nouit, tempora, & iter, quò greſſus es ad Hiberos, vt non iniuria dicere poſſis, te pro Patria profectum ad inferos, notante* Paſchalio lib. de Corona *olim dictos ad inferos proficiſci, qui ad longinquam legationem irent, qua de re nihil habere crederis quo magno Pompeio cedas, eiuſque triumpho, quod æquoris iniurias, periculaq; contemnens, vt Patriæ ſubueniret dixerit, quod tu non ſemel pronunciaſti, vt nauigemus vrget neceſſitas, vt viuamus non vrget. At ſi Clariſſimis Viris, maximeq; admirabilibus dicanda, quæ ſcribimus Scriptorum conſenſus edocuit, cui potiùs dicari poſſe videbitur Opus hoc noſtrum, quod te abeunte Typis excudi cœptum eſt, quod creuit, dum tu debita tui cognominis adiuncto Collaterali dignitate augereris, eſtq; perfectum te Vrbem regrediente, vt proindè tuum faſtigium expectaſſe videretur, quā tibi, cui miſſis Herowm, vnde genus Illuſtriſſimum ducis clariſſimis geſtis, clariſſimi, & maximè admirabilis titulum decernit legatio, quam ſubijſti, dicente* Ariſtide, qui reuertuntur à longinquis legationibus ſunt clariſſimi, maximèq; admirabiles; *& ſi pertinent munera ad Numinum laudes, ſoli tibi munus hoc Curiæ monumenta redolens nunc deberi videtur, cùm à legatione redijſti ſaluus, de Legatis enim velut lex eſt, vt cùm ſalui redijſſent, in Curiam introducerentur, & laudarentur palàm, quod ità perpetuum eſſe inquit* Demoſthenes, *vt nec Timagoræ quidèm ſit ea denegata laudatio, & quia Opus, quod ſacro multorum iudicio aureum eſt, rectè tibi vicem ſtatuæ ſubſtinebit, quam Arthemidoro Epheſios collocaſſe* Strabo *recenſet, quod ſua legatione rectè functus diceretur. Sed & duo alia me vrgent ad hæc. Primum*

mum quòd nemini potiùs, quàm tibi Deciſionum Compendium pretioſis legum diuitijs refertum deberi poteſt, cùm in te tanquam ignis æternus in Veſtalium Templo viua ſemper, & perpetua iuſtitiæ ſemina conſeruantur, & cuius prudentiam, integritatem, conſtantiam fora mirata ſunt, & cuius ſententias, ac deciſiones in Reipublicæ adminiſtratione, vt in naui regenda ad Cynoſuram reſpiciunt vniuerſi. Alterum quòd cùm, vt quondam Cato Vticenſis priuſquam ad Rempublicam accederet, ad ſibi ciuilem animum inſtruendum hoſpitum, clientum, libertorum, amicorum ſuorum omnium opera, & induſtria collegit ex vnaquaque Prouincia Imperij Romani ſummorum Virorum præcipua iudicia, ſic tu quia efformaturus perpetuum illud, quod non ſinè artis noſtræ, & populorum iactura priuatum adhuc habes tuum de Iure Vniuerſitatum *Codicem ex omnibus Authoribus, qui in ſua quaque Republica præſtantiſsimi fuerunt, ac peritiſsimi præcipua decerpſiſti, vel tentas adhuc, neceſſarius Arbiter conſtitutus operis huius videris, in quo quicquid boni cenſitum eſt in Regno, reperiet quiſquis vel Iureconſultus, vel Iudex quoq; in Iuris noſtri arte, quæ nulla adhuc eſt, poterit quiſquis fieri iuriſprudentior vſu, conſuetudineq; fori, factorumq; varietate, & experientia, nec pronunciatis Duum Virorum municipalium, aut Pedaneorum Iudicum, vt ex noſtris fecerunt aliqui, ſed Magiſtratuum in Regno optimatum, & quibus vt Aegyptiorum Iudicibus collo veritas appendi poteſt, quiq; non Græciæ ſolum, aut Regni, vt Amphyctiones, ſed Orbis totius diſciplinæ dici valent, & quorum æquitate etiam Deorum iurgia, vt eſt de Areopagitis tranſigi potuiſſent. Verùm quid immoror hoc in Opere aut commendando, aut adiudicando, decreta, ac iudicia, quæ libro iſto retulimus non vulgaria, aut vilium perſonarum, ac de rebus non minimi momenti, ſed quæ multum intereſt ſcire, quæq; poſteri curant, aut efflagitant, tua ſunt ex parte maiori, qui ea direxiſti cùm Aduocatorum facilè Princeps cauſas perorares, vel diremiſti Conſiliarius Regius eo ex Senatu, vnde nunc abis piè reclamante litigantium turba, at tua laudare haùd priuatus aliquis poterit, cùm ea ſorte natus exiſtas, qua potueris Reges Monarcas, & Cæſares laudatores habere, & integras nationes, vel cùm eligeris in patria, qui faciem tecum afferres, & authoritatem Neapolitanæ Reipublicæ Syndicus aduentante hùc publico bono noſtro Sereniſſi-*

ma

ma MARIA DE AVSTRIA *Vngariæ, & Romanorum Regina Imperio nata, Germanorum ad præses Auguſta, vel cùm intrans Maditum à Pot.*^mi *Hiſpaniarum, et noui Orbis Monarchis coniugibus exciperis honoris, liberalitatis, amoriſq; ſignificatione, qua potuit ampliori, & norunt omnes quod tibi tunc delatum laudis eſt ab Hiſpanis omnibus, iiſq; Optimatibus in comitatu, in obuiam itione, in ornatu equitum, in multitudine Aulicorum, in frequentia populi te videre, aut audire cupientis, & quantam decuerit Oratorum, ac Legatorum ideam, non etenim tanta Demoſthenem dicturum audiuit ex tota Græcia, vel Ciceronem viſurum præſto fuit Epheſi, licèt vtramque incredibilem, atque mirabilem,* Cicero *ipſe teſtatus reperiatur* 2. de claris Oratoribus, & lib. 5. ad Attic. epiſt. 13. *Accipe igitur Vir tua, ac domeſtica Auorum tuorum diſciplina clariſſime opus, quod tot de cauſis tuum eſt, & illud, ac me, ſicut aut tuum, aut tibi debita, ac dedita, etiam pro Marchionalis dignitatis munere, qua (renunciato olim Ducali culmini, vt eo fulgentem haberes Illuſtriſſimum te Patre dignum, ac tua primogenitura D. Don Carolum Seiani Ducem, S. Iacobi de Spata Equitem et ſtrenuum, & meritiſſimum, Vrbis noſtræ delitias, ac fortunæ tuæ, & Muſarum alumnum) nuper te vidimus decoratum ſingulari virtute tua, et ex proprijs meritis, vt cùm finium defenſio, cuſtodiaq; feudorum legibus Marchionibus commendatur, munus hoc, quod tibi do, dico, ac nuncupo, Compendij Deciſionum finem cuſtodias, atque defendas eo ex ſubſellio, quod in Regno ſupremum ità tenes, vt ſeriò poſsit de te ſcribi, quod* Apuleius, vno ſolatio freta eſt Vrbs exempli tui, quòd qui Legatus mitteris, Proconſul ad nos citò reuerſus es. *Vale ex ædibus noſtris.*

ILLVSTRISSIMO DOMINO

HECTORI CAPYCIO
LATRO
EXTREMAE EXPERIAE SVBSIDENTI,
A FIDELISSIMA NEAPOLIS VRBE,
AD SACRAM
REGIAM MAIESTATEM
MISSO LEGATO,
ET A LATERE IBERI
MONARCAE CONSILIARIO.
ANTONIVS DE GAETA ACADEM. INCAVT.

LECTISSIME ORATOR

Hectoris hactenùs Nomen, Omen nùnc imples
ab EXΩ dictus Hector,
Et Græcis EXΩ ſonat, non græca fide, tutari;
Quin te nùnc Hectorem dicam, cùm ad tuendam Patriam Hyſpanias petis.
Troes incolumi Hectore Troes fuerunt,
Et conflagrata cecidere Pergama, vbi eius in cinerem ſubſidit rogus,
Viuent tui, te, Hector, ſoſpite, felicem vitam Ciues,
Et iam de patria conclamatum eſſet, ſi tu obticuiſſes.
Capitis, ille, hoſtium ingruentium; Tu ferocientis in Nos fortunæ Tela
tui obiectu corporis excipis;
Ille Patriam, quà manu, quà ferro, Tu ſtylo tutaris, àc voce.
Herculis Gallici ſuſpexit olim Antiquitas,
Hectoris Neapolitani demirabitur dehìnc vim dicendi poſteritas;
De Regibus, voce, vterque thriumphat,
Catenatos, Vterque, animos audientium pariter iactat,
ſed impari virtute
Ille Catenis Aureis, Hic nudo eloquio.

Qui

Qui in conficiendis negotijs, ingenij ſagacitatem tui, aut admiratur celeritatem,
Aut alas capiti denegat Mercurij, aut pedibus talaria.
Nec ſecundo poterat non vti vento, qui vela dedit omnibus plauſu obſecundantibus;
Et Pari celeritate reditum maturaret,
Ni Cumulatis iàm, optato euentu, votis, poſuiſſent noſtra, quæ illius vela propellebant, ſuſpiria.
fallor
Aut Vrbis Patriæ clauum tractaturus
Diù Aſſidet Orbis, Gubernacula Moderanti,
Aut digna, Imperio, virtus, neſcit à Rege diuelli,
Nec poteſt Principi non adhęreſcere, qui
Regendo
Eius à latere ſedet.
Rumpe moras
Atra nox Patrium tenet Cœlum, cùm te detinet Heſperus;
& liquidos ſolis ope dies,
Sola ſolis abſentia non raró funeſtat:
Crede te, Crede iterum Salo,
Fauſta tibi ſolues alite, Syrenibus remeanti occinentibus.
Nec Pelagi minas metue
Cùm Arridentem tibi Heſperiæ videris ſolem,
Hectoremque, ſin minùs Cæſarem, & Patriæ tecum fortunam
vehas.

Anno Domini M.DC.XLI.

INCER-

Digitized by Google

INCERTVS.

LECTORI BENEVOLO.

DIVINVS ille (Lector amantiſſime) Paulus Apoſtolus gentium Doctor, dum auditores ſuos in prædicatione admonitos eſſe vellet, qualiter ab hominibus reputarentur, in ſua Epiſtola ad Corinth. 1. cap. 4. exordiebatur, ſic dicendo: *Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus*, ex quibus verbis reſultare perpenditur, omnia hominū opera, omneſq; actiones ſuppoſita eſſe iudicijs Dei, Angelorum, & hominum, eapropter cùm omnia hominum gratia ſint comparata, l. in pecudum ff. de vſur. §. fin. Inſt. de iure natur. gent. & ciuil. & ab ipſa natura compertū ſit nouas quotidiè formas deriuari, quas ædere properat, l. 2. §. ſed quia, C. de vet. iur. enucl. ſubſequitur ſicuti naturaliter homines ſcire deſiderant, iuxta illud Philoſophicum dictum, ita pariter naturali quoque inſtinctu ipſi mortales ſcientijs imbuti ad ſucceſſorum commodum properare nituntur ſub varijs, diuerſiſque modis ſcientiarum conſeruationes in eorum monumentis propalare, non abſque labore immenſo, vigilijs, & temporum viciſſitudine, cum maximo corporum incommodo, & periculo, iacturaq; bonorum, & ſalutis, non tam pro ipſius ſumni rerum Conditoris obſequio, nè talenti munus ab eo elargitum ſubterraneis locis cęlaretur, quam pro ipſorum mortalium tutela, quo ſit, vt cum inter homines nil tam ſtabile ſit, quod non aliquam mutationem recipiat, cum omnis ipſorum ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtere videatur, §. vt autem, Auth. de non alien. &c. ſic ſuggerente humanæ naturæ conditione, quæ quodammodo ad delicta labitur, §. ſi verò, Authent. de monac. hinc eſt, quod homo malitiæ deditus facilè quodlibet malum inuenire non deſijt, Gloſ. in §. 1. authent. vt omnes obed. &c. ver. occaſiones, & idcirco aliquando bona mala iudicant, aliquando mala bona, vnde reſultat adagium illud, *tot capita, tot ſunt ſententia*, & quot homines, tot opiniones, Gloſ. in cap. ſicut. de conſec. diſt. 5. ver. opinionum, contra quos Propheta Iſaias cap. 5. relatus in cap. vè qui 11. quæſt. 3. inuehit increpando dicens: *Vè qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, &c.*

Cùm igitur Author noſter diuino zelo ductus pro ſui muneris à Deo Optimo Maximo elargiti explemento, non aliter ſubterraneo loco abſcondere, ſed cunctis pateſacere pro omnium vtilitate Opus tam laborioſum, & ingenioſum, ſummis cum vigilijs, & laboribus in publicum deducere nixus ſit, in laborum remunerationem, aliquorum Zoili ſectatorum ingratitudinis auſu ſubuertere non deſierunt, prætextu friuolarum cauſarum, ſub imaginaria facilitate ducti, vel quod aliqui proceſſus rerum iudicatarum in compendijs deductarum non reperiantur, vel quia rationes, quibus Iudicantes ſunt moti non referuntur, aut aliena ſcripta inſerta in eis non conuenientia inſcripta inſeruntur, & hoc vt fides illarum diminueretur, quod ſiquidem ſatis honeſtiſſimis Iuſdicentibus, & probis Iureconſultis ridiculum viſum pro tam leuiſſimis cauſis tantam pœnam pati, conſentaneū non erit eapropter ſi rei veritas attendatur, & ipſarum deciſionum compendia intueantur, certo certius poſt tanti temporis curriculum circumfertur, ipſa nedum à noſtris Regnicolis approbata, & poriſſimum à peritiſſimis I. C. tam Eccleſiaſticis, nempè ab Illuſtriſſ. Epiſcopis Maranta, Riccio, Campanile, Canoniciſq; Nouario, Squillante, & reliquis, ſed quoq; à ſupremis, & inferioribus Magiſtratibus, nempè à Dominis Regentibus de Ponte, Conſtantio, Tapia, Valenzuela, Sanfelicio, Rouito, Capycio Latro, & à Regijs Conſiliarijs Paſchale, Merlino, à Iudicibus Laratha, Taſſone, ac alijs Iuriſconſultis probatiſſimis, etiam exteris in copioſo numero, qui nunquam de talibus obiectionibus conqueſti ſunt, nec conquæruntur, neque de ipſius Authoris probitate, quem com-

muni quaſi omnium Iuriſconſultorum vnanimi voce diuerſis encomijs, & laudibus extulerunt, quorum aliqui ipſum laborioſiſſimum appellauerunt, vt Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 3. num. 9. Bilocta in concluſ. feudal. concluſ. 18. num. 2. Conſiliar. Merlinus controuerſ. forenſ. cap. 26. numer. 2. ibi tradit laborioſus Ioannes Baptiſta Thorus. Iudex Camillus Laratha in theatro feudal. tom. 2. part. 12. dilucidat. 48. num. 7. ibi a Ioanne Baptiſta Thoro laborioſiſſimo Doctore, Iulius Cæſar Gallupp. in praxi Sacr. Conſil. part. 3. cap. 1. num. 34. ibi Thorus Doctor laborioſus, & eximiæ doctrinæ, Illuſtriſſ. Epiſcopus Maranta tom. 2. reſponſ. 51 ſub num. 1. ibi Ioan. Baptiſta Thoro vir noſtris temporibus laboratus, & doctus, Baldaſſar de Angelis in addit. ad Conſiliar. Gizzarell. deciſ. 86. num. 4. ibi non inaduertenter deſcripſiſſe ipſum Thorum apparet, nec diuerſificaſſe concluſiones, nec duas de vna feciſſe, ſed iuxta ſuam doctrinam, copioſitatem, & exactum laborem, Golinus in tractatu de procuratorib. part. 2. cap. 5. ſub numer. 89. ibi Ioannes Baptiſta Thorus Doctor elaboratiſſimus, ac doctiſſimus rerum iudicatarum, nonnulli eundem doctum, & doctiſſimum prædicauerunt, vt præfatus Epiſcopus Maranta loco citato retulit, ibi laboratus, & doctus, Auguſtinus Caputus de regimine Reipublicæ, cap. 1. num. 23. & cap. 7. num. 4. ibi refert doctiſſimus Thorus in compend. deciſ. Regni, Danza de pugna Doctorum, &c. titulo de annon. & graſſ. num. 25. ibi & nouiſſimè doctiſſimus Thorus, & tom. 2. titulo de officio deleg. cap. 2. num. 7. ibi vt affirmat Regens de Ponte de poteſtate Proregis, titulo de delegat. cauſ. num. 1. & 4 vbi doctiſſimus Thoro. Gallupp. in eadem praxi part. 4 cap. 2. num. 7. ibi per Thorum virum doctiſſimum, & Golin. vbi ſupra, cæteri autem eruditum, atque eruditiſſimum conuocant, vt Conſil. Merlin. controuerſiar. forenſium cap. 69. num. 1. ibi, vt refert eruditus Ioannes Baptiſta Thoro, Præſidens Fuluius Lanarius in addit. ad repetit. eius Patrui in cap. 1. §. ſed etiam res, numer. 39. per quos fiat inueſtitura, & Gallupp. in eadem praxi part. 3. cap. 6. num. 17. ibi per eruditiſſimum Thorum, & Ioannes Baptiſta Bilocta in ſuis concluſ. feudal. concluſ. 28. ſub num. 11. ibi Thorus eruditiſſimus. Reliqui verò diuerſimodè laudes pronunciauerunt, etenim Proſper Petra ad Grammat. deciſ. 34. num. 37. peritiſſimum appellat, ibi refert peritiſſimus Doctor Ioannes Baptiſta de Thoro, diligentiſſimum nuncupat Cutell. in tractatu de donat. inter patrem, & filium, diſcurſ. 2. part. 10. num. 84. in fine, ibi per diligentiſſimum Ioannem Baptiſtam de Thoro, diſertiſſimum nominat Franciſc. de Petris conſil. 30. num. 17. ibi prout teſtatur diſertiſſimus I.C. Ioannes Baptiſta de Thoro, omni doctrina præditum teſtatur Dom. Gallupp. in method. feudal part. 2. cap. 1. num. 33. ibi latè Thorus vir omni doctrina præditus in eius erudito compendio, liberalis ingenij virum dixit Danza de Pugna Doctorum, titulo de immunit. Eccleſ. cap. 7. num. 9. ibi Ioannes Baptiſta de Thoro liberalis ingenij, qui duo volumina deciſionum Regni Neapolitani magno cum labore, negotiantium vtilitate, & ſtudentium facilitate imprimenda curauit, & tandem cæteris omiſſis idem Danza eodem tractatu, tom. 1. titulo de vagabundis, num. 32. retulit dicendo, Ioannes Baptiſta Thorus I.C. Neapolitanus, qui in noſtra ætate inter primarios Scriptores propter nimiam doctrinã, &c. Ex quibus vndiq; cernitur, & opus, & operis Authorem communiter ab omnibus approbari, & honorari, & Zoili ſequacium ora claudere compelluntur, poterat enim ipſis imprudenter obiurgantibus, eodemque modo reſponderi, quemadmodum ruſticè interroganti, ruſticè reſpondendum eſſe, docet Bart. in l. vt reſponſum, C. de tranſactionibus, ſed imitari debere monimur exemplum S.P. in cap. 1. in fin. 23. quæſt. 7. dicentis, *nonnullos toleramus, quos corrigere non poſſumus, nè propter paleam relinquamus aream Domini, neque propter piſces malos rumpamus retia Domini, &c.* ſed quæſo centuras ipſorum, benigni Lectoris iudicio perſcrutanda relinqui conſentaneum eſſe arbitrentur, & conſiderare ſummoperè ſigillatim, ſi proceſſus aliquarum deciſionum non reperiantur in Bancis relatis, dum adſunt Regeſtra ipſarum penès Secretarium, nec proindè credendum erit ſuo arbitrio per Authorem ſic obiter relatas, cum perſonis litigantibus, Actuarijs, annis, & diebus, quod non ab omnibus ita punctualiter allegatæ conſpiciuntur, neque curandum erit de ipſarum deciſionum varietate, quod multoties inuicem contrarientur, cum hoc Authori imputandũ non erit, quoniã in dies iuxta caſuum emergentia, perſonarum, & temporum diuerſitatem, ac Iudicantium varietatem contingere competitum ſit, ſic in adagio vulgi dici ſolet, *Rota aliquando rotat* Parlador. rerum quotidian. lib. 1. cap. final. §. 12. num. 35. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 3. num. 48. Mantua in ſuo gymnaſio ſcholaſtico, verbo rota, vbi etiam notat, quod qui modo eſt albus, modo niger, vt Mena Piſcis marinus, & non mirum ſi multoties Rota variationem admittit ex mutatione Auditorum, & temporum. Caſſador. deciſ. 9. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & rationes deciſionum intrinſecas perpendere potiùs propheticum, quàm humanum opus eſſe circumfertur, etenim Aduocati non poſſunt affirmare, per quem iuris articulum cauſæ decidantur per Iudices, inquit Molfeſ. in Conſuet. Neapol. part. 1. cap. 4. num. 17. & part. 4 quæſt. 45. ſub num. 24. & quod deciſum ſit negotium talis & tali modo nil refert, quia ſunt fata, & facta cauſarum, inquit Mura deciſ. Siciliæ 57. num. 39. & qualiter intelligatur, oſtendit Gratian. diſceptationum forenſium tom. 1. in præfat. num. 60. 61. & 62. ea propter ſi rationes, quibus Iudicantes moti ſunt ad decidendum relatæ non ſint ab Authore, ſufficiens erit illas iuridicis rationibus ab eo perpenſis eſſe roboratas, non vt ad ita iudicandum Miniſtri cogerentur, ſed verius rationes adductas, & excogitatas ruminare congruum erit. Doctores enim veluti Stellæ in firmamento Cœli æternaliter conſtituti ſunt manſuri, cap. quanto, de Magiſt. & cap. glorioſus, de reliq. & venerat. Sanctor. at cum iuxta Aſtrologorum vulgatum ſit conſtitutum, *Aſtra influere, & non cogere*, ad quod Gloſ. notab. in cap. liceat, in fine, 26. quæſt. 5. cenſuit dicendo, ſed reprobantur illi, qui credunt, ineſſe neceſſitatem Superioribus, vnde non eſt dicen-

dum,

dum, quod ſuperiora ſunt cauſa rerum, licèt ſint ſigna rerum, ſic Iuriſconſulti eorum rationibus iuris axiomata corroborant, nec neceſſitatem aliquam imponunt Iuſdicentibus. Et demum ſi alio-rum Doctorum ſcripta in compendio redacta inſpiciantur, iuſtum ſiquidem non erit alienos labores vſurpare, ſed condecens erit laborantibus pręmia tribuere, nec id nouum videri oporteat, quoniam inter noſtrorum Iuriſconſultorum volumina, reſponſa aliorum relata eſſe patet: quo fit, vt ſi aliquo bono fortè zelo detractores moti, contra deciſiones huiuſmodi Compendij, prædictas obiectiones aſſerere, ipſi videbunt coram Deo: ſin autem aut inuidiæ, ac lęuiori cauſa imaginaria commoti non tam rigidè, & præcipitanter auſi ſint publicam fidem ſummouere, imprudentiæ eorum erit potius adſcribendum, ſic verificatur in l.ſi benè ff. de vſuris, vbi creditoris conditionem intuetur I.C. dicendo in illis verbis: *dummodo non acerbè ſe exactorem, nec contumelioſum prabeat, ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum, nam inter inſolentiam curioſam, & diligentiam ambitioſam multum intereſt*; hæc ille. Hæc igitur ex abundanti referre benigni Lectoris iudicio non ab re viſum eſt, vt tecto ſuo ingenio, quæ vtilia ſunt perpendere valeat, & Deo gratias agere, ſi quod bonum ex adductis deciſionibus pro Reipublicæ ſublenamine congeſtis ſub compendio in tribus partibus ſegregato, interea attentiùs cogita, quia vt ſupra relata non iactantiæ cauſa, ac inanis gloriæ intuitu prolata ſunt, ſed vt cogitent, quod omnia Mundi geſta & laudatores, & contradictores habent, & quemadmodum ſeminant, recipiunt retributionem boni, & mali, ſcriptum patet in Euangelio, *qua menſura mentieritis rementietur vobis*, & alibi apud Matth. 7. relatum in cap. Deus 2. quæſt. 1. *Nolite iudicare, & non iudicabimini, in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini*. Tu autem ſincero corde proſpicias, conſidera, fruere, & vale.

AD IOANNEM BAPTISTAM DE THORO

PERITISSIMVM. I. C.

IANVARIVS GROSSVS V. I. D.

Anagramma purum.

Ioannes Baptiſta de Thoro
Nae dotat, inebriat Sophos.

Diſtichon.

DOTAT, INEBRIAT ipſe SOPHOS NAE largior æquus,
nectare Doctrinæ, dote graui Sophiæ.

IDEM.

Anagramma purum.

Ioannes Baptiſta Thorus
Honor ſtans, ſapit, vi beat.

EIVSDEM.

Doctor Ioannes Baptiſta de Thoro
Honorat, probat tot deciſa, è nodis.

IDEM.

Anagramma purum.

Ioannes Baptiſtà de Thoro
O par Sabino iſte denotat.

Diſtichon.

O PAR ISTE SABINO DENOTAT vnica Iuris
nigro atramento, candidus atque notis.

IDEM.

Anagramma purum.

Doctor Ioannes Baptiſta de Thoro
Heros tanta aptè ſcribo, dito, Dono.

Diſtichon.

HEROS TANTA APTE SCRIBO, DITO, vndique DONO.
legibus & natus, notus adhuc Patriæ.

L'ISTESSO.

Anagramma puro.

Giouanni Battiſta Toro
Sà, già tutto Triboniano.

IOAN-

IOANNI BAPTISTAE DE THORO.

Qui
Sæculum nactus ferreum,
AVREVM prætulit IVRISPRVDENTIAE COMPENDIVM:
AVRI omnia habens præter pallorem.
Nec Aſtra iactent,
TAVRVM habere promicantem,
Habemus, & Nos THORVM:
Inter Iuriſconſultos,
Auguſtiori Gloria triumphantem.
Apparet in Cœlo TAVRVS, vt emicet,
Viuit THORVS, vt erudiat;
Sed quoniam luce Doctrinæ clarior,
Cedat huic, Cœleſtis TAVRVS,
Cedat Lucifer.
TAVRVM Gentilitio habet in Stemmate Europa,
Sed Raptorem;
THORVM habet Parthenope,
Sed Laureatum;
Ille Dorſo, noſtram vexit in Regionem Dedecus,
Hic autem Calamo, Decus in noſtrum protulit Senatum.
ALOYSIVS HYDRA V. I. D.
Operi Immortalitatem,
Nominis Aeternitatem Authori;
Gaudens, Plaudenſq;,
Fœliciter ominatur.

CATA-

CATALOGVS OMNIVM AVTHORVM Præſtantiſſimorum Deciſiones Supremorum Tribunalium huius Regni Neapolit. afferentium in hac Tertiæ Partis Sectione Tertia, alphabetico ordine digeſtus.

Andreas Capanus I.C. Patritius Neapol. & Baro.

In tract. de iure releuij.

p.2. q.14. num.9. verbo releuium 1. & 2. & num.24. eod. verb.
p.2.q.2.num.1.verbo releuium.
p.4.q.5. nu.14. verbo releuium.
p.4.q.11.nu.18.verbo releuium.
p.4.q.15.nu.13.verbo releuium.
p.4.q.16.nu.17.verbo releuium.
p.4.q.31.nu.10.verbo releuium.
p.5.q.21.nu.15.verbo releuium.
p.1.q.13.nu.26.& 27.ver.ſalaria.

In tract. de iure adhoa.

q.49.num.19.verbo remiſſio.
q.61.verbo Rex.
q.19.verbo ſequeſtrari.
q.60.nu.26.ver.ſubfeudatarius.
q.11.nu.15.ver.ſubfeudatarius.
q.15.nu.6. verbo ſubfeudatarij.
q.60.nu.10.verb.ſubfeudatarij.
q.12.nu.6.verbo ſubuentio.
q.61.verbo terra.
q.61.nu.27.verbo vendere.

Annibal Moles I.C. præſtantiſſimus. olim R.C.S Præſidens, inde Regens Reg.Canc.

In deciſ.117. relata per Regent. Carolum Tapiam in ſuo Iure Regni in pragm.63. de officio Procur. Cæſ. verbo Vniuerſitas 1. & 2. & verbo Vniuerſitati.
In tit.de iure deuolut.art.12.q.1. in manuſcripto tract.de regal. verbo Vniuerſitas 1.& 2.

Authores incerti in allegationibus poſt deciſiones Regentis Salernitani.

Alleg.35.verbo reſtitutio.
Alleg.35.verbo retractus.
Alleg.26.verbo ſubfeudum.
Alleg.29.nu.38.verbo teſtamentum 1. & 2.
Alleg.27.verbo teſtes.
Alleg.5.verbo vaſalli.
Alleg.23.verbo venditio.
Alleg.10.verbo venditio.
Alleg.30.verbo venditio.
Alleg.5.verbo Vniuerſitas.

Authores incerti in votis manuſcriptis, & Apoſtillis.

Verbo reſciſſio contractus.
Verbo ſubingreſſio.
Verbo tempus reſtitutionis.
Verbo teſtamentum.
Verbo vita militia.
Verbo vſusfructus.

Baldaſſar de Angelis I.C. Neapol. in ſuo Prato ſuper Codice.

l.ſi quis in conſcribendo, num.9. C.de pact. verbo remiſſio.

Camillus Borrellus I.C. Oliuetanus olim Iudex M.C.V.

De magiſt. edict.

lib.1.cap.1.nu.206. ver.ſindicus.

Carolus Tapia I.C. Neapol. Marchio Belmontis, & Regens Regiam Cancellariam.

In deciſ.S.C.

Deciſ.55.nu.1. ver. reconductio.
Deciſ.47.verbo refutatio.
Deciſ.58.verbo remedium.
Deciſ.13.verbo remiſſio 1.& 2.
Deciſ.20.verbo reſtitutio.
Deciſ.24.verbo reſtitutio.
Deciſ.39.verbo reſtitutio.
Deciſ.42.verbo retentio.
Deciſ.60.verbo ſalarium.
Deciſ.53.verbo ſententia.
Deciſ.49.verbo ſententia.
Deciſ.28.verbo ſoror.
Deciſ.23.verbo teſtium.
Deciſ.22.verbo tortura.
Deciſ.3.verbo venditio.
Deciſ.26.verbo venditio.
Deciſ.44.verbo vita, & militia.

Idem in Deciſionibus Italiæ.

Deciſ.20 num.31.verbo refectio.
Deciſ.22.nu.28.verbo repreſaliæ.
Deciſ.3.num.150.verbo Rex.
Deciſ.5.verbo Rex 1.& 2.
Deciſ.4. num. 84. verbo ſententia 1. & 2.
Deciſ.26.verbo teſtari.
Deciſ.2. art.4.nu.310. verb.tranſactio.
Deciſ.22.nu.13. verbo vaſalli, & num.1.ad 2. eod.verbo.
Deciſ.13.à num.1.ad 2.verbo Vicerex 1. & 2.

In ſuo Iure Regni tom.5.

Pragmat.12. de abolit. verbo remiſſio 1. & 2.
In Conſt.Terminum vitæ, n.51. verbo tortura.

Idem in eodem Iure Regni lib 6.

Prag.20.de feudis, ver.refutatio.
Super Conſt.Poſt mortem, col.2. verbo releuium 1.2.& 3.
In cap.225.col.3.verbo Rex.
In Conſtit. Quamplurium, verb. ſubuentio.
In Conſt.Comitibus, ver.tertius.
In Conſt.Comitibus, verbo vita, & militia.

Didacus de Mari V.I.D.

In additio. ad Nicol.Ant.Gizzarel.
Deciſ.5. ſub num.14. ver.reconductio.

Donatus Ant. de Marinis V.I.D. in quotidian. reſolut.

Cap.2.ſub num.3. verbo remiſſio 1. 2. & 3.
Cap.56.verbo remiſſio.
Cap.114. num.10. verb.remiſſio.
Cap.178.num.3.verbo reponi.
Cap.250.ſub num.13. ver.ſecundogenitus.
Cap.183.num.19. ver.ſententiæ.
Cap.210.verbo ſuſpectus.
Cap.256.num.31.verb.terminus.
Cap.213.num.22.verbo titulus.

Eliſeus Danza I.C. de pugna Doct.

Tit.de remiſſ.cauſ. cap.2.in fine, verbo remiſſio.
Tit. de Officialibus, cap.1. nu.7. verbo remiſſio, & cap.9. nu.7. eodem verbo.
Tit.de poteſtate ad modum belli cap.3.num.25. verbo remiſſio.

Don Franciſcus Merlinus Pignatellus I.C. & Reg.Conſ.

Controuerſiar. forenſ. tom.1.

Cap.14.verbo remiſſio.
Cap.81.nu.13. verbo remiſſio.
Cap.vlt.in fine verbo remiſſio.
Cap.94.verbo remiſſio.
Cap.4.verbo renunciatio.
Cap.8.verbo renunciatio.
Cap.11.& 12.verbo renunciatio.
Cap.5.verbo renunciationes.
Cap.58. ver.reſciſſio contractus.
Cap.54.verbo reſcriptum.
Cap.89.& 90.verbo retentio.
Cap.70.verbo ſalarium.
Cap.34.verbo ſententia.
Cap.71.verbo ſententia.
Cap.36.verbo ſequeſtrum.
Cap.77.verbo ſolutio.
Cap.3.ſub num.4. verbo ſupplementum.
Cap.40.ſub nu.15. ver.terminus.
Cap.30.verbo tertius 1.& 2.
Cap.48.verbo tertius.
Cap.42.verbo teſtes.
Cap.51.verbo tortura.
Cap.28.verbo vſuræ.
Cap.16.verbo vxor.
Cap.52.verbo vxor.

Franciſc. de Petr. I.C. Neap.

Conſ.39.verbo reintegratio.
Conſ.8.verb.remiſſio.

Conſ.

Conſ.23.verbo remiſſio.
Conſ.51.verbo remiſſio 1.& 2.
Conſ.16.verbo repulſare.
Conſ.58.verbo ſequeſtrum.
Conſ.56.verbo ſpoliatus.
Conſ.13.verbo variatio.
Conſ.48.verbo vendere.
Conſ.50.verbo venditio.

Franciſcus Seuerinus V.I.D.

Reſolut.9.ſub num.2.poſt queſt. forenſ.Nonar.tom.2.verbo remiſſio.

Fuluius Lanarius I.C.*Neapol.& Præſidens R.C.S.*

In Addit.ad repet. cap.1. de ſucc. feudi eius Patrui. nu.48.verbo remedium.
Ibidem num.47.verbo titulus.

Io.Antonius Lanarius I.C. *Præſes S.C.& Reg. Reg.* Cancell. *Comes Sacti.*

In repet. cap.1. de vaſall. decrep. ætat. num.12.verbo refutatio, & iterum nu.11. eod.verbo.

Io.Bapt.Hodierna V.I.D. Neapol. In Addit. ad Surdum.

Deciſ.23.n.3.verbo reconductio.
Deciſ.1.num.5.verbo remiſſio.
Deciſ.157.nu.13. verbo remiſſio.
Deciſ.281.num.19.ver reſtitutio.
Deciſ.129.num.15.verbo tutor.

Io.Bapt.Palomba I.C.*Neap.*

De regim.Official. reg.12. nu.16. & 19. ver.reſtes.

Io.Baptiſta de Thoro I.C.*Neapol. Author.*

Verbo raptor 1.2.& 3.
Verbo ratificatio 1.& 2.
Verbo rationes adminiſtrationis 1.& 2.
Verbo reclamatio 1.2.3.4.5.6.7.8. 9. 10. 11. & 12.
Verbo recognitio 1.2.3.4.5. & 6.
Verbo reconductio 1.& 2.
Verb.reconuentio 1.2.3.4.5.6.& 7.
Verbo recurſus.
Verbo reditus annui.
Verbo regale præſidium 1. & 2.
Verbo relatio 1.2.& 3.
Verbo releuium 1. & 2.
Verbo relictum.
Verbo remedium 1.2.3.& 4.
Verbo remiſſio 1.2.3.4.5.6.7.8.9. 10.11.12.13.14.15.16.17.18.19. 20.21.22.23.24.25.26.17.29.30. 31.32.33.34.35.36.37.38.39.40. 41.42.43.44.45.46.47.48.49.50. 51.52.53.54.55.56.57.58.59.60. 61.62.63.64.65.66.67.68.69.70. 71.72.73.74.75.76.77.78.79.80. 81.82.83.84.85.& 86.
Verbo renunciari.
Verbo renunciatio 1.2.3.4.5.6.7. 8.9.10.& 11.
Verbo repetitio.
Verbo reponi 1. & 2.
Verbo repulſa.
Verbo requiſitoria.
Verbo res empta 1. & 2.
Verbo res burgenſatica.
Verbo res poſita.
Verb. reſciſſio cõtractus 1.2.& 3.
Verbo reſeruatio 1.2.3.& 4.
Verbo reſiſtentia.
Verbo reſtitutio 1.2.3.4.5.6.7.8.9. 10.11.12.13.14.15.16.17.18.19. 20. & 21.
Verbo retentio.
Verbo reus 1. & 2.
Verbo ſacrilegium.
Verbo ſacrilegus.
Verbo ſalarium.
Verbo ſaluaguardia.
Verbo ſatisfactio.
Verbo ſciens.
Verbo ſcientia 1. & 2.
Verbo ſcriptura.
Verbo ſcripturæ 1. & 2.
Verbo ſenex 1. & 2.
Verbo ſentẽtia 1.2.3.4.5.6.7.8.9. 10. & 11.
Verbo ſeparatio 1. & 2.
Verbo ſequeſtrum 1.2.3.4.6.7.8. 9.10.11.12.& 13.
Verbo ſexagenarij.
Verbo ſimulatio.
Verbo ſocer.
Verbo ſodomita 1. & 2.
Verbo ſolutio 1.2.3.4.5.6.7.8.9. 10.11.12.13.14.15.16.17.18.19. 20. & 21.
Verbo ſoror 1. & 2.
Verbo ſpoliatus.
Verbo ſtilus.
Verbo ſtuprator.
Verbo ſubfeudum.
Verbo ſubingreſſio 1. & 2.
Verbo ſublocatio.
Verbo ſobrogatum.
Verbo ſubſcriptio 1. & 2.
Verbo ſubſtituens.
Verbo ſubſtituere.
Verbo ſubſtitutio 1. & 2.
Verbo ſubſtitutus 1. 2. & 3.
Verbo ſucceſſor.
Verbo ſuperſederi.
Verbo ſuſpectus.
Verbo ſuſpitio 1.2.3.4.& 5.
Verbo taxa.
Verbo taxatio 1.2.& 3.
Verbo tempus 1.& 2.
Verbo terminus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.11.12. 13. 14.15.16.17. 18. & 19.
Verbo tertius 1.2.3.4.5.6. & 7.
Verbo teſtamentum 1.2.3.4.5.6. 7. 8. 9. 10.11.12. 13. 14. 15.16. 17. & 18.
Verbo teſtator 1.
Verbo teſtis 1. & 2.
Verbo teſtes 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10. 11. & 12.
Verbo titulus.
Verbo torqueri.
Verbo tortura 1.2.3.4.5.& 6.
Verbo tortus.
Verbo traditio.
Verbo tranſactio 1.2.& 3.
Verbo tranſuerſales.
Verbo tranſumptum.
Verbo tutela 1. & 2.
Verbo tutor 1.2.3.4.5.& 6.
Verbo tutrix.
Verbo valor.
Verbo variatio 1.2.& 3.
Verbo vaſallus 1.
Verbo venditio 1.2.& 3.
Verbo venditor 1.
Verbo verberans.
Verbo via vicinalis.
Verbo vicinus 1.2.3.4.& 5.
Verbo vidua 1.2.& 3.
Verbo virgo.
Verbo vita,& militia 1. & 2.
Verbo vnio aularum.
Verbo vniuerſitas 1.2.3.4.& 5.
Verbo vocatio Magiſtratuum.
Verbo vota.
Verbo vſurarius.
Verbo vſufructuarius.
Verbo vſusfructus 1.2.3.4.& 5.
Verbo vxor 1.2.3.4.5.6.7.& 8.
Verbo aſſiſtentia in fine operis.

Idem in Votis.

Voto 82.nu.30. ver. renunciatio.
Voto 17. verbo repulſa.
Voto 66.nu.31. verbo reſtitutio, & num.34.eod.verb.nu.22.
Voto 85.nu.30.verbo reuiſio.
Voto 84.nu.398.verb.ſatisfactio, num.366. eod.verb. num.403. eod.verb. num.380. verb. ſupplicatio.
Voto 70.nu.72.verbo tortura.

Idem in ſingularibus piarum cauſarum poſt tract. Tiraq. de priuileg. pia cauſa.

Singul.9.verbo remiſſio.

Io.Dominicus Taſſonus I.C.*Iudex Magn.Cur.Vic.*

Verſ.3.obſeru.2.num.10.verb.reclamatio.
Eod.verſ.3. obſeru.4. ſub nu.66. verbo remiſſio.
Verſ.12.obſeru.1.alleg.26. verbo remiſſio.
Verſ.3.obſeru.3.num.115. uerbo reſtitutio.
Verſ.13.obſeru.1.alleg.28.nu.49. uerbo reſtitutio.
Verſ.13.obſeru.1.alleg.30.n.101. uerbo reſtitutio.
Verſ.2.obſeru.2.num.141. uerbo ſerui.
Verſ.5.obſeru.1.in 20.alleg. uerbo ſoror.
Verſ.3.obſeru.3.ſub n.113.uerbo ſuſpectus.

Verſ.9.obſeru.3.nu.29.verbo teſtamentum.
Verſ.5.obſeru.3.num.388. verbo theſaurus.
Verſ.3. obſeruat.3.num.7. verbo tractatum.
Verſ.3.obſeru.4. num.74. verbo vaſalli.

Io.Franciſcus Capiblancus I.C. *olim Iudex Mag.*Cur *Vic. in 2.tom. de Baronibus.*

Cap.43. verbo remiſſio.
Cap.6.num.2.verbo remiſſio.
Cap.90.num.1.verbo ſeruitia.
Cap.90.num.18.verbo vaſalli.
Cap.95.num.6.verbo vaſalli.
Cap.81.verbo vidua.
Cap.91.nu.10.& 11. verbo viſio.

Ioſeph Mele V I D. in Addit. ad Conſ.Giz.zarell.

Decif 86.num.11.verbo teſtes.

Io.Maria Nouarius I.C. *Lucanus in praxi de elect. for. in 2 impr.*

Sect. 2.cap. 6. ſub num.3. verbo remiſſio.
Sect.2.q.14.ſub n.3. ver.remiſſio.
Sect.4. quæſt.25. verbo remiſſio.
Sect.1.quæſt.4.num.13. verb.tenuariatio.

Idem in tract. de grau. vaſall. to.2.

Grauam.18.verbo ſalarium.
Grauam.93.verbo ſoluere.
Grauam.94.verbo ſoluere.
Grauam.5.verbo taxa.
Grauam.366. num.10. verbo teſtamentum.
Grauam.21. verbo vaſalli.
Grauam.30.verbo vaſalli.
Grauam.40. verbo vaſalli.

Idem lib. 2. quaſt. forenſ.

Queſt.89.nu.5.verbo terminus.

Idem in opuſc.pract.concl.

Concluſ.92.nu.5.verb.remiſſio.

Iulius Cæſar Galluppus I.C. *Neap. in ſuo methodo feudali.*

P.2.cap.5.num.7. verb.refutatio.
P.3.cap.4.num.37. verbo ſoror.
P.4.cap.3.nu.56. verb.ſubuentio.
Ead.part.4. cap.6.ſub nu.14.verbo remiſſio.

Idem in praxi Sacr.Conſ.

Cap.3.ſub nu.88.verb.reſtitutio.

Marcellus Marcianus I.C. *Reg.Conſiliar.*

Conſ.5. verbo reclamatio.
Conſ.4. ſub num.4. verbo reclamatio 1. & 2.
Conſ.34.num.9.verbo releuium.
Conſ.38. verbo releuium.
Conſ.58.nu.5.verbo remiſſio.
Conſ.45.verbo reſtitutio 1.& 2.
Conſ.49.verbo reſtitutio.
Conſ.33.verbo retroceſſio.
Conſ.21. verbo ſilentium.
Conſ.57.verbo ſublocatio.
Conſ.1.a n.145.ad 187.& conſ.4. nu.33.verbo trebellianica.
Conſ.37.verbo venditio.
Conſ.46.verbo venditio.
Conſ.44.verbo vniuerſitas.

Michael Zappullus I.C.

In pragm.5. §.10.ſub num.16. de admin. vniuerſ. verbo trebellianica.

Nicolaus Antonius Gizzarellus I.C. *& Reg. Conſ.*

Deciſ.83.verbo remedium.
Deciſ.79.verbo tertius.
Deciſ.87. verbo vicinus.
Deciſ.84.verbo vniuerſitas.

Scipio Rouitus I.C.*Reg.Conſ.Præſidens R.C. & Regens Reg. Canc. in Conſiliis to. 2.*

Conſ.28.ver.reſciſſio cõtractus.
Conſ.40.nu.12. verbo terminus.
Conſ.30.verbo vaſalli.

Idem in Deciſionibus.

Deciſ.21.verbo reclamatio.
Deciſ.16.verbo recurſus.
Deciſ.78.verbo recuſatio.
Deciſ.77.verbo Regens.& verbo remiſſio.
Deciſ.48.verbo renunciatio.
Deciſ.7. verbo reſeruatio.
Deciſ.90. verbo ſcientia.
Deciſ.60. verbo ſententia.
Deciſ.48.verbo ſequeſtrum.
Deciſ.98.verbo ſeruitus.
Deciſ.70.verbo Sindici.
Deciſ.100.num.17. verbo ſubſtitutio,& num.22.eod.verbo.
Deciſ.44.verbo ſucceſſio.
Deciſ.96.num.3.verbo tempus.
Deciſ.18.verbo terminus.
Deciſ.40.nu.12. verb.terminus.
Deciſ.1.verbo tertius 1. & 2.
Deciſ.56.verbo teſtamentum.
Deciſ.95.verbo teſtamentum.
Deciſ.82.verbo titulus.
Deciſ.85.verbo tranſactio.
Deciſ.74.verbo Tribunal.
Deciſ.96.verbo vicinus.

Idem in Apoſtillis manuſcriptis.

Verbo vita,& militia.

Thomas Anellus Salernitanus I.C.*Neap.Præſ.R.C.& Reg. Reg. Cancell. in votis manuſcriptis.*

Verbo reclamatio.
Verbo ſimulatio.
Verbo ſoror.

Idem in Deciſionibus.

Deciſ.58.verbo regeſtio.
Deciſ.26.verbo remiſſio.
Deciſ.14.verbo renunciatio.
Deciſ.53.verbo renunciatio.
Deciſ.53. num.2. ad 8. verbo renunciationis.
Deciſ.37.verbo replicari.
Deciſ.17.verbo retrotractio.
Deciſ.5.verbo ſoror.
Deciſ.41.verbo teſti.
Deciſ.54.verbo text.in l.
Deciſ.44.verbo verba.

Idem in Votis.

Verbo res burgenſatica.
Verbo terminus.

FINIS.

AVREI COMPENDII DECISIONVM REGALIVM SVPREMORVM TRIBVNALIVM

FIDELISSIMI REGNI NAPOLITANI,

Nempè Regij Collateralis Conſilij, Sacri Regij Conſilij S. Claræ, ſeù Capuani, Regiæ Cameræ Summariæ, & vtriuſq; Magnæ Curiæ Vicariæ.

PARTIS TERTIAE SECTIO TERTIA.

AVCTORE IO. BAPTISTA DE THORO I. C. NEAP.

R

RAptor mulieris ſub ſpe matrimonij, & ſtupro inde ſequuto, qualiter puniri debeat, vt accidit in cauſa Vincẽtij Piſãte inqſiti de raptu, ſtupro, ac alapa illata in perſonam virginis Theodoræ Damiano ſub ſpe matrimonij, ſi loquamur de iure communi pœna eſt mortis inflicta raptoribus virginum, viduarum, & aliarũ mulierum, ex text. in l. vnic. C. de raptu virg. ibique DD. omnes, Ant Gomez. in l. 80. Tauri num. 2. Iul. Clar. in §. raptus num. 2. Peguer. decif. Cathal. 43. nu. 1. latè Io. Iacob. Gagliard. in tract. de delict. lib. 2. tit. de raptu, & ſtupro, nu. 45. Ludouic. Gilhauſ. in ſuo arbor. crim. cap. 2. tit. 23. num. 2. Muta deciſ. Sicil. 77. num. 10. Farinac. in eius praxi rub. de delict. carnis q. 145. num. 7. Triuiſ. deciſ. 59. num. 5. lib. 2. & nouiſſimè Eliſeus Danza in ſuo tract. de pugna Doctor. part. 2. rubr. de raptu num. 12. & ſeq. poſt Papon. lib. 24. tit. 10. arreſt. 20. Carpan. ad Conſtit. Mediol. §. 3. num. 95. per Conſt. Regni, Capitalem pœnam videtur confirmari diſpoſitio d. l. vnic. prout notant Gloſ. Andr. & alij in d. Conſtit. Muta vbi ſupra, & per eandem Conſtitutionem fuit ampliata talis pœna, non obſtante contraria conſuetudine, per quam pœna impoſita ceſſabat ex ſeqitenti matrimonio contracto inter raptorem, & raptam, vel ſi alteri matrimonio collocauerit. Poſtmodum ſuperuenit Cap. Regni incip. Vt ſine mortalis, per quod videtur pariter pœna prædicta confirmari aduerſus maleficos rapientes virgines ſub colore matrimonij. Gagliar. vbi ſup. verſ. & non ſolum, & ſuppoſita quoque obſeruantia nonnullorum Tribunalium Orbis conſpicitur, hanc pœnam ſemper fuiſſe impoſitam mortis, in Hiſpania per illius Regem poſt cõtractum matrimonium inter raptorem, & raptam, fuiſſe decapitatum raptorẽ, teſtatur Afflict. in Conſtit. Si quis rapere, ſub nu. 13. quẽ ſequitur Carrer. quos probant Clar. vbi ſupra num. 7. in fine, & Caball. reſol. crim. caſu 196. ſub nu. 6. item in Cathalonia ad eandem pœnam fuit raptor condemnatus, & ſi carnaliter mulierem non cognouiſſet, vt teſtatur ibi Peguer. ſub num. 2. verſ. ex ſolo enim. In Germania idẽ ſeruari aſſerit Coler. deciſ. 176. nu. 100. & ſeq. part. 1. vbi caſus occurſos circa raptum retulit, in Mediolano refertur fuiſſe caput amputatum filio Io. Iacobi Sanſone ob raptũ puellæ, licet copula cum ea non fuiſſet expleta, ſimiliter morte damnatum quendam nobilem raptorẽ, qui poſt raptum cum puella rem haberet, vt in vxorem duceret, teſtatur Franc. Berard. Porrus in ſuo faſcic. crimin. §. raptus, verſ. hoc anno fol. 311. Idẽ in Senatu Sabaudiæ in occurrenti caſu deciſum teſtatur Godof. à Bano. in tract. reatuum cap. 7. nu. 254. In Senatu Pariſienſi fuit quoque raptor ad mortem damnatus, non obſtante quod puella eũ in virum poſtulauerat, ita Papon. lib. 22. tit. 6. in appendice cap. 1. In Regno autem noſtro

Neapolitano adhuc non perſpexi ſcriptum. qualiter raptus punitus ſit, & tum ob diuerſitatem legum, tum ob facti diuerſitatem, & locorum obſeruantiam variè pœna fuit impoſita, non mirum ſi raptus vt varius, ita punitio varia inqui. Damhaud. in praxi crim. cap. 95. num. 3. & conſequẽter pœna ipſa arbitrio Iudicis ſit relicta, vt teſtatur Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 291. & propterea vt pœna ordinatia locũ habeat ſancita in d. l. vnic. pernecceſsè multa cõcurrere debent, & primo exquiritur dolus, ſecundo vis, tertio traductio de loco ad locum; quamuis dolus in hoc videatur reſidere in violentia raptus, vt conſiderat Muta in cap. 166. Regis Alphonſi ſub num. 3. tom. 4. Danza vbi ſupra num. 4. Adhuc enim dolus percipitur, quoties raptus fieret ad finem cognoſcendi carnaliter raptam, & hic eſt finis ipſius delicti, vt probant Farinac. d. quæſt. 145. num. 75. Peguera vbi ſupra in deciſ. 42. num. 7. & idem Farin. d. conſ. 33. num. 1. Gagliard. loco citato num. 42. Cæterum autem ſi non fuerit carnaliter cognita, pœna ordinaria ceſſaret, ita Farin. d. conſ. 33. n. 59. vbi Addit. lit. V. Peguer. d. deciſ. 43. num. 2. & extraordinariè puniretur Menoch. d. tract. caſu 360. num. 1. & ſic deciſũ tradit Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 6. num. 7. Sed an intuitu matrimonij, vt præſupponebatur in hoc facto, DD. de iure communi teſtantur, etiam ſi huius prætextu fieret, locum haberet pœna mortis, ex eo quia delictũ excuſaretur, & conſequenter pœna ceſſaret, nihilominus hoc non obſtante pœna mortis locum haberet Muta ibi num. 10. vbi num. 21. ſubdit, non ſufficere ad euitandam pœnam, vt dotet mulierem, Peguera in deciſ. 42. nu. 8. latè Farinac. d. quæſt. 145. nu. 22. & ſeq. vbi nu. 56. dixit, procedere etiam ſi alteri nuptui daret Gagliard. ibidem ex Viuio in eius ſylua commun. opin. verbo raptor, cęterum autem pœna raptus de iure ciuili impoſita tẽperari debet, vbi de voluntate mulieris rapta, ac parentum conſenſu contraheretur matrimonium, cum raptore Caball. vbi ſupra num. 7. etiam inſcio curatore, vt deciſum tradit Anton. Fab. in eius Codice lib. 9. tit. 9. defin. 1. nu. 1. eo maximè ſi præceſſerint ſponſalia, ſubdit Caball. num. 8. poſt Farinac. d. quæſt. 145. num. 136. vel tractatus, vt ex Afflict. & alijs probat Eliſeus Danza vbi ſupra nu. 24. & ſeq. requiritur vis in raptu Muta in cap. 166. Regis Alphonſi n. 2. nam ita etiam præſumitur, latè Muta num. 8. nec diceretur raptus abſq; violẽtia Gilhauſen ibi num. 13. & 23. & tunc probaretur quando mulier magno clamore implorauerit alicuius opem, ſiue auxilium Damhaud. vbi ſup. nu. 9. & maximè ſi ex aliquo actu probaretur diſſẽſus mulieris nolentis conſẽtire, ſemper enim præſumitur diſſenſus mulieris circa hoc, Farinac. d. quæſt. 145. num. 140. & 145. & in facto percipiebatur, alapam fuiſſe mulieri illatam, ob quod præſumebatur diſſenſus, & licet aliqui diſſerint ſiuè nolens, ſiuè volens mulier, adhuc pœnę mortis locus erit Iul. Clar. vbi ſupra num. 3. à Bauo ibid. Muta ibi num. 22. & ſeq. Peguera d. deciſ. 43. num. 7. Farinac. d. conſ. 33. num. 3. Nihilominus cęteri contrarium aſſerunt, vt volente rapta pœna mitigabitur, & Iudicis arbitrio puniretur Menoch. vbi ſupra num. 16. cum ſeq. etiam ſi mulier conſenſiſſet tanquam marito, & parentes haberet Farinac. d. conſ. 33. num. 4. & in d. quæſt. 145. num. 107. ſubdens, maximè quando præceſſerit conſenſus de contrahendo matrimonium, vt exemplificat ibidem Papon. aſſerens, ita iudicatum fuiſſe. Tertio exigitur trãſductio de loco ad locũ iuxta illius definitionẽ traditã per DD. eod. tit. Iul. Clar. ibi n. 1. Triuiſ. dec. 27. n. 17. lit. a. alias non diceretur raptus, Peguer. d. deciſ. 43. quare exigitur tranſductio de loco ad locũ remotũ, nã p eã agnoſcitur animus retinẽdi, & occultãdi, & ſic nõ animo cõmodioris coitus, vt tradit ex multis Farinac. eodem loco nu. 74. Muta eodem loco ſub num. 22. vbi dixit, non ſufficere modicam tranſductionem, ſequitur Gilhauſ. nu. 21. & ſeq. idem Muta in cap. 166. Regis Alphonſi num. 2. tom. 4. Sed deueniendo ad rem noſtram, exiſtẽtibus particularibus legibus allegatis, præſertim allegata Conſtit. Capitalem pœnam, quæ tunc locu habet, etiã ſi matrimonium fuerit ſubſequutum, vel cum raptore, vel cum alio, quod etiã probant procedere de iure communi Peguer. d. deciſ. 43. num. 8. Gagliar. eodem loco verſ. & ſi inter raptorẽ, ſimiliter & d. cap. Vt ſine mortalis, quod præcipuè militare videtur, inſpecta variatione ſtatus perſonarum, ibi, eſtque in contrahẽtium conditionibus æqualitatis, ſeù paritatis, vel quaſi compẽſatio, nonnulli enim diſpares conditionis audiebant mulieres rapere, ſeù oſculari, & huius prætextu matrimonia contrahere in maximam iacturam conditionum perſonarum, & iniuriam familiarum, & aperiretur via delinquendi, dum abſque conſenſu parentum, & propinquorũ, talia ſubſequerentur matrimonia, à Bauo ibi nu. 261. & data diſparitate inter eos erit locus pœnæ ordinariæ, iuxta deciſa per Rotam Piſanam deciſ. 19. quam ſequitur ibi Danza num. 25. congruit enim humanæ conditioni matrimonia contrahi inter pares, vt diſcutit prolixius Sylua Nupt. lib. 2. num. 22. & ſeq. In caſu autem de quo agebatur, fuit per M.C.V. ad relationem Regij Conſiliarij Io. Franciſci Sanfelicij die 19. Octobris 1632. dictus Vincẽtius condemnatus, vt exularet per quinquennium continuum &c. & inde interpoſita appellatione ad Sacr. Conſ. fuit condemnatus ad inſeruiendũ in Regijs Triremibus per triennium, ſed poſtmodum in reclamatione, factaq; relatione in S.C. per Reg. Conſ. D. Flaminiũ de Conſtantio die 19. Maij 1633. fuit cõfirmatũ decretũ ipſius M.C.V. penès Michaelẽ Carbonum Mag. act. S.C. & penès Andreã Staraciũ in M.C. p Roſa, & Scribam Sorrentinũ, ſed quia fuit ſubſequutũ matrimoniũ inter eos, non fuit vlterius proſequuta ſententia, vt in ſimili refert Iul. Clar. ibi ſub nu. 7. latius Caball. loco ſuperius relato. Sed quando citra violentiam fieret, erit pœna quinquennij ad inſeruiendum in triremibus, latè Muta d. deciſ. 77. num. 7. ſecus tamen interueniẽte violentia, quo caſu pœna

mortis

mortis immineret,& eo magis ſi fuerit cõmiſſus cum magna copia hominum armatorum, Farinac. vbi ſupra num. 60. vt contingit in raptu Sueuę,& Marghatitę T. in Ciuitate Campaneæ, quarum vna erat virgo, altera maritata cum comitiua duodecim in circa hominum armata manu, cum ſcaſſatione hoſtij, vulnere in perſonam matris, & patris detentionem, eaſque aſportantium extra Ciuitatẽ in nemore, vbi per plures dies detinuerunt eas,& inde reſtituerunt, quorum multi fuerũt foriudicati,& tres ad remigandum damnati ſe concordando cum Curia per annos 30. ob cauſam penuriæ remigantium cauſatæ ex naufragio Triremiũ in anno 1631. vt erit videre in proceſſu Petri Cozzi, Octauij Zappulli, & aliorũ in Banca Tartagliæ, penès Sportellum.

Raptor, qui prętextu tractatus matrimonij puellam rapuit, nulla inde copula inter eos ſubſequuta, an puniri debeat pęna ordinaria l. vnicæ, C. de raptu virg. prout cõtingit pertractari in M.C.V. in cauſa Stephani Recco, dicebatur pro eius defenſione ex pluribus nõ debere puniri tali pena. Et Primò, quia cum nõ fuiſſet ſubſequua copula, quæ eſt finis raptus, pœna d. l. ceſſabit, & erit pœna extraordinaria, & poſt Boer. deciſ. 316. num. 4. Didac. in clem. ſi furioſus, num. 8. de homicid. Godofà Bauo in tract. reat. q. 7. ſub nu. 255. Ludou. Ghilauſ. in arbore Iudic. crim. cap. 6. part. 1. §. 42. nu. 34. vbi refert ex Angel. liberatum fuiſſe quendã, qui rapuit puellam euntem ad puteum pro aqua, & eam honeſtè portauit ad domum cõſanguinei,& non cognouit eam, ſequitur Maſcard. de probat. concl. 1253. Nicol. Carbon. in ſua pract. practicarum, lib. 2. cap. 2. nu. 45. hanc eſſe communem opinionẽ teſtatur Viuius in eius ſylua in opin. 122. vbi licet alios referat contrariũ tenentes, tamen ſubdit dicendo cęterum fatuũ eſſet ab opinione iſtorũ recedere à memorata communi opinione tanquam ſacroſancta, & ſic pluries obſeruatum teſtatur Theſaur. deciſ. 217. num. 7. in fine, & nu. 9. prout quoque Bononiæ deciſum teſtatur Grammat. deciſ. 2. num. 29. non aliter fuiſſe pœna mortis damnatum. Secundò concurrebat voluntas puellæ, & licet ſecundum aliquos etiam muliere volente, raptor teneatur pœna d. l. vnicæ, etiam ſi perſuaſionibus violentibus id egerit, tamen quoties verè vis nõ adhibetur perſonæ, ceſſat pœna illius legis, vt probat Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 8. c. 7. & ſic ceſſat diſpoſitio d. l. 1. §. pœnas, ibi volentibus, ſiue nolentibus, quia intelligitur volentibus de velle malis actibus, pollicitationibus, & inſidijs, & ita intelligit Decian. non aliter de ſpontanea voluntate, nam ſpontè fit, quod more proprio Petr. de Anchar. in clem. in pręſentia, de cenſ. in 5. notab. Dec. in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. Sed dubiũ in hoc verſabatur, data voluntate puellæ, ſi contraria appatuerit voluntas parentum, adhuc pœnã ipſam non euitabit, vt inquit Abb. in cap. cum cauſa, num. 4. de raptor. allegat tex. in cap. vlt. de rapt. 36. q. 1. ſubdens, etiã ſi puella rapta ſit parentibus mortuis, vel ignorantibus, quia puella non eſt domina membrorum ſuorum, l. liber homo ff. ad leg. Aquil. ſequitur Boſſ. de rapt. mul. num. 166. qua de re Decian. videtur tenere contrarium ea ratione, quia in raptu iniuria fit duobus, raptæ ſcilicet, & parentibus, quando rapta conſenſit, ceſſat eius iniuria, & quamuis remaneat iniuria facta parentibus, æquum non eſt, vt æquè puniantur, ac ſi viueret iniuria vtriuſque, allegat tex. in l. 1. §. vſque adeo ff. de iniurijs, concludens, quod nolenti non fit iniuria num. 21. & ideo non pœna mortis, ſed mitiori pœna, & ita tenent Theſaur. d. deciſ. 217. num. 7. allegat Boſſ. d. tit. num. 7. Bald. in d. l. 1. de rapt. virg. Marſil. conſ. 61. poſt redditum nu. 1. vbi multa, intelligendo illa verba volentibus, ſiue nolentibus, ita vt neque patri violentia inferri dicatur, & ob id pœnam ipſam non ſubſtinebit, vt docet Triuiſ. deciſ. 40. & 41. quocirca Seſe deciſ. 95. nu. 16. loquendo etiam, quod habeat parẽtes,& quod fuerit puella ſubducta, quando ipſa conſenſit, quod raptor teneatur pœna extraordinaria, ſubdens dicẽdo, quod Ego tenerem de iure communi, cum benignior ſit pœna,& Decian. tom. 2. lib. 8. nu. 21. latius fundat, non teneri niſi pœna extraordinaria, etiã ſi habeat parentes,& ſubſequitur,& ita etiam vidi in practica paſſim obſeruari, & iterum ſub num. 34. verſ. tertius eſt caſus, expreſſè tenet, non teneri pœna l. vnicæ, maximè quando præceſſit tractatus matrimonij, Caſtill. deciſ. Sicil. 182. nu. 18. cum alijs allegatis per Farinac. quæſt. 145. num. 120. nouiſſimè Danza in 2. tomo de pugna Doctorum, tit. de raptu cap. 2. num. 20. Tertiò, quando præceſſerit tractatus matrimonij, & tunc licet non adeſſent ſponſalia, tamen rapiens extraordinariè punietur, quamuis habeat parentes, & mulier conſentiret, vt docet Theſaur. ibi in Addit. per hæc verba, Ego in hoc caſu attenta dubietate iuris arbitrarer diſtinguendum, quod aut præceſſit tractatus matrimonij, & nihil aliud inde fuit ſubſequutum, tunc vel ſponſa conſenſit abductioni,& non ſit punibilis, vel non conſenſit,& tunc puniatur iuxta qualitatem perſonarum, non pœna l. vnicæ, aut vero vltra tractatum matrimonij interuenerunt ſponſalia per verba de præſenti, vel futuro, & tunc tenet, non omnino excuſari,& fundat, rigoroſam diſpoſitionem l. vnicæ eſſe temperatam à Iure Canonico, vt latè per eum, cumque in caſu noſtro præceſſerit tractatus matrimonij, & nil aliud ſit ſequutũ, militat in pũcto dicta doctrina Theſauri, cuius doctrinam ſequitur doctiſſimè Seſe d. deciſ. 95. nu. 16. ſequitur Caſtill. deciſ. Sicil. 182. nu. 18. & alios allegat Farinac. d. deciſ. 145. nu. 120. & præter allegatos Sanchez de matrim. tom. 2. diſput. 13. num. 12. qui poſt citatum Pegueram,& alios docet, in hoc caſu non poſſe puniri pœna ordinaria, & veriorem opinionem eſſe, ſubdens, mitiorem opinionem eſſe amplectendam in iudicando ex vulgata l. reſpiciendum ff. de pœn. Danza vbi ſupra numer. 24. & ſeq. imo nulla pœna imponenda fauore matrimonij contrahendi inter eos, per rationem traditam à Cancer.

variar.reſol.tom.3.cap.11,num.27. Ex aduerſo autem replicabatur reſpectu primæ cõcluſionis, vt non puniatur pœna ordinaria raptor, qui raptam mulierem non cognouerit carnaliter, ex Iaſ. firmat Boſſ.in tit.de raptu mulier. num.14.& ſequitur Iul Clar, in §.raptus,verſ, ſed quid ille, quos citat ibi Godof. à Bauo vbi ſupra, & ſequitur Gilhauſ. vbi ſupra num. 35. vbi refert Caſſan.in conſuet.Burgund. aſſerẽtem,ita deciſum in Francia,item Guliel.Koel. de publ.iud.diſquiſ.9.quæſt.7.in fine, & Danza vbi ſupra num.31,allegat Catal.de indultu cap.34,num.157.& 158.latiſſimè Fontan. de pact.nupt. clauſ.5. gloſ.6. per totam,ſed cum tali diſtinctione, quod aut potuit cognoſcere illam, & noluit, & tunc ceſſaret pœna prædicta, aut vero non cognouit, quia non potuit, tunc ſecus eſſet, vt ibi Danza etiam aduertit, prout id contingerat in caſu iſto, dum puella rapta duceretur, & in ingreſſu capta per ſatellites,& ſic fuit impeditus coitus,& ita iudicatum aſſerit Berard.Portus in faſciculo crimin. §.raptus, verſ. hoc anno fol. 311. in cauſa cuiuſdam, qui puellam rapuerat, cum qua copulam non compleuerat ob impedimentum, cui fuit caput amputatum, idemque in ſimili raptore monialium non ſubſequuta copula, refert Fontanell.ibi num.8. quanquam cõtrarium referat deciſum Coler.deciſ.176.nu.103. cum ſeq. Reſpectu alterius obiectionis, nempè quod ex cauſa matrimonij hoc contingerat, quod ſatis etiam perniciosum extimatur, ex eo quod maxima glades inferreretur Reipublicæ huius prætextu, via aperiretur ſeductionibus,ac ſubornationibus omnium virginum ſub ſpe contrahendi, cum inſcijs parentibus,aut tutoribus,& poſt raptum ad excuſationem criminis reponeretur earum conſenſus, qui facilè dolo, & ſubornatione extorqueri poſſet à filia deceptioni obnoxia,cum eis interſit filias cuſtodiri, & honeſtè dotari matrimonioq; collocari ad replendas liberis perſonis Ciuitates, l.1. ff. ſolut. matrim. ſunt verba eiuſdem Godoſ. à Bauo vbi ſupra num. 263. vbi refert caſum raptus inceſtus cũ violatione arreſtorũ, & refertur punitos pœna pecuniaria, attamen Berard. Portus loco ſupra relato refert, alium raptorem puellam ſtuprantem, vt eam in vxorem haberet, fuit mortis ſupplicium conſequutus, idemque iudicatum Pariſijs refert Papon. lib.22, tit.6. arreſto 8. & iterum in appendice cap.1.eo maximè exiſtente diſparitate ipſorum, vt ſi mulier vilis eſſet conditionis, quia id potius doloſè ſub tali velamine matrimonij,ſeù ſponſalitiorum, tale crimen patratum fuerat, prout in caſu de quo agebatur, & apertè oſtendit ibi Danza num.25.allegat deciſ.19. Rotæ Piſanæ apud Raudenſem. Et ex ijs facta relatione in M.C.V. per Scipionem Salitirum Iudicem ipſius benemeritũ, deindè Fiſci Patronum, & nunc S.R.C. Conſiliariũ, communi voto fuit deciſũ eſſe pœna capitali puniendum præfatũ Stephanum,hoc eſt ad amputationem capitis de hoc anno 1638. & menſe Septembris in Banca Panzeræ, penes Annam Scribam,poſtmodum in generali viſitatione habita per Excellentiſſimum Ducem Medinæ de las Torres Proregem de menſe Decembris 1638.conſequutus fuit gratiam delicti, accedente partis remiſſione, vt mihi retulit d. cauſæ Commiſſarius.

Raptor alicuius mulieris de ordine alicuius abſque illius ſcientia, qua pœna erit plectendus,vt incidit pertractari in M.C.V.in cauſa Nicolai de Adamo Terræ Caſamaſſimæ inquiſiti de raptu Palmæ de Petruccio commiſſo de ordine N. & cum fuiſſet tortus, & confeſſus raptum commiſiſſe cum alijs de ordine prædicti ſine eius ſcientia,orta fuit altercatio, an pœna raptus ordinaria tradita in l.vnica, C.de raptu virg. vel alia extraordinaria puniri debeat, dicebatur pro ipſius defenſione ipſum confeſſum fuiſſe ſub quibuſdam qualitatibus, ſine quibus ordinaria pœna applicari non debet, etenim dixerat in ſua depoſitione fuiſſe vocatũ à dicto N. vt cum alijs accederet ad conducendum dictã Palmam ad locum ab ipſo deſtinatũ, nulla mentione facta de cauſa, nempè quod illam carnaliter cognoſcere vellet, & ſic non concludit de vero raptu, poſtquam indubitati iuris eſt,quod is raptum committit,qui mulierem de loco ad locum libidinis cauſa conducit, nec ſufficit raptus ſimpliciter,ſed requiritur animus carnaliter cognoſcendi, ad hoc vt pœna ordinaria locũ habeat, ita Barbat.in conſ.71.lib.2.Caſtr. conſ.262.lib.2.Alex.conſ.1.lib.3. Cepoll.conſ. 57. & ſeq.Rimin.conſ.17. Soccin.iun.con.50. lib.3.Crauett.conſ.18.Roland.conſ.24.Io.de Anan.in cap.cauſam,de rapt. Iul.Clar. in §.raptus, num.1.Theſaur.deciſ.216.nu.1. Gomez. ad leg.Tauri 80. num.41. verſ.ſed ijs non obſtantibus in fine, Menoch.de arbitr.Iud.lib.2. centur.4.caſu 360.num.32. rapto enim vtens, ſtupro fruitur,vt plurimũ Muta deciſ.77.nu.9. adeò quod cum Fiſcus nõ ſit in probatis, nec inquiſitus confeſſus ſit ſcientiam carnalis cognitionis eſſentialis requiſiri ad raptum,optimo igitur iure pœnam ordinariam non merebatur. Secundò, ſuberat alia qualitas in confeſſione, nempè quia delictum commiſerat de ordine dicti N. quæ ſiquidem qualitas à pœna ordinaria ipſum excuſabat, imo & fortius quamuis mandatarius eadem pœna tenetur, ſicut mandans, procedit in priuatis, nam ſi Magiſtratus mandet, nec deliquit,nec punitur per iura citata à Mantua in enchirid. lib.10.cap.229.vlterius etſi quis non teneatur in illicitis mandanti obedire, cap. qui reſiſtit 11.quæſt.3.Innoc.in cap.inquiſitionis,de ſentent.excom.cap.propoſuit,de conceſſ.præben. Abb.in cap.ad Monaſterium, de ſtatu monac. nam magis Deo erit obediendũ,quam hominibus, cap.ſi Dominus 11.quæſt.3. Lancell.de reg. iur. lib.2. reg.1. attamen nulli dubiũ erit, quin mandato Superioris ſit obtemperandũ, ita vt obediens non aliter pœna ordinaria; ſed minori pœna plectatur, Gloſ. punctualis in cap.dixit Dominus,in verb.hic tamẽ à Deo excuſatur;& ibi Apoſt.part.2.14.quęſt.5.quod etiam in delictis atrocioribus locum habere,

volunt

Digitized by Google

volunt DD. cum Gloſ. in l.2. C. de ſepul.viol. Couar.ſuper 4.decret.fol.46.num.1.Ratio eſt, quia in delictis non erit conſiderandum factum,ſed animus facientis,ad text.vbi Gloſ.in cap.1.de colluſ.deteg. quæ iuris concluſio in omnibus, in quibus imperari poteſt verificatur,docet Cepoll.in quodam conſil.citato per Iul.Clar.in praxi crimin.quæſt.60.num.12.aſſerens in facti contingentia ita obtinuiſſe, & ſecundum hanc opinionem deciſum quoque fuiſſe refert Tiraq. de pœnis temper. cauſ. 34. num.16. quæ deciſio licet aliquibus videatur loqui in ſeruo, & non in vaſallo, tamen animaduertendũ erit, quod iura feudalia vocando vaſallos hoc nomine clientis vtuntur, vt docet Ioſeph Cumia in cap.ſi aliquem, nu.62. per text.in cap.1. §.1. de alien.feud. Cum igitur quando Nicolaus confeſſus fuerit delictũ raptus, & non ſcientiam ipſius, quæ eſt finis raptus commiſſi de ordine alterius, & Fiſcus nil de ſcientia, nec contra hanc qualitatem probauit, remanet confeſſio ipſa qualificata, & vti talis etiã non probatis qualitalibus, nõ eſt ſufficiens ad pœnam ordinariã irrogandã, ex vulgata Abb. doctrina cõmuniter recepta in cap.auditis,num.32.extra de reſcript. docet Boſſ.qui de cõmuni teſtatur in tit. de confeſſ. nu. 34. ita quoque ſemper practicatum fuiſſe, refert Grammat.conſ.69.in fine. Quanquam ex parte Fiſci inſurgere videatur oppoſitio cõtra inquiſitum, prætendendo ipſum notitiam quoquo modo ſtupri habuiſſe, & carnalis cognitionis ex illis verbis in confeſſione relatis, quod idem Nicolaus conduxiſſet inſimul cũ alijs Palmam ad locum deſtinatum, & ſemotis dicto N. & Palma audiuiſſe illos contendentes, ex quo de cognitione carnali opinati ſunt, vnde prætendebatur, quod dum confeſſus eſſet raptum,& habuit notitiam cognitionis carnalis, per conſequens erit pœna ordinaria plectendus. Replicabatur Primo, quia licet hæc ſcientia, ſi talis nuncupari debeat, fuerit habita poſt delictum ex parte Nicolai cõmiſſum, poſtquam Palmam rapuerat, in quo actu ipſe delictum commiſit, & poſtea de dicto loco deſtinato ad alium locum conduxerat,quæ conductio fuit poſt delictum,cũ de aſportatione de loco ad locum delictum non committatur,vt colligitur ex verbis text. in d.l.vnic.§ ſin autem poſt conceſſum, habetur per Ant. Fab. in ſuo Codice ſub tit. de raptu Virg. defin.1.ſub num.2. poſt Clarum in dict. §. raptus. Secundò,quia dictus Nicolaus ex verbis contentioſis inter dictum N. & Palmam dictis iudicauit tentatum ſtuprum, ſed non affirmauit,quę ſententia cum ſit prȩſumptiua,non probat, nec eſt ſufficiẽs ad pœnam ordinariam,ad text.in l.eos, C.de ijs,qui lat.occul. ibi Cyn.Bart.in l.omnes, C.de agric. & cenſ.lib.10.Menoch.de arbitr.caſu 348.n.5. Farinac.quęſt.153.cap.2.num.103.& 136.Maſtrill.deciſ.216.num.5. quæ ſcientia plena debet eſſe, vt dicit Cyn. loco citato. Tertiò, attenta qualitate ipſius Palmæ, quæ erat humilis perſona, ac vilis conditionis, quocirca mitius puniendus veniret iuxta doctrinam Farinac. in conſ.90.num.15. & 16. denique dum mandans ipſe ad rapiendum ſe compoſuerat pro tali delicto,ſtante partis remiſſione, nefas erat,vt iſte mandans plus puniatur quã principalis, adeòque cum fuerat ipſe compoſitus, temperare etiam debuerat pœna alterius, vt ȩqualiter puniri deberent, nõ autem inȩqualiter,iuxta regulam vulgatam agentes,& conſentientes pari pœna puniri debent, l. iubemus, §.œconomus, C.de ſacroſ. Eccleſ. cap.1. de offic. delegat. cum alijs apud Barboſ. in princ.iuris lit.A. num.73. Facta relatione in M.C.V.per Reg.Conſil. D.Annibalem Moles Iudicem in criminalibus, fuerunt Domini in diſparitate votorum, nam alij inclinabant,vt moreretur, alij vero condemnauerunt eum ad relegationem perpetuã, cui ſententiæ maior pars ipſorum adhȩrerat, ſed inde deducta ambiguitate votorum in Collaterali Conſilio pro illius direptione, tandem idem Collaterale Conſilium cõfirmauit ſententiam pœnæ relegationis de menſe Septembris 1638.

Ratificatio contractus diuiſionis domus factæ inter ſocios,qui prætendebatur lȩſiuus,& doloſus,an ſuffragetur læſo,vt prȩtendebatur,de quo ſupra in verb.læſio verba fecimus in cauſa Andreæ Fornarij cum Ianuario Bottone, dicebatur pro ipſius parte, ratificationem ipsã ſibi non afficere, etenim remedium reſciſſionis nullatenus per ratificationem tollitur, cũ remedium ipſum læſionis nõ conſiſtȩt in firmitate enixæ voluntatis contrahentium, ſed in deceptione oriente ex læſione, quæ nõ aliter nota erat actori & ideo ratificatio ceſſabat, adeo quod ratificatus fuit actus qualiter geſtus fuerat, ad text. in l.1. C. ſi maior ſact. alien. ratam hab. nec per hoc remediũ læſionis amittitur, vbi Alber. notat, quod confirmatio venditionis operatur illius ratificationem tanquam factȩ,ſed non vt ſic factæ,& ſic factum approbatur,non autem qualitas facti, hinc Paul.Caſtr.in dict.l.vnic.ſubdit,quod ad hoc vt læſio tollatur, requiritur, vt ratificatio ſcienter ſit facta, vltra Bal. ibidem, talem opinionem ſequuti ſunt Alb.Caſtr.Barbo.Fab.de Monte,Ctem.Socc.Cagnol.Aym.Pinell.Boer. Sforz. Merc. quos refert, & ſequitur Reg.de Ponte conſ.138. num.14. per totum, vol.2. ex quibus concluditur, quod ratificari non poteſt contractus doloſus, vel inſtrumentum dolo extortum,probat Bertazzol.conſ.ciuil.12. num.60. Ripol.variar.reſol. cap.11. num.367. Licet autem aliqui DD. tenuerint, non aliter hoc procedere in ratificatione facta cum temporis interuallo, nihilominus tale interuallũ declaratũ fuit, quod ſaltem eſſe debeat annorum duorũ, Alciat.in cap.cum contingat, nu. 219. verſ.ſed aduerte,de iureiur. adeò quod ſi tale interuallũ eſſet duorum menſium, nil iuuaret, quia videretur eadem cauſa durare, vt ſequitur Author dãnatæ memoriæ in Addit. ad conſ.Alex.151.num.31.vol.1.Roland.conſil.39. num.30.vol.1. loquitur in ratificatione facta ex interuallo cũ iuramento, quapropter opinio contraria procedit data ſcientia valoris rei, alias ratificatio non procederet, nam

ſubeſſet eadem cauſa, vt ſupra fundatum eſt, & ad hoc vt ratificatio valeat, requiritur ſciētia certa ratificationis, Bertazzol.conſ.ciuil.1. num.128. Imo in facto præmiſſo in ſecundo contractu nō aliter apparebat ratificatio primęui, ſed tantum fuerunt alia nouiter conceſſa per conuentum actori, quinimò ex taliū conceſſione dolus reſultare comperiebatur, quo fit, vt cum dolus interuenerit in contractu, ratificatio nihil proficiebat, niſi fuerit facta eis certa ſcientia doli, & læſionis, Roman. conſ.54.num.3. Crem. in d.l.2. nu.77.verſ.26. Aym.conſ.16c.nu.3.verſ.ſed tamen, ſed quia poſt lapſum quinque dierum ratificatio facta videbatur, meritò admitti non poterat, imo contractus etiam de nouo ratificatus poteſt reſcindi ſtāte enormiſſima lęſione, Paul.Staib. conſ.1.num.24. prout præſupponebatur extare, ſed deciſio relata fuit ſupra in verbo læſio, adhuc tamen pro coronide Paul. Staib. conſil.1.num.24. concludit, quod contractus etiā de nouo ratificatus poſſit reſcindi ſtāte enormiſſima læſione.

Ratificatio contractus reſciſſi per liquidationē inſtrumenti an inducatur per receptionem vſurarū, deciſum fuit negatiuè tàm per Mag. Cur. quàm per S.C. in cauſis per me relatis in voto 44. num.36. & eo amplius ſi per longum temporis ſpatium creditor recepiſſet in compotum tertiarum decurſarum: quo caſu conſtituto debitore in mora non ſoluendi tertias, ad quas ſoluendas fuerat per plura decreta ſolui obſtrictus, vt non aliter contractus ob hoc cenſeri debeat ratificatus, ſed ad tertias, & capitale ſoluendum condemnatus per S.C. in cauſa Roberti, & Dominici Lanarij cum Aſcanio, & Ioſepho Caracciolis hæredibus Baronis Panderani ad relationē Iudicis Scaccianenti, in Banca Gregorij Canalis, vt ibidem num.80.ad 100. deduxi.

Rationes adminiſtrationis bonorum alicuius Abbatię exiſtentis in campeſtri loco vbi erunt reddendæ, relata fuit deciſio ſupra verbo Adminiſtrationis.

Rationes adminiſtrationis cuiuſlibet rei erit danda in loco vbi adminiſtratio geſta fuerit, vt de iure diſpoſitum eſt, ad text. in l.1. C.vbi de ratiocin.agi oport.§.ſuper, & §.ſi quis autē, Authent.de collat.cum alijs apud Eſcobar in tract.de ratioc.lib.1.cap.7.num.2. Gutierr.de tutel.& curis part.3.cap.1.nu.125. Paul.Montan.eod.tract.cap.38.num.91. Sed quid ſi in diuerſis locis adminiſtratio fuerit geſta, an pariter in omnibus locis ſeparatim ratio erit reddenda, vt contingit diſcuti in Collaterali Conſilio in cauſa Io. Leonardi Gaudio cum Ill. Principe Caſalis maioris, ex eo quia cum præfatus Io. Leonardus obtinuiſſet prouiſiones ab ipſo Collaterali Conſilio, vt in Regia Audientia Capitanatæ rationes ſuæ agentiæ geſtę tam tempore Ill.Principis patris, quàm eiuſdem filij reuiderentur, & per eam electi fuerunt Rationales, qui declarauerunt ipſum Io.Leonardum creditorem in ducat.1174. ſe oppoſuit præfatus Princeps aduerſus petita per eum, prætextu quod dictus Io.Leonardus obnoxius erat ad redditionem computorum alterius agētiæ prius Neap.geſtæ, & licet fuiſſet domi prouiſum per cauſę Commiſſarium, vt procederetur ad vlteriora, nihilominus poſtea facta relatione in Collaterali Conſilio die 22.Aprilis 1636.per Spectabilem tunc Regentem Scipionem Rouitum, fuit confirmatū ipſius decretum pro negotijs in Prouincia geſtis: verum prò negotijs geſtis in hac fideliſſima Ciuitate S.C. iuſtitiam faciat, vt ex actis in Banca Caroli Strinæ, & huic etiam conuenit ratio illa, qua tenetur geſtor reddere rationē adminiſtrationis in eodem loco, quia melius in loco adminiſtrationis probationes, & inſtrumenta rationum inueniri poterunt, l.2.C. vbi de ratiocin. ſic probando reſidet Eſcobar. vbi ſup. in fin.aſſerēs ex Rota Genuenſ.deciſ. 161. nu.1. ita fuiſſe iudicatum in negotiorum geſtore, & ad corroborationem allego text. in l. pupillo ff. de tutor. & curat. datis ab ijs, vbi diſpoſitū eſt, quod ſi pupillus plura patrimonia habuerit, nempè vnū Romæ, & aliud in Prouincia, Magiſtratus Romæ dabunt tutorē pro bonis ibi exiſtentibus, ita & Magiſtratus Prouinciales pro bonis ibi exiſtentibus, imo licet fuerit vnus tutor datus ſuper patrimonijs diuerſis pupilli ſiſtentibus in diuerſis locis, tenetur tamen petere Curatorem in alia Prouincia conſtitui, l.tutores, §.rerum ff.de admin. tutor.

Rationes adminiſtrationis tutelæ, vel curæ hæres hæredis adminiſtrātis reddere an compellatur, nam etſi tutores, curatores, ac alij adminiſtratores rationes reddere compellantur, de quibus longa ſerie proſequitur Eſcobar.de ratiocin.cap.3. pariter eorum hæredes, vt ſubdit num.14. Sed cum fuiſſet in S.C. dubitatum, quid in hærede hæredis, & idem ius verſari conſpicitur, quemadmodum primo loco iudicauerat Sacr.Conſ. in cauſa Antonij, & Franceſchæ Surgentis cum Lęlio Bimonte nomine vt in actis, cuius tenor eſt, viſa comparitione oblata in noſtro S.R.C.pro parte Antonij, & Franceſchæ Surgentis contra Lælium Bimontem hæredē quond. Scipionis, & Franciſci Bimontis hæredum quond. Domitij Bimontis, cuius tenor eſt. Viſis, videndis &c. per hanc noſtrā, &c. dicimus, pronunciamus, & ſententiamus, decernimus, & declaramus, ſupradictum Lælium Bimontem hæredem quond.Scipionis, & Franciſci Bimontis hęredum quond. Domitij Bimontis conuentum condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout ipſum præſenti noſtra diffinitiua ſentētia condemnamus ad reddendum compotū, & rationes curæ adminiſtratę per ſupradictos quond. Domitiū & Scipionē Bimōtes vna cū reliquorum reſtitutione, neutram partem, &c. Scipio Rouitus, &c. lecta lata die 30. Martij 1616. penès de Ferrarijs, nunc Spera, à qua sētentia cum fuiſſet reclamatum, ex parte ipſius Lælij, dicebatur, nullo iure potuiſſe condemnari ad talem redditionē compoti pro adminiſtratione curæ geſtæ per Domitium, & Scipionem Bimontes, quorum hæres extiterat Franciſcus, & nulla poterat cadere condem-

natio

natio pro dicta redditione,& ipſe Lælius tantum fuit illius hæres vniuerſalis, & prætenſio aduerſariorum erat in ſucceſſione bonorum maternorum, in qua nec obtinuerunt, neque probauerunt gradum, & ſententia ipſa condemnauit ipſum vti hęredem Scipionis,cuius hæres erat Franciſcus, neque fuerat condemnatus vti hæres Franciſcus,dum ipſe erat vniuerſalis hæres, idcirco fuit aliud decretum interpoſitum tenoris ſequentis,videlicet. Die 30.Iunij 1618. Neap.facto verbo in S.R.C.per V.I.D.Scipionem Rouitũ Reg.Conſ.& cauſæ Commiſſarium,&c. decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod ſuperſedeatur in exequutione ſententiæ latæ per S.C. ſub die 30.Maij 1616. in beneficium Antonij,& Franceſchę Surgentis viſo exitu cauſę morę in S.C.per eoſdem Surgentes ſuper portione bonorum maternorum antiquorum ſub die 5. Maij 1609. in qua procedatur ad ea,quæ incumbunt,hoc ſuum. De Mercatis Secret.in eadem Banca,ex quo verificatur,hæredẽ hæredis non ſemper teneri ad redditionem computi auctorum defunctorũ, & maximè per exiſtentiam litis motæ.

Reclamatio interpoſita à ſententia diffinitiua prolata per S. C. cõmiſſa per Pręſidem ſucceſſori illius Conſiliarij illam referentis, vt verbum faceret in S.C.loco reclamationis,an aduerſa parte conquerente,& inſtante alteri cõmitti,& in ea ordinariè procedendum,debeat committi, hoc accidit diſcuti in cauſa D.Frãciſci Syluestri viri D.Alexandrinæ Caracciolæ,& Ill.Marchionis Gioioſæ,& fratrum,contra quos fuerat prolata ſententia ad relationẽ Regij Cõſiliarij Io.Baptiſtæ Melioris, quo inde defuncto in eius locũ ſucceſſerat D.Didacus Varela Regius Conſiliarius,& cum contingiſſet ab ea reclamari ex omiſſione prætenſionum aliquarum omiſſarum ex parte ipſius D. Franciſci, fuit cauſa reclamationis huiuſmodi commiſſa eidem Conſiliario Varela per eundem Spectab. Præſidem, vt verbum faceret in S.C. loco reclamationis;ſe oppoſuerunt conuenti aſſerentes, cauſam reclamationis huiuſmodi non eſſe tractandam,ſed alteri Conſiliario committendam,nam etſi ex pręeminentia eiuſdem S. C. conceſſum appareat, cauſas ab eo deciſas reuideri per idem S.C. & eoſdem Iudices, prout eſt diſpoſitum in pragmat.41.§.2.de offic.S.C. teſtantur Pręſ. de Franch.deciſ.528.num.4.Muſcatell.in praxi S.C. lib.2.par.1.gloſ.1.num.116. & probaui in 1.par.compend. verb.reclamatio, quemadmodum etiam in R.C.ſpeciali prouiſione Regia determinatum eſt in prag.38. §.9.de offic. Procur. Cæſar. & latius probatum eſt in præfat. noſtri compend. part.1.col.. . & idem in multis partibus Orbis practicari cernitur, attamen pernecesſè debet cauſa alteri Conſiliario eiuſdem Aulæ committi, vt conſuetũ eſt obſeruari, & infra eodem verbo reclamatio fundabitur,de quo etiam teſtatur Camill. Laratha conſ.89.num.2.& extat pragm.41.§.2.de offic.S.R.C. Imò nedum in eodem S.C.vt dictum eſt,ſed in eadem Aula vbi fuit deciſa, & per eoſdemmet Iudices, ſicuti diſpoſitum eſt in d.pragm.41.§.2. ita quod cauſa ſemel commiſſa in vna Aula, non poteſt alteri Aulæ cõmitti,nedum in prima inſtantia, vt in terminis ſimilibus loquitur Peguer. deciſ.Catalon. 174.num.1. ſed etiam in ſecunda inſtantia reclamationis,vt in dies practicatur, ſed quæſtionis eſt,an eidemmet Iudici,qui illam cauſam in prima inſtantia cognouerat, vel alteri illius Aulæ, & certum eſt iuxta communem obſeruantiam alteri Conſiliario committi ſolere,non autem eidem Conſiliario,qui primo loco iudicauerat, non enim iuſtum videtur, quod Iudex primæ inſtantiæ ſit etiam Iudex ſecundæ,cum ab eius ſentẽtia appelletur,ſiue reclametur,ad quod Muſcatell. ead.praxi S.C. lib.2.part.3.gloſ.inſtantia,num.20. dixit,quod Iudex idem, qui grauauit, non poterit grauamen reuidere,& reparare,& ideo diuerſi ſunt Iudices cauſę principalis, & appellationis, ideo omnino cauſa alteri committenda erat, & ſi per alios Iudices eiuſdẽ Aulæ ex præeminentia conceſſa de nouo iudicare poſſint, eo magis, quia non de incidentibus tractabatur, ſed de cauſæ principalis meritis, & ita in terminis attingit Camill.de Medic.conſ.103. ſub num.1.Et quamuis replicatum eſſet per Actores,diuerſam eſſe perſonam primi Conſiliarij, qui iudicauerat, ab eo, qui illi ſucceſſerat, & commiſſa fuerat cauſa referẽda in S.C. ſicque data ipſorum diuerſitate difficultari non poterat, quin reclamatio ab alio cognoſceretur, iuxta allegatum ſtylum committendi cauſas alteri Conſiliario in reclamatione, ita ex Carauit.in ritu 252. ſub num.15. probat Conſil. Theodor.alleg.66.nu.27. replicabatur,ipſum Conſiliarium Varellam eſſe ſucceſſorem cauſarum Conſiliarij Melioris, & conſequenter Iudex ſucceſſor,qui eadem perſona eſt cum prædeceſſore reſpectu officij,ita Carau.in ritu 310. num.4. videntur vnum, & idem eſſe, ſed vltra prædicta accedebat altera in facto reſolutio, nam poſt latam primam ſententiam ad relationem ipſius Conſil.Melioris,à qua contingerat reclamari, & commiſſa cauſa eidem Cõſiliario Varella, facta iterum relatione per eum reſpectu prætenſionis multiplici,fuit per idem S.C. reſeruata prætenſio in cauſa reclamationis,quæ inde fuerat eidem commiſſa,vt verbũ faceret loco reclamationis, & ſic ex ijs apparebat,etiam per eum fuiſſe in cauſa iterũ iudicatum,& ab eius ſententia reclamatum, & eo magis eidem reclamationis ſententia concedenda non erat. Secundò dicebatur ex parte reorum,ſolitum eſſe in ijs Tribunalibus appellari ab incidẽtibus tàm M. C. quàm Regiorum Cnnſiliariorum; atque S.C. & ſolere Præſidentes S.C. ab ipſis grauaminibus mandari,vel M. C. aut cauſarum Commiſſarijs de allegatis verbum fieri in S.C. vt tradit D.Reg. Rouit.in pragm.18.num.1.de offic. S.C. quod tamen ferendum non eſt in ſententijs diffinitiuis, quoniam tunc quia noua incipit inſtantia,procedi debet iuris ordine ſeruato,cõpilato proceſſu ſuper dicta inſtantia,quemadmodum ſic in cauſis appellationum proceditur, vt plenius diſcutit Muſcatell. in d. praxi

S.C.

S.C. eod.lib.2.par.2.gloſ.debet cum ſeqq.gloſ. ita pariter in reclamationibus interpoſitis, vt per eundem d.lib.2. part.3. gloſ. appellari, per totam,nouiſſimè Gallupp.in praxi S.C. part.3. cap.3. num.35. cum ſeq. etenim ordo iudiciarius non exigitur in interloquutoria, ſicuti in diffinitiua dixit Marant.in eius ſpecul. part.6. verb. ſententia, num.20. non mirum igitur, ſi talis prouiſio ordinariè concedatur reſpectu incidentium, non autem diffinitiuarum ſententiarum, in quibus ordo iuridicus requiritur de neceſſitate iuris,& quemadmodum appellatio quælibet eſt communis vtriuſq; partis, in tantum quod licet appellatus non poſſit per ſe apppellare, poteſt tamen appellationi aduerſarij inhęrere, Marant.d.part.6. verb. appellatio, nu. 282. ita & reclamatio,quæ erit intelligenda reſpectu vtriuſque partis, Muſcat. d.gloſ.appellari, nu.11. quo fit,vt quemadmodū partes ipſę nequeant facere, vt iudicium fieri poſſit omiſſis formalibus,& ſubſtātialibus indiciorum, vt plenè per Marant. in eius ſpecul. in 2.part. à num.33. cum ſeq. ita nec vna ipſarum conſentiēte,& altera diſſentiente, arg.l.1. vbi Gloſ.ff.de ferijs, adeò quod cum fuerit ab vna parte obtentum, verbum fieri loco reclamationis, & ſic abſque alio ordine iudiciario, non aliter in præiudicium alterius hoc fieri poterat, & eo magis ea diſcrepante, quia ius ſibi fouebat,& poterat in termino fortè alia in ſui fauorem probare ad defenſionem,nec contra ius agere videbatur, quoniā ſe conformē iuris diſpoſitioni reddebat, dum mandat in ijs ordinatè procedi, in tantum quòd ſi partes proceſſerint in cauſa ſummaria per actus iudiciarios de iure requiſitos, videntur renuntiare ſummario iudicio, quia ius commune obſeruaretur, non municipale, vt probat Marant. d.ſpecul. ead.part.4. diſt.9.num.203.vbi etiam allegat Bald.in l.diffamari, C.de ingen.manum. col.r. in 1.oppoſ. dicentem, quod quando partes poſſunt procedere ſummariè, & eligũt viam ordinariam, cauſa efficitur ordinaria,& ſubdit in fine allegando eundem Bald. in l. quod fauore, col.r. C.de leg.& in l.nullum ff.de leg.quod ſi Princeps mandat alicui, vt procedat ſummariè, & ille procedit ordinariè, valeret proceſſus vti ordinarius,& ſequitur Lanſtanc. in clem. ſępè, col.3. in princ.de verb.ſignif. in 15.concluſ.Anton.de Ballis in tract.crimin.lib.5.de pragm.Regni tit.de cauſ.ſummar. num.2. fol. 332. nam reddit ad ſuam primęuam naturam, Maur.Burg.in tract.de mod.proced.ex abrupt. quæſt.34. nu.7. non tamen procederet è contra, vt in cauſa ordinaria ſummariè procedatur,ex Cardin.& Alex.probat ibidem Marant. n.213.ſequitur Maur.Burg.in d.tract.de modo proced.ex abrupt.quæſt.5.num.300. de omnibus memor plures allegando, quod ſanè noſtro caſui conferre videtur,vt nec de conſenſu partium fieri poſſit, vt procedatur in cauſa reclamationis abſq; ordine iudiciario,& conſequenter eo prætermiſſo verbū fieri loco reclamationis, dum de diffinitiua ſententia agebatur,& non de incidentibus,vt prædictum eſt,ex quibus omnibus videbatur cōcludi,potuiſſe, vt cauſa ipſa reclamationis cōmitteretur,& ita fuit per idem S.C. reſolutum, vt cōmittatur cauſa ad relationem eiuſdem Regij Conſiliarij D. Didaci Varellæ de mēſe Decēbris 1628. in Banca Turini,ſeù Cantone, nūc Zozi,& fuit commiſſa Reg.Conſiliar.Scipioni Theodoro, & talis deciſio comprobatur etiā ex alia obſeruantia conſimili,dum appellatur à ſententijs Magn. Cur. vel interloquutionibus, & per eundē Spectab.Præſidem mandatur eidem M.C. quod verbum faceret in S.C. & tunc ſi ab interloquutorijs appellata fuerit, facta relatione in S. C. vbi de iuſtitia diſcutitur, & reperto grauamine, eo emendato, iterū cauſa remittitur ad M. C. vt poſſit procedere ad diffinitiuam, ita ex Rouit. in pragmat.18.de offic. S.C. tradit Gallupp. in eadem ſua praxi part.3. cap.5.num.7. ſin autem à diffinitiuis appellatum fuerit, & obtentum verbum fieri in S.C. eo facto,quando cauſa excederet ſummam duc.150. mandatur committi in S.C. alicui ex Conſiliarijs ipſius Aulæ,vbi relatio facta fuit, ſin autem contineret infra ſummam prædictam,iterum mandatur eidem M.C. vt reaſſumptis actis citra præiudicium exequutionis iuſtitiam faciat, & inde alteri Coniudici eiuſdem Aulę committitur,& loco appellationis procedit in ea.

Reclamatio interpoſita à prima ſententia lata, elapſo quinquennio,quatenus contra,in qua fuerunt reſeruata iura actoris, ſimiliter à ſecunda declaratiua iurium non competere,an rectè procedat ſtante lapſu fatalium decurſorum,præſupponitur in facto, D.Franciſcum Sylueſtrum,& D.Alexandrinam Caracciolam coniuges petijſſe condemnari in S.C.Ill.Marchionem Gioioſæ, ac eius fratres ad ſibi ſoluendum tertiam partem ducat.5000. capitalis relictam per quond. Nicolaum Mariam Caracciolum,& etiam multiplicum tertiæ partis ordinatum per teſtatorem, & exequutum per primos hæredes ipſis in dotem datæ, & per S.C. determinatum die 27. Martij 1623. ſpectauiſſe ad ipſos cōiuges de bonis remanſis in hæreditate prædicti Nicolai Mariæ vigore legati tertiam partem ducat.5000.& tertiā partem annuorum ducat. 180. cum rata capitalis ducat.1500. conuerſorum in emptionem, nec non tertiam partem fructuum, ſeù intereſſe inde peruentorum ex dicto capitali duc.5000. reſeruando prouiſionē faciendam quoad intereſſe dictarum quantitatum à die contracti matrimonij, & reſpectu aliorum prætenſorū per dictam D.Alexandrinam,inde cum fuiſſet inſtatum pro calculi confectione, & eo facto, fuit tamen per aduerſam partem obiectum de errore illius,aſſerentem,nullam eſſe de multiplico rationem babendam, cum de eo nulla mentio in ſententia facta fuerat, quare poſtmodum de prædictis facto verbo in S.C. fuerunt Domini in paritate votorum,& datis adiunctis,prolata fuit ſententia die 3.Iulij 1628. decernendo, non aliter fuiſſe reſeruatum petitum caput multiplici decidendum in ea, & proindè vigore eiuſdem ſententiæ deberi eidem

dem

dem Alexandrinæ intereſſe tantum quantitatum in dicta ſentẽtia contentarum, ſaluis iuribus fortè competentibus eidem D.Alexandrinæ in cauſa reclamationis, quæ cum fuiſſet contra primam ſententiam, lata altera cõtraria, in qua generaliter fuerant reſeruata omnia alia prætenſa per ipſam D.Alexandrinam, quæ ſpecificè petierat intereſſe per modum multiplici, & cum fuiſſet in ſecunda ſententia prouiſum vt ſupra contra formam verborum generalium ipſorum dictæ ſentẽtię primęuæ, imò contra formam teſtamenti paterni, fuit etiam ab iſta ſecunda interpoſita reclamatio per viam reſtitutionis in integrũ, & commiſſa cauſa reclamationis, ac dato termino ſuper ea, Pars aduerſa oppoſuit, non potuiſſe reclamari, quia tempora non largiebantur, dum erant fatalia decurſa, reſpectu primæ ſententiæ prolatæ de anno 1623. dubitari contingit in S. C. quid iuris, & pro parte conuentorum videbatur dicendum, ius ſibi fouere. Primò, quia reclamatio currit à die latæ ſententiæ, Afflict.deciſ.344.num.4.Reg.Rouit.in prag.5. num.5. de offic, S. C. & propterea ſi de prima ſententia loquatur, à qua etiam reclamatum apparet, quatenus cõtra, quæ cum fuiſſet prolata de anno 1623. certum eſt, nedum elapsũ fuiſſe bienniũ, intra quod licitum erat reclamare, Reg.de Ponte conſ.78.num.7.par.1.latè Muſcatell.in praxi S.C. lib.2.pat.1. gloſ.1. nu. 120. & 122. & part.3. gloſ. appellari, num.10. ſed etiam fatalia decurſa comperiebãtur, etenim primum fatale currit à die præſentationis, ſeù aperturæ proceſſus, latè Muſcatell. d. praxi eod. lib. part.2. gloſ.finiendum, num.3. ſed etiam aliud ſecundum fatale. Secundò, ex quo reclamationis cauſa diſcurit ea, quę in prima ſententia, à qua ſupplicatur, refert Conſiliar.Theodor.allegar.66.num.26.& ſucceſſiuè Iudex appellationis, ſeù reclamationis nõ cognoſcit, niſi deciſa in prima inſtantia, & ea, quæ ſunt petita, idem in alleg.63. num.20. at cum poſt prolationem primæ ſententiæ, in qua reſeruata fuerat prouiſio reſeruatorum, & in alia ſententia fuerat prouiſum, in reſeruatis, nõ eſſe intelligendum multiplicum petitum, videbatur ſe conformem eſſe cum prima, & conſequenter ipſam confirmatam, quo fit, vt nedum reclamari non poſſit à ſentẽtia, quæ fuit confirmata per aliam, Anna in alleg. 26. num.5. ſed etiam ob ipſarum conformitatem, nam reclamatio aduerſus duas ſentẽtias conformes non conceditur, iuxta deciſa per Præſ.de Franch.deciſ.135. Tertiò, quia reclamationis tempus currit, ſtante impedimento facto Principis, Vrſill. deciſ.78. num.3. multo magis ſi facto Iudicis, aut Partis, quia factum Iudicis, eſt factum partis, l.ſi ob cauſam, C.de euict. Ex aduerſo replicabatur, rectè proceſſiſſe talem reclamationem interpoſitam ab ambabus ſententijs tàm reſpectu primæ, quã ſecundę, ex quo in prima, in qua fuerat reſeruata prouiſio faciẽda quoad intereſſe dictarum quantitatum, ac reſpectu aliorum prætenſorum per dictam D. Alexandrinam adhuc erat res integra, & donec prouiſio reſeruata non fuerat declarata, ipſa ſemper ſtabat in ſuſpenſo, nec proindè currere poterat tempus reclamandi, neque fatalia, per ea, quæ in ſimili dixit Vrſill.deciſ.78.nu.7. quod fatalia non currunt ſtante impedimento relationis faciendę per M.C. in S. C. & ſic pluries obtentum, eo magis, quia adhuc illa prima ſententia integraliter exequuta non fuerat, & reclamatio non procedit niſi ſequuta ſententia, probant Camill. Laratha conſ.78. num.6. Gallupp.in praxi S.C. part.3. cap.5.num.56. Similiter reſpectu ſecundæ, quæ erat intra tempus reclamandi, nec poterat dici totaliter cõformis cum prima, poſtquam ex ſupradictis apparebat diuerſitas inter eas, & ideo reclamatur, vbi ſententiæ non ſunt conformes, optimè Conſil.Theodor.alleg.63.num.42.vbi ex multis probat, quod licet in aliquo eſſent conformes, ſi tamen in alijs difformes eſſent, benè reuiſio ipſarum procederet, quod fortius in caſu prædicto admitti videbatur, dum in ſecunda ſententia dictum fuerat, ſaluis iuribus fortè competentibus ipſi D. Alexandrinæ in cauſa reclamationis, & hæc iura oſtendebãtur petita in prima petitione reſpectu multiplici, ꝙ ſi benè non fuerat ſpecificè expreſſum in ſententia, ſub generalitate tamen verborũ complectebatur, & ab illa ſententia non dum fuerat prius reclamatũ prætextu prouiſionis reſeruatæ faciendæ, qua deinde facta, non tamẽ totaliter in ſui beneficium, ideo reclamari nõ prohibebatur, ex quibus prima, & ſecunda ratio oppoſitæ diluũtur, ſimiliter & tertia, poſtquam non eſt omnino verum, quod reclamationis tempus currit ſtante impedimento facto Principis, dum contrarium probat Camill. de Medic. conſ.103. num.3. Et demum facto verbo in S.R.C. die 13.Martij 1629. per Reg. Conſil. Scipionem Theodorum, fuit decreto eiuſdem S.C. prouiſum, quod terminus datus per cauſæ Commiſſarium in præſenti cauſa reclamationis interpoſitæ currat ab hodie, penès Secretarium, in Banca Turini Magiſt. actorum,

Reclamatio an cõpetat Fiſco à decreto lato per Collaterale Conſilium ſuper articulo incapacitatis bonorum inter Partes vertenti in S.C. deciſum fuit negatiuè ſub die 26. Februarij 1619. per idem Collaterale Conſilium, vt teſtatur Conſiliar.Marcianus conſ.5.in fine, ibi, & cum ad eius.

Reclamatio an admitti debeat à decreto S. C. conforme cum decreto M.C.in cauſa liquidationis inſtrumentorum, prout ſi fuerit per dictam M.C. interloquutũ, eſſe ordinariè agendum, & confirmatũ per S. C. & iterum reclamatum à dicto decreto S. C. confirmante decretum M. C. vt accidit diſceptari in cauſa Iſabellæ de Rubeis cum Didaco, & Honofrio de Andrea, eſt enim certum, quod ſemel reclamatio admittitur à ſentẽtijs, vel decretis S.C. & interponitur perpetuũ ſilentium, ex diſpoſitione pragm.5.de offic. S.C. de quo ſatis per Camill.de Medic.conſ.103.num.1. Muſcatell. in praxi S.C. lib.2.part.1.gloſ.1.nu.120.& 122. & part.3.gloſ.appellari, num.10. Franch.deciſ. 193.

Digitized by Google

193. num. 1. eo maximè ſi eſſent ſentẽtiæ duæ
conſormes eiuſdem S.C. vt ipſemet deciſum
refert deciſ. 135. licet intermedia fuerit diffor-
mis, ſed quando eſſet ſententia M.C.V. cum
ſententia S.C. conformis, certum eſt, quod ſi
cauſa eſſet ciuilis, admitteretur vtique, ſecus ſi
eſſet criminalis, vt in facto deciſum retulit Io.
Maria Nouar. lib. 1. qq. forenſ. cap. 16. & præ-
ſertim quando ſententiæ M.C.V. & S.C. eſſent
conſormes in criminalibus, non aliter admiſ-
ſa reclamatione, exequutioni demandantur
ex antiqua conſuetudine, & ſtylo S.C. tradit
idem Præſ. de Franch. deciſ. 510. num. 17. hinc
inſurgit reſolutio queſtionis propoſitę, ſi cau-
ſa liquidationis inſtrumentorũ ſit ciuilis, vel
criminalis, & ꝙ ſit ciuilis probat Reg. Rouit.
in prag. 1. de offic. Baiuli nu. 34. & quod ſit cri-
minalis probat Galter. in eius praxi inſtrum.
3. part. princ. rub. 6. num. 1. placuit mihi in hoc
adhærere opinioni Præſ. de Franch. deciſ. 357.
num. 7. dicentis, cauſam liquidationis inſtru-
menti non eſſe omnino criminalẽ, adeo quod
citra dubium ex dicta liquidatione pœna Fi-
ſco quæritur, & tunc DD. putant, cauſam eſſe
criminalem, Io de Plat. in l. 1. C. de ſuperexact.
trib. lib. 10. Frecc. de præſent. inſtrument.
part. 6. nu. 2. idem Præſ. de Franch. deciſ. 162.
num. 16. quaſi quod mixtam naturam habere
videatur, dum aliquid parti applicatur, nam
ciuilis diceretur cauſa, quando vero aliquid
Fiſco, criminalis, Cauenſ. in ritu 55. n. 8. Marc.
Calà de modo articul. gloſ. 2. nu. 1. ſed quia in
citatione ſuper tenore inſtrumenti ex com-
muni ſtylo tàm Magiſter actorum ciuilis, quã
criminalis, firmant illam, verum quia quando
applicatur Fiſco ex contractu fortè illicito,
cauſa tũc diceretur ciuilis, ſecus ſi ex delicto,
Marant. in eius ſpecul. diſt. 1. num. 49. videba-
tur ex hoc eſſe totaliter ciuilẽ cauſam, adhuc
tamen criminalis cauſa dici poſſet, quia ritus
166. inhęret criminalitati ob iuramentũ, pœ-
nam, & periurium, vt optimè Frec. loco citato
in princ. probat, & propterea licet fuiſſet per
Præſidem S. C. admiſſa reclamatio in cauſa
prædicta, facta tamen relatione in eo die 29.
Maij 1630. per Iudicem Aloyſium Piſcicellũ,
fuit per S. C. confirmatum decretum ipſius
M.C. & S.C. non per ſolitam prouiſionem in
decretis reclamationis, hoc eſt benè prouiſũ,
vt docet Franch. deciſ. 664. nu. 14. ſed iuſſum,
vt debitę exequutioni demandentur decreta
S.C. & M.C. penès Secretarium.

Reclamatio an committi debeat non facta exe-
quutione ſententiæ, quæ per liquidationem
intereſſe erat ſuſpenſa, de hoc accidit tractari
in S.C. in cauſa Zenobiæ de Alſerio cum Cę-
ſare Bonello, qui cum fuiſſet cõdemnatus per
idem S. C. die 11. Decembris 1628. ad ſoluẽ-
dum paragium iuxta liquidationem facien-
dam, ac ad eius inſtantiam reclamatum, &
commiſſa cauſa reclamationis alteri Conſi-
liatio, dato in ea termino oppoſitum fuit, non
potuiſſe in ea procedi, donec liquidatio facta
fuiſſet, vt prius ſententia exequi potuiſſet, ꝙ
eſt de iure probatum, ac per Regiam Pragma-
ticam quintam de officio S.C. corroboratum,
poſtquam reclamatio non procedit niſi exe-
quuta ſententia, Laratha conſ. 78. nu. 6. & tũc
diceretur exequuta, quãdo quis habuerit poſ-
ſeſſionem rei, de qua fuit facta condemnatio,
Vrſill. deciſ. 345. num. 2. & 3. ſed cum non ad-
huc rei poſſeſſio conſequuta fuerit ob impe-
dimentum liquidationis intereſſe, merito re-
clamatio non poterat committi, corroboratur
etiã ex ijs, quæ in ſimili dicuntur de ſententiæ
exequutione ducat. 150. facienda per M.C.V.
iuxta pragmat. 3. §. 4. eod. tit. adeo quod ſi ſen-
tentia eſſet ducatorum centum cum intereſſe
liquidando, adhuc exequi non poteſt, niſi fa-
cta liquidatione intereſſe iuxta obſeruantiã
S.C. quando à ſentẽtia ipſa appellaretur, nam
ſolet Præſes mandare eidem M.C. vt prius li-
quidet intereſſe, & inde committitur in S.C.
vel non, vt docuit Præſ. de Franch. deciſ. 141.
in fine, quod adeò verum eſt, vt ſi pars remit-
teret illud plus de intereſſe debito vltra centũ
quinquaginta ducatos, non poterit exequi
ſentẽtia, vt deciſum reliquit idem Præſ. d. de-
ciſ. 141. & vltra eum Anna ſingul. 466. & 469.
quos probat Rouit. d. pragm. 3. nu 10. Muſcat.
in praxi S.C. lib. 1. gloſ. condemnando, nu. 109
licet autem ijs non obſtare videãtur recolle-
cta per Lancell. de atten. 2. par. cap. 4. limit. 28.
vt exequutio pro liquidis fieri poſſit, etiã re-
manente litis pendẽtia ſuper illiquidis, & ita
Romæ deciſum teſtatur, ſubdẽs num. 4. quod
ſi debitum principale ſit liquidum, & cambia,
& recambia ſint illiquida, vt poſſit pro debito
principali fieri licitè exequutio, & conſequẽ-
ter liquidi exequutio non retardatur propter
illiquidum, Surd. deciſ. 184. num. 4. Ludouiſ.
deciſ. Roman. 220. num. 5. vbi Additio num. 6.
attamen in hoc aduertendum erit, quod Lan-
cellott. loquitur, quando plures res fuiſſent
petitæ, quarum vna eſt liquida, cuius exequu-
tio impediri non debet, & ſic quando omnes
principaliter fuiſſent petitæ, ſecus quãdo vna
principaliter, & altera acceſſoriè, prout eſt in-
tereſſe, & propterea practica Rotæ eſt, vt pe-
tẽs procedi ad vlteriora, liquidet ipſe fructus,
vel impetretur commiſſio, quod Iudici præfi-
gatur terminus ad liquidandum, ita deciſum
refert Seraphin. deciſ. 655. num. 4. & non mi-
rum, ſi ante liquidationem non detur decla-
ratoria, vt idemmet deciſũ teſtatur deciſ. 1113
nu. 5. etenim liquidatio præcedere debet con-
demnationẽ ad illud, Caualer. deciſ. 314. nu. 2.
Oſaſc. deciſ. 129. num. 6. Magon. deciſ. Lucenſ.
62. nu. 19. Coſta in praxi conuent. part. 2. clauſ.
66. num. 1. Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorũ,
quæ incontin. fiunt, lib. 2. cap. 88. nu. 6. & mul-
to fortius præcedere debet exequutionem,
idem deciſ. 348. num. 1. vel quoties vna cauſa
eſſet ad aliam acceſſoria, prout eſt liquidatio
intereſſe ad cauſam ſortis principalis, ſicut in
ſimili dixit Afflict. deciſ. 35. nu. 4. quod liqui-
datio dicitur cauſa acceſſoria ad petitionem
hæreditatis, quo fit, vt cum Iudex ſibi eam in
ſententia reſeruauerit, cẽſetur quoque ipſius
cognitionem reſeruaſſe, Vrſill. dec. 361. nu. 46.
at cum à ſentẽtia principalis partis fuerit ap-
pellatum, poterit etiam contingere appellari
à ſen-

à ſententia liquidationis, vt dixit Vrſill. deciſ. 157. num. 1. & ſic non vnico contextu appellatio vtriuſque procederet, ſed iudicium potius diuideretur inter plures Iudices, vnde bene prius liquidatio fieri expedit, ad quorũ corroborationem ſubnectit Vrſill. d. deciſ. 361 nu. 47. ex Corn. conſ. 223 part. 2. quod instrumentum continens liquidationem, nõ habet paratam exequutionem, etiam quod de proximo poſſit fieri liquidatio, poſtquam ſtatutũ dans exequutionem inſtrumentis, intelligendum erit de liquidis, Carauit. in ritu 167. nu. 4. ſic pariter de ſententia erit intelligendum, vt ea liquidata exequi poſſit, & inde reclamatio rectè interponitur. Quocirca facta relatione in S.R.C. per Reg. Conſil. D. Flaminium de Conſtãtio die 31. Martij 1629. per idem S. C. deciſum fuit, huiuſmodi decreto S. C. prouiſum eſt, quod exequuta ſententia S. C. lata procedatur in cauſa reclamationis, vt ex actis in Banca Litti Mag. actor.

Reclamatio interponi an poſſit à decreto reijciente nullitates, nam cũ per diſpoſitionẽ Regiæ Pragmaticæ 77. §. 23. de offic. S.C. cautum ſit, quod à ſententijs, à quibus non appellatur, ſed reclamatur, ſeù ſupplicatur, nullatenus ſupplicationes, ſeù reclamationes admitti mandetur ab illis decretis, per quæ determinatur, quod non obſtent nullitates, ſed è contra reclamari non prohibetur à decretis, per quæ admittuntur nullitates, & ratio ibi affertur, quia quando nullitates reijciuntur, confirmatur id, quod fuit determinatum, ſicuti è contra quando obſtarent, infringeretur ſententia lata, pro cuius iuſtitia, & ſollemnitate pręſumitur, Franch. deciſ. 61. num. 20. Idcirco in cauſa Annibalis Iazolini cum fuiſſet de nullitate dictum, & per M.C.V. decretum, illas obſtare, & interpoſita appellatione in S.C. deciſum fuerit, procedendum eſſe in cauſa nullitatibus non obſtantibus, inde interpoſita reclamatione, & obtentum iterum verbum fieri per M.C. loco reclamationis ad relationem Iudicis Aloyſij Piſcicelli de hoc anno 1630. in Aula Reg. Conſ. Carauitæ, deciſum fuit, nõ eſſe locum reclamationi, penès Secretarium in Banca Canalis.

Reclamatio ex præheminentia S. C. committitur alteri Conſiliario, & ſic per idem S.C. reuidebitur cauſa, vt dictum eſt ſupra eod. verbo reclamatio, ſi contingerit in ſupplicatione grauaminis ſentẽtiæ diffinitiuæ mandari per Præſidem verbum fieri loco reclamationis, & tempore relationis altera pars inſtaret pro commiſſione cauſæ reclamationis, an cõmitti debeat, vel vigore dictæ relationis cauſa expediri, fuit per S.C. deciſum, cauſam reclamationis eſſe committendam alteri Conſiliario in cauſa Aurelię de Anſora cũ Eccleſia Sancti Franciſci, & Matthęi de anno 1628. & menſe Maij in Banca de Martino, & iterum in cauſa Gulielmi Melucci cum Coſmo Buſdrachi in eadem Banca, ſic teſtatur Taſſonus in eius tomo obſeruat. iuriſd. ſuper pragmat. de antefato verſ. 3. obſeru. 3. ſub num. 135. verſ. 27. S.C. Præſidens, & hoc benè, quia à diffinitiua reclamatio fuerat interpoſita, quę ordinariè erat proſequenda, non ſic celeriter expediẽda per talem relationẽ fieri iuſſam loco reclamationis, ſecus tamen in incidentibus, in quibus contrarium practicatur in dies, vt præuia relatione verbi faciendi loco reclamationis expediuntur illico.

Reclamatio interpoſita in calce comparitionis alterius actoris noĩe alterius, p eius Procuratorẽ, ſi nõ fuerit proſequuta, an deſertioni locus erit, cũ fuiſſet prolata ſententia per R.C. in beneficium Ill. Principis Hoſtiliani, & iterum cũ alio creditore Duce Summæ, & Marchioniſſa Caſtellanetæ, de conſimili caſu tàm in R.C. quàm in S.C. fuit pręuia comparitione illorum de Pace reclamatum, & in calce ipſius cõparitionis dictum, Magnifica Lauinia Petralbes inhæret prędictæ comparitioni, & reclamationi, & inſtat ſibi iuſtitiam fieri, quanquam perſona Procuratoris inſtantiam facientis nõ fuerit expreſſa, adhuc ante comparitionem immediatè fuerat pręſẽtata fides procurationis ipſius Lauiniæ in perſonam Donati Gagni, taliter quod inſtantia dubium facere non debuit, quin non fuerit facta per dictum Procuratorem, qui præſentauit fidem poſt decretum, adeò quod cum nõ fuerit ipſa proſequuta reclamatio, vtique deſerta reddebatur, non enim ſumma ope nixa fuit, ad text. in l. fin. §. illud, C. de temp. appell. quinimò debebat eſſe diligens in primo anno, diligentior in ſecundo, diligentiſſima in tertio, vt dixit Bald. in cap. ex ratione, de appell. ſequitur Muſcatell. in praxi S.C. lib. 2. part. 2. gloſ. ſecundi, nu. 19. & proptetea excuſari non poterat prætextu verborum illorum, quamprimum notitiam habuit in comparitione poſtea adiectarum, eo quia de ſcientia, & notitia fuit demõſtratum, & potiſſimum ex citatione ad dicendum in cauſa ipſius Lauiniæ facta, nam de ſtylo R.C. eſt non intimare ſententias, atque decreta diffinitiua, maximè ſi eſſent abſolutoria, & traherent ſecum exequutionem, quemadmodum nec ſententiæ S. C. intimantur, Maur. iun. alleg. 100. num. 3. aut quod Procurator non viderit decretum immediatè præcedens, l. non eſt ferendus ff. de tranſact. qui licet loquatur in teſtamento, adhuc Caſtr. ibi, ex mente Bald. in l. per hanc, C. de temp. appellat. nu. 23. infert, quod qui vidit vnam virgulam actorum, cenſetur vidiſſe omnia, & totum, quapropter die 9. Februarij 1576. fuit prouiſum, eſſe procedendum ad vlteriora oppoſita deſertione reclamationis non obſtante, vt habui ex quibuſdã manuſcriptis Spectab. Regẽtis Thomæ Salernitani ſuper allegationibus editis pro actore.

Reclamatio an detur Fiſco aduerſus decretum latum cum impoſitione perpetui ſilentij, relata fuit deciſio ſupra in verbo Fiſcus.

Reclamatio admitti an debeat ſuper poſſeſſorio ſummarijſſimo, deciſum fuit negatiuè in cauſa Mariæ Rauaſcheriæ cum Duce Cardinalis, refert Taſſon. in tomo obſeruat. iuridict. ſuper pragmat. de antefato, verſ. 13. obſeru. 1. ſub num. 102.

Recla-

Reclamatio à decretis prouidentibus, nullitates non obſtate, non conceditur ex diſpoſitione nouellæ Pragmaticæ *delli 28. capi* edita in anno 1612. ſed an concedi debeat in decretis prolatis ante annum 1612. deciſum fuit in Collaterali Cõſilio, dictam Pragmaticam ſibi locum vendicare etiam ad decreta prius lata, teſtatur Taſſonus in ſuo tomo obſeru. iuriſd. ſuper pragmat. de anteſato verſ.13. obſeru.2. num.10.

Reclamatio an detur à decreto S.C. conforme decreto Magni Admirati, videtur negandum, eo maximè quando ageretur de cauſa criminali, prout erat caſus de quo agebatur, ex quo inquit Præſ.de Franch. deciſ.510.num.17. deciſ.470.num.5. & deciſ.139. nu 6. quod reclamatione non admiſſa ſententiæ in Regno S.C. & M.C.V. ſi conſormes fuerint in criminalibus cauſis, exequutioni demandantur, idque ex antiqua conſuetudine, & ſtylo dicti S. C. ideo idem erat dicendum in decretis latis per Curiam Magni Admirati, ex quo dictum Tribunal eſt Tribunal Magni Admirati vnum ex ſeptẽ Regni officijs, de quo ſatis per Frecc.de ſubſeud. lib.1.tit.de offic.Magni Adratus. Similiter Tribunal Mag.Cur.eſt pariter Tribunal Magni Iuſtitiarij vnum ex ſeptem Regni officijs, idem Frecc. d.lib.1. tit.de offic. Magni Iuſtit. Adeò quod licet Tribunal Magni Admiratus iuriſdictionem habeat in eos, qui viuunt ex arte maris, Franch. deciſ. 142. num.1.& 722. nu.1. Reg.Tapia deciſ. S.C. 43. num.1. adhuc M. C. Admiratiæ ęqualem habet iuriſdictionem cum Iuſtitiario, idem Reg.Tapia deciſ. S.C. 13. num.6. in tantum quod M.C. non habet iuriſdictionem in Curia Magni Admiratus, ſed vtrumq; Tribunal procedit per viam literarum hortatorialium, inquit Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit.vlt. rubr.de armis, num.10. vnde quemadmodum Tribunal M.C.V. eſt ſubordinatum ad S.C. Franch. deciſ.344. ita & Tribunal Magni Admiratus, idem Franch.d.deciſ.722.ſub num.16 vbi num.ſeq. dixit, Fiſci Patronũ tàm in Mag. C. V. quàm in Curia Admiratiæ eundemmet præeſſe, quapropter attenta paritate ſimilium, idem iudicium erit obſeruandum, nam parium eſt iuris diſpoſitio, & iudicium, cap.inter corporalia, & cap.ſicut ergo, de tranſlat. Epiſc. cũ alijs apud Barboſ. in opuſc. Princ. iuris, lit.P. num.7. In contrarium autem dicebatur, & ſi ambo Tribunalia dependere videãtur ab habentibus officia Regni, vt dictũ eſt, attamen longè inter ea differentia eſſe competitur, & omiſſa ipſius M.C.V. ampliſſima; & generali iuriſdictione in omnibus perſonis, locis, & tẽporibus, eiuſq; præeminẽtia, de quibus abundanter ſupra in verbo præcedere, dictum fuit quantum vero pertinere videatur ad deciſionem præſentis articuli, id dumtaxat erit animaduertendum, quod ipſa M.C.V. eſt Tribunal celebre, habet quinque Iudices ex quibus duo ſunt Regij Cõſiliarij, dixit Præſ.de Frãch. deciſ 722. num.19. ſed ad præſens ſunt plures, quare ex hoc reſultat, quod inſpecto numero Iudicantium ſententiam plurium, licet iuniorum ſequendam ex pluribus comprobat Theſaur.deciſ.1.Pedemont.num.2.& ſeq. & idem, quia duo Conſiliarij ibi reſident, & ſunt de corpore S.C. quibus cõfiditur, & erit præſumendũ, rectiſſimè iudicia procedere ad deciſiones cauſarum, hinc Affl.in deciſ.45.nu.4. dixit, quod ſententia M.C. debet eſſe in conſideratione, & reuerẽtia Iudicantium. Secundo, & Thom.Triuiſ. deciſ.1. dixit, quod deciſiones Vicariæ Neap. in terminis ſine lege loquentes ſunt plurimum attendendæ, quod ſecus eſſet in ſententijs Curiæ Admiratiæ, in qua vnicus tantum Iudex præeſt, & ſic diuerſimodè per S. C. proceditur in grauaminibus cauſarum per dicta Tribunalia inſurgentia, porrò per Præſidentes S.C. ſemper in decretationibus ſupplicationum mandatur eidem Curię Admiratiæ, vt faciat iuſtitiam, vel relationem faciat, & quando grauantur inquiſiti, vel conuenti à decretis M.C. Præſidentes decernunt, M.C.V. iuſtitiam, vel relationem faciat, notat Præſ.de Franch.d.deciſ.722.ſub nu. 16. dum probat, quod Curia Admiratiæ non eſt Magna Curia ſicuti eſt ipſa Magna Curia Vicariæ, quæ eſt caput, domina, & fons aliarũ Curiarum Regni, Cauenſ.in ritu 1. num.7.& ſic ex diuerſis nõ fit illatio, l.vlt. ff.de calumn. l.Papinianus ff de minorib. Ideo non obſtat quod dictum eſt de ſententijs M.C. quando ſunt cõformes cũ ſententijs S.C. & mandantur exequutioni regulariter in criminalibus, procedit tñ quando tractatur de delictis, non tamen de rebus pertinẽtibus extra delictum, tunc enim aliter proceditur, ita limitat Præſ. de Franch. d.deciſ.470. num.6. & propterea in cauſa Scipionis Ruſſi, qui fuerat condemnatus per Curiam Admiratiæ ad remigandũ vita eius durante, & confirmatum per S.C. fuit dubitatum, ſi deferendum eſſet reclamationi propoſſitæ, & tandem iunctis omnibus quatuor Aulis S.C. fuit deciſum, eſſe admittẽdam reclamationem à decreto S.C. conforme decreto ipſius Curiæ Admiratiæ, vt ex actis in Banca Crotti.

Reclamatio ſi fuerit interpoſita à ſententia diffinitiua, & obtentum per Spectab. Præſidem iterum verbum fieri loco reclamationis, an iure ſubſiſtat, dum cauſa reclamationis erat ordinatim proſequenda, eſt certum, quod appellatio licet de iure communi competat partibus nedum à ſententijs diffinitiuis, ſed etiã interloquutorijs, etiam ab incidentibus, attamen ab incidentibus ipſis interloquutorijs M.C.V. ſolet Præſes S.C. mandare, quod de illis verbum faciat in S.C. reſtantur Reg.Rouit.in pragm.18.num.1.de offic.S.C. eundem ſequitur Gallupp. in ſua praxi eiuſdem S.C. part.3. cap.5. num.7. nouiſſimè Hodierna in Addit.ad Surd. deciſ.36. num.6. & ſimiliter ab incidentibus, ac interloquutorijs peractis à Regijs Conſiliarijs, vnde ſcilicet contingerit, eorum decreta infirmari, vel confirmari, poterit ab illis reclamari, & pariter obtineri, iterũ verbum fieri loco reclamationis, vt ſe habet communis moderna praxis, ſed à ſententijs diffinitiuis licet aliquando fuiſſet ex aliqua

iuſta

iuſta cauſa vrgenti per Præſidem mandatum relationem iterum fieri, tamen qñ loco reclamationis verba adijcerentur, de iure non procederet, ex quo ipſa reclamatio alteri Conſiliario committi ſolet, vt conſuetum eſt iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, de quo ſatis in conſimili verbo reclamatio interpoſita ſuperius tradita dictũ fuit, pariterq; poſt commiſſionem ipſius procedi in ea iuris ordine ſeruato, vt ſpecificè attingit Camill. de Medic. conſ.103.ſub nu.1. ea propter dum fuiſſet obtenta regia decretatio à Prȩſide loco reclamationis à ſentẽtia S.C. in cauſa Cæſaris de Rugerio cum Io. Baptiſta Coſta, ex quo reclamatio reducit rem in eo ſtatu, in quo erat tẽpore litis conteſtatæ, ſicut & appellatio idem Reg. Rouit. in pragmat.62. num.7. eodem titulo, & impediret exequutionem ſententiæ, quæ exequi debet armata manu, ſeruata forma Reg. pragmat.5. de offic. S.C. ideo dum inſtaretur contrario imperio reuocari, vel formiter interponi, non impedita exequutione ipſius ſententiæ, iuſſum fuit per eundem Præſidem verbum fieri in S.C. vt prouideri potuiſſet, an ipſe tutorio, vel proprio nomine condemnari potuiſſet, & facto verbo in S.C. per Reg. Conſ. D. Ferdinandum Ezguerrã die 10. Maij 1630. fuit interpoſitũ ſubſcriptũ decretum, decreto S.C. prouiſum eſt, quod ſententia lata per S.C. ſub die 10. Octob. 1626. debitȩ exequutioni demandetur, ſaluis iuribus in cauſa reclamationis, penès Cantonem actorũ Magiſtrum.

Reclamatio non interpoſita ab Vniuerſitate à decreto imponente perpetuum ſilentium an proſequi poſſit etiã per viam reſtitutionis in integrum, vt omnia innoteſcant, comperitur fuiſſe petitum domanium per Vniuerſitatem Paulæ, & in eius fauorẽ cum fuiſſet interpoſitum decretũ, quod adimpletis prius oblationibus infra mẽſes duos admittatur ipſa Vniuerſitas ad domanium de anno 1570. & menſe Decembris; poſtmodum elapſo nedum bimeſtre, ſed trimeſtre, fuit aliud decretum interpoſitum in anno 1571. de menſe Maij, facta relatione in Collaterali Conſilio per R.C. quod oppoſitis non obſtantibus, decretum prædictum exequatur, & nihilominus perpetuum ſilentium imponatur Vniuerſitati, licet non fuiſſet illico reclamatum, illinc ad certos annos inſtatum etiam per viam reſtitutionis admitti ad reclamandum, ex quo non ritè, & rectè fuerat interpoſitum perpetuum ſilentiũ in hoc ſecundo decreto, quoniam tunc reclamatio non datur, quando eſſent duæ ſententiæ conformes, quo nam caſu interponeretur perpetuum ſilentium, Franch. deciſ.135. nu.1. & 2. ſed quando eſſent difformes ſententiæ, ſecus eſſet, in tantum quod reclamatio non admitteretur quoad articulum conformem, ſi ſententia S.C. non ſit omnino conformis primæ, ſed in vno articulo tantũ, Reg. Rouit. in pragm.62. num.3. de offic. S.C. vltra quod videbatur Vniuerſitas grauata ex hoc impedimento Principis, qui impoſuerat perpetuũ ſilentiũ in hoc ſecundo decreto, quod ritè, ac rectè imponi non poterat ex ijs, quæ longè diſcutit Camill. de Medic. conſ.103. qui in fauorem dictæ Vniuerſitatis in iure allegauit, ſed deciſionem cauſæ prædictæ non retulit, ideo ex parte Illuſtr. Marchionis Fuſcaldi aduerſus oppoſita replicabatur, & Primo, ex quo primȩua ſententia prolata continebat in ſe conditionem illam, adimpletis cõditionibus appoſitis in oblationibus, &c. quæ cum ſint ablatiui abſoluti, reſoluuntur in conditionem, l. à teſtatore ff. de cond. & demonſtrat. l. euictis ff. de euict. l. acceptis ff. ad l. falcid. l. fideicommiſſa, §. cum eſſet ff. de leg.3. l.2. §. videndũ ff. ad Tertull. l. quibus diebus, in princ. ff. de condit. & demonſtr. l. falſa, §. ſi quis ita ff. eod. l. Mȩuius, l. qui hæredi, eod. tit. imò expreſsã conditionẽ inducere probat Galganett. in tract. de cond. & demonſtr. part.2. cap.1. q.19. nu.6. & operatur excluſionem expreſſam, ac ſi in ſententia fuiſſet expreſſum, ita Roman. conſ.115. col.2. per text. in l. ſi inter me, & te ff. de except. rei iudic. l. Pomponius, §. ſed & is ff. de proc. iuxta deciſionem Bald. in repet. l. tale pactum, §. qui prouocauit, col. antepen. num.15. verſ.17. quȩro ff. de pact. & pro abſoluto tradit idem Roman. conſ.399.2. colum. verſ. quinto probatur, eum ſequitur Iaſ. in l.1. ff. de offic. eius, nu.56. vbi DD. præcipuè Alex. num.38. ex quo dictio illa, prius, cũ ablatiuo abſoluto inducit ex eadem ſententia diſpoſitionẽ abſolutionis, non facta prius abſolutione, vltra Paul. Caſtr. conſ. 226. ſectatur Neguſ. in tract. de pign. 4. memb. 5. par. n.10. verſ. tertia concluſio, facit deciſ.17. Capyc. ſicut dicimus, quando quis eſt condẽnatus in ſententia ad fundum, ſolutis prius meliorationibus, ſicuti quando diceretur, refectis prius expẽſis, Barboſ. in tract. de diction. in dict.259. vel refectis prius computis, Grat. in eod. tract. in dict.183. quare cum fuiſſet ſtatutus terminus duorum menſiũ ad adimplendum, ad quæ tenebatur Vniuerſitas iuxta ſuã oblationem, & adimplere non curauerat, certum erat, quod per lapſum temporis inducebatur renunciatio iuris proprij, Monac. deciſ. Lucenſ.55. num.2. cuius lapſu ius parti quæſitũ eſſe operabatur, Maril. dec. Ianuæ 90. nu.7. vbi nu.8. ſubdit ſibi imputandum eſſe, qui labi permiſit terminum, taliter quod vel terminus iſte duorum menſium ſit à lege præfixus, ex quo terminus iuris eſt peremptorius, non datur purgatio moræ poſt Oſaſc. deciſ.71. nu.63. Andr. Gayl. lib.2. pract. obſeruat. in obſeru.19. nu.11. aut ab homine, & eo caſu licet admittatur purgatio morȩ, præterito termino à Iudice ſtatuto, procederet tamen quando res eſſet integra, Oſaſc. vbi ſup. num.59. nam termini lapſus facit deſinere rem eſſe integrã, Coſta de re integr. diſt.48. nu.9. adeò quod amplius audiri non poterat Vniuerſitas extra tempus, ſemper enim, quod permiſſum eſt ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum, Monac. vbi ſup. num.2. & 5. ſed dato, quod admitti deberet per viam reſtitutionis in integrum, prout fuerat admiſſa præuio decreto interpoſito die 28. Octobris 1578. facto verbo in Collaterali Conſilio, per quod fuit dictum, quod Vniuer-

ſitas Paulæ admittatur ad reclamandũ ex capite reſtitutionis in integrum, & admiſſa ipſa Vniuerſitate ad præſentationem nouatũ ſcripturarum,& per Marchionem oſtenſum, non amplius ipſam debere audiri cum nouis ſcriptutis præſentatis extra terminum duorum menſium, ex quo non adimpleuerat,vnde iuſtiſſimè fuit proceſſum ad interpoſitionem alterius decreti per Collaterale Conſilium de menſe Marij 1574. quod Vniuerſitas non admittatur ad domaniũ, & quod imponatur ei perpetuum ſilentium, à quo decreto licet non reclamaſſet,dicebatur tamen,exequi non poſſe,ex quo promiſſa adimpleta non fuerant, nec aliter cauſa reclamationis alteri cõmiſſa, imò per eundem Iudicem prouiſum die 12. Maij eiuſdem anni, quod decretum latũ die 24. Martij debitæ exequutioni demandetur, & dum fuerat impoſitum perpetuum ſilentiũ, nullatenus imponi potuiſſe ex rationibus deductis per Medic. vbi ſupra,quibus replicabatur,imponi potuiſſe, ſtante conformitate ſententiarum,etenim in prima ſententia dicebatur,quod admittatur Vniuerſitas ad domaniũ adimpletis prius oblationibus, adeò quod ſi non fuerit adimpletum intra tempus præfixũ ex ſubaudito intellectu,cenſebatur excluſa,& cum realiter adimpletum non fuerat ob lapsũ temporis,fuit aliud decretum excluſiuum interpoſitum cum impoſitione perpetui ſilentij, & ſic videbatur primum decretum confirmatum, cum igitur ſententia Magni Camerarij æquipararetur ſententiæ Præfecti Prætorio, à qua non appellatur ad finem retardandi exequutionem, ſed ab ea tantum reclamatur ad idem Tribunal, Frecc.de ſubſeud. lib.1. de officio Magni Camerarij, num.15. ſubſequitur, ritè, & rectè fuiſſe impoſitum ſilentium exiſtentibus duobus decretis conformibus,iuxta diſpoſitionem Reg. Pragmat.5. de offic. S. C. Imò vltra ipſa bina decreta adeſt vltimũ decretum, imponens perpetuum ſilentium, taliter ſi bina ſufficerent decreta, l. ſi quis aduerſus, C.de precib. Imper. offer. multo fortius ſi tertium fuerit adhibitum, vnde fruſtra alia reclamatio impetratur, nec etiam per viam reſtitutionis in integrum,cum tempora non largiebantur, l.fin. C.de temp.in integr.reſtit. pet. ex quo quadriennium iam apparebat elapſum, ob quod amplius quis audiri nõ debet, cap.1.de reſtit.in integr.in 6. & licet prætenderetur prius dari biennium,& inde quadriennium, attamen procederet,quando eſſemus in terminis, in quibus daretur reclamatio,& ob eius omiſſionem reſtitutio,cæterum in caſu allegato reclamatio ceſſabat, licet reſtitutio concedi poterat à tempore, quo læſio vrgeret, tempus læſionis eſt ſententia, à qua non licet appellare, & proinde quadrienniũ ab eo tempore currit, d. cap.1. & clem.1. eod. tit. Imò ex alio ipſa reſtitutio concedi non debet, eo quia ipſa petitur vel ad cauſam, & quia de cauſa non tractatur, nec apparet de læſione,meritò non concedi debet, ſimiliter ſi ad appellationem omiſſam, iuxta Gloſ. in l.1. C.ſi ſep. in int.reſt. quia appellari non potuit, ſucceſſiuè non concedi. Sin autem ipſa Vniuerſitas prætenderet, aduerſus ſilentium impoſitum reſtitui non ritè,ac rectè interpoſitũ, reſpondetur hoc fruſtra peti aduerſus decreta Reg.Cam. ac Collat.Conſ. eo amplius, quia iuſtè fuerat interpoſitum poſt bina decreta, & ſi vnica fuiſſet ſententia, adhuc refelli videbatur, poſtquam fuerat ab ea reclamatum præuio memoriali porrecto die 24. Aprilis 1571. Excellentiſſimo Proregi per conqueſtũ excluſionis à domanio petendo, ad illud admitti,quapropter per dictum Proregem mandatum fuiſſet,relationem fieri,vnde conſpicitur,illud continere reclamationem,nam quoties pars prætenderet ſe læſam,cõquæratur de Iudice, adeundo Superiorẽ appellare dicitur, l.ſi ab arbitro ff. qui ſatiſdar. cogant. Gloſ. vbi Bart.in l.ſi minores ff. de admin. tutor. Rom. conſ.90.in princ. Facta inde relatione in Collaterali Conſilio interpoſitum fuit decretum imponens perpetuũ ſilentiũ, licet non adſint verba illa,bene iudicatum virtualiter,tamen intelliguntur,quia de hoc principaliter diſceptabatur,quod ſanè comprobatur circumſcripto ſilentio, ex eo quod decretum interpoſitum de menſe Martij firmum remanſit, & cũ ab eo non fuerat reclamatum, reclamationem non continebat vſque ad annũ 1577. elapſis annis ſex,ob quorum lapſum nec reclamationis remedium, neque reſtitutionis conceditur, d.cap.1.de reſtit.in integr. in 6. poſtquam talia verba non caſu, ſed cum miſterio appoſita fuerunt per dictam Regiam Pragmaticam,nam ſi admitteretur reſtitutio,talis Pragmatica nil noui induceret, vltra diſpoſita in d.l.ſi quis aduerſus,vnde eorum verborum appoſitio operantur, vt partes ſilere debeant, non loqui,nec in aliquo ſententiæ contrauenire,ita Bald.in l.fin.C.de reuoc.donat. & idẽ Bald.in l.2.C.vt lit.pend.dixit,quod imponere ſilentiũ eſt excludere,vt amplius quis vti non poſſit re, à qua per impoſitionem eſt excluſus, etenim tale verbum ſilentium denotat,vt quis amplius non loquatur,repellitur,& non audiatur, & penitùs ſileat, idem Bald. in l.peremptorias, col penult. num.47. C. ſent. reſc. non poſſ. & in cap.1. §.1. col.fin. num.28. de pace Conſt. Vlterius quatenus prætẽderetur decretũ latum ſuper impoſitione ſilentij fuiſſet nullum. Primo, ex quo non fuerat datus terminus in cauſa reclamationis, ac obſeruatus ordo iudiciarius, non eſt dubiũ,quin cauſa expediri poſſet abſq; termino, quando pars illum non petijſſet, iuxta communem doctrinam Bart.in l.prolatam,C.de ſentent.cumulat Alex.conſ.105.vol.5. Capyc.deciſ.1. quod idẽ in alijs actis erit intelligendum, inſuper quia tractabatur de adimplemento, vel facto, aut faciendo,in quo tota vis cauſæ. ac reclamatio conſiſtebat, quod per teſtes non poterat verificari,ſed tantum per ſcripturas,quas præſentauerat, imò petierat reuiſionem coram Prorege, vnde vanum eſt tractare de iſtis ſollemnitatibus, ſicuti quando punctus eſt iuris, ad deciſionem procedi poterit etiam denegato termino,iuxta doctrinam Innoc.in cap.cum inter,

inter, de elect. dixi infra in ver.terminus, nec demum alia oppoſitio militare videbatur, nempè, quod idem Commiſſarius protulerat aliam ſententiam cum impoſitione ſilentij, nam cum hoc ſit de natura reclamationis, vt alteri cõmittatur, & in hoc differat ab appellatione, in qua appellandn quis de Iudice grauatur, ideo alijs cõmittitur, non eſt in reclamatione, idcirco idem cognoſcit. DD.in d.l.ſi quis aduerſus, & in Auth. quæ ſupplicatio, in caſu de quo agebatur minimè procedit. Primò, quia Pats cõſenſerat. Secundò, quia dum Pars fundauerat principaliter intentionem in adimplementis faciendis, porrexerat memoriale ſupplicando Ill. Protegi, vt de prædictis R.C. relationẽ faceret, qua facta per eundem Commiſſarium ex adimplemento non facto, fuit confirmatum primum decretum, & impoſitum perpetuum ſilentium iuxta formã dictæ Pragmaticæ, ex quo rectè reclamatio nõ procedebat, nec ipſa admitti poterat, iuſtiſſimè idem Iudex procedere nõ vetabatur. Fuit tandem interpoſitum ſubſcriptum decretum, ſeù votum allegationũ eiuſdem Ill. Marchionis Fuſcaldi, manu Regentis Salernitani videlicet. Die 28. Ianuarij 1578. in Collaterali Conſilio fuit prouiſum, quod Vniuerſitas nõ admittatur ad domanium, & quod imponatur perpetuum ſilentium, ſtante quod non reclamauit à decreto lato die 22. Decembris 1571. vbi fuit dictum, quod Vniuerſitas admittatur ad domanium, adimpletis prius oblationibus factis per particulares intra duos menſes, quibus elapſis fuit dictũ die 24.Martij 1571.quod ex quo nõ adimpleuit Vniuerſitas non admittatur ad domanium, & confirmatum poſtea die 12.Maij eiuſdem anni, & fuit impoſitum perpetuum ſilentium, moti aliqui ex Dominis, quod ſumus in materia domanij, in qua ſicut in libertate quando apponitur aliquis terminus ſub conditione, intra quem quis admittatur ad domanium, vel ad libertatem, elapſo illo termino, non poteſt purgare morã, ita tenet text.in l Thais, §.Stichus, & Dama, & ibi Gloſ. in verbo non idcirco ff. de fideic. lib. quam vide ibi, tanto magis, quia tunc erãt elapſi ſex anni, & ſumus in materia ſummaria, in qua proceditur ſimpliciter, & de plano, conſtito de voluntate Vniuerſitatis, & de viribus, quæ hic non adſunt, imò maxima paupertas, & depoſitum fuit factum de pecunia Principiſſæ della Scalea anhelantis amore dictam Terram, quod non conuenit de iure, neque de conueniẽtia, ſtante vicinitate Terrarum Marchionis cum Terra Paulæ propter capitales inimicitias, quæ ſunt inter eos, & ſcandala, quæ oriri poſſent quotidiè, & quod fraudulenter homines dictæ Terræ, & doloſè inſtigati à dicta Domina, & D.Carolo Spinello ſunt ſequuti hanc litem, & Fiſcus petijt, ꝙ Vniuerſitas non admittatur, ſtantibus prædictis, hęc ille, quibus addo, quod nec Fiſcus aduerſus impoſitionem perpetui ſilẽtij reſtituatur, vt dixi ſupra in verbo Fiſcus, ita nec Vniuerſitas admitti debeat.

Reclamatio an admitti debeat à ſententia prolata ab alio Iudice ob mortem Commiſſarij, nulla præcedeote citatione ad dicendum, neque ea lata iotimata vero Procuratori, quamuis publicata coram Sollicitatore cauſæ, per quem poterat notitia haberi, de hoc contingit hæſitari præteritis annis in Collaterali Conſilio in cauſa Lucretię Catacciolę cum Regio Fiſco, & inde prolata ſententia in fauorem Fiſci contra ipſam Lucretiam reclamare prætendentem, quamuis oppoſitũ fuiſſet ex parte Regij Fiſci, de tali ſñtia habuiſſe notitiã, dum interuenerat eius negotiorum geſtor, ex quo poterat certificari, & præſumendum erit, ſciuiſſe ſententiam, quemadmodum in Procuratore, in cuius pręſentia fuerat lata ſententia, vt ex Cyn. probat Coſta de iur. & facti ignor. diſt.85.num.4. præterea, quia ſicuti ſententiæ S.C. non intimantur, vt dixit Maur.iun.alleg. 100. num.3. Reg.Lanar. conſ.97.num.2. quos probat Reg.Rouit.in pragmat.5.de offic. S.C. num.3. ita pariter dicendum eſſet in ſentẽtijs R.C. à quibus reclamatur, ſicut ab illis, vt dixi in præfatione noſtri compendij part.1. ex aduerſo replicabatur, nulli dubium eſſe, quin appellatio nedum à die ſcientiæ .ſ. lectæ latę, ſed intimationis ſententiæ tempus currere, & ſic ſcientiæ, Gloſ.in auth.hodie, C.de appell.Muſcatell. lib.2.part.1.gloſ.poteſt, num.2. Borgn. deciſ.10.num.66.part.3. ſed etiam reclamationis tempus currit à die ſcientiæ, probat Reg. Lanar.conſ.97.num.1.ideo pro cautela exquiritur intimatio ad tollendam ignorantiam, ad text. in cap. concertationi, de appellat. in 6. Gloſ.in cap.1.eod.tit. text.in l.1.§.fin. ff.quando appell.ſit, Bar.& cæteri in auth.hodie, C.de appell.Coſta vbi ſup.nam ipſa ſupponit ſcientiam, vt ibi Muſcatell. num.7. aduertit, taliter quod ſufficeret fuiſſe intimationem factam Procuratori, ita quod eius ſcientia præiudicet Domino, niſi Procurator ille non eſſet ſoluẽdo, Gloſ.in d.l.1.§.fin. ff.quando appell.ſit, in verbo audiantur, & in d.Auth. hodie, Afflict. in deciſ.344.latius Hartm.Hartm. pract.obſer. tit.de appellat. cap.3.eapropter quia nec intimatio facta Procuratori apparebat, imo ſi adeſſet, quia clarè apparebat, eum ſoluendo non eſſe, ſtante importantiæ cauſæ, meritò corruerat, quamuis autem appareret, eam publicatã eſſe coram Sollicitatore, attamen hoc nullius eſt conſiderationis, quia actus iudiciarij fieri debent per legitimam perſonam habentem ſpeciale mandatum, ad tex.in l.licet, C.de procurat. ſcientia namque Procuratoris, qui eſt effectus Dominus litis, nocet Domino, & in caſu, in quẽ haberet facultatem ſoluendi litis æſtimationem, non tamen ſcientia Sollicitatoris, qui cum facultatem appellãdi non habet, minimè poterat ex eius ſcientia tollere appellationem, cum ex ſcientia inducatur tacita appellationis renũciatio, quã ſi in eſſe deducere non poterat Sollicitator, minimè poterat renunciare per argumentum de priuatione ad habitũ, ad text. in l.decem ff de verb. oblig. hinc eſt, quod in S.C. loco intimationis adijcitur clauſula in ſentẽtia, lecta lata, & pu-

Digitized by Google

blicata, à quo die incipiunt currere decem dies ad appellandum, ſeu reclamandum, ex Afflict. notat ibi Muſcarell. num. 8. quaſi quod ex hoc notorium inducatur in Tribunali, vbi publicæ ſententię proferűtur, vbi adſunt Procuratores, & legitimi defenſores litium, vt aduertit Reg. Lanar. conſ. 97. ſub nu. 2. quod non eſt de ſtylo ipſius R. C. & ita alias in conſimilibus in eadem R. C. fuit iudicatum, nec proinde mirandum erit, ſi ſententiæ S. C. non intimantur, vt dixi ſupra, vltra rationem adductam per eandē Reg. Lanar. vbi ſupra, & quia intimatur mandatum de parendo, in quo tenor ſententiæ continetur, de quo poſt Carau. in ritu 128. num. 7. loquitur Muſcar. in d. par. 1. gloſ. 7. demandatur, num. 16. vbi addit, hoc ſolum practicari in S. C. non tamen in alijs Curijs, quod confirmat num. 32. immo etiam ſi fuiſſent partes præſentes lectioni ſententiæ, adhuc illa erit notificanda, niſi ſpecificè dictũ fuiſſet, lectam latam præſentibus partibus, vt ibi proſequitur Muſcarell. num. 10. & 12. dicebatur vlterius, manifeſtam eſſe ignorantiã ſententiæ prolatæ, poſtquam cauſa ipſa primo loco commiſſa fuerat D. Paulo de Magnanis Præſidenti, quo mortuo abſque alia commiſſione fuit cauſa deciſa per Præſidentem de Eſcobar, coram quo non fuit aliter factã citatio ad dicendum, vt de ſtylo requirebatur, & eius omiſſio induceret nullitatē, etiam quod eſſemus in ſummarijs, ad text. in clem. ſæpè, verbo ſententiam, cum Gloſ. de re iudic. Gloſ. in cap. conſuluit, de offic. deleg. Bart. in l. 3. §. Stichus, de ſtatuliber. Afflict. deciſ. 283. nu. 6. Capyc. deciſ. 1. quem ſectatur Muſcarell. eodē loco, num. 13. vbi ratiocinatur de Procuratore, qui non fuerat citatus ad audiendum ſententiam, & hęc dubitationem nõ recipiebant ex mutatione Commiſſarij, corã quo erat facienda alia citatio, vt ex communi ſtylo refertur ſeruari. Quocirca Aduocati ipſius Lucretiæ cernentes primum Commiſſariũ mortuum, & cauſam non dum alteri commiſſam, nulla monitione præcedente defendere eam non potuerant, & tales monitiones habentur loco peremptorij de iure communi, l. 1. §. item cui ex edicto ff. quæ ſent. ſine appell. Franch. deciſ. 261. nu. 11. vbi cenſuit, hanc citationem fieri loco citationis ad ſententiam, eapropter cum talis ſententia præcipitanter lata fuerat, non abſque labe nullitatis partibus inauditis, nullam exequutionem mereri videbatur, ex traditis per DD. in cap. iurgantium, de re iud. & l. 1. C. de ſent. ex bre. recit. In calce allegationum inſpicitur adnotatũ ſubſcriptũ votum Regent. Salernitani videlicet, fuit prouiſũ in Collat. Conſ. quod admittatur ad reclamandũ.

Reclamatio interpoſita à decreto de exequendo ſententiam a lege prolatam, & Iudicis miniſterio comprobatam admitti an debeat, exemplo oſtenditur ex facti ſerie occurſo, ſuppoſito quod cum fuiſſet prolata ſententia per S.C. ſub die 19. Octobris 1622. in fauorem Pauli de Dominico contra Michaelem dell'Erede, & Simeonem Iunium ad ſoluendum duc. 2391. ei debitos pro naulis ob vecturã certæ quantitatis frumenti Neap. traſportati in eius naui inde demerſa vi tempeſtatis in mari, ſed abſq; vllo intereſſe, poſtmodũ ſub die 5. Maij 1626. fuit interpoſitum decretum huiuſmodi videlicet. Decreto S.C. declaratum eſt, nõ deberi Paulo de Dominico intereſſe ducatorũ 2000. ſolutorum per Michaelem dell'Erede ex cauſa ſequeſtri facti ad inſtantiam dictorum dell'Eredi, & Iunij, verum prędictos Michaelem, & Iunium teneri ad intereſſe reſtantis quantitatis non ſolutę naulorum, liquidandorum per S.C. à die 24. Octobris 1612. vſque ad integram ſatisfactionem, ſalui iuribus competētibus prædicto Paulo de Dominico reſpectu dictorum duc. 2000. ſuſpenſorum in Banco, ab hoc decreto reclamauit dictus Paulus, & obtinuit verbum fieri, eo quia dictum decretum continebat in ſe repugnantiam contra formã ſententiæ prolatæ, & inde facto verbo in S.C. per Reg. Conſ. D. Didacum Varela die 4. Iunij 1630. fuit prolata ſententia altera dictans, declaramus, benè fuiſſe, & eſſe ad Maieſtatem noſtram, noſtrumq; S.C. reclamatum pro parte Pauli de Dominico, & proinde deberi dicto Paulo intereſſe à die quadrimeſtris elapſi poſt ſententiã vſque ad integram ſatisfactionem ad rationem octo pro centenario, & licet ex parte ipſorum conuentorum producta fuiſſet regia decretatio a Spectab. Præſide, quod intimetur parti, dum reclamauerat à dicto decreto, aſſerēdo ſententiam nullam contra tenorem alterius ſententiæ, a qua fuerant abſoluti pro intereſſe, tandē auditis partibus, fuit negotium remiſſum eidem cauſæ Commiſſario, vt ſuper exequutione ſententiæ iuſtitiam faceret, quanquam poſt hæc ipſe Paulus recurſum habuiſſet in Collaterali Cõſilio, tandem per illud fuit determinatũ, benè fuiſſe prouiſũ per Spectab. Pręſ. S.C. quod idē Commiſſarius cauſæ reſpectu exequutionis ſentētiæ inſtitiam faceret, quapropter inſtante eodem Paulo pro conſignatione literarum exequutorialium obtinuit decretum, quod exequutioni demandetur ſententia S. C. lata ſub die 4. Iunij 1639. iuxta ſui ſeriem, & tenorem pro quantitate in ea contenta, & confirmatũ poſtmodum per S.C. die 16. Decembris eiuſdem anni ad relationem Reg. Conſ. meritiſſimi Andreæ Marcheſij, quo non obſtante de nouo conuenti dixerant de nullitate ſentētiæ ſecũdo loco latæ ſub die 14. Iunij 1630. reclamando à decreto lato ſub die 14. Maij eiuſdē anni, dicebãt enim, ſicuti ab omni cauſa appellãri licitũ eſt, vt ſatis probaui in voto meo 64. & voto 73. nu. 21. ſic pariter in reclamatione dicendum erit, præterea quemadmodum appellatio eſt ſpecies defenſionis, vt dixi in voto 31. num. 30. ideo nemini erit deneganda Caluol. in praxi Iudic. §. appellatio, concluſ. 5. num. 1. pręterea dicebatur, nullatenus denegari poſſe reclamationem ab iſta vltima ſentētia, in forma ſententiæ diffinitiuæ prolata ad reuocationem decreti diffinitiui, vt dicetur in ſequenti verbo reclamatio, ſed reſpectu nullitatis dicebatur, quamlibet ſententiam poſſe dici nullam, vt refert Vant. de nullit. rubr. an. qua li-

quælibet ſententia per remed null. imp. poſſ. num.1. & propterea cum vltima ſentētia fuerat prolata contra primam ſententiam abſolutoriam ab inte eſſe, ſubſequebatur, ſententiam contra ſententiā nullam eſſe, l.1. C.quādo prouoc.non eſt neceſſ.Pariſ.conſ.108.n.33. vol.4.Gargiar.patroc.72.num.2.part.2. Io.Ferrar.in proceſſ.Iudic. part.2. in Addit.ad 2.cap. & eo magis ſi fuerit ſentētia tranſacta in rem judicatam, vt in facto erat, quoniam ſententia lata contra rem iudicatam eſt ipſo iure nulla, licet lata fuerit per Imperatorē, probat Caluol.in praxi Iudic.§.ſententia, concl.vnic. num.106. Demum eit a iuſtitiam cauſę dicebatur, de iure eſſe diſpoſitum, quod ſors peti debet inſimul cum vſuris, ad text.in l.ſi depoſiti, C. depoſ. & propterea ſi actum fuerit pro ſorte, amplius pro vſuris agi non poterit, & ſi fuerit actum, obſtabit exceptio rei iudicatæ, ita bene congerit Io. Botcolt. in tract.de vſur. cap.vlt.ſub num.28.verſ.non enim inquit, vbi plura ad hoc; porto vſurarum, & ſortis petitio eodem libello concludi poteſt, eodemque iudicio terminari debet, Ant.Fab.in eius Codice lib.7.tit.18.defin.22.in princ. Ex aduerſo autē replicabatur, eſto quod in prima ſententia fuiſſent conuenti abſoluti ab intereſſe petito, intelligenda erat pro intereſſe ex pręterito, nō de intereſſe debiti in futurū, quod à lege ſtatutum eſt, nam prius condemnatus, qui poſt tempora iudicati non ſoluerat, centeſimam vſuram præſtare aſtringetur, l.1.2. & 3. C.de vſur.rei iud.& l.1.C.de exequut.rei iudic. licet priſcis temporibus ex lege duodecim tabularum cōdemnato ſtatutum fuiſſet tempus triginta dierum, qui iuſti dicebantur ad ſoluendum, deinde prorogatum ad tempus duorum menſium, l.fin.§.penult.C.de vſur.rei iud. attamen tempus tale ex lege Iuſtiniani ad tempus quatuor menſium prorogatum eſt, l.2. C. de vſur. rei iudic. notat Io.Borcolt. eod.tract. cap.4. num.25. quibus elapſis debentur vſuræ rei iudicatæ, vt dictum eſt ſupra, notat Piæſ. de Franch. deciſ. 21. & 27. nouiſſimè Sigiſm. Scaccia de re iud.gloſſ.14.quæſt.31. hæc enim eſt ſententia legis, quoniam lex ipſa condemnat reum ad ſoluendū vſuras, elapſo tempore quadrimeſtris, l.1.C.de vſur.rei iudic. quare licet à Iudice id declaretur, illud agit vti miniſter legis, vti etiam exequutor pręceptorū legis, & Dei, Scaccia de re iud. gloſ 1.quæſt.1. num.7. & 253. & ideo nedum à ſententia legis, Canonis, vel ſtatuti non prouocatur, quæ neminem grauare intelligitur, l.ſi qua pœna ff.de verb.ſignif. Ioan.Ferrar. d.proceſſ.part.1. lib.3.cap.7. in fine, amplius, quia prohibitum eſt pugnare contra legem, eiuſque prouiſionem, d.l.ſi qua pœna, vbi Bart.& l.fin.ff.de appell.recip.cap.nouit, de appell. Dec.in cap.cōſuluit 3.num.22. de appellat. Rebuff.in tract. concord. in princ. rubr. de conſtit. Petr. Gregor. in tract. de appellat. cap.22. Io.Vameſius in cap. ad noſtram, fol.132.& in cap. conſuluit, fol.254.de appell.num.30. Marant.in ſpec. par.6.in 2.actu, cap.quanquam appellatur, nu.316. Ruginell.de appellat. §.2.cap.3. quib.in cauſ. appell. lic. num.530. ita nec etiam à ſententia Iudicis exequentis, quia ab exequutore non licet appellare, ad text.in l.ab exequutione, C.quorum appell.non recip.Imbert.inſtitut.forenſ. lib.1.cap.69. & eo fortius, quia ipſa primęua ſentētia fuerat tranſacta in rem iudicatam, quæ pro veritate habetur, l. res iudicata ff. de regul. iur. cap.expoſita, de arbitr. & vicē legis habet, l.Imperator, & l.de quibus, vbi Gloſ.in ver.inueterata ff.de arb.quo fit, vt cum de iure ſit diſpoſitum, quod ſententia lata contra caſum legis, ſtatuti, & communis opinionis ſit nulla ipſo iure, Caualc. deciſ.27. num.79. part.2. imo nedum contra caſum legis, ſed etiam contra teſtamentum, inſtrumētum, & ſic contra ſcripturam publicam, idem deciſ.28.num.37.& 49. deciſ.30.num.7.& deciſ.5. nu.1.part.1. & ſic arguendo à contrario ſenſu ſatis firmiter idem reſultaret effectus, Euerard.in topica iuris, loco 82. & propterea ſicuti nec appellatio, neque nullitas admitti debent contra primam ſententiam, neque etiam contra ſecundam, quæ eſt conſequutiua primæ ſententiæ iam tranſactæ in rem iudicatam, quæ nullo modo nec per viam remedij, aut nullitatis impugnari poteſt, cum ſeipſam calore rei iudicatæ iuſtificetur, Vant.dict. tract.tit.qual.ſent.& proc.poſſ.num.27.Afflict. deciſ.13. nu.28. Caualc.deciſ.10.nu.14.part.1. & deciſ.19.nu.17.par.3. alias nunquam finem litibus daretur, l.2.C.de re iud.& ob id quemadmodum contra primam antecedentem diffinitiuam nullitas non fuit admiſſa, ita contra ſecundam interloquutoriam ex neceſſitate iuris in illius conſequentiā prolatam admitti debeat, Euerard. d.topica, loco 125. a conceſſione antecedentis, & eo impenſius dum nullitas nō fuerat oppoſita, & non poterit opponi contra primam antecedentem ob lapſum decem annorum, imò à decreto illā reijciente reclamari nō poſſe, ſtatutum eſt in pragm.77. §.23.de offic. S.C. nec obſtat id, quod de petitione non facta dicta ſunt, nam vltra quod in facto peritæ fuerant, adhuc tamen non locum haberet, quando inter primam, & ſecundam ſententiam medio tempore vſuræ inſurgunt, quoniam pro eis datur actio vtilis, ex l. negotiorum geſtore ff.de appellat.notat ibidem Io. Bor.olt. in fine, & ſic auditis partibus coram Commiſſario cauſæ, per quē cum fuiſſet domi prouiſū die 14.Maij 1632. q pro exequutione ſententiæ dicti Heredi, & Iunij infra decem dies ſoluere debeant ducatos 2391. aliàs expediantur literæ exequutoriales in forma Cācellariæ, &c. à quo conuenti obtinuerunt loco reclamationis regiam decretationē de verbo faciendo, quo facto per Reg.Conſ. D.Vaſelam iunctis Aulis, fuit per idem S.C.declaratum benè prouiſum ſub die 14. Maij 1632. vt ex actis in Banca Scacciauenti, licet iterū obtinuiſſent verbum fieri in S.C.demum omnibus diſcuſſis die 17 Iunij 1633. iunctis Aulis eodem referente, fuit in fauorē ipſius Pauli iudicatum.

Reclamatio interpoſita à ſententia diffinitiuè prolata ad reuocationē decreti diffinitiui ad-

Digitized by Google

mitti an debeat, præſuppoſito quod vitia nullitatem in ſe continentem, eo quod reuocatio decreti diffinitiui debebat reuocari per conſimile decretum, & non per ſententiam diffinitiuam, ex regula illa vulgata, omnis res, quæ per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de reg. iur. abſonum quidem videbatur, reuocari poſſe decretũ eo modo per ſententiam diffinitiuam in ſe continentem ſolemnitatem legis, hoc eſt verba, lecta lata, & publicata, l. 2. C. de ſenten. ex breuil. recit. & præſentibus nouem Conſiliarijs, ac alijs perſonis, à qua pariter ipſa reclamatio concedi debuerat, prout fuerat mandatũ verbum fieri, prout in eadem cauſa Pauli de Dominico cũ hæredibus Michaelis dell'Erede, & Simeone Jungo contingit inter cætera dubitari, ſuppoſita prius ſententia prolata die 19. Octobris 1612. in fauorem ipſius Pauli contra præfatos ad ſoluendum ducatos 2391. in qua nil de intereſſe dictum fuerat, & ob id inſtãte dicto Paulo pro intereſſe, prolatum fuit decretum à S.C. die 5. Maij 1626. non deberi intereſſe ducatorum 2000. ſolutorum per dictum Michaelem ex cauſa ſequeſtri facti ad inſtantiam prædictorum conuentorum eidem Paulo, verum eos teneri ad intereſſe reſtantis quantitatis non ſolutæ naulorum liquidandorum, &c. & cum tale decretum repugnantiam continere videretur, reclamauit Paulus, & obtinuit verbum fieri, demũ facto verbo die 4. Iunij 1630. fuit prolata ſententia per idem S.C. declarando, bene fuiſſe reclamatum pro parte ipſius Pauli, & proindè deberi intereſſe à die quadrimeſtris elapſi poſt ſententiã, &c. dicebãt conuenti, talem ſententiam eſſe nullam, dum agebatur de reuocatione decreti interloquutorij, eodem modo fieri debebat aliud decretum non per viam ſententiæ diffinitiuæ, & ſic nulliter, ſed replicabatur, talem ſententiam non eſſe propriè, & verè definitiuam, ſed interloquutoriam diffinitiuo modo prolatam, Bar. in l. Titia, num. 6. ff. de appellat. quia apparebat prolata in conſequentiam antecedentis diffinitiuę in ea relatę, & ſic ſententia, quæ poſt ſe aliam diffinitiuam expectat, interloquutoria eſt, notatur in l. 1. C. quando prou. non eſt neceſſ. & l. poſt ſententiam, C. de ſent. expreſsè hoc dixit Iacob. Machell. patroc. 45. num. 10. item quia reuocat alteram interloquutoriam, reducens ad priſtinum ſtatum ſuæ antecedentis diffinitiuę, ideoque partes petierunt fieri verbum loco reclamationis, nam aliter petijſſent, committi cauſam reclamationis, propterea obſtare non videbatur diſpoſitio d. l. 2. cum ipſa non imponat neceſſitatem Iudicibus, iſtud obſeruandum eſſe in diffinitiuis tantum, nec prohibet attenta qualitate cauſę, & perſonarum qualitate, nam idem poſſit in interloquutorijs obſeruari, quod eſſet ſatis melius, prout aduertit Io. Simeon. Zuccard. in l. 1. num. 14. C. eod. ad quod conferunt etiam dicta per Cyn. & Salyc. in l ſtatutis, C. eodem, quãdoque interloquutoria modo dici poteſt diffinitiua reſpectu ſui articuli, Bal. in l. ſi quis ius iurandum, C. de reb. cred. in fin. Felin. in rubr. de re iudic. num. 2. in fine, qua de re verba illa, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, &c. non poſſunt operari, vt interloquutoria ſit diffinitiua, cum iſtud remaneat in diſpoſitione iuris, Bald. in l. ante ſententiam in fin. C. quor. appell. non recip. & in d. l. ſi quis ius iurandum, Felin. vbi ſupra, Angel. Peruſ. conſ. 115. num. 2. Anchar. conſ. 343. & ſeq. Io. Bapt. Marcheſ. in tract. de ſentent. ſpecieb. earumque different. cap. 48. & ſic fuit iudicatũ, vt in præcedenti verbo.

Reclamatio poſt decem dies, ſed intra biennium à ſententia S.C. an requirat pro forma ſupplicationem directam Regiæ Maieſtati, concluditur affirmatiue, ex quo agebatur de cõmittenda cauſa reclamationis, refert Reg. Rouit. deciſ. 21. de tribus, & de eodem caſu agitur in 2. par. noſtri compendij verbo reclamatio.

Reclamatio admitti an debeat, vel non à decreto lato per S. C. conforme decreto Curiæ Admiratiæ, videtur negandum, eo quia non conceditur reclamatio à decreto S.C. in aliquo ſe conformante cum decreto M.C.V. iuxta deciſa per S. C. apud Præſ. de Franch. deciſ. 710. de quo in 1. par. noſtri compendij verb. decreta, nihilominus hoc idem non procederet reſpectu decretorum latorum per Curiam Magni Admirati, ſi eſſent conformia cum decretis S.C. vt fuit iudicatum per idem Sac. Conſ. iunctis omnibus Conſiliarijs de ordine Propręſidentis D. Io. Sanchez de Luna annis pręteritis in cauſa Scipionis Ruſſi, in Bãca Cioffi, nam fuit admiſſa reclamatio, & ratio fuit, quia in Curia Admiratus vnicus Iudex in ea præeſt, ſed in M.C.V. præſunt quinque Iudices cum duobus Regijs Conſiliarijs, vt refert Franch. deciſ. 720. num. 19. & eſt Tribunal celebre, inde firmius conſilium plurium, quam vnius tantum, cap. prudentia, de off. & poteſt. Iudic. deleg. D. Reg. Valenz. in diſcurſu ſtatus, & belli, part. 2. conſid. 20. nu. 32. ideo dum eadem ratio non militat, neque iuris diſpoſitio militare debet, & vide ſupra eodem verbo reclamatio.

Reclamatio interpoſita à ſententia lata per S. C. vt res cum fructibus reſtituatur, ſi facta rei reſtitutione, non tamen fructuum ob eorum incertitudinem, propter quod fuerat calculus commiſſus, an hoc non obſtante, ſi fuerit cõpilatus proceſſus, operetur, vt ad illius expeditionem procedi potuiſſet, quemadmodum incidit heſitari in eodem S.C. in cauſa Dianoræ Calabreſe, & Alphonſi Riccio cum Scipione de Henrico, & cum fuiſſet Paulus Blaſichius tertius poſſeſſor conuentus ad relaxandam quandam maſſariam, audito dicto Scipione, & ita fuiſſet per S. C. ſententiarum non obſtantibus nullitatibus oppoſitis, vt reſtitueretur dicta maſſaria vna cũ fructibus, & ab ipſa ſentẽtia reclamatum in forma, & inde fuiſſet facta reſtitutio illius, ex quo fructus erant illiquidi, dum fuerat cõpilatus proceſſus in cauſa liquidationis, & commiſſus calculus, ſimiliter cõpilatus apparebat proceſſus in cauſa reclamationis, vnde inſtabat Scipio pro expeditione cauſæ reclamationis, quapropter replicabat

bat actor, minimè potuiſſe procedi ad cauſam reclamationis, ex eo quia licet ſententiæ S.C. exequantur armata manu iuxta pragm. 5. de offic. S.C. attamen ſi fuerit reclamatum, non procederetur, niſi prius exequuta ſententia, Auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Impet. offer. Præſ. de Fanch. deciſ. 523. nu. 12. Iudex Latatha conſ. 78. nu. 6. Gallupp. in eius praxi S.C. part. 4. cap. 5. num. 36. Imo etiam quod fuiſſet compilatus proceſſus in cauſa reclamationis, & nõ fuiſſet oppoſitum de exequutione ſententiæ, adhuc in ea procedi non poſſet, niſi prius ſententia exequuta, prout ita deciſum reliquit idem Præſ. de Franch. dec. 290. quem ſequitur Iudex Taſſon. in pragmat. de antefato, verſic. 3. obſeruat. 3. ſub num. 76. etiam in fructibus, prout in ſpoliato firmat Rota in nouiſſ. deciſ. 473. lib. 1. & deciſ. 865. par. 4. & ipſis liquidatis eadem Rota deciſ. 296. lib. 3. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 40. nu. 5. & Achill. de Graſſ. deciſ. 122. ſicuti quando fieret reſtitutio cum clauſula, parito breui, quoniam nõ ſufficeret, oblatio ad parendũ, ſed fructus debent liquidari, & ſolui, ex Marta, & Seraphin. probat Barboſ. in tract. de clauſul. in clauſ. 53. num. 5. ibidem ſubdit ex Marcheſ. procedere etiam in illis fructibus non liquidatis. Ex aduerſo replicabatur, iam ſententiã fuiſſe exequutioni demandatã reſpectu iuris petiti, ſed reſpectu fructuũ, quia non erant liquidati, non ſibi imputari debuerãt, ex traditis infra eod. verb. terminus conceſſus, poſtquã exequutio fieri non poteſt, niſi debito prius liquidato, etenim in rebus dubijs, & incertis, exequutio fieri non poteſt, Andr. Gayl. lib. 1. obſeruat. 68. nu. 6. ſed id, quod magis vrgebat, erat, quod fuerat nedum datus terminus in cauſa, quo caſu quando Pars victrix paſſa ſit dari terminum ad nõ poſita ponendum, & non probata pbandũ, quia tunc intelligitur paſſa, vt cognoſcatur de iuſtitia cauſæ, procedetur in cauſa reclamationis abſque reali exequutione, vt ex Surd. deciſ. 24. num. 9. perpendit idem Gallupp. vbi ſupra num. 38. ſed etiam erat compilatus proceſſus, & eo amplius procedi debuerat ad ſimilitudinem cauſæ ſpolij, cum ſit de iure probatum, vt ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, ex text. in cap. reintegrãdæ 3. quæſt. 1. Pur. deciſ. 232. nu. 4. part. 1. Borgn. deciſ. 44. nu. 108. par. 1. ita quod ſpoliator purgare tenetur ſpolium vſque ad vnum obolum, Verall. dec. 270. num. 5. & 6. part. 2. & deciſ. 184. num. 1. part. 3. Coccin. deciſ. 311. num. 4. & deciſ. 496. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 734. num. 9. tom. 4. & hoc antequam ſpoliator audiri debeat, Verall. deciſ. 171. num. 1. part. 3. deciſ. 185. num. 1. ead. part. & deciſ. 5. num. 2. part. 1. Coccin. deciſ. 423. num. 4. Mohed. deciſ. 1. de ſolut. Rota in nouiſſ. deciſ. 473. nu. 1. lib. 3. Borgn. deciſ. 20. num. 35. par. 4. ſi tamen ſpoliatus conſenſerit, vt ſuper proprietate audiatur, ſpoliator videtur renunciaſſe reſtitutioni, vt ita deciſum refert Puteus deciſ. 29. part. 3. hanc eandem opinionem ex Ant. Gabr. & Curt. iun. firmat Lancellott. de attent. 3. par. cap. 24. quæſt. 10. nu. 14. Gallerat. in tract. de renunc. cap. 36. ſub nu. 10. verſ. ſed non ſolum, poſtquam in cauſa reclamationis habet etiam locũ illud, quod diſponitur quoad ſuſpenſionem petitorij propter poſſeſſorium in cauſa appellationis, Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 2. tit. de appell. reſolut. 1. num. 22. Facta inde relatione in S.C. per Reg. Conſil. condignum Andream Prouenzanum die 8. Aprilis 1634. deciſum fuit, quod procedatur in cauſa reclamationis, oppoſitis non obſtantibus, & ſic confirmando decretum per eum domi latum, vt ex actis in Banca Strinæ, & iterum in cauſa Lucretiæ de Cicco cum Petro Antonio de Serio, dum fuiſſet interpoſita reclamatio, dicebatur ex parte ipſius Lucretiæ, non potuiſſe procedi in ea, ex quo dictus Petrus Antonius debebat prius reſtituere fructus iuxta formam ſententiæ, ad quos tenebatur tàm pro tempore, quo fuerat tutor ſui nepotis, quam pro tẽpore quo exercuit tutelã Lucretia Molfeſe eius mater, pro qua erat hęres, & amplius tenebatur reſtituere quantitates exactas, & maximè, quia pendebat reuiſio calculi computorum, & pendebat relatio facienda in S.C. pro partita nulliter admiſſa, & cum fuiſſet prouiſum domi per cauſæ Commiſſarium die 16. Maij 1628. quod procederetur ad ea, quæ incumbunt in cauſa reclamationis, oppoſitis non obſtantibus, facta inde relatione in S.C. die 14. Nouembris 1633. per Reg. Conſil. Franciſcum Antonium Muſcettulam, fuit cõfirmatum decretum penès Secretarium, in Banca Carboni.

Reclamatio ſecunda concedi an debeat reclamanti, per quem noua ratio fuerat deducta, es qua informatio, vel confirmatio ſententiæ ſperabatur, deciſum fuit negatiuè per S.C. in cauſa Aloyſij Antonij Minutuli, vt refert ſolertiſſimus I.C. Marcell. Marcian. conſ. 4. lata ſententia, ſub nu. 4. verſ. & fuit ſollemniter.

Reclamatio ſecunda an concedi debeat ob prętenſam diuerſitatem ſententiarum, eo magis, quia in ſecunda nõ fuerat impoſitum perpetuum ſilentium, ſed tantum dictum, bene prouiſum, addendo condemnationem certæ pecuniarum quantitatis, facta relatione in Collaterali Cõſilio die 3. Iulij 1617. deciſum fuit, non eſſe locum reclamationi ex prætenſa difformitate, in cauſa Ioannis Baptiſtæ Cattanei cum Philippo Spinula, vt retulit Reg. Conſil. Marcell. Marcian. conſ. 4. lata ſententiã.

Reclamatio interpoſita à ſententia S.C. prolata inter creditores ſuper conſequutione certorũ annuorum introituum iam ſequeſtratorum, an impediatur prætextu, quod non fuerit adhuc ſententia exequutioni demandata, prout ex facti ſerie cõperiebatur, Claudiam de Regina feciſſe in ſua vita plures donationes diuerſis donatarijs, vt poſt ſuã mortem effectũ haberent, hoc eſt Io. Berardino, & Franciſco Shettino donauit duc. 300. inde alios duc. 200. Mattheo. & Honofrio de Porto, alios duc. 100. alios ducat. 100. Io. Baptiſtæ de Regina, & ſub tot annuis redditibus ducat. 30. debitorum ab hæredibus Io. Antonio Tudiſco, & licet ipſi Schittini, & Porto ſe immiſerint etiam in poſſeſſionem exigendi præuijs decretis Iudicis,

inde

inde comparentibus D. Berardino, & Saluatore de Ianuario donatarijs ipſius Io. Baptiſtę expoſuerunt ſibi deberi donationem factam, & pro dicta ſumma fuit factum ſequeſtrum per S. C. ſed quia compertum fuit, fuiſſe factũ depoſitum dictorũ introituum, & ipſi de Ianuario debebant conſequi tres annatas, tandem compilato proceſſu, fuit prolata ſententia per dictum S.C. ad relationem Reg. Conſ. Petri Antonij Carauitæ, declarando, ducatos ſeptem pro capitale ducatorũ centum ſequeſtratos ſpectauiſſe, & ſpectare ad ſupradictos D. Berardinum, & Saluatorem de Ianuario, cumque fuiſſet à tali ſententia reclamatum ex parte ipſorum de Schittino, & Puorto, & commiſſa cauſa Reg. Conſil. Hectori Capycio Latro. proceſſum fuit ad dationem termini, in quo ſe proteſtauerant ipſi victores, nõ procedi debere vlterius in cauſa niſi prius exequuta ſententia, vt eſt de iure diſpoſitũ, non obſtante Regia Pragmatica, vt per Afflict. deciſ. 230. cum hoc ſit de ſtylo ipſius S.C. vt teſtatur idẽ Afflict. deciſ. 358. in fine, quẽ probat Gallupp. in ſua praxi S.C. part. 2. cap. 4. num. 36. in vlt. impreſſ. poſt Muſcatell. in praxi S.C. lib. 2. p. 1. gloſ. ſententia, nu. 117. & proinde ſubſequuntur decreta huiuſmodi, in ſupplicationibus reclamationum porrectis, antequam cõmittatur cauſa reclamationis annotetur dies, & facta exequutione prouidebitur, vt inquit Reg. Rouit. deciſ. 21. num. 6. & 21. ſicuti ſpoliatus, qui non integraliter reſtitutus eſt, poteſt petitorium ſuſpendere in quacunque parte illius, & dicere, quod non niſi facta relatione vlterius recognoſcant, Putens deciſ. 248. par. 2. nec tenetur ſpoliatus reſpõdere in petitorio ante factam reſtitutionem, Caual. deciſ. 507. num. 4. poſt Fatinac. deciſ. ciuil. 365. num. 10. tom. 1. & eo magis cũ fuiſſet facta liberatio ſummæ depoſitatæ per Iudicem in beneficium ipſorum de Ianuario, dicti de Schittino, & Puorto ſentientes ſe grauati appellauerunt, & obtinuerunt verbum fieri in S. C. quapropter dum in cauſa exequutionis ſentẽtiæ procedi non potuerat, tanto magis in cauſa reclamationis, ex regula l. 1. ff quod quiſque iur. Afflict. deciſ. 66. Ex aduerſo replicabant ipſi de Schittino, & Puorto, ipſos non fuiſſe reos conuentos, & condemnatos per ſententiam, ſed eſſe pariter creditores, ſicuti ipſi de Ianuario eiuſdem donatricis. & ſententia S.C. nil aliud determinauit, niſi ſpectare ad ipſos de Ianuario dictos ducatos ſeptem pro capitale duc. 100. vt dictũ eſt, cuius exequutio non vergebat contra ipſos, propterea impediri non potuerat procedi in cauſa reclamationis ob grauamen illatum prætenſum ipſis reclamãtibus, nec propterea exequutionem impediebant, quia pariter cõſpiciebantur grauati ex tali liberatione facta, dum exiſtebant in poſſeſſione exigendi vigore decretorum acquieſcere non poterãt, quoniam nouum grauamen illatũ apparebat, ne tamen videantur acquieſcere ſententiæ prædictæ, dum paſſi ſunt fieri exequutionem vigore dictæ ſententiæ S.C. quæ habet exequutionem paratam, Vrſill. deciſ. 78. ſub nu. 8. permiſſũ erat appellare, quibus accedit pro comprobatione præmiſſorum, quemadmodum ſententiæ S.C. paratam habent exequutionẽ, vt dictum eſt, ita etiam & inſtrumenta liquida, vt probaui in voto 2. num. 15. & voto 84. num. 427. & tamen debitor audiretur, ſi ſe in vinculis conſtituerit, vel faceret depoſitum, ita Franc. Anton. de Iudice de liquid. inſtrum. conſid. 4. num. 45. ſimiliter & apocę bancarię, quæ habent exequutionem paratam, vt probaui in voto 85. num. 28. adhuc tamen debitore in vinculis conſtituto, vel facto depoſito audiretur, Reg. Rouit. in pragm. 64. num. 32. de offic. Procur. Cæſar. ſimiliter obligationes penẽs acta ſtipulatæ, vt dixi in voto 2. num. 13. audiretur etiam debitor ſi in carcere conſtitutus eſſet, vel faceret depoſitum, iuxta diſpoſitionẽ dictæ Pragmaticæ, ita in caſu permiſſo fortius audiri deberent iſti creditores in proſequutione reclamationis ſtante depoſito tertiarum factarum. Dicebatur etiam ad vberiorem rationem nedum fuiſſe proceſſum ad dationem termini ad non poſita ponendum, & non probata probandum, ſed etiam inceptũ examinari, quo nam caſu tunc intelligeretur etiam Pars victrix, vt cognoſceretur de iuſtitia cauſæ, vt ex Surdo deciſ. 24. firmat ibi Gallupp. ſub num. 38. ſic ſpoliatus ſi conceſſerit, vt ſuper proprietate ſua audiatur, priuilegio reſtitutionis renunciare videtur, Puteus deciſ. 29. num. 1. par. 3. ſed melius Lancell. de attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 10. num. 14. inquit, quod ſpoliatus patiens per aduerſariũ produci iura ſuper proprietate, per quæ conſtat, ſuo iure exceptione dominij excluditur. Imò proceſſum vſque ad actum publicationis, & tanto fortius conſenſiſſe videbatur, & ſi ipſa Pars in quolibet actu fuiſſet proteſtata, non potuiſſe procedi ad vlteriora, niſi facta reali exequutione, ſuum erat, ſuper hoc interponi facere decretum, quinimò dum Iudex ad vlteriora proceſſerat, videtur talem exceptionem reijciſſe, ex text. in l. à procedente. C. de dilat. quẽadmodũ expreſsè in actu publicationis reijcerat, mandando fieri publicationem oppoſitis non obſtantibus, de quo cum fuiſſet appellatum ad S.C. demum eodem referente die 24. Maij 1636 fuit interpoſitum decretum huiuſmodi videlicet. Per S.C. declaratũ eſt, benè fuiſſe prouiſum per Mag. cauſæ Commiſſariũ ſub die 14. Aprilis proximi præteriti, penès Secretarium, in Banca de Ferrarijs in proceſſu Leonardi Lignolæ cum Proſpero Magliano, ſed quia impetrauerunt ipſi de Ianuario, vt fieret relatio in S.C. pro confirmatione decreti liberationis depoſiti pro exequutione ſententiæ prædictæ, ideo facta inde relatione per Reg. Conſ. Petrum Antonium Carauita die 16. Iunij 1636. fuit confirmatum decretũ liberationis prædictæ.

Reclamatio iam perempta per lapſum fatalium, ſi fortè poſt peremptionẽ prædictã fuerit impetrata inſufflatio ſpiritus vitæ, & intenderet ex hoc Pars procedere ad cauſæ expeditionẽ, an benè procedat, vel per oppoſitionẽ peremptionis reclamationis oppoſitam, nulla ratione ha-

ne habita de inſufflatione ſpiritus obtenta, minimè ad vlteriora procedi poſſe, ſit determinandum, prout prætendebant hæredes quondam Ianuarij de Alſerio, in cauſa, quam habebãt cum Fuluia Paulella Caracciola filia quondam Achillis Paulilli Caraccioli ex lite per eum incepta cũ Ianuario Alſerio, in qua cum fuiſſet reclamatum, & proceſſum in ea vſque ad limen expeditionis, ſed quia fuerant elapſa fatalia, fuit obtenta inſufflatio ſpiritus vitæ, quam obſtare non debere prætendebatur, ſtante deſertione ex vulgatis deciſionibus nouiſſimè adductis per D. Fabium Capycium Galeotam Preſid. R. C. S. nunc verò in Supremo Italiæ Conſ. Regẽte meritiſſimo in 1. tom. controuerſ. iu is. in 20. controu. à nu. 1. ad 9. quanquam poſtmodum alias deciſiones contrarias aff rat, & dictum in pluribus cauſis, fuiſſe proceſſum ad vlteriora, non obſtante deſertione reclamationis interpoſitæ, nihilominus non perſpexi in illis mentionẽ factam eſſe de inſufflatione ſpiritus vitæ, quo nam caſu cenſerem, eo magis non obſtante deſertione, procedendum eſſe ad cauſæ expeditionem, eſtque in iure certiſſimum, quod lis moritur, ad text. in l. cum lite m . ua ff. iud. ſolui, hoc eſt per lapſum triennij vt ſubdit ibi Gloſ. per text. in l. properandum, C. de iudic. reſuſcitatur tamen per inſufflationem ſpiritus vitæ à Principe obtentam, cui hoc ſpecialiter ſpectat tanquam Deo terreſtri, iuxta probata per Muſcatell. in pract. S. C. lib. 1. part. 7. gloſ. ſententiam num. 48. & ſeq. poſt Vrſill. dec. 346 & hoc nõ ſemel, vel bis, iuxta aliorum opinionem, ſed toties quoties opus fuerit, ex deciſis per Grammat. deciſ. 69. cũ alijs apud eundem Muſcatell. eodem loco, nu. 51. & amplius non ſolum in prima inſtantia, ſed in ſecunda pariter elapſis fatalibus inſufflatio concedi poſſit à Principe, cum pariter inſtãtia reſtitui poſſit, ex Frecc. notat Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 5. de inſt. cauſæ non reſtir. vbi cenſuit obſtare tex. in l. 3. in princ. C. de temp. & repar. appell. vbi denegatur reſcriptum ſuper reparatione temporum indulgendum, ex quo in Auth. præcedẽti, incip. et, qui dixit Imperator, ei, qui appellat, impartitur annus, intra quem ſe cõmuniterue cum aduerſario litẽ exequatur, aut ſi iuſta cauſa interceſſerit alius annus indulgeatur, quo tranſacto, lite non completa, rata manet ſententia, &c. vbi ſubdit Gloſ. ac ſi non fuiſſet appellatum, & rationem addit text. d. l. 3. ſed omnibus incumbendum eſſe vigilanti diligentia, quo prouocationes orũ intra ſtatutum tẽpus introducantur, &c. quod benè de iure ſtatuto procederet, attamen ſi elapſis fatalibus, prætermiſſa diligentia fuerit porrectũ reſcriptũ Principi, & obtẽta inſufflatio deſertione reclamationis imminente, non per hoc, quod fuerit conceſſũ, erit irritũ, quia quod Principi placuit, legis habet vigorem, §. ſed quod Principi, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. adeo vt non ſolum reſcripta Principis legis habent vigorem, Oldr. de mandat. Princip. prel. 26. num. 4. ſed epiſtola nulla per eum vim legis haber in omnibus cauſis, l. item veniunt, §. penult. vbi Angel. ff. de pet. hæred. Caſſan. in cathal. glor. mund. part. 4. conſid. 24. priuil. 104. nec ob id aſſeuerandum erit, quod ſi ita ſit diſpoſitum de iure, & aliter à Principe conceſſum, idcirco fieri non poſſe, cum nemo poſſit dicere Principi, cur ita facis, Eccl. 43. cap. in memoria 19. diſt Caſſan. vbi ſup. priuil. 62. poſtquam diſputare de poteſtate Principis, incurritur crimen ſacrilegij, l. 2. C. de crim. ſacrileg. Caſſan. ibi priuileg. 59. ſufficiet ita iuſſum fuiſſe, nec inferior auderet non obtemperare iuſſui Principis, aut illi reſcribere nõ eſſe parendum, eo quia inferior non dat legem ſuperiori, vnde benè per S. C. ad relationem mei Domini Andreæ Pronenzani, fuit deciſum, vt procederetur ad vlteriora in cauſa, nõ obſtante deſertione de anno 1639. mẽſe Martij penès Secretarium, in Banca Iacobi Figliolæ, in proceſſu Achillis Paulilli Caraccioli cum Ianuario Alſerio, cum alias in fortiori caſu nõ exiſtentiæ inſufflationis ſpiritus vitæ fuit deciſum, quod procedatur ad ea, quæ incumbũt pro expeditione cauſæ reclamationis, nõ obſtante allegata deſertione in cauſa Martij Carafæ cum Virgilio Montalto, relata per eundẽ Regentem loco citato, ſub num. 9.

Recognitio apocæ bancariæ fit octo modis relatis ex Scaccia de iudicijs lib. 2. cap. 11. n. 933. firmat Nicol. Genua in tract. de ſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 14. nu. 10. præſertim per recognitionem eiuſdemmet, qui illam ſcripſit, ad quã recognitionem faciendam Iudex compellere poſſit litigantes, vt ſcribant ad finẽ comparationis faciendæ, Anna ſingul. 177. & hoc præuijs præceptis cõminatorijs tribus, de quibus Reg. Tapia in ſuo Iure Regni tit. de Apocis in fine, & nil aliud eſt recognoſcere, niſi relegere, & recognoſcere. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ tom. 1. rubt. de chirogr. & ſched. recogn. in præfat. nu. 24. at ſi confiteretur eſſe ſuam manum, debitum quoque cõfiteri complectitur, ſubdit ibidem Rebuff. nu. 27. ſin autem conuentus negaret, apocam eſſe ſua manu ſcriptam, dabitur terminus ad verificandum illã ſcripturam, quæ quidem verificatur, Borgnin. dec. ſ. 27. num. 59. & 60. part. 2. fit per comparationem, vel per teſtes, vt docet Rebuff. d. tract. a. tit. 1. ſub num. 2. quanquam, vt ſupra dictum eſt, compelli debeat prius ad ſubſcribendum reus, an ſi de ſuo conſenſu, & manu ſcriptum, Borgn. d. deciſ. 27. nu. 56. & 57. ita vt prius cõparatio fieri poſſit, & hoc iure vtimur indiſtinctè in his Tribunalibus, at cum contingiſſet in facto, reum conuentum apocam denegaſſe, & compulſum ad ſe ſubſcribendum, & malitiosè in ſubſcriptione faciendo diuerſum caracterem literarum, vt contraria ſubſcriptio appareret ab illa, quę in apoca apparebat, fuit per M. C. V. reus abſolutus; verũ quia in ſubſcriptione apocæ apparebat quodam ſignum, ſeù ziſra. ſeù contraſignum, & vulgo appellari ſolet *ſconciglio*, & in alia recognitione facĩẽda, licet fuiſſet diuerſimodè facta ſubſcriptio, ſed cum eodem ſigno facto in apoca, vnde ex hoc colligebatur veritas rei, difficultari contingit, ſi poterat recognitio fieri,

fieri,& videbatur ex hoc ſigno nullam probationem oriri in priuata ſcriptura,ſed tantum ſemiplenam probationem,ex ijs,quę in conſimili decidit Gama deciſ.Luſit.238.vt M.C.decreuerat, & in terminis ſi nuda ſigilli appoſitio in mandato ſufficiat, an vero ſubſcriptio requiratur,decidit Berlich. deciſ.54. ipſum nõ ſufficere,ſed opus eſſe ſubſcriptione, ante eos Nicol.de Neap.in prologo Inſtit. in fine,propter quod deducta appellatione in S.C. ruminato negotio,fuit per idem cauſa remiſſa eidẽ M.C.vt procederet de iuſtitia,& inde per eandem prouiſum, vt Actuarius fidem faceret de concordia ziſræ,ſeù contraſigni,& habita relatione veritatis contraſigni, fuit reus condẽnatus ad ſoluendum ducatos bis centum in apoca contentos abſque teſtium ſubſcriptionibus,& ita exequutum in cauſa Iacobi Sportelli actoris, & creditoris cum Auguſtino Nicere, ad relationem Iudicis Camilli Lanfranchi,in Banca Lanzettæ, ſeù Seraphini, quæ ſiquidem deciſio iuſtificatur ex iis, quæ idem Rebuff.in pręcitato artic.1.nu.16.tradit,quod quis tenetur recognoſcere ſuum ſigillum appoſitum in apoca,etiam ſi non aliud appoſuiſſet,niſi ſignum ſuum,& in præfatione.d.rubr. num.58. & dum fuerit recognitum, condemnabitur,ſequitur num.61.idemque confirmat in 1.artic.nu.16. & de hoc etiam loquitur Paris de reintegr.feudor.cap.4. & circa num.14. quemadmodum notæ, & ſigna conferunt ad hominem cognoſcendum, l.2. ff.de ſeru.fugit. Menoch. lib.3.præſumpt.64. & lib.6. præſ.15. num.46. Palma in diuerſ.iur. gloſ.11.num.27. ita & res; nam figuræ, & ziſræ pro verbis ſupplent Rota Genuæ deciſ.60.num.8.& ſignum habet vim ſubſcriptionis, Maſcard.de probat. concluſ.285. nu.7. ſicut ſigillum probat abſq; alia ſubſcriptione,idem concluſ.1308.num.5. imò ſine aliqua teſtis probatione, vel literarũ probatione,ſubdit num.16. ita ſigna,notæ, & ziſræ, Amat.deciſ.Ferrar.33. num.3. quinimò ſemper ſcriptura cum ſigno Titij, ipſius Titij præſumitur, Gloſ.in l.ita ſtipulatus, §.Chriſogonus,verb.aſſignata ff.de verb.oblig. Ripa, & Rota Genuæ, quos probat Epiſc. Riccius deciſ.Cur.Archiep.Neap.296. num.10. part.2. ſicque contra ſignum eſt optimum inſtrumẽtum,Afflict.in deciſ.299.num.31.& proinde etiã facta recognitione ſigilli conceditur exequutio,ita ex Coler.de proceſſ.exequut. par.3. cap.1.num.101.comprobat Gratian.diſceptat. forenſ.cap.183.num.15.& 16.

Recognitio apocæ bancariæ facta per verbum credo,an ſubſtineri debeat,prout accidit controuerti in cauſa Marcelli Florilli creditoris Hieronymi, & Iulij Cæſaris de Falco debitorum, qui apocam ab eis confectam recognouerunt per verbũ credo,vndè per Iudicẽ Muſcettulam prouiſum fuit, quod ſtãte recognitione audirentur partes infra quatuor dies, à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad S.C. dicebatur ex parte ipſorum conuentorum,iure licito fieri potuiſſe recognitionem huiuſmodi, cum etiã in poſitionibus, ſeù articulis, ſuper quibus principales deponere cõſueuerunt per verbum credo,deponere compelluntur ex diſpoſitione Regiæ Pragmat.8. de ord. iudic. ſequitur Marant. in eius ſpecul. part.6. tit. de depoſit.num.14. Nunt.Tartagl. in eius praxi cap.4.nu.6. Muſcatell.in praxi S.C.lib.1. part.5. Gloſ.legaliores, ſic in Curia Grationonopolitana ſeruari, aſſerit Guid.Pap. deciſ.334. iterum in Conſilio Flandriæ, & Mechlinæ teſtatur Iodoc.in eius praxi ciuil. cap.159. nu. 32. idem Placentiæ,Rocca in tract. practicab. quæſt. lib.4.rubr.de depoſit.& artic. verſic.reſponſio,idem Mantuæ Surd.deciſ.17. Peruſiæ Ioſeph Ludouic.nu.8.idem obſeruari Romæ, teſtatur Octau.Veſt.in eius praxi lib.5.cap.14. num.7. in Camera Imperiali pariter teſtatur Andr.Gayl.pract.obſeru.lib.1.obſeru.82.nu.7. Patauij etiam teſtatur Guido Pancirol.in eius praxi ciuil.Iudic. part.2.verſic.reſpondendum eſt,fol.109.& ſic vbique idem obſeruatur,etenim verbum credo à parte prolatum, veritatem denotat,Bald.in l.1. C.de falſ.cauſ.adiect. leg.cum alijs adductis per Nicol.Grau.ad Veſtrium vbi ſupra num.28. cum ſit veritatis expreſſiuũ, Gloſ.in cap.ex literis,de iureiur.cum alijs relatis per Auguſt.Fauſt.in Addit.ad eundem Pancirol.loco citato,incip.per verbum, Maſcard.de probat.concluſ.345.num.18.nihilominus ex aduerſo dicebatur, hoc militare non poſſe in caſu iſto recognitionis, nempè apodixarum.& Primo,quia licet depoſitiones principalium fiant per verbum credo, præiudicare videantur,vt æquè, ac præciſa cõfeſſio, latè Mancin.de confeſſ. cap.3.artic.1. num.49. Sola in conſtit.Sabaud.tit.de poſition.gloſ.16. non tamen eſt propria confeſſio,ſed releuatio quædam ab onere probandi, vt aduertit Muſcatell.eod.loco,num.8. ſubdens num.9.quod quando fieret cõfeſſio in iudicio, ex qua oritur actio,tunc nullę ſunt partes Iudicis,niſi in condemnando reum confeſſum in faciendo præceptum,vt ſoluat, l.1. C.de confeſſ. cæterũ ex ſola confeſſione,ex qua nõ oritur actio,ſed ſolum releuatio ab onere probandi, non erũt partes Iudicis in condemnando,ſed audiendi ipſum in defenſionibus,& legitimato proceſſu condemnabitur,& ibidem eius additio hoc idem ex alia ratione comprobat, quem ſequitur Hector Guido in tract. de vit. confeſſion. part.1. quæſt.12.num.4. & ſeq. hinc eſt, quod in Hiſpania non fit huiuſmodi reſponſio poſitionibus per verbum credo, vel nõ credo ex lege particulari ibi emanata, vt teſtatur Suar. de Paz in ſua praxi Eccleſ.tom.1.in 8.tempore num.77.cum ſeq. per rationem ibi adductam, nam tale verbum credo,vel nõ credo, eſt dubitatiuum, nec regulariter probat,ſecundum Gloſ.in l.teſtium, ver.præſto, C de teſt. & in cap. quoties, eod. tit. cum alijs ibidem citatis num.78. & tale verbum fictionem quoque denotare,ex Tiraquell. & alijs probat Barboſ. in tract.de diction.in 58.dictione,ex quo ſubſequitur, condemnationẽ fieri rectè non poſſe,neque abſolutionem; in recognitione ſcripturæ aliter proceditur,poſtquam cognoſcere ſcripturam nil aliud eſt, niſi relegere illam,& recognoſcere approbando, vel reprobando,

Digitized by Google

inquit Rebuff. ad conſtit. Galliæ tom. 1. tract. de chirograph. & ſchedul. recogn. in præfat. num. 24. & ſic talis recognitio fit per debitoris confeſſionem in iudicio factam, dicentis ſe ſcripſiſſe illam cedulam, de qua agitur, vt optimè retulit ibidem Rebuff. num. 74. adeo quod ſtante dicta confeſſione confeſſus pro iudicato habetur, & iudicatum habet exequutionem paratam, prout in antecedenti num. 46. probauit, & melius nu. 43. vbi praxim de hoc tradit, quid ſi negauerit, quod ſanè fieri non poteſt, quando per verbum credo fieret, quod eſt dubitatiuum, vt ſupra dictum eſt, ob quod nec abſolutio, nec condemnatio ſubſequi poterit. Secundo, inſpecto ſtylo diù vſitato in eadem M. C. V. ac in omnibus huius Regni Tribunalibus conficiendi ſimiles recognitiones, non aliter per verbum credo, vel non credo, ſed per verbum affirmatiuum, vel negatiuum, vt conſuetum eſt ſeruari, & colligitur ex adductis per Carau. in ritu 54. num. 2. infertur, talem ſtylum eſſe ſeruandũ, cum ſtylus Curiæ pro lege habendus ſit, Cauenſ. in ritu M.C. 1. num. 8. & minimè mutanda ſunt quæ certam conſuetudinem habuerunt, ad text. in l. minimè ff. de leg. & ſic confitendo eſſe ſuam manuſcriptam in chirographo debitum confiteri videtur, vt teſtatur ibidem Rebuff. in præfat. num. 27. Carpan. ad conſt. Mediol. cap. 96. num. 40. & cap. 75. num. 12. Genua in tract. de ſcript. priuat. lib. 2. tit. de apoca manu deb. conſcripta, num. 8. & ſic in terminis concludit Cumia in ritib. Siciliæ, cap. 37. num. 75. vt talis recognitio apocæ per verbum credo, fieri non poſſit per rationes ibi latas. Demum facta de prædictis relatione in S.C. per benemeritũ Iudicem nunquam ſatis laudatũ Io. Aloyſium Piſcicellũ die 18. Octobris 1629. fuit per S.C. deciſum, confirmãdo aliud decretum poſtremum ipſius M. C. quod ſuſpẽſo primo decreto lato per dictam M. C. deponant firmiter, & ſic exequutum in Banca Baſilis Mag. act.

Recognitio perſonæ contrahentis an fieri debeat, ſi præſupponatur ſuppoſitio illius in cõtractu, dum ipſa negaret contraxiſſe, quemadmodum in facto euenit in cauſa Angelæ Piſacano, quæ cum conueniri feciſſet in M.C.V. Ioannem Baptiſtam Cocotiam ejus generum ad ſolnendum ducatos 180. pro dote Annæ Mariæ Xunenes ſuæ filiæ, & per ipſum fuiſſet allegata noua conuentio, eo quia certo die intus Eccleſiam Sancti Franciſci de Paula, intus quandam Capellam, vbi dicta Angela exiſtebat, inſimul cum dicto Ioãne Baptiſta contenta remanſit recepiſſe ducatos centum pro eius prætenſione, quos promiſerat bonos facere ſuper certa domo cum promiſſione euictionis generalis, vbi etiam aderant aliqui teſtes prædicta deponentes, quo audito per dictam Angelam tunc temporis in lecto iacentem egram, negauerat, talem conuentionem feciſſe, ideo inſtabat fieri recognitionem ſuæ perſonæ per dictos teſtes examinatos, ſi ipſamet fuiſſet, quæ promiſerat, ex quo ſuſpicabatur de ſuppoſitione perſonæ ſuæ per interpoſitam perſonam alterius, & videbatur, nõ eſſe concedendam, ſicuti confrontatio, quæ eſt odioſa, & ſpecies ſuggeſtionis, inquit Ambroſin. in ſuo proceſſu informatiuo, lib. 2. cap. 9. num. 29. vbi nu. 20. aſſeruit, quod regulariter confrontatio neceſſaria nõ eſt, ideo illa vtendum non eſt, niſi in caſibus, in quibus a conſuetudine, & praxi recepta reperitur ſubſequens, quod ſit remedium extraordinarium, & ad illud non paſſim deueniendum erit, & qualiter hęc recognitio in teſte fieri debeat, docet Petr. de Rauenna in ſuis dictis notab. extrauag. in cap. nota vnũ in practica fol. 155. ex aduerſo replicabatur, certũ eſſe, quod ipſa Angela talem promiſſionem nõ feciſſet, vnde facilius ſuppoſitio ſuſpicabatur, quæ falſitatis crimen comprehendebat, pœna capitali dignum, de quo ſatis apud Hieron. de Laurent. deciſ. 108. quem alios citando ſequitur Farin. de falſit. & ſimul. quęſt. 150. part. 3. n. 97. adhuc tamen quia verſabatur de ſuo intereſſe, cum remiſſio facta fuerat pro ducatis centum pro debito ducat. 300. nec pręſumi poterat in paupere, quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, ad text. l. cum de indebito ff. de condict. indeb. & maximè in muliere, in qua miraculũ reputaretur eius donatio, Molfeſ. in conſuet. Neap. part. 3. quæſt. 14. nu. 13. & demum, quia realiter ipſa talem promiſſionem non fecerat, propter quod dubioſa ſatis reddebatur Partis probatio per negationem, Borgn. deciſ. 28. nu. 59. part. 2. ſicque tàm pro ſua indemnitate, quam vtilitate recognitio fieri debebat, nedũ quia fieri ſolet per nomina propria, vt in l. ad recognoſcendas, vbi Salyc. C. de ingen. manumiſſ. & l. 1. C. de mut. nom. ſimiliter per ſigna, & cicatrices, l. ſtigmata, vbi Bart. Luc. Ioan. de Platea, & Rebuff. C. de fabric. lib. 11. Bertach. in verbo recognitio, ſed verius per identitatem perſonarum, non tantum per nomina, & cognomina, vt dixit Maſcard. de probat. concluſ. 875. num. 1. quantum per veritatis factum illos eſſe, qui ſunt deſcripti in cõtractu, vt ibi optimè probat, quanquam præſumptiuè admitti videatur, eos eſſe, qui in inſtrumento deſcripti ſint, non obſtante negatione in cõtrarium, vt ex multis probat Borgn. deciſ. 21. num. 82. part. 3. in Notario, & hærede loquente, qui fuerunt oppugnati, non eſſe illoſmet, ita quod probatio in contrarium trãsferri videatur in negantem, vt ſatis probat Farinac. d. tract. quæſt. 158. num. 142. attamen, quia facilius releuari poterat ab onere probandi, non interfuiſſe in dicto loco, nec ipſammet fuiſſe per recognitionem ipſorummet teſtium, qui potuiſſent decipi, credendo dictis conuenti, ideo cum fuiſſet prouiſum domi per Iudicem Donatum Coppula die 15. Februarij 1631. vt fieret petita recognitio per dictam Angelam corã Iudice, & dicto Ioanne Baptiſta, fuit pariter eodemmet referente confirmatum per M.C. die 8. Martij eiuſdem anni, & interpoſita appellatione in S.C. præuia regia decretatione verbi faciendi, demum die 18. Iunij prædicti anni facta per eundem relatione in S.C. fuit pariter confirmatũ decretum ipſius Mag. Cur. remittendo eidem cauſam, vt moris eſt,

vt ex

vt ex actis in Banca tunc Eraſmi Ruſſi, nunc Saccardi.

Recognitio facta per teſtes in teſtamento deſcriptos à Notario eos rogante de ordine teſtatoris an iuuet, vt poſt mortẽ alia recognitione opus non ſit, Cepoll. in caut.88. quem ſequutus eſt Roland. conſ.56. nu.20. lib.1. de hoc dat pro cautela, vt teſtator poſt clauſurã ſollemnem teſtamenti ſubſcripti, & à teſtibus ſubſignati, iterum eoſdem teſtes coram alijs, & Notario, qui de hoc eos roget recognoſcere faciat eorum ſubſcriptiones, & ſigilla, quia hoc peracto non erit opus poſt mortem alia recognitione teſtiũ, & talis cautela reperitur obſeruata in teſtamento condito per Alexandrum Ridolphi olim Marchionem Baſelicis, licet de hoc etiam contingit hæſitari in cauſa inualiditatis dicti teſtamenti agitata in S. C. inter modernum Marchionem Baſelicis, & Ludouicum Ridolphi hæredem inſtitutum, & pro validitate aperturæ cum recognitione ſignorum, & ſubſcriptionum teſtium ſemel facta per actum publicum præuio iuramento, & coram Notario, & duobus teſtibus, ita vt non opus erit ſequuta morte tẽpore aperturæ alia recognitione, cum ſufficiat illa prima, vltra Cepoll. & Roland. Fulgoſ. conſ.56. Socc. in reg.494. loquens in teſtamento in ſcriptis priuato, vbi neceſſario requiritur teſtium recognitio ad eius publicationem, docent Bart. in l. publicari, C. de teſt. Ludou. Lana in tract. de formul. teſt. num.13. & ſub nu.38. verſ. hæc, ſi enim hoc procedit in teſtamẽto in ſcriptis, non in publicam formam redacto, quanto fortius in caſu, de quo agitur debet admitti, vbi teſtamentum ſollemniter per ſtipulationẽ fuit publicum effectum, qua de re in teſtamẽto, in quo expreſsè teſtator oſtendens enixam ſuam voluntatem circa illius obſeruantiam voluit, valere omni modo meliori in corpore teſtamenti, quæ clauſula ſubſiſteret illud etiã in vim nuncupatiui, ſi opus eſſet, ex Hoſt. & Alex. conſ.176. vol.5. tenet Afflict. deciſ.144. vbi Vrſil. Simon de Præt. poſt omnes de interpret. vltim. volunt. lib.2. dub.2. fol.2. nu.15. qua ſiquidem clauſula ſtante, non erit opus teſtiũ recognitione, plenè tradit Ludou. Lana dicto tract. num.13. in fin. tom.8. tract. part.1. fol.180. à terg. & in conſ. vnic. poſt d. tract. ſed tripliciter replicabatur; Primò, quia dicta cautela fuit verè inuenta ad euitandum interitum teſtamenti, ſi vnus, vel plures ante publicationẽ decederent, & ſic ad euitandum requiſitum publicationis, non ad tollendum illud aperturę, & ſic interpretati ſunt DD. dictam cautelam, præcipuè Fulg. conſ.56. num.3. Meier. de teſtament. lib.3. tit.1. num.64. Simon de Prę t. d. lib.2. dub.2. fol.2. num.13. Chriſtoph. Mart. deciſ. Senenſ. exam.58. num.16. Burg. de Paz in l.3. Tauri part.2. nu.1035. Lana conſ.1. nu.108. Secundò, teſtamentarij facientes actum recognitionis, & depoſitionis cum iuramento coram Notario tanquam religioſi, etiam quod ſubſcribere ſe teſtamento voluiſſent, non potuerunt hoc perficere ſine licentia Superiorũ, vt dixi ſupra in verbo licentia. Tertiò, dicta cautela fuit recepta, vt aſſumatur alius Notarius, qui non ſit de teſtamentarijs, & coram duobus, vel tribus alijs teſtibus fiat rogitus dictæ recognitionis teſtium teſtamentariorũ, ſic expreſsè probat Roland. d. conſ.56. in fine, ſic Cepoll. & Soccin. reg.399. loquutos eſſe aperit Mieres vbi ſupra, & Craſſ. de ſucceſſ. lib.2. art. ius deliberandi, quæſt.9. num.12. Pariſ. conſ.46. num.8. lib.3. at in præſenti teſtamento idem Notarius teſtamẽti fieri fecit dictam recognitionem, vnde ridicula cautela reddebatur, etenim ſi coram eo, & ſigna, & ſubſcriptiones teſtium eodem cõtextu apponuntur facere recognitionem in præſentia eiuſdem illorum ſignorum, quæ illo momento coram eodem ab illiſmet fuerit appoſita, vanum eſt ad aliquem effectum excogitare, & ob id nec Franc. Barry, neque Anton. Fab. in contrarium allegari ſuffragantur, ſiquidem Barry dixit ſimpliciter, ꝙ opinio Ioan. Dilecti de conſuetudine ſeruatur, qui loquitur in terminis publicationis, & in eiſdem terminis loquitur Anton. Fab. vt infra, demum ex parte Ludouici replicabatur, dictam cautelam prodeſſe, ſi de recognitione illa conſtaret per actũ publicum ſtipulatũ per manum alterius Notarij, vt Pars aduerſa opinatur, & ſupra dictũ eſt, & ſic non illius, qui de teſtamẽto rogatus fuit, in quo aduertendum eſt, omnes ſupradictos Doctores edocere, talem recognitionem eſſe illico faciendam coram eodem teſtatore, & non requirunt alium Notarium, duntaxat aduertunt, quod Notarius pro iſto actu recognitionis non ſit ex teſtibus teſtamentarijs, quod eſt cum maxima conſideratione, quia dum de recognitione illorum teſtium tractatur, non poterit teſtis facere actũ recognitionis, & ſtipulari tanquam Notarius eundem actum, ſed quod hoc etiam eidẽ Notario prohibeatur, qui confecit teſtamentum, cui id opponi non poteſt, nemo illorum dixit, vt ſi pro opinione contraria allegetur Mieres optimo iure à Barry de ſucceſſ. lib.11. tit. de apert. ſub nu.2. verſ. verum addit, Mier. reprobatur, quinimo pro confirmatione huiuſmodi opinionis adducitur Anton. Fab. de error. pragmat. decad.17. error.5. in fine, verſ. illud planè non reprobo, vbi aſſignat rationem, quia teſtamẽtum valet, & vires recipit ex ſollemnitatibus à iure requiſitis, puta à ſubſcriptionibus, & ſignis teſtiũ, tales enim ſubſcriptiones, & ſigna vim recipiũt ex recognitione, recognitio verò planè probatur per inſtrumentum ſtipulatum ipſius recognitionis, ergo illa ſtipulatio licet ab eodẽ Notario confecta, tamen roborat recognitionem requiſitam ad eſſentiam teſtamenti, & quod ſoleat fieri, & fiat actus iſtę recognitionis ab eodem Notario, tradit Ludou. Lana, qui tradit formulam rogitus Notarij in teſtamenti confectione, ibi, Ego Notarius talis requiſitus, &c. ſic ipſe teſtatur in tract. de formul. teſt. ſub num.14. rubr. rogitus Notarij, & gloſſando quamlibet particulam huius rogiti ſub num.38. lit. N. dixit, recognitionem illam operari teſtes amplius non eſſe neceſſarios, ex Cepoll. caut.88. fuit tandem iudicatum

Digitized by Google

tum pro validitate teſtamenti, vt infra dicetur in verbo teſtamentum.

Recognitio rei, ſeù confrontatio ſi fuerit omiſſa fieri per Iudicem de teſte de viſu contra reū, ſed tantum teſtis examinatus delato iuramēto in faciem rei ad euitandam repetitionem, an exiſtente altero teſte de viſu deponente, vidiſſe reum homicidium perpatraſſe, poſſit reus vti conuictus ad pœnam ordinariā condemnari, vel extraordinariè, & quid exiſtente eius confeſſione recepta per Scribam tantum cum qualitate: ex facti ſerie apparuit Antoniū Caruſium homicidium commiſiſſe in perſonā ſui ſoceri, in quo duo teſtes interfuerūt, vnus eorum benè de viſu depoſuit, alter vero, quia illum non cognoſcebat per nomen, & cognomen, licet depoſuiſſet, ſi illum vidiſſet, cognoſcere etiam per ſigna, veſtes, & ſimilia, cum igitur ipſe reus ſe in Eccleſiam contuliſſet illico, & poſt quatuor horas ab ea exijſſet, fuit captus, & in carcerem conſtitutus, confeſſus fuit delictum coram Scriba cauſæ, ſed cum qualitate, ex eo quia ab occiſo graues iniurias receperat, illinc alter teſtis, qui eum non cognoſcebat, fuit illico examinatus ei iuramento delato in faciē rei, & cum in limine expeditionis cauſa reperiretur duo ex Iudicibus inclinauerunt, eum eſſe morti tradendū, alij vero duo Iudices, ad pœnam triremium eius vita durante condemnandum, & ſic inſpecta paritate votorum, alij quatuor Iudices fuerūt additi, & pariter in alia paritate votorum extiterunt, neceſsè tamē fuit, vt alij tres Iudices ciuiles in dirēptione paritatis interueniſſent, ſed pro dilucidatione articulorum non ab re ij, qui ſententiam mortis ſequuti ſunt, conſiderauerunt, reum ipſum eſſe conuictum, & confeſſum; erat enim conuictus per binos teſtes, & non eſt dubium, quin conuictus dicatur tribus modis, ſcilicet teſtibus, inſtrumentis, ac inditijs indubitatis, Farin. in eius praxi quæſt. 84. in princ. Giurba conſ. 71. nu. 1. & inſuper vt conuictus dicatur, requiruntur duo teſtes omni exceptione maiores, Farinac. conſil. 193. nu. 41. tom. 2. conſ. 182. nu. 1. & conſ. 23. nu. 3. vol. 1. Giurba vbi ſup. nu. 2. vnde ſubſequitur, quod conuictus in criminalibus, poterit ęquè condemnari ſicut confeſſus, idem Farinac. conſ. 41. num. 5. vol. 1. conſ. 185. num. 16. vol. 2. & in d. praxi queſt. 81. num. 1. addita etiā confeſſione eiuſdem rei, quæ operatur ſimiliter condemnationem, ex regula vulgara in confeſſum non ſunt partes Iudicis niſi in cōdemnando, ad text. in l. 1. ff. de confeſſ. & ſic confeſſus pro iudicato habetur, Giurba conſ. 16. num. 2. alij verò, qui mitiorem pœnam imponendam decreuerant, moti videbantur ex eo, quia vnus ex teſtibus non cognouerat reū per nomen, & cognomen, ſed per ſigna, vnde opus erat confrontatione, ſeù recognitione prius, vt fidem faceret eius depoſitio, & propterea quando teſtis dicit, non cognoſcere de viſu reum, ſed per ſigna, dicetur neceſſaria confrontatio, & debet fieri per viam recognitionis, ita Guazzin. in tract. ad defenſam, in 20. defenſ. cap. 19. num. 7. qua de re cum non fuiſſet facta, ſubſiſtere non poterat eius depoſitio, licet facta coram reo cum iuramento, vlterius reſpectu confeſſionis dicebatur, illam fuiſſe factam coram Scriba cauſæ, & ſic non coram Iudice, vnde ſubſequitur, ex ea nō poſſe ſubſequi condemnationem, Gloſ. in l. iubemus, C. de liber. cauſ. cum alijs apud Guazzin. eodem tract. in defenſ. 32. cap. 27. in princ. vbi in fine dixit, vim ipſam habere extraiudicialis confeſſionis ad torquendum, nam etſi ipſa confeſſio facta fuiſſet coram Iudice ſine Notario, nō diceretur facta in iudicio, ſed extra, vt probat Anton. de Ballis in tract. crim. lib. 2. tit. de quæſt. & torment. quæſt. 20. num. 8. ita fortius cōfeſſio facta coram Notario ſine Iudice erit inualida, præterea, quia reus ipſam confeſſionem fecerat cum qualitate, quia iam fuerat offenſus verbis ab eius ſocero, quæ etſi probata non fuerat, ſuccedit pœna extraordinaria, iuxta communem opinionem DD. de qua per eundem Anton. de Ballis vbi ſupra in quæſt. 21. num. 9. & latius ſupra eodem verbo confeſſio. Ijs tamen replicari poterat reſpectu recognitionis non factæ, poſtquam ipſa fieri ſolet ad euitandam repetitionē teſtium, ita ex Clar. in §. fin. quæſt. 45. verſic. ſed in propoſito, firmat Ambroſ. in ſuo proceſſu informatiuo, lib. 2. cap. 9. num. 3. ibique num. 5. cenſuit, ipſam vicē citationis, ac repetitionis obtinere, ſequitur Guazzin. in d. tract. defenſ. 20. cap. 21. per totum, hinc pro cautela tradit Afflict. in Conſtit. Si damna clandeſtina, ſub nu. 36. verſ. vel ſi Iudex, quod ſi ipſe Iudex faciat venire teſtes in præſentia criminoſi, qui teſtificabut coram eodem criminoſo, & hoc plus operabitur, quam ſi fuiſſet citatus ad videndū iuramenta teſtium, quia habito effectu non curamus de modo, inquit Bald. in l. ſi quando, in fine, C. de teſtib. & iterum idem Afflict. in Conſtit. Humanitate, ſub num. 15. quem citat Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 45. nu. 14. quoniā tunc repetitione nō eſſet opus, ſequitur Guazzin. d. defenſ. 20. cap. 21. nu. 2. vbi plures citat, præterea iſta confrontatio rei de iure non eſt neceſſaria, nec vitiat proceſsū, licet in praxi obſeruetur, cum ex ipſa confrontatione veritas melius eluceſcat, ita ex Iul. Clar. Ambroſ. Cartar. & Scaccia probat Guazzin. d. defenſ. 20. cap. 19. in princ. vbi num. 10. ſubdit, eſſe in electione Iudicis ſi velit, vt fiat, vel teſtes repetantur, eapropter incontinenti fieri poſſit, nō tamen ex interuallo ob mutationem perſonę, vt tradit Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorū, quæ incontin. fiunt, lib. 2. cap. 37. num. 6. prout obſeruatum fuerat in hoc facto per iuramentum præſtitum in faciem inquiſiti poſt quatuor horas, & facilè cognitio haberi poterat, propterea cū fuiſſet facta repetitio teſtis, ſufficere deberet, eo magis cū de veritate delicti, nedum per binos teſtes, ſed per ſuam confeſſionem apparebat, & eo caſu confeſſio per ſe ipſā legitimat proceſſum, nec opus erit repetitione, aut confrontatione, idem Ambroſ. d. proc. inform. lib. 3. cap. 1. num. 60. nec officere debet, quod cōfeſſio fuerit facta coram Scriba, nam ſi de mandato Iudicis fieret, ſubſiſteret,

ret, probat Guazzin. d. defenſ. 32. cap. 27. & erit ita præſumendum, ſed dato, quod non ſufficeret, & vim confeſſionis extraiudicialis haberet, nonne vti conuictus puniri deberet pœna ordinaria, ad quod optimè Afflict. in Conſtit. Humanitate, num. 28. dixit, quod ſi captus in fraganti crimine negaret, ſe commiſiſſe delictum, tunc examinatis teſtibus, qui viderũt delinquere, ipſe legat in eius præſentia, vt vix ipſe delictum, quod commiſit, negare poſſit, & ſi fiat induratus, facta affruntatione in negatione, Iudex ipſum ponat in tormentis, & ſi poſtea ſtaret induratus, & iam ſunt teſtes de viſu, poterit data prius ſibi dilatione ad ſe defendendũ, & in dicto termino ſi nihil ad iuſtam ſuam defenſionem probauit, eum condemnare tanquam conuictum, & nõ confeſſum, vt dicit hic Andr. hec ille, & fortius ſtante eius confeſſione, vt ſupra facta, eo quia cõfeſſio qualificata diuiditur, & ſtatur pro ea parte, pro qua adſunt inditia, & præſumptiones, Triuiſan. deciſ. 46. part. 2. num. 16. & quatenus non diuideretur, erit aduertendũ, quod ſi per viam excuſationis confeſſio emanauerit, aliud eſſet, quam ſi per viam qualitatis, vt poſt Vulpel. conſ. 44. num. 16. ſequitur ibi Triuiſan. nu. 14. & ideo ſi per viam excuſationis iſta confeſſio emanauerit, certum eſt, nil poſſe releuare, aut per viam qualificationis, vt ſi ad ſui defenſionem fecerit, & tunc qui ſe fundat in aliqua qualitate, eam probare debet, etiam ſi ea præſumatur, inquit Tiraquell. de retract. conſang. §. 32. gloſ. 1. num. 96. & in terminis Clazz. in tract. de confeſſ. rei contra Fiſcum cap. 5. num. 13. & licet non fuerit probata, condemnari non poſſit, vt ex Soccin. ibi num. 12. tradit, & cap. 6. num. 5. adhuc ex conuictione damnari poterit, vt dictum eſt ſupra. Quare facta relatione in Mag. Cur. die 16. Septẽbris 1633. per Iudicem benemeritum D. Hieronymum Salamanca, fuit confirmatum votum mortis per adiunctos, penès Siniſcalcum.

Recognitio debiti paterni facta per filiumfamilias poſt mortem patris, an ſibi præiudicium afferat, taliter quod beneficio legis, quod cũ eo ſibi ſuffragari non debeat, accidit in facto, dum fuiſſet citatus Hieronymus Izenlus ad inſtantiam Frãciſci de Petris V.I.D. ſuper tenore inſtrumenti, qui cũ inſimul cum patre ſe obligauerat ad certos annuos reditus eidem Franciſco, Curia pro Tribunali ſedente oppoſuit exceptionem beneficij legis, quod cum eo, vti filiusfamilias, prætendendo illo gaudere, nec ad aliquid tenere, ex adductis per Reg. Rouit. in pragm. 1. ad S.C. Maced. vbi ex multis probat, filiumfamilias non teneri eius creditori ob contractum paternum, quãuis poſt mortem patris debitum agnouiſſet, ſoluendo partem illius ſuo creditori. Ex aduerſo replicabat actor, conuentum poſt mortem patris agnouiſſe debitum, quo quidẽ caſu ceſſat beneficium l. quod cum eo, tex. eſt in l. ſed Iulianus, §. fin. ff. ad Macedon. & l. Zenodorus, C. eod. tit. Ioan. Caſtagn. in tract. de benefic. nè egeat, quæſt. 6. fallent. 11. cum quo conueniunt Roff. Graſſ. & alij relati per Reg. Conſ. D. Franciſcum Merlinum controuerſ. forenſ. cap. 39. & ante ipſos Bald. Soccin. Tiraquell. & alij relati per Molfeſ. conſ. 4. num. 19. & ita deciſum per Senatum Dolani refert Gniuell. deciſ. 14. num. 2. & 62. quæ debiti recognitio vltra ſolutionem annui reditus poſt mortem patris habetur ex dilatione petita, & obtenta per debitorem ex cauſa incendij Montis Veſuuij, quo ſiquidem caſu videtur ſoluere, per text. in l. ad ſolutionem, C. de re iudic. ex quibus re bene diſcuſſa per M.C. fuit dictũ, quod debitor remaneat cõdemnatus, penès Actuarium Gagliardum, non obſtante contraria ſententia D. Rouiti vt ſupra relata, cuius dictum eſt reiectum, vt per D. Merlinum, & latius in allegationibus ipſius Franciſci actoris iam edendis, in quibus punctualiter reſpondet ad iura, & rationes pro contraria parte adductas per D. Rouitum, quibus addo Zanger. de except. quem probaui in meo voto 97. num. 73. ſed melius eodẽ exarato articulo ſupra hac eadem par. 3. ver. filiusfamilias, qui inſimul, vbi binas adduxi deciſiones S. C. conferentes huic deciſioni.

Recognoſcere an teneatur filius ſcripturas factas per patrẽ, ac etiã eiuſdẽ Adminiſtratoris, Factoris, ſeù negotiorũ geſtoris, deciſ. affirmatiua relata fuit ſup. in ver. filius, & verb. heres.

Reconductio tacita an cẽſeatur facta, ſi poſt locationem vnius domus ad annum factam in ſcriptis cõductor perſeuerauerit elapſo anno per aliud biennium, non obſtante denunciatione facta per dominũ in fine menſis Martij, vt conductor exfractaret de domo locata adueniente tempore exfractationis, & hoc contingit in facto, dum conduxiſſet Andreas N. domum palatiatam ab Ill. Comite Scalæ pro certo pretio conuento per vnum annum mediante cautela in ſcriptis redacta, deindè ambobus conſentientibus per aliud biennium in eadem perſeuerauerat voluntate habitandi, demum antequam dictum biennium laberetur de mẽſe Martij in fine ipſe Comes proteſtationem fecerat inquilino, & adueniente tempore exfractationis, quod erat in menſe Maij Neap. de domo diſcederet, & cum prætenderetur ex parte ipſius Andreæ, tacitè fuiſſe ex pluribus factã reconductionem, ob ꝙ ei non poterat proteſtatio officere, & principaliter omiſſa iuris communis diſpoſitione, ex qua apparet, eatenus tacitam reconductionẽ factam eſſe, quatenus elapſo tempore locationis ex tacito conſenſu contrahentium perſeueratum fuerit in habitatione, ex text. in l. itẽ quæritur, §. qui impleto ff. locati, vbi DD. Vinius in Sylua commun. opin. in opin. 534. nu. 10. & ſic incepto alio anno, & menſe, Magon. deciſ. Lucenſ. 47. Coler. deciſ. German. 8. nu. 20 part. 1. Alex. Trentacinq. variar. reſol. lib. 3. tit. de locat. reſol. 2. ſub num. 1. verſ. ſecundo caſu, Maſcard. de probat. concluſ. 993. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 15. n. 3. Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 85. num. 1. & 2. Cancer. variar. reſolut. tom. 1. cap. 14. nu. 34. Ripol. var. reſol. cap. 12. num. 153. Sumus enim in materia certæ conſuetudinis, quæ omnino in locationi-

tionibus attenditur, vt dixit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 117. num. 3. cuius rei cauſa non attenderetur diſpoſitio d. §. qui impleto, vt dixit Gama deciſ. Luſit. 57. num. 4. vbi etiam addit, quando cnoſuetudo in locatione certam diem præfixerit ad illam finiendam, tunc tacita intelligeretur facta reconductio, ſi in ea perſeueratum fuerit elapſo tempore, & ſi paucis diebus inhabitauerit, ad totius penſionis onus teneretur conductor, & ita iudicatum eſſe teſtatur, quidquid de iure ſtatutum erat circa hoc, vt pro eo dumtaxat tempore, quo inhabitauerit, ad ſolutionem teneretur conductor, præſertim in vrbanis, ita teſtatur Magon. d. deciſ. 47. nu. 9. Maſcard. vbi ſupra nu. 25. Mantic. vbi ſupra num. 9. Carrocc. in tract. de locato, part. 4. tit. de renou. locat. declar. 1. Martius in deciſ. Senenſ. in 59. examin. num. 10. Alex. Trentacinq. vbi ſupra num. 12. ita quod lapſus modici temporis non aliter induceret reconductioneui tacitam, Magon. vbi ſupra num. 10. Maſcard. vbi ſupra num. 21. Menoch. vbi ſupra num. 45. Cancer. ibi ſub num. 35. Mart. ibi num. 17. Sed verius circumſcripta Neapolitana conſuetudine in ijs obſeruata comperitur, antiquiſſimo tempore vſu receptum eſſe de menſe Auguſti è domibus migrari, ſicuti poſtea mutato tempore pro commodiori vtilitate de menſe Maij ſtatutum apparet in pragmat. 1. de loc. & cond. & ibi Reg. Rouit. expreſsè notat, & circa hoc quædam obſeruantia pariter vſu recepta erat antiquo tẽpore inſpecto, denunciationes fieri in menſe Maij, vt adueniente tempore Augusti inquilini exſtractarent de domibus, de qua expreſsè teſtantur Fuſc. in ſingul. 111. lit. P. & pariter Vrſill. deciſ. 365. nu. 12. quæ non tantũ in ruſticis prædijs, quam etiam in vrbanis fieri conſuetũ eſſe teſtatur Apoſtilla ad conſuet. Neap. ſi domum, de loc. & cond. incip. Ratio eſt, quemadmodum hodie per mutationem temporis exſtractandi de mẽſe Maij, communiter fuerit in menſe Ianuarij, eo enim tempore communiter Domini domorum ſolent inquilinos requirere, ſi intẽdunt in domibus habitare, & continuare in conductione, quod ſi non intenderent, per Dominos domus affiguntur cartellę in domibus, vt poſſint alijs locari, vt experientia comprobatum eſt; cæterum ſi intenderet continuare habitationem, reconducuntur domus, nec aliter cartellæ apponuntur, ex hac igitur conſuetudine percipiebatur, quod dum eo tempore, quo cartulæ affigi debuerant, non fuerant appoſitæ, imò nec per bimeſtre tempus, certum erat tacitè fuiſſe reconductionẽ factam, ita perſeuerantibus in tacito conſẽſu ambobus contrahentibus, etenim relocatio præſupponit conſenſum vtriuſque, Carroc. d. tract. declar. 2. ſequitur Martius in deciſ. Senenſ. in exam. 59. nu. 27. nam non erit ſufficieos conſenſus vnius taotum, ex multis probat Carrocc. in d. tract. in loco citato, in 2. declarat. & ſucceſſiuè conſenſus ex hoc potiſſimum percipiebatur dum requiſitio in tempore non fuerat facta à locatore in menſe Ianuarij, quo tempore erat deliberationi locus, vtrique commodus, & pro locante, & conducente, iuxta conſuetudinem ipſam, taliter cum locator, & conductor ſint correlatiui, conceſſum vni, non debet alteri denegari, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 606. nu. 14. nec proinde ad imparia ipſi iudicari, Rol. conſ. 69. num. 27. lib. 4. inſerebatur ex hoc, non potuiſſe fieri præceptum à locante in medio temporis, ſed à principio, vt vtriuſque commodo proſpicere videretur, permiſſa enim in certo tempore, nequeunt alio tempore fieri, ad tex. in l. ſi vnus, §. 1. ff. de pact. cum alijs adductis per Barboſ. in opuſc. Princip. vtriuſque iur. lit. P. num. 18. & permiſſum vno tempore, alio tempore cenſetur prohibitum, Oſaſc. deciſ. 85. n. 13. Surd. dec. Mantuæ 343. n. 3. dec. 25. nu. 1. dec. 325. nu. 2. & deciſ. 291. nu. 21. ſic etiã vbi vigeret ſtatutum, vt eſt Mediolani, quoties ex parte locatoris denunciatur conductori, & è contra finis locationi imponitur, alias cenſetur renouata conductio, Ruginell. pract. quæſt. cap. 24. num. 1. Secundo dicebatur, eſſe inductam tacitam reconductionem, ex eo, ꝙ nõ erat prima reconductio, cum bis prius tacitè fuerat poſt primam reconductionem perſeueratum in dicta habitatione, vnde præſumendum erat, ſimiliter in hac poſtrema reconductione idem ſeruari, ad quod ſingulariter Ripa ſingul. obſeruat. in obſeru. 154. nu. 1. conſtituẽdo differentiam deſumptam ex d. §. qui impleto notat, reconductionem renouatiuam eſſe illam, quæ poſt primam locationem tacitè fit reconductio, alteram vero eſſe permanſiuam, & præſeueratiuam, quæ poſt certũ tempus elapſum, nil in cõtrarium fuerat actũ, eo magis cum nil actum apparebat factum tempore, quo fieri debuerat. Tertio etiam dici poterat, nullam rationem eſſe habendam de tali denunciatione, poſtquam etiam ſi interfuiſſet ſtipulatio, vt conductor teneretur denunciare receſſum ante finitam locationẽ, alias cenſeretur facta relocatio, adhuc locator non tenetur facere ſimilem denunciationem inquilino, ita probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 740. num. 32. Ex parte autem locatoris replicari potuiſſet, non aliter verſari inſpecta iuris communis diſpoſitione, qua cautum eſt, elapſo tempore induci poſſe tacitam relocationem per conſenſum tacitum vtriuſq; partis, vt dictum eſt ſupra, ſed verſari inſpecta conſuetudine allegata, & præſertim antequã tempus reconductionis, ſeù locationis eſſet elapſum, intra quod iura vtriuſque proponi poſſe non ambigebatur. Vnde quemadmodum licitum erit conductori omni momento domum ipſam renunciare, vt alteri locetur, ita è conuerſo licitum erit Domino locante inquilinum requirere, vt exſtractet de domo, ſufficiet enim ante finitam conductionẽ, denunciationem fieri Inquilino vt exſtractet, notat etiam Gama d. deciſ. 57. ſub num. 7. ſicq; nedum in menſe Maij, ſed in qualibet parte anni conductor renunciare non prohibetur domum conductam, vt expreſsè Neap. ſeruari dixit Capyc. in addit. ad conſuet. Si quis cõduxerit, incip. Conſuetudo, quæ eſt fol. 372. ita

etiam locatori idem conceſſum eſſe videtur in
quacunque parte anni tales denunciationes
facere, ſed id præcipuè in menſe Maij fit ex
quadam conſuetudine, cum eo tempore fre-
quẽtius fieri ſoleant requiſitiones, ac denun-
ciationes oretenus & in ſcriptis, & ad hoc ſa-
tisfacere videtur deciſ. S. C. relata per eundẽ
Capyc. in d. conſuet. Sed ſi fundum, incip. Fuit
iudicatum, vbi expreſsè dixit, per S.C. fuiſſe
admiſſam renunciationem factam à condu-
ctore domus, qui per decennium in eo ſtete-
rat, neque medio tempore reconduxerat, nec
Dominus eum requiſiuerat, ſed ambo omni
anno tacuerant, vnde accedendo renuncia-
uerat, portando clauem Domino, & pecuniã
debitam pro exitu anni per rationem illam,
quia eodem modo potuiſſet Dominus in me-
dietate menſis Auguſti expellere conductorẽ,
& alteri locare, & ideo tales poſtea inuentæ
fuerũt denunciationes potius ob cautelas ip-
ſorum locantium, ne ob tacitum conſenſum
domus vacuę remanerent, dum in fine inqui-
lini non requiſiti facillimè renũciare potuiſ-
ſent, nam reſpectu ipſorum conductorum nõ
eſt neceſſarium, fieri denũciationes Dominis
domorum ante aduentum temporis, dum in
locatione expreſſum ſit tempus locationis, &
promiſiſſet relaxare liberam, & vacuam, & ex-
peditam domum, Trentacinq. vbi ſup. num. 7.
niſi fortè in caſu reconductionis tacitę, ſi alias
tacitè in domus habitatione perſeuerauerit,
ne amplius in ea videretur perſeuerare, alias
ad penſionis ſolutionem teneri videretur, eo
maximè ſtante abſentia locatoris, vt aduertit
Carrocc. in d. tract. de locat. & conduct. part. 4.
tit. de renou. locat. declar. 12. & ſic finis loca-
tionis impoſitus eſſe videtur, quoties ex parte
locatoris eſſet denunciatum conductori, vel
ex parte conductoris locatori, dixit Ruginell.
pract. quæſt. cap. 24. num. 1. Et propterea neq;
altera ratio obſtare poterat de tacita recondu-
ctione. Primò, quia nõdum in prima recõdu-
ctione apparebat, ſcripturam locationis inter-
fuiſſe, quo nam caſu nunquam præſumenda
erit reconductio, nam tacitè intelligeretur, vt
ſcriptura requiratur, d. §. qui impleto in fine,
Timeus ad Magon. d. dec. Lucenſ. 47. Mantic.
vbi ſupra num. 17. Anton. Fab. in eius Codice
lib. 4. tit. 41. defin. 48. num. 1. & 2. Menoch. vbi
ſupra num. 33. Reg. Rouit. in d. pragm. 1. nu. 10
Cancer. ibi num. 37. Anchar. quæſt. 42. num. 8.
part. 1. Martius vbi ſupra num. 11. Secundò,
quia reconductio ipſa inſpecta iuris commu-
nis diſpoſitione debet pariter in ſcriptis veri-
ficari, ad text. in l. ne cui, C. locati, vbi omnes
DD. licet aliquãdo per teſtes adhibita in hoc
diſtinctione prodita à Reg. Rouit. in d. prag. 1.
num. 12. cum ſeq. vbi deciſionem appoſuit vl-
tra deciſionem Conſil. Gizzarell. 71. ſed verius
dato, quod vera fuiſſet, adhuc reconductio nõ
niſi ſemel conceſſa eſſe videtur, Magon. d. de-
ciſ. 47. num. 2. Maſcard. vbi ſupra nu. 23. Man-
tic. ibi num. 29. Anton. Fab. in d. Codice lib. 4.
tit. 42. defin. 45. num. 1. & 2. & facta cenſeri vi-
detur pro vno anno, non autem pro eo ſolo
tempore, quo habitauerit, inſpecto iure com-
muni, vt ex Gam. Magon. & Borgn. teſtatur
Reg. Rouit. in d. pragm. 1. num. 3. taliter quod
non debet intelligi ſemper continuatim fieri
relocationem, & eo magis, quia ex relocatio-
ne ſecunda tacitè facta, non infertur ad aliam
tacitam priorem, ita egregiè ex Alex. Ruin.
Gozad. & Maſcard. probat Menoch. vbi ſupra
num. 47. præterea nonne locator finito tem-
pore locationis, propria authoritate inquili-
num expellere poſſit? ita ex text. in d. l. ne cui
concludit Gomeſ. variar. reſolut. tom. 2. tit. de
locat. & conduct. num. 5. Et multo fortius an-
tequam tempus finiatur denunciare, vt adue-
niente tempore exfractet, ſicuti ſi durante tẽ-
pore Dominus proteſtatus fuiſſet, nolle am-
plius locare, ex Alex. & Carrocc. probat Mar-
tius vbi ſupra num. 16. ex quo reſultare vide-
tur, reconductionem factam non præſumi,
quando ex coniecturis apparet aliam fuiſſe
locatoris voluntatem, cẽſuit Menoch. vbi ſu-
pra num. 42. Cancer. ibi ſub num. 35. & demũ
altera ratio non obſtat, dum ita conuentum
erat expreſsè in ſtipulatione, quæ cũ ſint ſtri-
cti iuris, non fit extenſio de vna perſona ad
aliam. Fuit tandem per S. C. per maiorem
partem Dominorum deciſum, quod inquili-
nus exfractet ad relationem Reg. Conſil. An-
dreæ Prouenzani cauſæ Commiſſarij de men-
ſe Maij 1629. penès Secretarium, in Banca
Vertuſij, ſed cum maxima diſcuſſione, quam-
uis ex allegatis veritas apparere poſſit, ſi iterũ
decidi contingat.

Reconductio an poſſit probari per teſtes vltra
ſcripturam, cum qua regulariter probari ſolet,
deciſum fuit in contingenti caſu, quia ante
tẽpus finitæ locationis fuerat oppoſita, quod
potuerat ita verificari per teſtes facto verbo
per Mag. Cur. in eodem S.C. vt refert Regens
Tapia deciſ. S.C. 59. num. 1.

Recõductio licet per ſcripturam probari debeat,
adhuc etiam per teſtes probari, deciſum refer-
tur per S.C. à Didaco de Mari in Addit. ad de-
ciſ. S.C. Gizzarelli 5. ſub nu. 14. in cauſa Cæſa-
ris de Mari cum Camillo Lamberto.

Reconductio tacita an inducatur, ſi tranſacto
tempore locationis inquilinus per aliquos
dies in domo permanſerit, itaut vel ad ratam
temporis, vel ad totam penſionem teneatur,
per M. C. fuit deciſum, ad ratam tẽporis mo-
ræ teneri, & confirmatum per S. C. vt teſtatur
Io. Bapt. Hodierna in Addit. ad deciſ. Surdi 23.
num. 3. in cauſa propria cum Reg. Conſ. Pyrro
Pagano, vbi aſſerit, æquitas S. C. qualiter
proceſſerat.

Reconductio an cenſeatur facta à nouo Domi-
no domum emẽte per verba generaliter pro-
lata vrbanitatis potius cauſa, quã animo con-
firmandi locationem, exemplo oſtenditur ex
facti ſerie occurſo, eo quod dum Ioſeph Spor-
tellus Actuarius M.C. in criminalibus inten-
deret emere quandam domum palatiatam
ſitam *al Ponte del Borgo di Gieſù Maria*, & an-
tequam contractum perfeciſſet, procurauerãt
illam, vt ſolitum eſt perſpicere, ſed Marchio
Sfortiæ inquilinus hoc audito renuebat, qua-
re ſuaſionibus, ac verborum cõnexitate con-
tentus

Digitized by Google

ſentus remanſit Marchio, vt domus intus in omnibus perſpiceretur, & ſic ipſe Ioſeph vrbanitate ductus ſe obtulit dicendo *V. S. ſarà il Padrone, e Signore*, & alia ſimilia verba vrbana enunciando generaliter, quapropter cũ fuiſſet deuentum ad emptionis contractum, cũ Veſpeſiano Macedonio Domino domus, & perfecto contractu procurauit expediri facere mandatum à M.C. vt ipſe Marchio adueniẽte tempore exfractaret, & aduerſus eum ſe oppoſuit Marchio aſſerendo, domum ſibi conductam fuiſſe per biennium à pręfato Veſpeſiano, & quamuis nouus Dominus non teneatur ſtare colono, iuxta vulgatam regulã in l. ne cui, C. locati, adhuc tamen, quia recõductio fuerat ab eodem Ioſeph nouo Domino cõfirmata ex verbis vt ſupra prolatis, propterea non poterat expelli, &c. etiã ſuam intentionẽ probauerat per binos teſtes examinatos, qualiter ipſe Marchio auditæ emptione domus faciendæ per eundem Ioſeph, ipſe per verba vt ſupra prolata illã cõfirmare videbatur, adeo quod ſicuti locatio renouata cenſetur, ſi fuerint renouatæ conditiones, & qualitates temporis, loci, & ſimilium, vt probat Carocc. in tract. de locat. & conduct. part. 3. gradu 2. Accident. contract. locat. quæſt. 30. ita & reconductio, & ijs ſuffragabatur cõcluſio illa, paria eſſe locationẽ, & promiſſionem locandi, poſtquam ex verbis prolatis vt ſupra, & ſi cõfirmatio locationis nõ videbatur expreſsè facta, ſaltim tacitè, eo quia talis promiſſio de locando intelligitur pro iuſta penſione, & ad declarandum datur actio præſcriptis verbis ſecundum Bald. in l. 1. C. de leg. col. pen. Alex. Firmian. & alij relati per eundem Carroc. eod. tract. par. 2. tit. de promiſſ. locan. quæſt. 1. nu. 15. vbi ex multis probat, promiſſionem de locando pro conuenta, & taxata mercede eſſe verã locationẽ, quocirca etſi conductio confirmata non videatur, quia nouus Dominus non tenetur ſtare colono, vt dictum eſt, ſaltim nona cõductio reſultare videbatur propter verba ſupra relata. Ex aduerſo replicabatur, regulam iſti iure ſupra relatam eſſe nouo Domino proficuam, & eo amplius, quia domum ipſam emerat ad conſultationem Medicorum, qui perſpicientes infirmitatem ipſius Ioſeph determinauerant, vt ſuę ſaluti proſpiceret, ſibi in loco congruenti domum conducere, quorum fretus conſilio domum emerat, & ſic pro vſu proprio, & neceſſario, quẽ probauerat per quinque teſtes, vt iuris erat, adeò quod exiſtẽte probatione plurium teſtium examinatorũ ab eodem Ioſeph non ſolum pro vſu neceſſario emiſſe domum, ſed etiam ad declarationem verborum prolatorũ vrbanitatis intuitu, quæ non aliter obligationem importabant; nam verba generalia, ſunt generaliter intelligenda, l. 1. §. quod autem ff. de alcat. cum alijs relatis per Barboſ. in opuſc. Princ. iuris, lit. V. num. 22. & vulgo dici ſolet, verba generalia non ſunt appiccicatoria, inquit Campan. in cap. frequens, ſub num. 73. cum alijs adductis, declarando ipſam regulam Cartocc. deciſ. 46. qui in deciſ. 59. num. 20. ex Crauett. conſil. 8. num. 28. inquit, intelligendam eſſe, ne promittens remaneat læſus, deluſus, vel deceptus, & ad hoc ſatis confert notabilis deciſio Franciſci Marci 542. tom. 1. vbi agit, an iudicari debeat diſpoſitio ex verbis iactatorijs, & placitatorijs, vbi diſputat articulũ pro vtraq; parte, & his conuenit deciſio relata ſupra in verbo promiſſio, ideo attento numero teſtium, præferri debebant teſtes ipſius Ioſeph in maiori numero exiſtentes, imò & ob eorum qualitates, etiam ſi teſtes conuenti numero duo conſiderabantur, certum erat, quod ipſo iure reſellebantur, quorũ vnus erat ipſius conuenti famulus, & de iure non admittitur teſtificari pro Domino, vt proſequitur Farinac. de teſtib. quæſt. 55. inſpect. 2. nu. 136. & reſpectu alterius, qui in domo ipſius non perſiſtebat, ſuerat iam prius ſub eius dominio, ſed inde receſſit, ex quo ſæpe affectio durare videbatur, merito repelli debuerat, ex adductis per Surd. deciſ. 219. ſub num. 4. Nec propterea obſtare videbatur, quatenus fuiſſet promiſſa locatio, ſeu confirmatio, ex quo promiſſio de locando nõ eſt locatio, ex adductis per Carroc. vbi ſupra, Fontaneil. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 9. part. 4. num. 23. & ſeq. vbi plura ſimilia refert, quare quatenus valeret talis promiſſio, deberet eſſe acceptata incontinenti à parte, ita ex Salyc. & Burſat. firmat Menoch. conſ. 92. n. 30. vol. 3. quos ſectatur ibi Catrocc. num. 11. Et ex ijs facta relatione in M.C.V. per egregiũ virũ nobiliſſimũ Io. Baptiſtam Muſcettulam Iudicem M.C. die 28. Aprilis 1635. fuit deciſũ, quod exfractet ſeruata forma mandati, & inde facto verbo in S.C. per eundem die 2. Maij eiuſdem anni fuit confirmatum decretum, penès Secretarium, in Banca de Auguſtino.

Reconuentio expoſita ante litis conteſtationẽ, & intimata eo tempore vno ex actoribus, & poſt litis conteſtationem tempore publicationis intimata alteri coactori, an debeat admitti, vt ſimultaneo proceſſu procedi poſſit, prout accidit diſputari in cauſa Marci Antonij Boiani, & Io. Petri Girardi actorum cũ N. Mareſca, etenim dato termino in cauſa, & proceſſum vſque ad publicationem, inſtetit dictus Mareſca in oppoſitione reconuentionis, vt cauſa pari paſſu ambularet, & vnica ſententia terminaretur, vt iuris eſt, & licet ex parte actorum replicatum eſſet, non in tempore fuiſſe propoſitam reconuentionem, hoc eſt poſt litis conteſtationem, propterea pari paſſu ambulare non poterãt, ex quo reconuẽtio competit ad effectum ſimultanei proceſſus, vt probat Maſtrill. deciſ. 41. la prima, nu. 1. & eo caſu ante litis conteſtationem fieri debet, vel incontinenti, alias pari paſſu cum cõuentione non ambulat, & iſta eſt communis opinio ex Gloſ. in clem. ſæpè, §. verum, verſic. exordia, de verb. ſignif. Dec. conſ. vlt. Felin. in cap. 1. de mut. pet. probat Marant. in ſpecul. part. 4. diſt. 6. num. 5. vltra eos Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. part. 3. gloſ. pari paſſu, latè Io. Bapt. Schuuartzen. in tract. iudic. lib. 1. cap. 5. nouiſſimè Bernard. Vrſin. in tract. de reconu. cap. 14. num. 1. quinimò licet talis reconuen-

C 3 tio

tio poſt litis conteſtationem fieri poſſit, & in quacunque parte iudicij, ex Gloſ. in d. cap. 1. verſ. reſpondere, de mut. pet. notat Carau. in ritu 67. num. 6. & ſic donec iudicium ipſum durat, cap. diſpendia, §. reus, de reſcript. in 6. & firmat ante eum ex Specul. in tit. de reconuent. §. ſequitur, Marant. vbi ſupra, adhuc reſpondet ibi Carauii. hoc eſſe intelligendum ſecundum modificationem Bart. in authent. & conſequenter, C. de ſent. & interloc. omn. iud. num. 12. ſed melius ibi Marant. dixit eſſe verum, poſſe fieri poſt litem conteſtatam, & in quacunque parte iudicij, tamen tunc non diceretur vera reconuentio, quia non ambulat pari paſſu, nec per eam retardatur cauſa conuentionis, ex Dec. & Lanfranc. ibi relatis, & cum ita fuiſſet domi prouiſum per Regiũ Conſil. D. Varelam, fuit ex parte conuenti obtentum de prædictis verbum fieri in S. C. & dici poterat ex parte ipſius, verum eſſe quod tradit Vrſin. d. tract. cap. 13. num. 4. quod naturalis ratio reconuẽtionis eſt, quod dum actor, cuius in agendo obſeruat arbitrium, eundẽ, & contra ſe Iudicem dedignare non debet, l. cum Papinianus in fine, C. de ſent. ſic locum habet quocunque tempore durante iudicio conuentionis, ergo & ipſa reconuentio, quia cum potiſſimum fauore rei ſic introducta, nõ debet in odium eius retorqueri poſt litẽ conteſtatam, l. quod fauore, C. de leg. & optimè cap. 15. num. 26. declarando dictam regulam, quod fauore alicuius introductum, in odium eius retorqueri non debet, ſed quod mutuæ petitiones vna ſententia decidendæ ſunt in fauorem rei comparatum eſt, ne ſcilicet prius condemnetur actori, quã actor ſibi, vt inquit Bart. d. auth. & conſequenter, num. 4. & ſequitur, nam huius argumenti vis obtinet in mutuis petitionibus actionũ connexarũ, quę cũ ex vna cauſa profluãt, nec prius de vna, quàm de altera conſtare poſſit, iniquũ eſt, non ſimul eas vna ſentẽtia definiri, l. 2. §. vlt. ff. quæ ſeutent. ſin. appell. reſc. & ideo cum ſit reconuentio actus fauorabilis, in dubio debet admitti, Anchar. in d. cap. 1. verſ. vnde concludit, cum alijs apud Cutellum deciſ. Sicil. 16. num. 12. accedebat ijs quoque, quod dum fuerat facta ante litis conteſtationem, & intimata vno actori, licet poſt litem conteſtatam alteri, non per hoc vitiari debebat in totum, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, l. non debet ff. de regul. iur. & hac potiſſima ratione credo fuiſſe per S. C. reuocatum decretum latum domi per Commiſſariũ cauſę eodem referẽte die 10. Ianuarij 1633. & dictũ, viſis intimationibus, terminus alias datus currat ab hodie, vt ex actis in Banca Cioffi, nunc Iuuenis.

Reconuentio an pluries, vel ſemel fieri poſſit, vt non ſit locus remiſſioni, quemadmodum cõtingit diſceptati in Sac. Cõſ. in cauſa D. Anelli Reddita, qui conuenire fecerat Nicolaum Caputum eius cognatum ad reſtitutionem dotium ſuæ ſororis, & verſa vice dictus Nicolaus eundem actorem reconuenerat ad ſolutionem funeralium, ac aliorum prætenſorũ, compilato proceſſu ſuper hoc vſque ad concluſionem, pręfatus conuentus iterum reconuenerat eundem actorem ad ſolutionem certarum penſionum domus ſibi conductæ, ob quod ipſe actor petierat remiſſionem ad ſuũ Iudicem, & licet obiter fuiſſet indiſcuſſo articulo prouiſum per D. Iudicem Alexandrum Rouitum, vt procederetur in M. C. petita remiſſione non obſtante, fuit tamen ab hoc decreto appellatum ad S. C. vt in eo fieret relatio, vt ex actis in Bãca Xiſti, poſtmodum Partes ipſę in ſe concordauerint, & liti ceſſiſſent, cum enim articulus curioſus fuiſſet cunctis viſus, & in dies occurrere poſſet, pro eius dilucidatione conſiderari poſſunt aliqua ad veritatis indagationẽ, & ſuppoſita prius communi concluſione DD. aſſerentium, poſſe Clericum reconueniri coram Iudice ſęculari, vt ex Abb. Socin. Felin. Imol. & cæteris in cap. 1. de mutuis petit. DD. in Auth. & conſequẽter, C. de ſent. & interloc. omn. Iudic. firmat Cancer. variar. reſolut. tom. 2. cap. 13. num. 43. nouiſſimè Vrſin. in tract. de reconuent. cap. 29. Viſcont. in ſuis concluſ. verbo reconuentio, Anton. de Amar. variat. reſol. cap. 86. num. 60. tom. 2. Alex. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 2. tit. de mutuis petit. reſolut. 1. num. 32. Io. Bapt. Larrea deciſ. Granat. 4. num. 11. ſubſequitur, quod incontinenti fieri debeat, Imol. in d. c. 1. in princ. Honded. conſ. 2. num. 9. vol. 1. hoc eſt de iure communi ante litis conteſtationem, vel paulò poſt ex d. Auth. & conſequenter, & d. c. 1. & clem. ſępè, de verb. ſignif. & cap. diſpẽdia, §. fin. de reſcript. in 6. firmat Cancer. vbi ſupra num. 2. Io. Bapt. Schuuartzen. in tract. Iudic. ord. lib. 1. cap. 5. in princ. Sola ad Conſtitut. Sabaud. cap. 44. num. 72. alij vero cenſuerunt, reconuentionem eodem durante iudicio inſtituendam eſſe, vt docet Vrſin. dict. tract. cap. 23. num. 10. hoc eſt vſque ad concluſionem in cauſa, ad quam iudicium durare videtur, vt ſubdit ibi Cancer. num. 8. vbi num. 9. vſque ad ſententiam fieri probat. Sola vbi ſupra num. 73. Sed hoc ſanè intelligendũ fore putant DD. & procedere, quoties ante litem conteſtatam, vel poſt incontinenti inſtitutã, operari nedum effectum prorogationis iuriſdictionis, ſed pariter vt ſimultaneo proceſſu poſſit procedi, poſt Bernard. Vurmeſum pract. obſeru. forenſ. tit. de reconuent. deciſ. 5. Vrſin. d. tract. cap. 24. num. 1. & 20. nam ad hoc principaliter inſtituta eſt, Caſtill. deciſ. 19. num. 1. vt terminãda ſit cum cauſa principali, Ripol. variar. reſolut. cap. 4. nu. 74. Alex. Trentacinq. vbi ſupra num. 3. & 8. Sed quando ex interuallo fuerit facta reconuentio poſt litem conteſtatam, tunc vtroque priuilegio carere videtur, hoc eſt ſimultanei proceſſus, ac prorogationis iuriſdictionis, quod de cõſenſu actoris admitteretur, prout Cancer. eodem loco num. 9. confirmat, & ſequitur Vrſin. d. cap. 24. Mura deciſ. 12. n. 22. Giurba deciſ. 74. n. 3. & 8. quò fit, vt ſi fuerit facta reconuentio poſt litẽ conteſtatam, vel in quacunque parte iudicij, & tunc nullum prorogationis effectum haberet, niſi conſentiente actore, dum igitur

actor

actor conſentire diſſimulat, imò expreſsè contradicendo remiſſionem ad ſuum Iudicem petere non prohibebatur reconuentus de nouo, vt ſupra dictum eſt, & ob id ſi pluries reconuentio fieri poſſit, multo magis videbatur dicendum hoc licere, petere remiſſionem ad ſuum Iudicem competentem, eo quia reconuentio, quæ non tollit niſi incompetentiam, non poteſt fieri Clerici coram Iudice ſeculari, qui incapax eſt, Larrea ibidem num. 20. ex quo reſultare conſpiciebatur, quod dum fieri poſſet reconuẽtio, non per hoc prorogatio iuriſdictionis admitteretur, & ſic remiſſioni locus non eſſet, ſed ſi fieri non poſſet, niſi ſemel, tunc certum eſſet, quod ſi ſemel fuerit facta, & inde alia, amitteret ſuos effectus operatiuos prorogationis iuriſdictionis, ac ſimultanei proceſſus, vt dictum eſt noua diceretur inſtantia, prout notat Bart. in d. Auth. & conſequenter, ſic reconuentio ſecunda diceretur conuentio, Larrea d. deciſ. Granat. 4. num. 15. & eo caſu remiſſio petita locum haberet, cum ſit nouum iudicium reconuentionis, ſed quia reconuẽtio ſi non fuerit obiecta in primo iudicio, neque in ſecundo iudicio opponi poſſet, ſicut ex pluribus notat Muta in deciſ. 12. ſub num. 20. merito ſi in cauſa appellationis reconuẽtio non erit admittenda, vt proſequitur Cancer. vbi ſupra num. 50. Ripol. vbi ſupra num. 63. Alex. Trentacinq. vbi ſupra num. 29. ex quo colligitur ſemel tantum eam poſſe admitti, & non vltra, & in terminis, quod non detur, niſi vnica reconuentio, oſtendit poſt Bart. in d. Auth. & conſequenter, num. 8. quem probat Alex. Trentacinq. vbi ſup. nu. 66. quod actor reconuentus à reo, non poteſt iterum reum reconuenire, vltrà Abb. in cap. 2. de mut. petit. num. 6. & Sola vbi ſupra num. 106. Vrſin. in d. tract. cap. 7. ſub num. 1. ibi, quia reconuẽtio intelligitur de prima, non enim de ſecunda, argum. l. boues, §. 1. vbi hoc notat Petr. Rebuff. in verſ. ſeptimo Iudex, & Tiraquell. latè ibid. de verb. ſignif. hæc ille, & ſic cũ amplius reconuentio non detur, niſi ſemel ſi fieret vltra litis conteſtationem diceretur conuentio, vt ibi Bart. notat, & tunc locũ haberet remiſſio petita, vltra quod in facto propoſito erat ponderandum, qualiter Clericus ipſum conuenerat, & certum erat conuentus vti hæres ſororis, & eodem nomine reconuentus, ſed in alia reconuentione ex propria perſona conuentus fuerat, & fortius admitti non debuerat, & ſic ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli in fin. ff. de minor. Ant. de Amat. vbi ſupra ſub num. 60. notat idem Larrea vbi ſup. num. 23. poſt Bernard. Vnrmſerm. vbi ſupra deciſ. 8. & ex ijs remiſſio concedenda erat, & quia Partes ſe concordauerunt, vlterius non fuit proſequutum, propterea hæc recollexi, vt ſi contingerit caſus, erit plenius diſcutiẽdus, & de eo cogitandum, & perſcrutanda deciſio ipſius Larreæ, vt ſupra relata.

Reconuentio fieri an poſſit in cauſa liquidationis inſtrumenti, de quo incidit controuerti tàm in M. C. quàm in S. C. & præſertim in cauſa liquidationis inſtrumẽti præſentati ad inſtantiam D. Ioannis Moncilli, qui citari fecerat Ill. Ioannem Monſorium Ducem Caſtri Veneris ſuper tenore inſtrumenti, ſuper ſolutione duc. 900. cum rata intereſſe ex cauſa pretij ouium venditarum, & eum oppoſuiſſet tam per viam exceptionis, quàm reconuẽtionis, cogi ipſum actorem ad caſſandum inſtrumentum, ac reficiendum omnia damna, expenſas, & intereſſe, eo quia tẽpore contractus oues erant infectæ morbo, vulgariter dicto *viſciole*, ob quod maior pars ipſarum perierat, verum quia tunc ipſa reconuentio requirebat altiorem indaginem, non fuit aliter impedita liquidatio, ſed iuſſum procedi ad interrogationem, ſicque ſoluta rata intereſſe per reum fuit licẽtiatus, poſtmodum inſtiterat proſequi iudicium reconuentionis, & ſic dato termino in cauſa factis hinc inde probationibus, & publicatione comperitur de nouo reum citatum fuiſſe ſuper tenore inſtrumenti, ſed Curia pro Tribunali ſedente cum fuiſſet præſentatus proceſſus reconuentionis iam publicatus, eo viſo fuit per M. C. ordinatum, vt procederetur ad expeditionem cauſæ reconuentionis, & ſic fuit impedita liquidatio, à quo cum fuiſſet appellatum ad S. C. demum per bina decreta S. C. fuit confirmatum decretum ipſius M. C. & poſtmodum expedita cauſa reconuentionis in beneficium ipſius rei, à quo etiam decreto diffinitiuo cum fuiſſet appellatũ ad idem S. C. & dictum de nullitate, commiſſa cauſa in eo, & compilato proceſſu, inſtiterat præfatus actor ſuper nullitate actorum, & decreti lati per M. C. ex defectu iuriſdictionis, prætendendo reconuentionem locum non habere, nec potuiſſe fieri in cauſa liquidationis inſtrumẽti, ex cuius parte dicebatur, certum eſſe, quod in cauſis exequutiuis non aliter reconuentio admittitur, ex Bald. in Auth. & conſequenter, col. 3. in fin. verſ. nunquid, C. de ſent. & interl. omn. Iudic. vbi dixit, quod ſi petatur exequutio inſtrumenti non habet locum reconuentio, ſequuti ſunt Matant. in ſpecul. part. 4. diſt. 6. num. 39. Maſtrill. deciſ. 41. la prima, nu. 7. Borgn. deciſ. 28. nu. 11. 19. 39. & 47. part. 2. Ripol. variar. reſolut. cap. 4. num. 52. & cap. 14. num. 144. Cancer. variar. reſolut. tom. 2. cap. 13. nu. 20. 32. 33. & 39. Intrigl. ſingul. 20. nu. 16. & præſertim in cauſa inſtrumenti guarẽtigiati, ex Bald. Socin. ſen. & Menoch. probat ibi Cancer. nu. 29. cum alijs apud Maiam conſult. 20. num. 20. & ſic quoties ageretur de præſentatione inſtrumenti criminaliter via extraordinaria, ſecundum formam ritus M. C. non haberet locum reconuentio, ſubnectit ibi Matant. num. 40. quem ſequitur Muſcatell. per me relatus in voto 99. ſub n. 22. vbi alios adduxi, & ſimiliter in cauſis ſummarijs reconuentio ceſſabit, Macerat. lib. 2. variar. reſolut. in reſol. 36. nu. 14. Oſaſc. deciſ. 1. nu. 11. Lataiha conſ. 12. num. 2. Maſtrill. vbi ſup. nu. 4. & 5. Ripol. d. cap. 4. num. 75. Cancer. eod. loco, Linglois dec. 13. q. 6. num. 20. Franc. Marc. deciſ. 864. num. 9. tom. 1. & ita iudicatum refert Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 2. num. 54 & clauſ. 8. gloſ. vnic. par. vnic. num. 11. & cauſa ſum-

Digitized by Google

ſummaria nedum nuncupatur cauſa præſentationis inſtrumenti, ſecundum formam titus M.C. in Regno, inquit Marant.d.part.4.diſt.9. num.176. ſed etiam criminalis cauſa, vt probaui in voto 15. num.9. & eo fortius reconuentio locum non haberet, Scagl. in ritu 67. num.5. Franc.Marc.deciſ.709.nu.5. poſt Imol. in cap.cum dilectus, de arbitr. Coſta de remed. ſubſid. in remed.120. num.3. & multo fortius ſi contra Clericum fieret reconuentio in criminalibus, ſiuè pro delicto ciuiliter, ſiuè criminaliter ageretur, non procederet, ex Felin. Dec. Imol. & Beroo, Iul.Clar.& Bonac. probat Carrocc. in tract. de except. in except.12. q.5. num.9. & huic accedit quod diſcutit Marin. Frecc. de præſent. inſtrum. part.13. quæſt.1. per totã, ſi Clericus poſſit præſentare inſtrumentum in M.C. & videtur negatiuam partem ſequi, ea ratione potiſſimum ob illius criminalitatem, cuius cauſa non daretur reconuentio, vt ſubdit num.15. ſequitur Ioan.Ferrar. in ſuo proceſſ.iudic. part.1.cap.10. in fine, inſuper dicebatur, quod reconuentio vt locum habeat, hoc eſt ſtatim fiat ante litis conteſtationem, §.illud quoque, Auth.de excq. Marant.d.pat.4 diſt.6.num.5. Linglois vbi ſupra num.17. Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorũ, quę in contin. fiunt, lib.1.cap.14. Thoming.deciſ.16.num.4. Calder.var.lect. lib.2.cap.5. vel vſque ad diffinitiuam ſententiam, ſecundum aliquos inferius citandos, adhuc quia in facto compertũ erant, illico factam fuiſſe præuentionem, ſed non potuit effectum ſortiri per purgationem moræ debitoris ſoluendo tertias, & ſic liquidationis tempus expletum fuerat, etenim reconuentio licet locum habeat in quacunque parte iudicij, donec ipſum iudicium duret, inquit Carauit. in ritu 67.num.6. attamen cũ iam finitum apparebat, reconuentio ceſſabat, cum ipſa non habeat locum finito iudicio conuentionis, Imol. in cap. ſignificauerunt, num.6. & 10. de iudic, ita vt neque altera reconuẽtio poſtmodum facta in alia citatione, ſuffragari debuerat, dum à prima reſoluta cõuentione procedebat, nam principio ſublato, omnia principiata tolluntur, Bald. in l.1.nu.3. C.de latin.libert.toll. ſicque ceſſante cauſa reconuentionis, ex qua iuriſdictio acquiritur ex iuris diſpoſitione, vt inquit Vrſin. in tract.de reconuent. cap.20. nu.19. ceſſabit iuriſdictio acquiſita, ex regula cap.cũ ceſſante, de appell. nec proinde ipſi actori afficere poterat conſentiendo in Iudicem, dum in M.C. dum iudicium reconuentionis, eo ſciente, proſequutus fuerat, & poſtmodum lata ſententia contra ipſum, aliud inſtituerat iudicium appellationis in S.C. quoniam Clericus etiam volente foro laicorum conſentire non poterat, cap. ſi diligenti, de foro comper. vbi DD. & ex ijs ob defectum iuriſdictionis, & proceſſus, & ſentẽtia lata nullius roboris reddebantur. Ex aduerſo replicabatur ex parte Ill. Ducis, recõuentionem ipſam triplicem ſortiri effectum, vnum habet priuilegium adæquatum cauſarum conuentionis, & reconuentionis, Imol. in cap.1.de mut.petit. num.14. aliud vt ſimul, & ſemel, ac ſimultaneo proceſſu procedi poſſit, d.cap.1. vbi DD. Caſtill.deciſ.19.nu.1. Maſtrill. ibi num.3. Intrigl. ſingul.20.lib.3. nam nec eſt eius natura, vt dixit Paul.Bell ibi nu.3. larè Vrſin. d.tract.cap.14. Caldera vbi ſupra, quod etiam in cauſis ordinarijs procedi videtur, DD. in d.cap.1.de mut.petit.& in d.Auth. & Thoming. d.deciſ.16. Caldera var. lection. lib.2. cap.5. imò etiam ſi ambo cauſæ eſſent ſummarię, DD. in d.cap.1. Lingl. vbi ſupra nu. 20. Vrſin. eod.tract. cap.17. num.3. cæterum autem, quando vna cauſa eſſet ſummaria, & exequutiua, altera vero ordinaria, quæ requireret altiorem indaginẽ, prout erat caſus præmiſſus, licet aliqui voluerint, non eſſe locum reconuentioni, eo quia nequeunt pari paſſu procedere, & ſimultaneo proceſſu, vt poſt Roman.ſingul.781. quem ſequitur Linglois ibid. num.20. cum alijs adductis per Cutellum deciſ.Sicil.16.num.30. Vrſin.d.cap.17.num.4. Iacob.Gall. conſ.119. Reg.Ronit. in rubr.de inſtrum.liquid.nu.50. adhuc tamen alij fuerunt in contraria ſentẽtia, moderantes negatiuam ſententiam, vt ipſa reconuentio altiorem requirens indaginem, non impediat cauſam ſummariam, & exequutiuam, & ſic ſe habet communis opinio, vt poſt Borgn.deciſ.28. nu. 39.part.2. quem ſequitur Laratha conſ.allegato, num.4.& 5. ex Bald. in l.ſed & hæ, §.non ſolum ff.de procur. Marant.d.part.4.diſt.6.nu. 38. Carau. in ritu 67.nu.2. Thoming.d.dec.16. nu.8.9.10.& 11. Zanger.de except.cap.1.par.2. nu.353. in fine. Verum enimuero alium effectum ſortiri comperitur reconuentio, ſcilicet prorogationis iuriſdictionis, vt dixit Imol. in d.cap.1.nu.14. de mut.petit. Vrſin.d.tract. cap. 29.num.26. Io.Ferrar. vbi ſupra, verſ.accedunt ſimpliciter, Curell. vbi ſupra num.11. Zanger. de except.d.cap.1.part.2.num.383.& ſic Iudex incompetens efficitur comperẽs per hanc reconuentionem, Cęuall. pract. quæſt. cap.736. num.5. Carrocc.de except. in 22.except. nu.5. & 6. Cancer. vbi ſupra num.37. optimè Coſta de remed.ſubſid. d.remed.120. nu.9. cum alijs à me relatis in d.voto 99.num.39. idcirco effectum prorogatiuum iuriſdictionis operatur, Honded.conſ.21.nu.10.vol.1. Ant.Fab. in eius Codice tit. de iudicijs defin.139. num.2. & 3. Coſta vbi ſupra num.21. Vrſin.d.tract.cap.29. num.26. cum alijs apud Mutam deciſ.Sicil.12. num.22. quod adeo verum eſt, dum alias dubitari contigiſſet, an reconuentio Clerici coram Iudice ſæculari fieri poſſit, quæſtio difficilis eſt, & grauis, & habet opiniones inter ſe contrarias, & pugnantes, ad eam diluendum opus eſſet S.P. declaratione, inquit Mara d.conſult.20.num.15.16.& 17. adhuc tamen contrarium practicarum, poſtquam Clericum agentem coram eodem Iudice ſęculari reconueniri non poſſe neque iure ciuili, neque canonico prohibitum reperitur, inquit Vrſin.d. tract.cap.29.num.5. vbi hanc opinionem tuetur, ex multis poſſe reconueniri, cum alijs adductis ab eodem Cutello loco relato, num.21. vbi rationem reddit, Surd.conſ.396.num.6.& 32. vol.3. Hoc præſuppoſito infertur, quod

dum

dum quis agit, reconueniri poterit, cum ipſa reconuentio ſit quędam inhętens,& cohęrẽs, & vt in duplicibus iudicijs ad eundem Iudicem eatur, Bal.conſ.339.n.4.vol.3.& hac ratione inquit ipſe, ꝙ reconuẽtio ſuit introducta, quæ vim habet exceptionis, Cioff. conſil. 41. nu.7.vol.1. Cancer.variar.reſol. tom.2.cap.13. num.25. & non mitum ſi incidentet deducatur, Ripoll. d.cap.4.nu.73. quo fit, vt ſi incontinenti fiat, vt iure probatum extitit, Imol. in d.cap.1. num.1. pet iura ab eo citata, Honded. d.conſ.21.num.9. Surd. conſ.322.nu.11.vol.3. cum alijs ſupra adductis nedum operatur, vt ſimultaneo proceſſu ambæ decidantur, ſed etiam iuriſdictionis prorogationẽ, vt dictum eſt, imò etiam ſi ex interuallo ſacta fuerit,& ſi non aliter ſimultaneo proceſſu determinari poſſint,& potiſſimum quando cauſa conuentionis eſſet ſummaria, vel exequutiua, quoniã non impediretur curſus iudicij ſummarij, neque exequutio, vt dictum eſt, & tunc cauſa reconuentionis, quæ altiorem exquireret indaginem, quæ expediti non poſſet abſq; termino, tunc expediretur cauſa conuentionis, ex Socin.in cap.prudentiam, de mut.pet. n.17. firmat ibidem Laratha num. 6. & poſtea procederetur in cauſa reconuentionis, ita ex Bal. notat Marant. d. part.4. d. 6. ſub num. 39. in fine, idemque ſequutus eſt Borgn. d. deciſ.28. num.12. cum alijs pet me relatis dict.voto 99. num.23.& fiunt in hoc caſu proceſſus ſeparati, vt inquit Honded.d.conſ.21.num.27.& 28. ſed benè quoad prorogationem iuriſdictionis ſempet operatur, vt voluit Paul.Bell.vbi ſupra num. 4. & conſequenter nedum in cauſis ordinarijs reconuentio facta incontinẽti, & ex interuallo ad effectum prorogãdi iuriſdictionem admittitur, Zanger.vbi ſupra, ſed etiam in cauſis ſummarijs, & exequutiuis potiſſimum, vt expreſſim dicunt Borgn. d. deciſ.28. num.12. cum ſeqq. Carrocc. in tract.de depoſito, part.2.quæſt,53.& præſertim in cauſa inſtrumenti guarentigiati, vt optimè proſequitur Cancer. d.cap.13.num.29. cum ſeq. cum alijs allegatis per eundem Cutell. d. deciſ.16. num.16.& 17.& in ſpecie in cauſa liquidationis inſtrumenrorum, licet Marant.vbi ſupra num.40.dicat, non dari reconuentionẽ, quando præſentarur inſttumentum ex ea ratione, quod quando quis ſpoliatus intentat remedium Capitulorum Regni non poteſt reconuenite, ex quo Iudex non aditur per viam ordinariam, nec iudicialẽ, ſed per viam extraordinarię cognitionis,& ſic deciſũ refert Anna ſingul. 432. non dari reconuentionem in iſto caſu; ſed ſalua pace eius, non eſt dubium, quin remedium Capitulorum Regni ſit iudicium extraordinarium, ſed iudicium liquidationis inſtrumenti eſt iudicium ſummarium, vt ſupra probaui ex eodẽ Maranta, vltra quod quando agitur in materia ſpolij, reconuentio non habet locum, niſi facta prius reſtitutione, l.ſi quis ad ſe fundum, C.ad leg.Iul.de vi publ. vt latius proſequitur Io.Ferrat. d.proceſſ.Iud. part.2. in addit. ad cap.10.in §.non tamen, fol. 81. Surd.conſ.166.num.5.vol.2.& expreſſim contra Marant. tenet Muſcatell. in praxi S.C. lib.1.part.3.gloſ.actorem, num.13.& 14. & ſic ſpecificè deciſum fuit, licet in fortiori caſu in cauſa D.Caroli de Ponte cum Alouſio Riſpolo per M.C. ad relationem Iudicis Ioannis Cioffi die 20. Nouembris 1629. dum fuiſſet citatus dictus Riſpolus ab eodem D.Carolo ſuper tenote inſtrumenti, & ipſe conuentus illum reconueniſſet, licet ipſe actor remiſſionẽ perijſſet ad ſuum Iudicem, fuit iudicatum, vt procederetur in M.C. petita remiſſione non obſtante, & interpoſita appellatione ad S.C. demum eodem referente die 24. Aprilis 1630. fuit confirmatum decretum ipſius M.C. vt ex actis in Banca Xiſti. Adeo quod dubitari nõ amplius poſſit de hoc in Regno ex Rit.67. qui generaliter loquitur, & ſic intelligendus in omnibus cauſis, l.1. §.& generaliter ff. de leg. præſt. nec facienda erit diſtinctio, cum ius nõ diſtinguat, l. de pretio ff. de publ. in rem act. l.3. vbi Bart. ff.de offic. Præſ. nam idem Ritus dat formam liquidandi inſtrumentum, & idẽ Ritus admittit reconuentionem coram Iudice laico contra Clericum, & vtique ſi voluiſſet excludere cauſam liquidationis inſtrumẽti, hoc dixiſſet, & ita loquendo per verbum agendo, quod eſt proprium actotis, §.1.Inſtit. de act. intelligitur in quocunque iudicio, in quo actio proponitur, & interueniunt actor, reus,& Iudex, cap.forus, de verb.ſignif. prout eſt cauſa liquidationis inſtrumenti. Nec dicatur, iudicium liquidationis inſttumenti eſſe criminale, nam hoc quoad pœnam diceretur, non quoad ſortem, quia ciuile eſſet, ita Præſ. de Franch.deciſ.162.num.6. & 15. & tandem quia ipſemet Carauit.limitat, quoties reconuentio dependeret ex eodem inſtrumento, dum in ritu 182. dixerat, in iudicio criminali non dari reconuentionẽ, nu.12. nam ſemper admittitur reconuentio, quæ oritur ex eodem inſtrumento, vt ibi probat Cutell.nu.18. ſicuti etiam vbi aliquis accuſaret aliquem de periurio vigore vnius inſtrumenti, & accuſatus reaccuſaret de periurio, & ex eodem inſtrumento præcedente procederetur ſuper vtroq; Grammat.deciſ.53.in fine, quem ſequitur Carauit. ritu 182. num.12. denique non obſtat, quod dum fuerat proceſſum ad cauſam recõuentionis,& poſt latam ſententiam appellatũ ad S.C. per eundem actorem, vt ſibi non præiudicet, hoc non procederet data reconuentione, eo quia cum ipſa ſit fundata in æquitate naturali, dum quis eligendo Iudicẽ pro ſe conueniri faciat laicum, teneatur habere etiã illum contra ſe, ex tex.in l.cum Papinianus,& Auth.& cõſequẽter, C.de ſent.& interl. omn. Iud. Caldera vbi ſupra, de quo extat Rit.M.C. 67. & inde cõſuetudine diu obſeruata, vt per Affl.dec.173.ita & taliter quod cum ſit per talem reconuentionem iuriſdictio prorogata, vt dictũ eſt,& per ipſam aucta iuriſdictio, Ruginell.pract.qq.cap.22.ſub nu.27.ſubſequitur, ipſam iuriſdictionẽ ſemel quæſitam amplius amitti non poſſe, quemadmodum iuriſdictio ſemel inſeudata nunquam expirat, Muta deciſ.29.nu.29. ita cauſa ſemel Iudici commiſſa,

ab eo

ab eo expediri debet, vt in pragm.8.de offic. Mag.Iuſtit. in tantum quod ex parte Actoris ſufficeret eius inſtantia,ita vt nullatenus neceſſarium eſſet actum poſitiuum ipſius ineſſe quòad reconuentionem, vt iuriſdictio cēſeatur prorogata,inquit ibi Cutell. num.27. nec liceat ipſi retrogredi,& actionem ſemel inſtitutam deſerere,ex Afflict.dec.173.num.4.& 5. Carauit.in rit.67.nu.8.Franch.dec.193. nu.13. & dec.349.num.2.cum alijs ibi relatis,& proindè dum fuiſſet Dux citatus primo loco ad inſtantiam ipſius D.Ioannis ſuper tenore inſtrumenti,& fuiſſet facta reconuentio ex cauſa dependente ex eodem inſtrumento, & poſtea iterum citatus , & iterum confirmata eadem reconuentio,& ſic prorogata iuriſdictio, nedum ſemel,ſed bis, & eo conſentiente proceſſum ad compilationem proceſſi reconuentionis,in quo ſuccubuerat, & ab eo appellatũ ad S.C. & ſimiliter proceſſum vſque ad expeditionem cauſæ,& nunquam petijſſet remiſſionem cauſæ , nullo iure ex adductis iuſtum videbatur ſub prætextu nullitatis oppoſitæ non ritè proceſſum coram Iudice ſeculari, & ſic nulliter acta geſta fuerunt, cum contrariũ fundatum apparebat ex allegatis . Quapropter facta relatione in Sacro Conſil.die 9. Iunij 1634. per optimè meritum Regium Conſiliarium Franciſcum Antonium Muſcettulam dominum meum , fuit deciſum, quod procedatur ad expeditionem cauſæ conuentionis, & reconuētionis, oppoſitis non obſtantibus, vt patet ex actis in Banca Martini , ſub tutela Io.Franciſci Vitaliani I. C. Neap. ſolertiſſimi, & Aduocati, meiq; conſobrini dilectiſſimi.

Reconuentio opponi an poſſit poſt ſententiam ad impediendum eius executionem,eò magis in ſententia,quæ paratam habet exequutionē quæ ſpem non habet appellationis, ſed reclamationis, prout eſt ſententia Sacri Conſilij; quemadmodum in facto percibiebatur,cum fuiſſet prolata ſententia ad inſtantiam .N. Mazzolę contra Horatium Palumbum V.I.D. fuit ex eius parte facta, atquè propoſita reconuentio: & propterea dicebatur ex parte ipſius .N. Mazzolæ, de ea nullam rationem habendam eſſe , nam ſi communem opinionem ſequamur,certum eſt,ipſam ab initio litis eſſe faciendam, hoc eſt ante litis conteſtationem, ex text. in l. amplius non peti ff. rem rat. hab. Bellem.in cap.1.num.59.vbi Abb. num.12. de mut.petit.quos probat Thoming.deciſ.Lipſiæ 16.num.4.DD.in auth. & conſequenter C. de ſent.& interl.omn.Iud.Io.Ferrat. in eius prax. iudic.lib.1.cap.10.verſ.reconuentionem itaq; Bellon.in tract.de ijs,quę in contin.fiunt lib.3. cap.12.num.2.Canc.variar.reſolut.tom.2.c.13. num.2.Linglois dec.13.quæſt.6.num.17.Viui. dec.128.num.2. Vrſin.de reconuent.c.13.n.3. & 13.Ancharan.iun.quæſt.42.nu.47.part.3. & q.17.num.5.par. 2. Vel poſt litem conteſtatam in continenti , vt ipſimet DD.allegati teſtantur; Aliqui voluerunt vſq; ad concluſionem in cauſa,ſicut teſtatur Hieronym.de Laurent. dec.192.in fin.Canc.vbi ſupra num.8. Mura dec.12. num. 22. Cæteri autem vſquè ad ſententiam,& ſic in qualibet parte iudicij,Canc. vbi ſupra num.9.Intrigl.ſingul.20.par.3.num. 11.in addit. Linglo.ibid.nu.19. Viuius vbi ſupra,etiam quando fertur ſententia.Carol.de Graſſ.de effect.cler.in 1.effect.num.761. Quo fit, vt vna,& eadem ſententia ambę cauſæ terminari poſſint conuentionis,& reconuentionis, Thoming.vbi ſupra num.3. Bellon.ibid. num.3. Ioann.Ferrar. vbi ſupra verſ. tamen quod,Linglo.ibid.num.18.Giurb. dec.2. nu.5. Muſcat.in prax.S.C.lib.1.part.3. gloſ.actorem num.8. Cartar.deciſ.Ianuæ 3.num.12. Ripol. variar.reſol.cap.4.num.74. Vrſin. d.tract.c.14. num.13.Scacc.de re iud.glo.7.quæſt.4. ſpec.3. num.133. & ſic durante iudicio conuētionis, vt probat Vrſin. d.tract. de reconuent.cap.23. num.10.Linglois vbi ſupra num.19. Carauita in Rit.67.num.5.Scacc.ibid.num.136.& ſic re integra, ſed lata ſentētia non amplius res integra dici poſſit, quoniā iudiciũ dicitur à cōſtitutione litis vſq; ad ſententiam, Borgn.dec. 7.num.1.par.1. Ex quo iudicium terminatur per ſententiam,cum ipſa ſit terminus diſceptationis,Franch.dec.346. num.2. & terminet iudicium,idem dec.364.num.7. & pariter Iudex functus ſit officio ſuo per eius prolationē, l.Iudex poſteaquam ff.de re iud.Franch.deciſ. 398.num.2. vt punctualiter attingit Linglois vbi ſupra num.20. verſ. at vbicunque,quod non poſſit reconuentio fieri poſt ſententiam, quia non in tēpore permiſſo facta fuerat, qui nil allegat , ſed facit text. in cap. fin.de iudic. cum alijs allegatis per Franch.dec.192.num.9. quem ſequitur Carol. de Graſſ. de effect. cler. in 1.effect.num.784.Scacc.vbi ſupra num.136 Ancharan.iun.quæſt.18.num.3. par.2. quanquam DD.dicant,ſententiam proferri debere ſuper vtraque cauſa; ſed primo in cauſa conuētionis, deindè in cauſa reconuētionis, hoc eſt immediatè legi, & proferri , vt probat Maranta in ſpec.par.4.diſt.6.num.10.vbi numero ſequenti probat, non tamen procedere quoties cauſa conuētionis eſſet liquida,& reconuētionis eſſet illiquida, ita vt altiorem requireret indaginem , adeò quod ſimul, & ſemel terminari non poſſint, & tunc prius erit determinanda cauſa conuentionis , & deindè cauſa reconuentionis, Abb.in d.cap.1.num.9. Thoming.ibi num.11.Carthar.deciſ.Genuę 3. num.15. latè Scacc.de re iud.glo.7.q.4.ſpec.3. num.38. & ſic in duabus ſententijs , Anchar. iun.q.18. num. 7. par.2. Adhuc tamen cenſerem,procedere quoties ipſa reconuentio facta fuerit tempore habili , hoc eſt pendente iudicio, non autem eo finito , vt dictum eſt, hinc eſt, quod in cauſa appellationis non cōceditur reconuentio,Bart.in d.auth. & conſequenter num.15.Linglois ibid.num.21.Caſtil. dec.31.vbi ita deciſum tradit,Maſtrill.dec.136 num.1.Anna ſingul.430.Bellon.vbi ſupra n.4. Ripol.variar.reſol.cap.3.num.63. Vrſin. eod. tract.cap.23.à num.7. ad fin. Carol. de Graſſ. vbi ſupra num.778. Ex aduerſo replicabatur, hæc omnia benè procedere quòad proceſſum ſimultaneum, Maril.deciſ.Ianuæ 68. num.17. Intrigl.ſingular.20.part.3.num.9.in addition.

Muta

Muta ibi num.22. Linglois ibi nu.19. Maſtrill. deciſ.41. la prima, num.11. Scaccia de re iud. gloſ.7.q.4. ſpec.3.num.141. & ſeq. ſed in præſenti caſu agebatur ad finem prorogandi iuriſdictionem, & cum certum ſit, quod per talē reconuentionē iuriſdictio prorogetur, vt inquiunt DD. in d.cap.1. de mut.pet. & in d. Authent. & conſequenter, Io. Ferrar. vbi ſupra, Bellon. vbi ſupra nu.4. Vrſin. eod. tract. cap.29. num.26. qui in cap.21. num.19. cenſuit, non ipſam reconuentionis cauſam eſſe, ſed legem tantum iuriſdictionem Iudici tribuere, & hoc caſu ſi non ſimultaneo proceſſu procedi poſſit, ſed ad prorogationis effectum etiam ex interuallo proponi, dummodo fiat coram eodē Iudice, & non coram alio, ex Bart. in d. auth. & conſequenter, Imol. & alijs probat idem Io. Ferrar. in d. praxi par.2. in addit. ad §. in hoc, fol. mihi 80. Giurba deciſ.74. num.3. Scaccia vbi ſupra num. 49. dicebatur vlterius, quod quamuis iudicium finitum appareret per ſētentiæ prolationem, vt dictum eſt, adhuc tamen quia agebatur de exequutione illius, nō poterat verè dici finitum, nam nihil eſſet ſententiam in fauorem habere, niſi exequutioni demādetur, Aſin. in praxi Iudic. §.31. cap.1. num.1. & perfectum non dicitur, quando remanet aliquid ad agendum, inquit Ripol. variar. reſol. cap.11. nu.170. vt in ſpecie id ponderat Hieron. de Laurent. d. deciſ.192. in fine, in tantum quod donec ſententia exequutioni non fuerit demādata, videbatur res eſſe integra, Coſta de re integra, diſt. 109. imò donec non fuerit appellatum, ideo ſi tertius compareret poſt ſententias ante appellationem impediret exequutionem, ſecus ſi poſtea, vt probat Marant. in ſing. incip. iudicio eq. 10, fol. 50. col.2. & fortius ſi fuiſſet appellatum, differtur quoad exequutionem, Bellug. ad Specul. de reconuent. §. fin. taliter quod dum aduerſus ſententiæ exequutionē eſt conceſſum opponere exceptiones, ne exequatur, de quibus expreſſim agit Carroc. in tract. de except. aduerſus ſententiam, per totum tractatum, merito etiā reconuentio opponi non dubitatur, Carrocc. d. tract. except.22.q.5. quę etſi propriè exceptio non ſit, Vrſin. d. tract. cap.4. num.3. & 6. ſed petitionis natura eſt, Scaccia de re iudic. gloſ.7.q.4. ſpec.3. num.23. adhuc ſimiliter exceptionis vim habet Giurba deciſ. 2. num. 3. Cancer. vbi ſupra nu.25. & 26. Larrea deciſ.6. num.16. imò ſpecies compēſationis eſt, vt poſt Lanfranc. in tract. de arbitr.7. diuiſ. num.69. ex Pariſ. conſ.100. nu.32. vol.2. & DD. in d. cap.1. probat Viuius vbi ſupra, quæ poteſt opponi poſt ſententiam Lingl. ibi ſub num.20. quanquam autem in exequutiuis non admittatur, vt dixerunt Maſtrill. d. deciſ.41. nu.7. Additionator ad ſingul.20. num.16. & ſeq. Ripol. var. reſol. cap.4. num.52. & cap.14. num.144. adhuc tamen non impediret exequutionem ſententiæ, ſi requireret altiorem indaginem, quemadmodum ſpecificè concludit Muſcatell. in praxi S.C. lib.1. part.3. gloſ. actorem, num.14. optimè Cartar. deciſ. Genuæ 3. num.6. & 14. Borgnin. deciſ.18. num.11.19.39. & 47. part.2. imò ijs ceſſantibus ſufficeret pro perpetuanda iuriſdictione offerre actori libellum recōuentionis per reum, vt dixit Bald. in Addit. ad Specul. in tit. de reconuent. §. reſtat in fine, vbi aliqua ad ornatum retulit. Et ſic facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. Petrum Antonium Carauita de anno 1635. de menſe Maij fuit deciſum, quod procederetur ad exequutionem ſentētiæ, & nihilominus in cauſa reconuentionis procedatur ad vlteriora, vt ex actis in Banca Litti.

Reconuētio aduerſus Clericum admitti an debeat, ſi citatio per eum facta non aliter per viam conuētionis, ſeù denunciationis ſimpliciter proceſſerat, vt exemplo iam occurſo demonſtratur, ſuppoſito quod cum fuiſſet prolata ſententia per S.C. aduerſus Ill. Ducem Magdalunæ ad ſoluendum ducatos vigintiquatuor mille Scipioni, ac D. Hieronymo de Martino nunc Reuerendiſſ. Epiſcopo Vgenti, hoc eſt ducatos duodecim mille cuilibet ipſorum, inſtiterat præfatus D. Hieronymus in S.C. vt ipſe debitor ex nunc in antea ipſū recognoſceret pro dicta ſūma ſuæ portionis, nec nō ad omne bonum finem, vt eius frater de hoc notitiam habuiſſet, fecit dictum ordinem S.C. eidem notificare, qui videns ſe citatum fuiſſe ab eius germano per viam reconuentionis expoſtulauerat medietatē alterius eius germani ad ſe pertinere, & conſequenter non totalē ſummam ad eum ſpectare, ſed ſolum ducatos octo mille, reconueniendo etiā ipſum condemnari nedum pro ſumma ducatorum quatuor mille, ſed etiam ad alias quantitates pecuniarum ſibi debitas, & pro fundamento eius intentionis dicebatur, iuxta communem ſententiam DD. non eſſe prohibitum laico reconuenire Clericum agentem coram Iudice laico, DD. in cap.1. de mut. petit. & in Auth. & conſequenter, C. de ſent. & interloc. omn. Iud. latè Marant. in eius ſpeculo part.4. diſt.6. n.53. Duenas in reg.102. Clericus, Muſcatell. in praxi S.C. lib.1. par.3. gloſ. Actorem, nu.7. latiſſimè Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in 1. effectu nu.753. cum ſeq. nouiſſimè Vrſin. in tract. de reconuent. cap.29. num.33. Carroc. in tract. de remed. contra ſent. except.22. q.5. cum alijs adductis ſupra eodem verbo reconuentio, qui omnes loquuntur expreſſim in Clerico agente coram Iudice ſæculari, vt poſſit reconueniri coram eodem à laico, & iuxta hanc ſententiam fuit interpoſitum decretum per S.C. ad relationem Reg. Conſ. Franciſci Antonij Muſcettulæ, & fuit datus terminus ſuper conuentione, & reconuētione de anno 1637. in Banca Strinæ, à quo decreto cū fuiſſet reclamatum ex parte ipſius Reuerendiſſimi Epiſcopi, & obtentū verbum fieri de prædictis per eum expoſitis in ſupplicatione, dicebatur ex pluribus reconuentionem ipſam non militare, nam etſi citatio fundamentum ſit iudicij, vt poſt Afflict. in Conſtit. Dictum, rub.95. nu.1. Marant. in d. ſpecul. part.6. tit. de citat. num.1. Andr. Gayl. pract. obſeru. lib.1. obſeru.74. num.1. Caſſan. in conſuet. Burgund. tit. des Iuſtices §.7. num.1. pariterq; ab ipſa citatio-

tatione cauſa dependet Cumia in ritu Siciliæ cap.3. num.9. & conſequenter io iudicijs; rima dicatur oſſeoſio, idem Afflict. in Conſt. Si quem, nom.11. nihilominus non per eam ſolum introduci poterit reconuentio, cum dependere videatur ex petitione, quæ conſimilis eſt libello, quamuis inter ſe aliquantulum differre videantur, tamen idem in ſubſtantia eſſe oſtenduntur ex diſpoſitione cap. Regoi Deteſtantes, vt poſt Muſcatell. in eadẽ praxi d.lib.1.part.1.gloſ.petitur, nu.4. Marcell. Calà de modo articul. §.1.gloſ.3.nu.3. Palma in ſuo diuerſ.Iuris Regni,& communis,alias in eius praxi part.1.gloſ.10. aſſerentes,per ipſam petitionem conſtare de intentione actoris petentis reum condemnari, & vigore dictæ petitionis decernitur per Iudicem citatio, quæ procedit à libelli oblatione, Marát.in eius ſpecul. part.6.verbo libellus, num.25. & ſuom operatur effectum, vt reus compareat, & per talem comparitionem reſoluitur Minſyng.ſingular. obſeruat.centur.4.obſeru.54.num.1. inde per exiſtentiam petitionis notificatę aduerſario iudicium ſumit exordium, & ſic comparente reo, reconuentio per eum inſtitui poterit, quemadmodum deſumitur ex Rub. extra de mutuis petitionibus,vbi Abb. declarando ipſam petitionem mutuam dixit, cum ergo petitio fiat ex vtraq; parte, rectè appellatur mutua petitio, vbi etiam paulò ante num.1. dum quærit pro declaratione illius rubr. quid dicatur mutua petitio,reſpondit,quod conuentio ex parte actoris, & reconuentio ex parte rei,nam reconuentio eſt ſecunda conuentio, ſunt ergo duæ conuentiones, cui etiam accedit text. in d.auth. & conſequenter,ibi ego ab aliqoo conoentus, ſi viciſſim ipſum pulſare velim, &c. etenim conuẽtus is videri comperitur,qui in ius vocatus oſtẽditur, in l.ſi actor ff.de iudic. vbi Gloſ. notat,aliud eſſe cõuenire aliud recõuenire, & ſpecifice Vrſin. io d.tract. cap.4.num.2. dixit, conuenire eſſe in ius vocare, per text. in l. ſi actor ff.de procur. l.1. ff. rem ratam hab. vbi ſubdit dicẽdo,ꝙ conuẽtio ipſa actio eſt, l.ſi homo ff. de rei vend. l.7.§.1. & §.imo, C.de præſcr.30.vel 40.ann. vnde libellus conuẽtionis dicitur in l.vlt. verſ.ſancimus,C.de annl.except.ita recõuenire,nam reconuentio libellus reconuẽtionis eſt ex parte rei; & eadem ſigoificatione accipiuntur, ſicq; reconuẽtio nil aliud eſt quam actio à reo aduerſus actorẽ viciſſim ioſtituta, vt in præced. cap.3.num.3. probauit,& propterea ceſſante petitione conſequens erit, vt reconuẽtio pariter ceſſaret. Præterea ſi attendatur cauſa, quæ propriè dicitur ius deductum in iudicio, vt ex Cardin. & Alex. probat ibi Cumia nu.1. quæ expreſſa eſt in petitiooe, & proindè petitio rei expoſita in S.C. nil aliud continere videbatur, quam quod eius debitor ſibi correſponderet in futurum pro dicto capitale ducatorum duodecim mille ſuæ portionis, & ſic continebat verba directa ad debitorẽ,& non ad alium,quo fit,vt quemadmodum reconuẽtio fieri debeat coram eodem Iudice, coram quo actor litem inſtitueuit per rationes adductas ab Abb.in cap.1.num.2.de mut.pet.Vrſin. eod.tract.cap.19.nu.1.Berard.Vvrmſem.pract. quæſt.forenſ.tit.de reconuent.deciſ.1.ita pariter fieri debet inter eaſdem partes,& non debet admitti inter diuerſas perſonas, adeo ꝙ ſi Clericus conueniret laicum coram Iudice ſæculari oomine proprio, nequiret recoouenire nomine alterius,vt probat Carol.de Graſ. d. 1. effectu num.785. & præter eum Cancer. variar.reſol. tom.2. cap.13.num.22. & ſeq. idcirco dum alius fuerat conuentus principaliter ad ſibi correſpondendum de ſumma prædicta, nequiuerat alter citatos reconuenire, dum in aliquo non fuerat conuentus, neque debitor erat. Denique quatenus diceretur eo ipſo, quod quis citatur, in ius vocatur, ex qua citatione ſubſequitur comparitio,& ſuccedẽte comparitione rei infertur ad reuocationẽ, quare ipſa reconuentio rectè militare poterat ex ijs,ſed replicari poterat,quid conuẽtio,ſiue petitio cootinebat, & certum eſt, contra ipſũ Marchionem nil continere inſpiciebatur, & ſic dum nil continebat, quin eum officere poterat, reconuẽtio ceſſauerat,quæ iuxta ſui definitionẽ nil aliud eſt,niſi mutua petitio,quæ à reo fit aduerſus actorẽ,l.cum Papinianus,& d.Auth. & conſequenter, C. de ſent. & interl. omn.Iudic. Cancer.vbi ſup nu.1. nec proinde vis facienda erat in citatione, nam aut proceſſerat ex errore facta, dum dictus Dux ſolus citandus erat, poſtquam citandi ſunt illi tantum, ad quos defenſio principaliter pertinet,non qui in conſequentiam lędi poſſunt, Cancer.variar.reſolut. part.2.cap.17.num.100. poſt Vant. de nullit. rubr. de oullit. ex defect. citat. num.19. & quamuis fuiſſet dictus Marchio citatus,quia citari non debuerat,& tunc redderetur nulla. & inualida, nec proinde officeret,poſtquam citari non poteſt is,qui non fuit expreſſus in citatione; etiã ſi adeſſet clauſula de citando omnes,quorum intereſt,idem Vant.vbi ſupra num.59. per iura ibi citata,aut vero talis citatio non ex errore, ſed ex certa ſcieotia emaoata fuerat, & tunc quia ſola citatio ad comparendum, non ad deliberandũ fieri conſueuit,Vant.ibidem num.18. ex qua percipitur,ipſum Marchionẽ fuiſſe obnoxium comparere tantum, & inde viſo libello deliberare, an iuſta erat petitio eius germani, qui ratam ſuam conſequi vellet à Duce debitore, vel non, aut ſi ipſi intereſſe aliquod in hoc competebat,ad quod in terminis cenſuit Aodr.Gayl.pract.obſeruat.lib.1.obſeru.56. ſub oum.5.dum loquitur de literis Iudicis rei ſitæ extra territorium dixit hæc verba: Vt nimirũ literas mittat Iudici alterius territorij, io quo citandus domicilium habet, quibus illi futuram litem ſignificet, & proinde admoneat citandum,quod veniat reſpõſurus ſuper libello actoris, text. in d.l.1. ff. de requir. reis,& hæc non eſt propria citatio, ſed quædam inſinuatio,& denunciatio litis, vt reo ſaltem innoteſcat,actorem ſuper re in territorio citantis,vel potius ſignificantis, & admonentis ſita quæſtionem mouere, atque actionem inſtituere velle, actus enim intimationis non eſt pars

iudicij,

iudicij, neque actorum, ideo quocunque tempore, & per quemcunque fieri poteſt etiam ſine mandato, text. in l.item veniunt, Felin. in d.cap.nu.2. hęc ille, quod fortius id procedere agnoſcitur in caſu præmiſſo, vbi vel ex errore, vel ex certa ſcientia intimatio proceſſerat, ad aliud nō tenebatur, niſi comparere ſaltim, ſed non reconuenire, quia contra ipſum nulla extabat petitio, vel quia facta fuerat, vt notiam haberet, qualiter ipſe Reuerendiſſ. Epiſcopus intendebat ſuam portionem ſibi debitam à debitore conſequi, dum totum debitū inter eos cōmune erat, & hoc proceſſerat potius per viam denunciationis, quam citationis, quæ ſiquidem denunciatio in dubio non ob aliud requiritur, quam certiorandi alterius cauſa, Tiraquell. de retract. conſang. §.36. gl.2. num.24. vbi num.30. ſubdit, quod talis denunciatio, quæ fit ad certiorandū, ita fieri debet, vt ex ea habeatur ſcientia certa, & plena, quæ etſi ſecundum quoſdam quædam ſit prouocatio ad iudicium, ex Alex. & Iaſ. in l. in prouinciali, §. nunciationē ff. de oper. nou. nunc. probat Iacob. Nouell. in tract. de iure prothomiſ. §. primus, nu.175. vbi notat ad finem fieri, vel cauſa ſui iuris conſeruandi, vel damni depellendi, vel publici iuris tuēdi gratia, nihilominus eo caſu nullam admittit reconuentionem, imò, dato quod citatio fuiſſet, adhuc eadem met non ad alium effectum fit, niſi ad inducendam ſcientiam, Felin. in cap. illud, 3. col. de præſcript. Alex. conſ.123. vol.2. Iacob. Nouell. d. tract. §.7. num.20. at inſuper ad effectum comparendi, vt victum eſt, ideo inducta ad vnum finem, non debent operari alium effectum, l. legata ff. de leg. 1. Tiraquell. de retract. conſang. §.32. gloſ. vnic. nu.7. effectus reconuentionis eſt petitio, Et ex ijs facta relatione in S. C. per eundem cauſæ Commiſſarium, fuit per S.C. deciſum, quod ſuſpenſo decreto alias lato per idem S. C. dictus Marchio vtatur ſuis iuribus, & inde confirmatū in reclamatione de anno 1637. & mēſe Iunij in dicta Banca Strinæ, verba sūt hæc. decreto S.C. promiſum eſt, quod ſuſpēſo decreto lato per S.C. ſub die 19. menſis Februarij 1636. Ill. Marchio Montis Falcionis vtatur remedijs oportunis aduerſus ſententiam S. C. latam ſub die 12. Februarij 1631. fol.52. hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius Muſcettula.

Reconuentio an in omnibus potiatur priuilegijs conuentionis, vt nuper contingit in caſu notabili diſcuſſ coram Reg. Conſil. Andręa Prouenzano cauſæ commiſſario, cum conueniſſet Ioannes Baptiſta Fenix Neapolitanus ſuum fratrem germanum Octauium Fenicem ad redditionē rationum cuiuſdam officij, ac reſtitutionē nonnullorum bonorum in communi exiſtentium, præfatus conuētus reconuenit eundem actorem ad caſſandum certa inſtrumenta donationum, & manuteneri in poſſeſſione illorum, dato termino in cauſa, fuit commiſſa audiētia teſtium Ordinario loci, & huic inhęruit conuentus, & dum expedire fecerat literas cōmiſſionales, fuit ex parte ipſius actoris inſtatū, nullatenus expediri, nec concedi debuerant literæ prædictæ, cum ſolum in cauſis Neapolitanorum conceſſum ſit, vt poſſint committi audientiæ teſtium locotū Ordinarijs, & particulari priuilegio Magni Capitanei cap.36. fol.36. & confirmatum per Regem Catholicū cap.69. fol.47. de quo meminit Reg Rouit. in pragmat.9. num.11. de ord. iudic. & ſic non exteris, etenim priuilegium perſonale perſonam non egreditur, probat Aſin. in ſua praxi Iudic. §.13. cap.8. num.7. hinc eſt, quod priuilegium cedentis non opitulatur ceſſionario, vt inquit Carauit. in ritu 228. num.14. imò quatenus eſſet priuilegium reale, adhuc tamen priuilegiata cauſa nō cenſentur perſonæ priuilegiatæ, ita Cumia in Ritibus Siciliæ cap.44. num.19. quocirca ſi fuerit ad inſtantiam actoris reſcriptum impetratum, vt poſſit appellare, non porrigeretur aduerſario, quoniam in illius odium retorqueretur, probat Vrſin. in tract. de reconuent. cap. 18. num.1. & 2. Ex aduerſo replicabatur, nulli dubium eſſe, quin reconuētio eiſdem gaudet priuilegijs, quibus gaudet conuentio, ex multis probat Giurba deciſ. Sicil.3. nu.3. poſt Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt.44. nu.7. ſed animaduertendum erit, an tale priuilegium conceſſum Neapolitanis in eorum cauſis, perſonale, vel reale dicatur, ex quo deriuatur altercationis deciſio, & videtur eſſe reale potius, quā perſonale. dum in dictis capitulis dicitur: *che in tutte cauſe de Napolitani, & habitanti in detta Città, in le qual ſi biſogna eſaminar teſtimonij extra lo diſtritto di detta Città ſi debbia commettere all'Ordinarij delli luoghi nō ſuſpetti, &c.* & hoc corroboratur ex conſimili ſtatuto exiſtēte Mediolani cap.47. vbi mandatur, huiuſmodi D. Poteſtas, & quilibet exercens iuriſdictionem poſſit, & debeat ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & omni ſollemnitate iuris, & ſtatutorum reſpiciēte ordinem procedendi tantum omiſſa audire, cognoſcere, & definire de omnibus, & ſingulis quæſtionibus. cauſis, litibus alimentorum, &c. ſubdit idem habet locū in omnibus, & per omnia in cauſis, & litibus, & quæſtionibus pupillorum, viduarū, orphanorum, minorum, &c. vbi Carpan. num.101. & ſeq. notat per hæc verba, priuilegiū eſſe cōceſſum cauſis, & non perſonis, & conſequenter hoc idem priuilegium datum cauſis poſſe retorqueri contra has perſonas, ex Bart. in l. final. numer. 4. C. de fruct. & lit. expenſ. Alex. in l. iniquum, num.5. ff. quod quiſque iur. Bald. Nouell. de dote 6. part. priuil 2. in fin. per regulam correlatiuorū ſubdit ibi nu.140. Carpan. nimirum ſi priuilegium conceſſum actioni, tranſit in alium, vt inquit ibi Carau. & conſequenter ob æqualitatem ſeruandam in iudicijs priuilegia communicantur inuicē, vt ibi notat Giurba, & hanc opinionē ex multis ſuſtinet ibidem Vrſin. hinc eſt, quod quando vna pars expenſas litis ex priuilegio non ſoluit, vel quouis modo cogi non poteſt, tunc enim vt ęqualitas in iudicio ſeruetur, nec etiā altera pars condemnari debet, ex Io. de Amic. conſ.95. num.5. notat Aſin. in d. praxi d. §.32.

cap.2.limit.28. imò & priuilegium perſonale propter æqualitatē ſeruandam ad alium porrigitur, probat Palma in ſua praxi,alias diuerſ. iuris communis,& Regni part.1.gloſ.20.n.72. & part.2. gloſ.15, num.18, ex Bart.& alijs in d.l.fin.Odd.de reſtit.in integr.part.1.quæſt.47. artic.11, Gutiert. lib.1. pract.qq. quæſt.146. & lib.2 quæſt.22. Minſyng.centur.5. obſeruat.4. Præſ.de Franch.deciſ.136.ſic cernimus practicam in beneficijs conceſſis alicui ex litigantibus,vt ſint cōmunia vtrique parti, Muſcatell. in praxi S.C. lib.1.part.6.gloſ.communis,& in hanc opinionem inclinabant cæteri Domini de Conſilio,licet per eundem cauſæ Commiſſarium fuiſſet aliter prouiſum,vt nec vni, nec alteri hoc debeat ſuffragari,mediam viam eligendo,vt patet ex actis in Banca Iuuenis,hęc notaui, cum in poſterum contingere idem poſſit,vt allegata perſcrutentur.

Reconuentio facta per laicum contra Clericum cum eo litigantē coram Iudice laico,an ſi nedum ad concluſionē vſque in cauſa factam, verum etiam ad ſententiam admitti debeat, quemadmodum contingit diſcuti in S. C. in cauſa Marchionis Baſelicis cum D. Ludouico Ridolpho, & pro ipſo Marchione in iure reſpondit eruditus I. C. Franciſcus Maria Pratus huiuſmodi videlicet. Contēditur pro parte D.Ludouici Rodulphi nō eſſe per S. C. impartiendum terminum reconuentioni factæ per Marchionem Baſelicis petentem condēnari ipſum Ludouicum ad reſtitutionē nonnullarum pecuniarum quantitatum in proceſſu deductarum, necnon ad alimentorum præſtationem (quatenus opus ſit) eo ſanè tēpore,quo conuento Marchione in eodemmet Sacr.Conſ. ad ipſius Ludouici inſtantiam,obtentaq; ſententia ad ſui beneficium de anno 1631. per quam extitit Marchio condemnatus iuxta petita; reſeruata nihilominus fuit prouiſio facienda quoad alias quantitates petitas, pro cuius explicatione Pars per viam principalis petitionis de anno 1637. petijt condemnari Marchionem ad ſibi ſoluendum ducatos ſex mille, ſiue aliam veriorem ſummam, & explicari prouiſionē prædictam (qua quidem inſtantia Marchioni iudicialiter notificata) fuit facta reconuentio aduerſus Ludouicum, ac oppoſitæ exceptiones in forma totam vim conſtituente parte,eo quod ſit Sacerdos,& proindè ad Curiam Eccleſiaſticam ſit remittendus, quodque reconuentioni non pateat aditus, dum fuit concluſum in cauſa illa mota de anno 1627. ad quem vſque actū reconuentionem fieri poſſe adſtruit Aduerſarius,dum per prius alias oppoſuerat exceptiones de re iudicata virtute decretorum S.C. Ego vero Marchionis partes ſubſtinens,non repetam ea, quæ in alijs allegationibus adduxi ad diluitionem aliorum obiectorum,ſed in eo tantum articulo verſabor,quē doctiſſimus, ſublimiſq; ingenij vir,ac Dominus meus præcipuus Spectab.Præſ.Sacr.Conſ. in Aula reaſſumpſit, an reconuentio Clerici coram laico Iudice fieri valeat ad ſententiam vſque, vel vſque ad concluſionem, poſito pro vero in primo illo iudicio de anno 1627. fuiſſe concluſum in cauſa, licet non ſententiatum,prout Parſmet inficiari non valet, dum de anno 1637. petijt Marchionem condēnari ad ſummam ex nomine petitam, innixa reſeruationi factæ in ſententia de anno 1631. cui quidem nouiſſimę petitioni licet de iure nō poſſit terminus denegari, quia ſunt factæ reſponſiones, & exceptiones per Marchionē per Pragmat. poſt prædictas 2. de ord Iudic. terminus cenſetur datus ipſo iure, (prout me docuit vnus ex Dominis meis tempore diſcuſſionis in Aula.) Attamen vt omnis prorſus conquieſcat diſceptatio, fundabo, reconuentionem ipſam,nedum vſque ad concluſionem,verum etiam vſque ad ſententiā fieri poſſe. Sed antequam ad illum dilucidandum articulū accedam, operepretiū exiſtimaui in primis memorare (quidquid antiquitus tempore Abb. fuerit diſceptatum) an Clericus poſſit coram Iudice laico reconueniri, multis ſanè DD. aientibus, alijs vero negantibus, quos refert idem Abb.in cap. at ſi Clerici, de iudic. vt Io. Andr.& idemmet Abb.dixerunt,ſeruandam in hoc eſſe fori conſuetudinem,idque magnū eſſe dubium apud DD.vtriuſque cenſuræ,tradidit Afflict.in deciſ.173.in princ. attamen in S. C. alijſque Tribunalibus paſſim admittitur ſententia, quod licita ſit reconuentio etiam attenta conſuetudine, quæ in hoc plurimum operatur,teſte Afflict.d.deciſ.173.nu.3.ſequuto ab Vrſill.in Addit.2.notab. Præſ.de Franch. deciſ.193. & alijs pluribus adductis per Viuiū deciſ.49. nu.4. Coſta de remed. ſubſid. remed. 120.nu.4.& Ego poſt Curell.dec.Sicil.orat.16. num. 22. in prioribus ſcriptis adnotaui longè plures, qui opinionem hanc in praxi receptā affirmarunt. Secundò, inſinuare fas putaui, reconuentionem duplicem operari effectum, vel enim fit in continenti,vel poſt litem conteſtatā immediatè reconuentio, & tunc operatur effectum, vt pari paſſu decidatur cum conuentione, ſin autem in progreſſu iudicij fiat,tunc operabitur ſolum effectum prorogationis iuriſdictionis, vt conueniens teneatur ſtare coram Iudice, quem elegit, ſic enim ex text. in l. cum Papinianus, & Auth. & conſequenter, C.de ſent. & interloc. omn.Iudic. & in corpore vnde Auth. prædicta deſumitur tradunt DD. omnes,quotquot fuerint de materia loquuti, quos de induſtria prætereo, ne ſatis morer in re tam clara. Modo ijs poſitis emergit veritas quæſtionis, quā tutamur, eſſe ſcilicet licitam reconuentionem, nedum ad concluſionē vſque, verum etiam vſque ad ſētentiam,per text.in cap.diſpendia, §.reus quoque, de reſcript. in 6. cuius literam ſectando inſequuti ſunt infraſcripti DD. Gloſ. in dict. cap.diſpendia, §.reus quoque,de reſcript.in 6. in verb. vel conuentionis, verſ. vel fortè, vbi agens,quod cauſa conuentionis, & reconuētionis ſit vnica ſententia terminanda, ſubdit,ſemper eodem durante iudicio coram eodem Iudice agendum eſſe,quo finito coram alio, ſed iudicium non recipit finē a concluſione, ſed à ſententia, quæ dicitur terminans,

& finis

Digitized by Google

& finis diſceptationis iudicij: tunc enim dicitur propriè lis finiri, quando nihil remanet faciendum per Iudicem in cauſa, quia functus eſt officio ſuo, l. Iudex poſteaquam ff. de iudic. Caball. milleloq. 727. Giurba, qui plures adducit deciſ. 56. vnde merito ad ſententiam vſque fieri poteſt, Bart. in auth. & conſequenter, nu. 12. C. de ſentent. & interloc. omn. Iudic. quærens, quando debeat fieri iſta reconuẽtio, relata opinione Gloſ. in cap. 1. de mut. petit. determinat, poſſe fieri quandocunque ante ſententiam, allegans text. in d. cap. diſpẽdia, cuius ſententiæ fuit quoque Innoc. & licet afferat Hoſt. in contrariam iuiſſe opinionem, reſoluit Bart. contrarium, & efficacia rationis, quam ipſe aſſignat pro reo reconueniente contra actorem vt ſit, quia habeat Iudicem, quem eliget in agendo, etiam in defendendo, quæ quidem ratio habet locum quandocunque pendente iudicio, ergo quandocunque pendente iudicio poteſt fieri reconuentio, & ſentiens contrarium, ſi ſimul poſſint terminari, & tractari, (ponens caſum noſtrum in terminis) cũ lis prima ſit propè finẽ, & iſta incipiat, reſpondit, quod iſtud, quod ſimul tractatur, eſt in fauorem rei reconuenientis, vnde reaſſumẽs magiſtraliter quæſtionẽ diſtinguit, aliud eſſe expetere, vt pari paſſu vtraq; cauſa tractetur, & non poteſt niſi ab initio ex diſpoſitione Auth. & conſequenter, & in corpore vnde ſumitur, ſed ſi non vult vti hoc priuilegio tunc poterit, nec eſt quid tepugnet, & ideo, (ait ipſe) Innoc. in d. cap. diſpẽdia tradit, quod quandocunque pendẽte iudicio primo, agitur contra actorem per modum conuentionis, vel reconuentionis, & tunc dicatur conuentio ſimplex, quando omittitur natura reconuẽtionis, quæ eſt, vt ſimul terminentur, concludens in fine d. num. 12. tantã eſſe vim reconuentionis, quod alias iſte non eſſet competẽs Iudex, niſi propter reconuentionem, quid clarius? Et ne dicatur Bart. verba facere de reconuentione facienda inter laicos tantum, format quæſtionem in d. Auth. & conſequenter, num. 10. etiã de Clerico, quærens, an Clericus poſſit reconueniri coram Iudice laico, & relata Gloſ. in d. cap. at ſi Clerici, de iudic. quæ tenet, quod ſic, adducitq; Petr. & Iacob. de Butrig. aſſerentibus, quod non ea ratione, quia hoc non poteſt fieri per modum prorogationis obſtante cap. ſi diligenti, de foro compet. & Auth. ſtatuimus, de Epiſc. & cler. dicit ipſe breuiter, puto contrarium, ſcilicet, quod poſſit reconueniri, & reſpondens obiecto de prorogatione, inquit, id eſſe verum, ſi fiat ab homine, ſecus vero à lege, nec fauor totius clericalis ordinis obſtat, quia fatetur eodem modo eſſe priuilegium, nè legati conuenianturr fauore publicæ vtilitatis, & tamen ceſſat in cauſa reconuentionis, ex qua doctrina Bart. & DD. formarunt propoſitiones in materia reconuẽtionis, vt ea poſſit fieri tàm ante, quàm poſt litem cõteſtam vſque ad ſententiam, etiam in Clerico, Abb. in d. cap. at ſi Clerici, num. 12. Vincent. de Franch, S.C. Præſes deciſ. 376. num. 2. ibi, imò vſque ad ſententiam Viuius deciſ. 128. nu. 2. allegans Salyc. in dict. Auth. & conſequenter, inquiens, de iure ciuili reconuentionem fieri debere ante litis conteſtationem, de iure vero canonico vſq; ad ſententiam, & in commun. opin. lit. R. in verb. reconuentio, Oſaſc. deciſ. 1. num. 12. reconuentio fieri debet ante litem conteſtatam quoad effectum ſimultanei proceſſus, quo vero ad effectũ prorogationis iuriſdictionis poſſe fieri vſque ad diffinitiuam, Giurba deciſ. 74. num. 3. dicit hæc verba, recõuentionem in quacunq; iudicij parte aduerſus actorem proponi poſſe ad ſententiam vſq; iure canonico inſpecto, quo hac in re vtimur cap. diſpendia, §. reus quoque, de reſcript. in 6. dum dicit Gloſ. durante iudicio, non autem vt ſimultaneè procedatur, ad quod probandũ Bart. Abb. Felin. & alios plures adducit Mutà ſatis in puncto deciſ. 10. num. 22. per hæc verba, & iſtud eſt, quod inferunt DD. quod reconuentio fieri poteſt vſque ad concluſum in cauſa, & vſque ad ſententiam excluſiuè illius primi iudicij, & ex Bart. in dict. Auth. & conſequenter, & Lanfranc. & Vinc. de Franch. deciſ. 376. ſaltim ad effectum prorogationis, quia quoad effectum ſimultanei proceſſus deberet fieri ante litem conteſtatam, idemq; teſtatur in Ritu Sicil. 99. num. 8. Coſta de remed. ſubſid. remed. 120. num. 21. quærens de tempore reconueniẽdi, inquit, etiam facta publicatione in cauſa, ad quam vſque poteſt fieri de iure reconuẽtio, imò vſque ad ſententiam, non ad finem vt pari paſſu procedatur, ſed vt teneatur ſtare iuri coram Iudice, quem probè Clericus eligit, ex l. cum Papipianus, ibique Gloſ. allegans D. de Franch d. deciſ. 376. & nu. 14. notat, parum non nullos obſeruaſſe prorogationẽ, quæ fit à lege, & eam, quæ fit ab homine, Matta in compilat. deciſ. 5. tit. de reconuent. cap. 8. ibi, ſed de iure ciuili ante litis cõteſtationem fieri debet, de canonico autem vſque ad ſententiam fieri permittitur, adducens Viu. d. deciſ. 178. & iterum cap. 9. ibi, non ſolum vſque ad concluſionem, ſed etiam vſq; ad ſententiam reconuentio fieri poteſt, non tamen ad finẽ, vt pari paſſu procedatur, quia ita ante litis conteſtationem, vel ſtatim poſt faciẽda eſt, ſed ad finem vt coram eodem Iudice, quem ipſe elegerit, iuri ſtare teneatur, allegans D. de Franch. d. deciſ. 376. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 7. num. 109. poſt Bart. & D. de Franch. quos allegat, dicit, reconuentionem fieri poſſe etiam poſt publicationem vſque ad ſententiam Epiſc. Ricc. collect. 1159. eandẽ ſectatur ſententiam, ponderato D. de Franch. à contrario ſenſu in caſu ſuo, Graſſ. in tract. peculiari de effect. cleric. effect. 1. num. 762. ibi, reconuentio poteſt fieri etiam facta concluſione in cauſa reconuẽtionis principalis, imò in calculo ferendæ ſententiæ, dummodo non ſit lata, eſt bene verum, quod quando tali tẽpore intetatur, non operatur, vt Iudex debeat in vtraq; cauſa pari paſſu procedere, & ſimul cauſam terminare, ſed tantum vt actor teneatur ſtare iuri, & aſſiſtere iudicio corã Iudice, quem ipſe elegit, adducens D. de Franch. dict. deciſ. 376. à cuius opinione ipſum non aude-

Digitized by Google

re recedere teſtatur d.num.672. circa finem, Morla in empor. vtriuſque iur. part.1.tit.2. de iuriſd.omn.Iud. quæſt.13.num.11. vbi tres diuerſas opiniones recenſet, tamen num.13. in ea reſidet opinione, vt reconuẽtio fieri poſſit vſque ad ſententiam, cuius meminit Graſſ. loco citato, Muſcat. in ſua praxi par.3. gloſ. actorem, in Addit. lit. C. adducens Franch. d.deciſ. 376. Oſaſc. & Viu. hinc patet Gloſ. in cap.1. de mur.pet. in verb. reſpondere, verſ. & ſic videtur, dum inquit, reconuentionẽm fieri poſſe ante litem conteſtatam de iure ciuili, per tex. in d.Auth. & conſequenter, ponderans verbũ ſtatim ibi poſitum, & in corpore vnde Auth. ſumitur, in §. ſancimus, de exequut. ponderãs ſimiliter verba mox ab initio, ac relatis opinionibus nonnullorum Dominorum legum, (prout ipſe teſtatur) affirmantium, reconuentionem fieri poſſe vſque ad ſententiam, aliorum vero annuentium, vſque ad aperturam teſtium, ipſa tenet quæſtionem fuiſſe hodie ſopitam per d.cap. diſpendia, §. reus quoque, de reſcript. in 6. vbi dicitur expreſsè, ꝙ reus poteſt reconuenire actorem ſuum coram eodem Iudice durãte iudicio, ipſa autem tenet, durante iudicio intelligi quouſque renunciatum eſſet concluſum in cauſa, quia tunc tantum dicitur iudicium, dum negotium diſcutitur, adducens text. in cap. forus, de verb. ſignif. & in argum. l. fin. C. de compenſ. fuiſſe merito à Bart. alijſque DD. reprobatam, dum tradunt ex eodemmet text. in d.§. reus ad literam, verba illa durante iudicio pręſeferre ſenſum vſq; ad ſententiam, ita vt de Gloſ. prædicta non ſit curandũ. Eo magis, quia perlectis verbis text. in d.c. forus, & in d.l. fin. C. de cõpenſ. per gloſ. allegatis, non video, ex quibus potuerit Gloſ. ſibi hãc perſuadere ſententiã ab omnibus deinde ſucceſſiuè temporibus exprobatam, prout ſupra adnotauimus. Nec Carau. in dicto ritu 67. num.6. in 2. ampliat. per aduerſarium adductus in Aula refragatur, dum tradit, recõuentionem fieri poſſe in quacunque parte iudicij, & donec ipſum iudicium durat, nam fundat ſe in d.cap. diſpendia, §. reus, de reſcr. in 6. & licet addat vſque ad concluſionem in cauſa, adducens Gloſ. in d.cap.1. de mut. per. circa medium, tamen ſe declarat, illam intelligendo ſecundum modificationem Bart. in d. Auth. & conſequenter, num.12. quem pro nobis adduximus, vtpotè in terminis approbantem reconuentionem fieri poſſe vſque ad sẽtentiam, ad finẽ vt reconuentus teneatur ſtare coram Iudice eodem, non autem vt ſimultaneo proceſſu tractaretur cum cauſa conuẽtionis, & ſic pro nobis adnumerandus eſt Carauit. non contra nos, vt inde pateat abſque ratione obiurgatum fuiſſe à Graſſ. de effectib. cleric. d. effect.1. num.762. dum contra ipſum inſurgit in eo, quod dixit, reconuentionem fieri vſque ad concluſionem, nam dum remittit ſe Bart. intelligendus eſt ſecundum intellectum, quem Bart. adhibuit, & caſu quo pars aſtruat ſibi illũ ſuffragari, remanet conuictus ex tot teſtibus, quales ſunt DD. ſuperius citati, vt parum, vel nihil nobis refragari excogitari queat. Hinc ne ſilentio præteream, admirandus eſt D. de Franch. cuius auctoritati in hac re DD. omnes ſiuè exteri, ſiuè noſtrates, qui poſt ipſum libros ediderunt tanquam Bononiẽſes Carrocio (vt eſt in adagio) adhęſerunt in d.deciſ.376. num.2. dum vnum verbum euomit, ſcilicet reconuentionẽ permiſſam eſſe vſque ad ſententiam, nil aliud allegans ad eam concluſionem probandam, & tamen ex tot iuribus, Doctorumq; placitis cernitur comprobata, ita vt fatendum ſit, pariter ideo cotas non adduxiſſe: quia res erat de indubitabili penès tantum virum. Hæc occurrunt vt Dominis meis paream currenti quippè calamo, plura ſanè adducturus, ſi per tempus liceret, ſed eorum doctrinæ, & religioni omnia ſubijcio, & me metipſum ſemper L. D. B.M.V. Neap. die 7. Martij 1640. ſub auſpicijs Diui Thomæ Aquinatis mei Protectoris.

Franciſcus Maria Pratus.

Sequuntur Additiones Iurium in eademmet cauſa per eundem Authorem edita videlicet.

PAuca hæc ſubnectimus pro Marchione Baſelicis ſuper articulo reconuentionis, non quod cauſa expoſtulet, ſed quia Aduerſarius in ſuo ſcripto ex antiquioribus (prout ſe iactat) Authoribus rem pro ipſo determinandã putat, & Neotericos præſertim Præſ. de Frãch. alioſque ipſum inſequutos (quos à me mendicatim congeſtos adſtruit) ſatis audacter refellit, ſed abſque ſapore, vt mox patebit. Aſſerit in primis, pro ſua opinione adeſſe text. in cap. diſpendia §. reus, de reſcript. in 6. quẽ Ego ad literam pro mea ſententia adduxi, ac etiam extollit Cyn. Oldr. Archid. Io. Andr. Compoſt. Specul. & Innoc. ſed quæſo audiat Doctorem magni nominis, & antiquũ, qualiter opinionem determinet, & Authores ex aduerſo adductos, quomodo pro nobis enucleet, is autẽ eſt Alber. in l. cum Papinianus, nu.4. in 9. quęſito, quo tempore fieri poſſit reconuentio, qui ijs vtitur verbis, in hoc variæ ſunt opiniones, vt patet hic in gloſ. & in corpore, videtur tamen approbare opinionem, quod fieri debeat ante litem conteſtatam, vel in ipſa conteſtatione, vel ſtatim poſt Canoniſtæ videntur tenere, quod poſſit fieri quandocunque durante cauſa conuentionis, vt extra de mut. petit. cap.1. & ibi de hoc ſatis per Innoc. in vltima Gloſ. magna, & de hoc notatur per Specul. in tit. de reconuent. §. ſequitur videre, quando ſit reconuentio facienda Oldrad. & Cyn. ſecundum Petr. reducendo opinionem ad concordiam dicit, aut loquimur de reconuentione, vt fiat Iudex competens, qui non eſt competens, ideſt vt reconuentio poſſit fieri coram illo Iudice, & quoad hoc poteſt fieri reconuentio quandocunq; ante ſentẽtiam, & tunc non ſimul terminabũtur, ſed ſecundum l. qui prior ff. de iud. aut loquimur de reconuentione quoad hoc, vt vna ſententia conuentio, & reconuentio debeat terminari, & tunc neceſſe eſt fieri incontinenti, ideſt in litis conteſtatione, vel ſtatim poſt, & ſic intelligatur opinio

Gloſ.

Gloſ.de hoc notab.& habetur in d. cap. diſpẽdia, §.reus quoque, de reſcript. lib.6. per Archid.Io.Andr.Cardin.& Compoſtell.legat inſuper alterum Doctorem antiquiorem non languidæ fidei,ſed ab omnibus in magna habitum exiſtimatione,cui nomen eſt Odoffr,in Auth. & conſequenter, C.de ſent. & interloc. omn.Iud.num.3.& 4. qui nedum declarat tex. in d.cap.diſpendia,verum etiam mirificè quęſtionem reſoluit,pariterq; refellit Io.& Azon. ibi,ſed Dominus meus dicebat,reconuentionem poſſe fieri quandocunque ante ſententiam,nam ſi conuenio te ad centum,ſiuè ante conteſtationem, ſiuè poſt velis me reconuenire,apud eundem Iudicem hoc tibi licet vſq; ad ſentẽtiam,& pro hoc inducebat antiquam legem Codicis cum Papinianus, vbi de certo tẽpore nihil determinatur,& ideo poteſt fieri reconuẽtio quandocunque,vt ff.de iudic. l.2. §. ſed ſi agant, & l. qui non cogitur, dicebat etiã hanc fore mentem huius Auth.& clarius patet in corpore, vnde hæc Auth. ſumitur, & in nouellis,mens enim huius Auth.eſt obuiare cuidam malitiæ, quæ fiebat olim à quibuſdam baractatoribus,& hodie habet locum in Gallia, qui cum vocabam te ad vnum Iudicẽ, & aſſignabat mihi, & tibi diem ad veniẽdum ad iudicium, incontinenti vocabas me apud alium Iudicẽ, & faciebas mihi aſſignari eundem diem ad veniendum ad iudicium, & ſic dum alter alterum ad ſuum Iudicem trahere conaretur, lites remanebant immortales propter repugnantiam citationum, & iudiciorũ, vnde ad obuiandum huic fraudi, & malitiæ, emanauit hæc Auth.quæ vult,quod conuentus ſi habet actionem contra conuenientem, non trahat eum ad alium Iudicem, ſed ſtatim coram eodem Iudice reconueniat, ideſt ante litem conteſtatam, vel etiam poſt vſq; ad ſententiam, vnde dicebat Dominus meus, qui dicit, alioquin intelligo,ideſt ſi nolit eum reconuenire coram eodem Iudice, ſed apud alium, quod poſtea finito iudicio illo, poterit eum reconuenire coram alio Iudice competenti,& hęc opinio eſt bona,& vera,& eſt canonizata, ſiue deciſa hodie per decret. Innocent.4. extra de reſcript.cap.diſpendia, tamen multi Aduocati non intelligentes dicunt, reconuentionem fieri ante litem conteſtatam, vel incontinenti poſt ſecundum opinionem Ioan.& Azon. ſed ſicut dixi verior eſt opinio Domini Iac. Bald. hæc ille. Hoc modo patet, quam veridicè DD. moderni noſtram fuerint ſectati opinionẽ, eam deducentes ex iuribus, & authoritatibus tum antiquorum, tum nouiorum,& ſignanter Pręſ.de Franch.qui non meruit ab aduerſario reprehẽdi, eo quod DD. per ipſum allegatos non viderit, nam innixus vir ille eminentiſſimus tot annorum circulo in iudicando verſatus etiam praxi huius Regni eam habuit pro abſoluta, ſicuti & ante ipſum Oſaſc.deciſ.1.num.11.in primo reſponſo adductus,& cæteri alij poſt ipſos. Nam vti teſtatus fuit Afflict. in deciſ.173. in materia reconuentionis Clerici coram laico, attenta fuit conſuetudo Tribunalium, quæ modo ſic fuit interpretata, vt reconuentio fiat vſque ad ſententiam etiam poſt concluſionem, vt apertis literis DD. per nos allegati fatentur, quibus adnumerandus eſt Cancer. variat. reſolut. cap.13. nu.9. perperam à parte reprobatus vnico verbo,eo quod non bene dixit,vtq; ſecurim ponamus ad radicem,aduerto DD.ex aduerſo ponderatos, ſi quando dixerunt reconuentionẽ fieri poſſe vſque ad concluſionem,loquutos fuiſſe ſecundum ſtylum Curiæ Romanæ, in qua paria ſunt eſſe iudicatum, vel concluſum in cauſa, ad text. in cap.paſtoralis,de cauſ.poſſeſſ.& propriet.& in cap.dilectus,de fide inſtrum.vbi Canoniſtæ,ſecus autem erit in Regno noſtro,in quo concluſio in cauſa fit in forma, quæ forma intelligitur ſalua productione ſcripturarum,ita vt ſi publicę fuerint, poteſt per partem producentem peti terminus ad concomitandum, & per alteram partem peti terminus ad impugnandum, qui terminus dabitur arbitrio Iudicis, vt diſertè, & eruditè explicat Muſcat.in praxi S.C. glo.7. part.1. (cuius praxis alter ex Dominis meis in Aula meminit vti in Curia Romana patrocinando, & in Regno noſtro ius dicendo ſatis conſcius) quæ ſanè conſuetudo eſt optima legum interpres, cap.cum dilectus, de cõſuet. l. ſi de interpretatione ff. de leg. & ne aduerſarius modernos deſpiciens,antiquos efflagitet,recolat memoriæ Afflict.(ſiuè modernum; ſiuè antiquum ipſe reputet) deciſ.352.num.4. vbi deciſionem S.C.recenſet, fuiſſe reuocata attẽtata etiam poſt concluſum in cauſa, quia donec non eſt diffinitiuè ſententiatum, ſemper dicitur lis pendere,& adducit deciſionem Rotæ Romanæ, ibiq; in Addit. obſeruat Vrſill.num.3. Ad quid igitur antiqua expetere documẽta, dum nouos habemus ritus, ac ſtylum nouiorem,qui Regiæ iiſdem conſulit iuriſdictioni, & iuſtitiæ proſpicit, ſub cenſura tamen ampliſſimi Senatus. Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ, &c. Neap. die 21. Martij 1640. Franciſcus Maria Prarus. Facta relatione in S.R.C. iunctis Dominis duarũ Aularum per Reg. Conſiliar. Scipionem Theodorum die . . menſis Nouembris 1640. cum interuentu Spectab.Præſidis eiuſdem S.C.deciſum fuit, eſſe terminum impartiendum in cauſa ipſa reconuentionis in Banca Iuuenis Magiſtri Actorum.

ADDITIO.

EST enim certiſſimum de iure determinatum, reconuentionem fieri poſſe contra actorem conuenientem,vt ex iuribus ſupra citatis clareſcit,& nedum inter laicos procedere,ſed etiam contra Clericos conuenientes laicos coram Iudice laico,latè Surd. conſ.396. nu.6. Peregr.deciſ.Patauij 142.num.11. Marant.in ſpecul. part.4.diſtin.5.num.53. quem ſequitur Scaccia de re iudic.gloſ.7.quæſt.4.ſpet.3.num.127. vbi aſſeruit ex dicto Marant. hoc eſſe expeditum in Regno per exiſtentiam Ritus M.C.V. latius Larrea deciſ.Granat.4. num.11. nouiſſimè Bernard.Vrſin. in tract. de reconu.

cap.29. num.33. cum alijs apud Intrigl. lib.3. ſing.20. nu.4. ſed quo tẽpore debeat fieri talis reconuentio, cõmuniter DD. cenſuerunt fieri debere ante litis conteſtationem, vel poſtea incontinenti, ita ex Bald. notat Ant. de Mattheis in tract. prorogat. fori compet. præuent. &c. ſub num.62. in fin. verſ. in ijs etiam aduertendum eſt, Thoming. deciſ.16. nu.4. Anchar. lib.3. quæſt.42. num.47. & lib.2. quæſt.17. nu.5. latius Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorum, quæ in contin. fiunt, lib.1. cap.14. nu.2. Honded. conſ.21. num.9. vol.1. Marant. in ſpecul. part.4. diſt.5. num.5. Vrſin. in eod. tract. cap.13. cæterũ ſi fuerit facta in alia parte iudicij poſt litem conteſtatam, nam tunc non eſſet reconuentio, ſed petitio, inquit ibi Thoming. nu.5. imò eſt actio, non exceptio, Ant. Fab. in tit. de edend. defin.6. nu.5. Scaccia de re iudic. gloſ.7. quęſt.4. ſpec.3. nu.24. nam debet proponi ante litẽ conteſtatam, probat Surd. conſ.322. nu.11. & proindè ipſa reconuentio poſt litem conteſtatam non erit admittẽda, ita probando cenſuit Ant. Fab. in eius Codice tit. de Iudic. definit.25. & deciſum retulit, & defin.11. num.2. Zanger. de except. cap.1. numer.382. Honded. conſ.21. num.11. vol.1. bene verum eſt, qualiter DD. circa hoc pro cõcordantia ambarum opinionum conſtituerunt diſtinctionẽ, quod aut tractatur de procedendo pari paſſu, & tũc ante litis conteſtationem erit proponenda, vt ex Dec. conſ.200. Felin. in cap.1. de mut. petit. reſpondet Alex. Trentacinq. variar. reſol. lib.2. tit. de mut. petit. reſolut.1. nu.4. vel poſt litem conteſtatam incontinẽti, ex Bald. & Iaſ. ibi relatis, Peregrin. vbi ſupra, num.20. & 24. idem Bellon. vbi ſupra, num.3. Lancellott. de attent. part.3. cap.24. quæſt.14. num.10. Vrſin. in dict. tract. de reconuent. cap.24. nu.1. Intrigl. lib.3. ſingul.20. num.9. & 10. aut vero reconuentio fit ob prorogationem iuriſdictionis, vt tradit Ant. de Mattheis ibi num.59. Bellon. vbi ſupra num.4. Scaccia ibi num.48. Vrſin. in tract. de reconuent. cap.29. num.26. ex eo quia reconuentio prorogat Iudicis iuriſdictionem, alioquin incompetentis, vt probat Ant. Fab. d. Codice d. tit. de iud. defin.39. Honded. d. conſ.21. num.10. & de incompetenti efficitur competens, Cęuall. pract. qq. cap.736. num.5. & tunc non erit opus de incompetẽtia Iudicis opponi, vt ibi Zanger. ſub nu.381. tradit, & Scaccia vbi ſupra, num.48. quia reconuentio tollit incompetentiam, Latrea vbi ſup. num.2.3. & 18. & hoc caſu talis reconuentio proponi poſſit poſt litem conteſtatam in quacunque parte iudicij vſque ad concluſionem, vt ex Specul. Dec. & Lanfranc. docet ibidem Alex. Trentacinq. num.5. Zanger. vbi ſupra ſub num.383. Peregrin. vbi ſup. num.24. & hoc idem pluribus rationibus Intrigl. vbi ſup. num.8. excogitatis cõfirmat Hieron. de Laurent. deciſ. Auen. 192. num.7. potiſſimum, quia adhuc iudicium durat, nec propterea finitum dici potuiſſet, & propterea reconuentio fieri debet pendente primo iudicio, Mandell. conſ.785. nu.4. Vrſin. d. tract. cap.23. num.10. & cap.13. num.19. non tamen poſt latam ſententiam hoc permiſſum eſſe videatur, Anchar. lib.2. quæſt.18. num.5. Scacc. ibi nu.136. & tunc non ſimul erint tractandæ, Honded. d. conſ.21. num.5. Intrigl. ibidem, & quamuis aliqui DD. voluerint, reconuentionẽ poſt litem conteſtatam ex interuallo fieri non poſſe inuito Actore, vt oſtendit Anchar. d. quæſt.41. nu.43. ſiuè tacitè, ſiuè expreſsè, Honded. d. conſ.21. num.13. vel eo contradicente, Intrigl. vbi ſup. num.7. Sed reſpondetur, nõ eſſe dubium, quin Iudex electus ab actore, ſua voluntate videtur electus, & iuſtũ erit coram eodem reconueniri poſſe, nè recõuentus ab actore coram alio Iudice conueniri poſſit, ex text. in l. cum Papinianus, §. quod ſi mutuo, C. de ſent. & cap.5. de mut. petit. notat ibid. num.9. & ſubdit num.12. quod actoris priuilegium perſonale omne reſpectu fori lex ſibi tollit, ſic vt recõueniri poſſit à reo coram illo Iudice vbi iudicium pendet, quamuis nullo iure ſit Iudex actoris, & ſatis ad propoſitum nu.14. ſub diſtinctione tradit, quod reconuentioni poteſt eſſe locus coram Iudice, vbi Iudex ille per cõſenſum actoris, & rei potuiſſet prorogari, & habilitari ad illam cauſã, alias non, hoc eſt, ſi eſſent cauſæ, ſuper quibus reconuentio non procederet, de quibus per ipſum Peregr. ibi, & Alex. Trentacinq. loco relato, & Scaccia ibidem, Bellon. ibi num.5. & 6. Honded. ibidem, Marant. vbi ſupra, Vrſin. d. tract. à cap.10. & ſeq. nam hæc prorogatio fit auctoritate legis, etiam parte inuita, Scaccia vbi ſup. num.51. Intrigl. ibidem nu.15. & ſeq. poſtquam natura reconuentionis eſt, quod fiat ſub eodem Iudice, Surd. conſ.396. nu.32. vol.3. Scaccia ibi num.45. & 58. in tantum eſt vera hæc opinio, quod Clericus coram laico reconueniri poteſt, quamuis deſiſteret à iudicio moto contra illum laicum, vt ibi Peregr. notat num.13. poſt Marant. ibi num.55. Vrſin. d. tract. cap.25. & ſic optima deciſio proceſſit. Thoro.

Recurſus competens Fiſco infra quæ tempora reſtringatur, concluditur eſſe regulandũ iuxta formam appellationis à Curijs inferioribus, vt infra decem dies proponatur, ſed coram Magiſtratibus Superioribus iuxta formam reclamationis etiam poſt decẽ dies infra tamen biennium, & ſic pro vtraque parte referuntur deciſiones à Reg. Rouito deciſ.16. terminus, & in deciſ.14. recurſus.

Recurſus concedi an debeat Fiſco aduerſus sẽtentiam latam contra reum condemnatum ad triremes per decennium ob cauſam homicidij, & inde liberati prætextu eius paupertatis, qui non potuit appellationem proſequi, & conſequenter gaudere gratia; dicebatur ex parte Fiſci, quod poſtquam fatalia non fuerant elapſa ob proſequutionem appellationis non factæ per reum condemnatum prætextu paupertatis, ita pariter non debebat gratia ei facta à Barone potiri, quia nec illam Comes Loreti facere poterat, dum erat appellatio deſerta, vt in caſu relato ſupra in verbo appellatio, nihilominus ad relationem Regij Conſiliarij Franciſci Antonij Muſcettulæ, fuit per Sacrum Conſiliũ deciſum, non eſſe defe-

rendum

rendum petito recurſui de menſe Decembris 1633. penès Roſam.

Recuſatio Officialis denegatur poſt ſequutam reconciliationem ex diſpoſitiooe pragmat.15. §.15. de ſuſpit. an procedat è cooverſo, quando litigans principalis ſequuta reconciliatione vult recuſare Officialem cooiunctum ſuo aduerſario ſecum reconciliato, fuit per S.C. deciſum negatiuè, Reg.Rouit.deciſ.78.plures.

Reditus annui pro certo capitale promiſſi in dotem à ſocero eius genero, ſi ex tractu temporis cōtingerit eorum diminutio, an in præiudicium viri, vel ſoceri promittentis cedere debeat, de quo incidit pertractari in S.C. in cauſa Franciſci de Nola A.M.D. cum quond. Decio Sebaſtiano, & ſucceſſiuè cum Vincentio, & Paulo Sebaſtiano eius filijs, & hæredibus, & per ea, quę in facto proponebātur, ante omnia apparebat ex cauſa matrimonij cōtracti à dicto Franciſco cum Hieronyma Sebaſtiano io capitulis matrimonialibus ſtipulatis die 25. Decēbris 1617. promiſerat Decius ſatisfacere dicto Franciſco pro dotibus ducatos 4500. de carolenis argenteis, huiuſmodi videlicet ducatos 2500. ipſorum quando placuerit ipſi Decio abſque temporis præfinitione vinculatos vt infra, & pro intereſſe illorum correſpōdere ſingulis annis ad ratiooem ducatorum ſeptem pro cento, cum pacto, quod deficiente pro voo anno cum dimidio à ſolutione teneatur ſtatim ſoluere dictos ducatos 2500. viooculatos, & pro reſtantibus duc.2000. ceſſerat eidem Franciſco annuos ducat. 120. ad ratiooem duc. ſex pro centenario ex ſumma annuorum introituum, quos emptos habebat cum pacto de retrouendendo à fideliſſima Ciuitate Neapol. vigore ſuarum cautelarum cum promiſſione generalis defenſionis in ampla forma cum earum rationibus, & integro eorum ſtatu cum pacto de retrouendēdo ſimiliter vinculato, & cum hoc pacto cum ſequentibus verbis videlicet: *verum li predetti annui duc.* 120. *ceſſi vt ſupra lo predetto Franciſco ſe li poſſa eſigere dalla predetta Città nel modo, che la detta Città paga al predetto Decio, & non dal detto Decio, e che debbiano correre a beneficio di detto Franciſco dalli 25. di Decembre* 1613. & amplius conuentum fuit, quod tàm dicti ducati 2500. pro quorum ſolutione non erat tempus præfixum, quàm alij ducati 2000. pro quibus fuerunt ceſſi dicti duc.120. quādo dictus Decius vellet illos ſatisfacere, deberent per dictū Decium depoſitari in publico Banco Neapol. nomine dicti Franciſci conditionaliter, vt per ipſum in emptionem bonorum ſtabilium, ſeù annuorum introituū conuerti debeant Neap. aut in ſuo diſtrictu liberè, aut cum pacto de retrouendendo cum interuentu, & conſenſu dicti Decij, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorū. Cumque præfatus Franciſcus conſequi deberet dictos annuos duc, 120. ceſſos à dicto Decio ex ſumma annuorū introituum quos tenebat cum dicta Ciuitate à die 25. Decembris 1617. iuxta conuentionē, quod decurriſſent in beneficium dicti Franciſci, & quia dictus Decius illos exigerat per totum menſem Iunij 1621. declarauerunt die 27. Octobris 1623. dictum Decium remanere debitorem pro dicta cauſa in ducatis 180. & dictum Franciſcum remanere creditorem d. annuorum duc.120. à dicta Ciuitate, & quēadmodum dictum fuerat in capitulis matrimonialibus, quod decurriſſent in beneficium dicti Franciſci à die 25. Decembris 1617. ad preſēs dicebatur, quod decurriſſent ad ſui beneficiū à die primo Iulij 1621. in antea, & ob talem effectum vt ſciatur, quod à dicto primo Iulij 1621. in antea decurrebant dicti annui duc.120. ad beneficium dicti Frāciſci, fuit notata partita in libris Ciuitatis io beoeficium ipſius, relatione habita ad dicta capitula, & inſtrumentū, & ipſe Franciſcus receperat diuerſas ſolutiones, in quibus aſſerebatur de introitibus dicti Decij, ex quo alio modo nequiuerat exigere iuxta pactū, inde die 26. Auguſti 1626. cernens dictus Franciſcus qualiter Ciuitas aſſignabat gabellas creditoribus cum deteriotatione dictorū iotroituum, & intendens ſatisfacere obligationi, ad quam teoebatur, deteriotare non facere dotes ſuæ vxoris, non valens recipere dictum aſſignamentum à Ciuitate, poſtquam non erat ipſe Franciſcus dominus capitalis, ſed ceſſionarius introituū ex ſumma ipſius Decij dumtaxat, quam Ciuitas debebat, & ſoluebat ſingulis annis Decio, & non aliter petijt in M.C. conſeruari in ſuis iuribus cum proteſtatione, quod omoe damnum futurum tenderet directo creditori dictæ Ciuitatis, qui erat Decius, & quod ipſe Frāciſcus recipiebat in comporū id, quod Ciuitas minus ſoluerat, aut tardè quantum integrè conſequi debebat pro dictis annuis ducatis 120. & quod mādetur, vt annotetur proteſtatio, & conſeruatio rationum libris Ciuitatis ad omoem futuram memoriam, inde die 27. Auguſti 1626. non aliter citato Decio, ipſe Franciſcus obtinuit decretum M. C. cōſeruationis ſuorum iurium, & petijt in S.C. illius confirmationē, à quo fuit mandatum d. M.C. vt acta traoſmitteret, ſicq; die 9. Auguſti 1627. prædictus Decius ſupplicatiooem porrexit in S. C. quod dum nō fuerat citatus in dicto decreto M. C. vt eadem M. C. iuſtitiam faceret pro reuocatione illius, ſed benè Frāciſcus prędictus de mēſe Septembris 1627. ſupplicationem aliam porrexit in S. C. nedum pro confirmatione dicti decreti, ſed quod dictus Decius ſupplere deberet deficientiam Ciuitatis ex dicta ſumma obligata, & quod dicta Ciuitas nō ſoluat dictam ſummam ſuorum introituum, ſi prius non fuerit ſibi ſatisfactum de dictis annuis ducatis 120. integrè, & demum cōpilato proceſſu dum fuiſſet ad aures Frāciſci deuentū, qualiter per Deciū de anoo 1630. fuiſſet exactio facta ad rationem ſex pro centenario ex ſua ſumma duc. 4203. 4. 15. & etiā conſequi deberet tunc ſeptem annatas maturatas pro dictis ducatis 120. ceſſis ſuper totam ſummam annuorum ducat. 720. quam habebat ſuper dicta Ciuitate pro capitale ducat. 12000. non aliter exactas, quæ aſcendebāt ad ſummam ducat. 840. inſtiterat, quod de dicta

ſumma

ſūma ſoluta à dicta Ciuitate dicto Decio ducat.4203.4.15. eius hæredes ſoluere deberent dict.ducat.840.citra præiudicium intereſſe ob obitum Decij, eapropter dum ad expeditionẽ cauſæ procedi debuerat, dubitari contingit, ſi talis diminutio ſucceſſa ſuper dictis annuis introitibus venditis à dicta Ciuitate eidem Decio, cedere deberet damno Decij directi, & immediati creditoris dictæ Ciuitatis pro tota ſumma obligata dictorū annuorum duc.720. pro dicto capitale ducat.12000. exigente ipſo Franciſco creditore, & ceſſionario ipſius Decij ex reſta annuorum duc.120.ceſſorum à dicto Decio ſuper dictis introitibus integrę dictæ ſummæ, aut debeat ipſe Franciſcus damnum pati pro dicta diminutione introituum pro dicta ſumma annuorū duc.120. ita quod illos exigere debeat diminutè, & non integrè, & pro eius parte fuerunt ſequentia in iure allegata per V.I.D.Aloyſium Gamboa Aduocatum diſertiſſimum, videlicet. Deciſio autem huius cōtrouerſię in eo vertitur .ſ. in cognoſcendo, an dominium dicti capitalis ducat. 2000. fuerit ad ipſum Franciſcum per dictum contractum tranſlatum, cum enim damnum contingens cedat domino rei, vt in l. pignus, C.de pign.actio.ex hoc rectè, ni fallor iudicari poterit, ad quē damnum dictæ diminutionis cedere debeat num ad dictū Decinm, an vero ad ipſum Franciſcum, vt autem talis controuerſia ſecundū iuris terminos decidatur, prænotandum eſt, contrahentium voluntarē ſpectari oportere, quę dat formam omnibus conuentionibus, eaſq; regit, l.in conuētionalibus, de verb.oblig.l.legem, C.de pact.& hęc ex verbis colligitur, Bald.in l.2.num.7.C.de iure emphyt. & illud videtur inter contrahentes actū fuiſſe, quod verba ſignificant, l.nepos Proculo ff.de verb.ſignif.l.ſi ita ſtipulatus, §.Chriſogonus in fin. ff.de verb.oblig.& ſic ſingula verba contractus, & inſtrumenti perpendi debent, vt Bald.notat per illum tex.in l.lecta, colum.3. verſ.ex prædictis ff.ſi cert.petat. & verba contractus debemus diligenter perſcrutari, quia ſunt forma, quæ dat eſſe rei, cui neque aliquid addi, nec detrahi poteſt, vt notat idem Bald.in l.quoties, quæ eſt vlt.col.1.verſ.& ex hoc elicitur, de ſuis, & legit.hæred.& in l.eum qui, C.ſi cert. petat. ex omnibus autem verbis capitulorum matrimonialium, & ſignāter reſeruando Decius ſibi pactum de retrouendendo d. ann. ducat.120. dictæ Ciuitati ibi cum pacto de retrouēdendo ſimiliter vinculato, vt infra, nempè non ſecus, ac penès ſe ſeruauerat, & vinculauerat alios duc.2500. ſupra pro conditione conuenta vt infra, & etiam ibi, itē quod quando voluerit ſatisfacere dictas ſummas tàm ducat.2500. quàm ducat. 200. debeat depoſitare in Bāco, &c. nullo modo percipi poteſt ineſſe dicto capitale duc.2000.ipſi Franciſco aſſignatum, ita vt voluerit dictus Decius in ipſum Franciſcum transferre dominium dicti capitalis, ſed tantum voluit, vt dictus Franciſcus exigere poſſet à dicta Ciuitate dictos annuos duc.120. ex ſumma tota annuorum introituum, quos dictus Decius tenebat emptos cum pacto de retrouendendo ſuper introitibus huius Ciuitatis vigore ſuarū cautelarum, modo dumtaxat exigeret, vt dicta Ciuitas ſoluit prædicto Decio, nec aliter, dummtamen ſint annui duc.120. de ſumma obligatà introituum ipſius Decij cum promiſſione eorum generalis defenſionis, nam ex dictis verbis euidenter apparet, in ipſum Franciſcum non tranſiſſe dominium dicti capitalis, ſed tantū habuiſſe ius percipiendi dictos annuos ducatos 120. de ſumma, & ex annuis introitibus debitis dicto Decio à dicta Ciuitate, quare diminutio dictorū annuorum introituum debitorū dicto Decio, quæ oritur ex dicto capitali nullo iure afficere poteſt ipſum Franciſcum, qui nō aliter erat dominus dicti capitalis, quandoquidem Franciſcus nullum vnquā capitale habuit ſuper Ciuitate, item etiam cum Princeps diminuerit introitus pro rata capitalis, & non aliter, dum iuſſerit à Ciuitate reddi quatuor, & non ſex pro cētenario capitalis, quare nec ceſſi annui duc.120. de maiori ſumma debent diminui ad damnum Franciſci, ſed in damnum Decij poſſeſſoris totius capitalis, cuius reſpectu diminuti ſunt reditus. Hoc autem ex pluribus etiam colligitur. Primò, quia Decius dotem duc.4500. promiſit dicto Franciſco ſoluere in carolenis argenti, igitur non aliter voluit transferre dominium dicti capitalis duc.2000. nam ſatis diuerſa eſt ſatisfactio vnius rei ab alia, videlicet in pecunia, vel in corpore, quia illud capitale ducat. 2000. reputatur tanquam corpus, ſuper quo ideo promiſſa eſt vēditio annui cenſus ſuper aliquo capitali tanquam facta ſuper corpore, (quod nō eſt in caſu noſtro) & ſecus eſt ſuper pecunia, prout ex Bulla Nicolai, & Pragmatica Regis Alphonſi de cenſibus, latè Felic.de cenſ.lib.2.cap.3. Follet.de cenſ.in verb.huiuſmodi cēſus ſuper rebus, & ſi diuerſa eſt pecunia à corpore, & facit text.in l.ꝙ dicitur, la prima, ff.de impen.in reb.dotal.fact. vbi non ſunt corpora, ſed pecunia; inſuper etſi pecunia lōgè ſūpta poſſit aliud continere quā pecuniā numeratā, prout ꝑ tex.in l. pecuniæ appellatione ff. de verb. ſignif. & in ſtatutis, & alijs diſpoſitionibus pecunia accipiatur, propriè verò, & ſtrictè pro pecunia numerata, vt docēt Bald. Socin.& Purpur. in l.2.§.fin.ff.ſi cert.pet. prout accipi debet in hoc caſu, in quo tractatur de dote, quæ eſt fauorabilis, vt infra, tamen aliud eſt in nummis, in quibus intelligitur pecunia numerata, prout voluit Iaſ.in l.certi cōditio, §.ſi nummos ff.ſi cert.petat. Gloſ.in l.litigatores, §.1. ff.de recept.arbitr.l.ad hęc, §.1.de vſufruct. l.ſi venire, §.in bonis ff. de priuileg. cred. cum alijs adductis à Rebuff. in d.l.pecuniæ, vnde cum in caſu noſtro dictus Decius dixerit velle ſoluere in carolenis argenti, non de alia ſatisfactione, intellexit in pecunia numerata, & ſic nullatenus dominium dicti capitalis in ipſū Franciſcum trāsferre voluit, vt etiam clarius infra. Secundò, nam ſi Decius tranſtuliſſet dominium dictorum ducat. 2000. ad ipſum Franciſcum, ſatisfeciſſet obligationi in beneficium ipſius Franciſci con-

tractæ

Digitized by Google

tractæ pro dicta ſumma ſumma, ſed Decius iam declarauit non ſatisfeciſſe dictũ capitale pro ceſſione dictorũ annuorum duc. 120. nam fuit in dictis capitulis conuentum, quod quãdo voluerit Decius ſatisfacere dictos ducatos 2000. quod depoſitari per eum debeãt in Banco publico vinculati pro illis conuertendis in emptionem, igitur vſq; adhuc non ſatisfecerat, ſed certiſſimum eſt, quod ſi dominium d. ducat. 2000. fuiſſet in dictum Franciſcũ tranſlatum, abſque dubio ſatisfeciſſet, nam ſatisfacere generale eſt, comprehendẽs ſolutionem, ſatisdationem, & aliam cautionem, qua deſiderium implemus creditoris, l. cum hic ſtatus, §. ſi maritus ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. ff. qui ſatiſdar. cog. l. ſed etſi quis ſtipuletur, § 1. ff. de vſufr. igitur clariſſimè deſumitur, ſolam illam perceptionem annuorum ducator. 120. fuiſſe ipſi Franciſco conceſſam, & non aliud. Tertiò, quia coniunctim, & in eadem contextura verborum apponitur ſupradictum pactũ tàm reſpectu dictorum duc. 2000. quàm aliorum duc. 2500. vt quando voluerit dictus Decius illos ſatisfacere, &c. ſed certiſſimũ eſt, pro dicto capitale ducatorũ 2500. remanſiſſe dictum Decium debitorem igitur neceſſe eſt dicere, etiam pro alijs duc. 2000. debitor dicto Franciſco remãſerit, nam vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debent omnia æqualiter determinare, l. iam hoc iure, verſic. ſi aliter, vbi omnes notant ff. de vulg. & pupill. l. quamuis, & l. hæreditatem, C. de impuber. & alijs ſubſtit. & l. in teſtamento, C. de teſt. mil. quod procedit etiam in ſtatutis, Ang. in conſ. 143. incip. tria videtur, ad finem, & ſic etiam quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiuſdem verbi, debent ſic intelligi, vt vniformiter operentur, text. eſt in l. fin. C. de ſent. & interloc. omn. Iudic. quem refert Iaſ. in d. l. in teſtamento, num. 5. ſed dicta ſatiſdatio promiſſa à dicto Decio determinat tàm partitã duc. 2000. quàm aliam duc. 2500. vt etiã prius in narratiua æqualiter ambo ſub vinculo enũciauit, igitur vt æqualiter, & vniformiter determinet vtramq; partitam, dicendum eſt, quod eodem modo remanſit debitor in vna, ſicut in alia ſumma, quod nequaquam dicendum eſſet, ſi dictum capitale duc. 2000. illiuſque dominium fuiſſet in ipſum Franciſcum tranſlatum. Quartò, quia ſi Decius voluiſſet illiuſq; dominium per dictam aſſignationem transferre obligauiſſet Ciuitatem, vt in caſu, quo ipſa redimeret d. ann. ducat. 120. illos ſoluiſſet dicto Franciſco pro facienda alia emptione, prout eſt de iure, & de communi ſtylo in ſimilibus contractibus, ſed in caſu noſtro nihil de hoc, imò contrarium, nam tenuit capitale abſolutè penès ſe cum pacto de retrouendendo, ſimiliter dicens vinculato, vt infra, & denuo ſe declarãs ipſe aſſumpſit onus illos ſatisfaciẽdi, & tũc illos depoſitare vinculatos pro facienda emptione iuxta vinculum, igitur nequaquã dici poteſt, dominium dict. duc. 2000. eſſe ipſius Franciſci, & dictam Ciuitatem eſſe illi in dicto capitale debitricem, ſed Decio. Quintò, nam fruſtratorium fuiſſet illud pactum, & ſuperfluum, vt dictus Franciſcus exigeret dictos annuos duc. 120. à dicta Ciuitate eodem modo, quo dicta Ciuitas ſoluit dicto Decio, & non ab ipſo Decio, nam ſi dictus Franciſcus fuiſſet effectus dominus dicti capitalis cum dicta annua perceptione duc. 120. non poterat abſque vllo dubio illos exigere ab ipſo Decio, ſed ab ipſa Ciuitate, ſed nequaquam dicendum eſt, dictum pactũ fuiſſe ſuperfluum, nam in contractibus non debet admitti interpretatio, per quam incidamus in hoc vitiũ ſuperfluitatis, l. ſi ſtipulatus, in princ. cum gloſ. ff. de vſur. Gloſ. ordinaria in l. 1. in princ. de peric. & com. rei vend. vnde nulla clauſula, imò nullum verbum etiam minimum debet intelligi fruſtra fuiſſe expreſſũ, Bald. in rubr. C. de contrah. empt. num. 9. Alex. in l. 3. in princ. num. 3. ff. de iureiur. Iaſon in l. 1. num. 9. verſic. ſed pro iſta ff. ſi quis in ius voc. non ier. Dec. conſ. 48. num. 2. & latè Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 22. nam verba debent aliquid operari, cap. ſi Papa, de priuileg. in 6. l. ſi quando, in princ. ff. de leg. 1. nec veriſimile, quod contrahentes voluerunt apponere pactum nugatorium, Caſtr. in conſ. 255. col. 2. in fin. lib. 2. & pactum non debet referri ad eos caſus, quibus fieri poſſit eluſoriũ, Crauet. conſ. 603. nu. 6. nam pactum debet aliquid prodeſſe vltra ius commune, Curt. iun. conſ. 85. num. 4. ſed ſi fuiſſet tranſlatum dominium dicti capitalis duc. 2000. in dictũ Franciſcum, eluſoria fuiſſent illa verba, & dictum pactum in dicto contractu appoſitum ſuperfluum redderetur, nam extincta fuiſſet obligatio ipſius Decij, & nequaquã potuiſſet dictus Franciſcus illum conuenire ad ſolutionẽ dictorũ annuorum duc. 120. igitur vt omnia prædicta euitentur, dicendum eſt. dominium capitalis dict. ducat. 2000. remanſiſſe penès dictum Decium, vt expreſsè ſibi caueatur ſub dicto pacto de retrouẽdendo ſimiliter vinculato, vt infra, & onere ſatisfaciendi conditionato, at quia poterat ob id dictus Franciſcus cogere dictum Decium ad ſolutionem dict. ducat. 120. ſibi expreſsè cauere voluit, vt illos exigeret à dicta Ciuitate, & non ab ipſo, ac etiam quia poterat dictus Franciſcus integrè in vna vice exigere dictos annuos duc. 120. ideo fuit conuentũ, vt eodem modo illos exigeret, ſcilicet tot vicibus, prout ipſi Decio illos à dicta Ciuitate ſoluebat, ſicuti verbũ modus indicat, & non quantitatem. Sextò, quia ſi dicta Ciuitas depoſitaſſet integros duc. 12000 debitos dicto Decio, nequaquã potuiſſet eos dictus Frãciſcus accipere, illoſque in emptionem conuertere, nam Decius hanc poteſtatẽ illos ſatisfaciendi ſibi reſeruauit per expreſſa verba cum pacto de retrouendendo ſimiliter vinculato vt infra, & ſic dicta Ciuitas neceſſe habebat illos ſoluere dicto Decio, cuius erat dictum capitale, & malè ſoluiſſet dicta Ciuitas Franciſco, nam eo caſu poteſt debitor alij, quam creditori ſoluere, nempè quando ſoluit mandato eiuſdẽ creditoris, vt quia fuiſſet ceſſum inſolutum datum, vel venditum nomen debitoris, at hic nullũ ex ijs interuenit reſpe-

ctu

ctu dicti capitalis,ſed tantũ fuit ſimplex ceſſio reſpectu dictorum annuorum ducat.120.ergo nequaquam Franciſco Ciuitas legitimè ſoluere poterat. Pro quo eſt in memoria reuocandum,quod duplex eſt ceſſio,altera,quę dicitur ſimplex, in qua dominium nõ transfertur nominis ceſſi, nec cedens liberatur, & altera, in qua transfertur dominium nominis ceſſi, prout poſt alios optimè diſtinguit Cancer. variar.reſolut. lib.2. cap.6. ante num.168. & ſecunda ceſſio non ſimplex fit altero ex tribus modis: Primò, vel nempè per delegationem, & fit quando ipſe debitor delegatus ſe obligat ſoluere quantitatem delegatã ei, aut fit ceſſio,iuxta text.in l.1.de nouat.tunc enim ſtatim liberatur debitor delegans, ſeù cedens l.deleg. ff. de nou. Cancer. vbi ſup. num.174. poſt Bald. in l.pro debito, C.de bon.auct.Iud. poſſ.Gozz.& Eugen.quos citat D.Rouit.conſ. 75.num.3. lib.1. ſed hic non eſt caſus noſter, quia Ciuitas nõ ſe obligauit Franciſco ſoluere annuos ducat.120.ceſſos. Secundò, vel fit per venditionem dicti nominis,iuxta tex. in d.l.1.in fin.C.de nouat.l.ſi à creditore 7.C.de action.& oblig.l.ſi nomen ff.de hæred.vel act. vend. ſed hic nec etiam eſt caſus noſter, quia Decius tale nomen nunquam vendidit, neq; vllum venditionis verbum legitur in capitulis,vel inſtrumento dotali. Tertiò, vel fit per inſolutum dationẽ,iuxta text.in l.fin.C.quando fiſc.vel priu.& in l.ſi inſolutum 6.C.de act. & oblig.de qua Reg.Rouit. d.conſ.75.num.5. lib.1. Cancer. d.cap.6.num.174. ſed hæc inſolutum datio nec eſt in caſu noſtro, quandoquidem fit aliquibus cõcurrentibus, vt infra. Primò, videlicet ſi præcedat debitũ, & poſtea ex interuallo in eius ſatisfactionem cedatur nomen debitoris,vt ſentit Caſtr.in l.Mæuia, ſub num.4.ff.ſolut.matrim. ibi,vel inſolutum, quoniam mulier promiſiſſet dare centum in dotem, & poſtea inſolutum dediſſet nomen debitoris, nam ſi eodem tempore fuerit promiſſa quantitas,& pro ea ceſſa aliqua ſumma ab aliquo debita,tunc etiam ſi ille ſe obligaſſet, non eſt inſolutum datio, vti eſt caſus per S.C.deciſus apud de Franch.dec.108.in princ. vbi erat promiſſa quantitas duc.4000.in dotẽ, & in eadem ſcriptura in capitulis pro ducatis 2000. ex eis ceſſit duc. 2000. quos promittens mulier conſequi ab eius fratre debebat, qui ibidem præſens ſolutionem promiſit, & nihilominus non fuit habita datio inſolutum,nec delegatio, vt ex eo periculum eſſet recipiẽtis, qui eſt propriè caſus noſter, cum in eiſdẽ capitulis fuerint promiſſi pro dotibus duc.4500. & pro duc.2000. ex eis ceſſi ann.duc.120. de ſumma,quæ cũ Ciuitate habebat Decius promittens,quare nec caſus noſter eſt inſolutum datio. Secundò,item fit inſolutũ datio,quando expreſsè hoc dicitur,videlicet pro eo,quod tibi debeo, do tibi inſolutum quod mihi debet Titius, vt in caſu Surd. conſ.22. in princ. ſub num.32.verſ.& hoc caſu,lib.1.& conſiderat Maſtrill. deciſ.179. num.14. quod debent eſſe verba importantia inſolutũ dationẽ,alias non eſt ipſa inducta, quæ nulla ſunt in caſu noſtro,neque ideo inſolutum datio.Tertiò,& vltimò fit inſolutum datio, quando pro certa quantitate ceditur ipſum debitoris nomen, nempè ius exigendi,ſecus autem ſi non ceditur ipſum ius exigendi, ſed pecunia tantum debita creditur,vnde iura,& DD.loquuti fuerunt ſemper reſpectu nominis ceſſi debitoris, & non reſpectu pecuniæ eo nomine debitæ, ſic in d.l.fin.C.quando fiſc.vel priu.ibi inſolutum nomine dato, & in d.l.6. C.de act. & obl. ibi, ſi inſolutum nomen debitoris ſui,debitor tibi dedit tuus,ſic Bald.in l.1. ſub num.18. ibi, do nomen,transfero nomen,alieno nomen, C.de action. & oblig. ſic enim nõ ceditur nomen, ſed quantitas, quæ à debitore debetur, etiam quod ceſſio facta fuerit ſolutionis gratia, non eſt inſolutum datio, vt in l.3. in princ. C. de nouat. quem text. ita intelligunt Imol.in l.facta, §.ſi hæres, ſub num.4. verſ.vel fortè poteſt ff. ad trebell. & Oſaſc. deciſ.Pedemont.62. num.9. ita in caſu noſtro nec adeſt verbum inſolutum dare, nec ceditur nomen, ſed ſolum quantitas,dicit enim: *cederli annui duc.120. della ſumma dell'annue entrate,che eſſo Detio tiene con la Città*, ſic etiã in inſtrumento dotali dicit, ceſſit, & aſſignauit prædicto Franciſco dictos annuos ducatos 120. de ſumma introituum, quos dictus Decius habet, &c. & ſic tota ſumma introituum ipſius Decij eſt affecta ad hanc ſolutionem ann. ducat.120. faciendam ipſo Franciſco,& iſtis ceſſantibus non poteſt eſſe inſolutum datio,quæ in dubio non præſumitur, vt notabiliter voluit Bald. in l.fin. in fin. C.ad leg.falcid. non exiſtentibus ergo delegatione, aut venditione,vel inſolutum datione,erit neceſſario ſimplex ceſſio,quæ dupliciter intelligitur: Primo, vel quod tantum ſit mandatum exercitium actionum directarum, non autem tranſlata vtilis actio, prout intelligit D. Reg. Rouit. d. conſ.75. num.3. & in hoc caſu omne periculũ ſpectat ad cedentẽ, vt voluit ibi Reg. Rouit. nu.15.& Ant.Fab. de coniect.lib.2.cap.7. verſ. illa ſanè,qui in hoc caſu quando tantum ſunt demandatæ actiones, intelligit procedere tex. in d.l.3.C.de nouat.vt in d.cap.7.col.fin.& tot. cap. præced. Secundo,vel etiam intelligitur, quod fit vera ceſſio, ex quo tranſeãt vtiles actiones, quæ licet fiat ſolutionis gratia, tamen nõ habetur loco ſolutionis,neque ſatisfactionis,vt inquit Gloſ.magna ad fin. ff.de lib. leg. & periculum dicti nominis ſpectat ad cedentem, non ad ceſſionarium, vt voluerunt Dec. conſ.99.num.4. Imol.in d.§.ſi hæres,ſub nu.4. Oſaſc. d.deciſ.62. ſub num.9. Surd. d.conſ.22. num.11.& 32.lib.2. Cancer.d.cap.6.num.169. lib.2. Maſtrill. d.deciſ.179. à nu.14. Bertazzol. clauſ.7.gloſ.23.num.3. Rodriq. de ann.reddit. lib.2. quæſt.21. numer.18. Iaſ.in l.ſingularia, nu.27. ff.ſi cert.pet. Alexand.in l.ſi cum empt. ſub num.4.ff.de pact. Roman.in l.non ſolum, §.morte,num.409.ff.de nou.oper.nunc.Socin. conſ.37.num.8.lib.4.& Stracc.de commerc. & camb.§.2.gloſ.5.num.252. Igitur dubium in eo caſu eſſet,quãdo ex annuis introitibus debitis dicto Decio ab hac Ciuitate non perci-

peien-

petentur dicti annui duc.120. ſi dum fuerunt in caſu noſtro tantum mandatæ actiones, vel ad ſummũ facta ſimplex ceſſio dictorum annuorum duc.120. abſque delegatione, vel inſolutũ datione, ſi periculum deteriorationis dicti nominis debitoris eſſet Decij, an Franciſci, & ex ſupradictis firmiter concludendum eſt, nequaquam eſſe Franciſci, ſed Decij. At reſpectu capitalis non ceſſi, nec inſolutum dati, nec venditi, nullo modo poteſt cadere dubitatio circa diminutionem annuorum introituum, cuius damno cedere debeat, dum pro regula eſt certiſſimum, rem perire domino, d. l.pignus, C.de pignor.act. & omnes DD.de hac materia loquentes ex eo dicunt, periculũ nominis ſpectare ad recipientẽ, quia per emptionem, vel inſolutũ dationem acquirit dominium, prout latè Surd.conſ.22.nu.33.cum ſeq. lib.1. & Rodriq.de ann.reddit. quæſt.21. lib.2. num.8. qua de re cum Franciſcus nunquam fuerit, nec ſit dominus dicti capitalis, nõ video, quo iure prætẽdi poſſit, diminutionem annuorum introituum cedere debere damno ipſius Franciſci, ita vt nõ integrè exigere habeat dictos ann. duc.120. quia potius tot integrè, quot fuerunt ceſſi de ſumma, tum maximè cũ Princeps diminuerit reditus poſſeſſoribus capitalium, & reſpectu ipſius capitalis. Igitur dum dictum capitale erat proprium Decij, & non Franciſci, omne damnũ contingens eſt dicti Decij, & nõ ipſius Franciſci, quare cum non capitale fuerit ceſſum, ſed tantum ceſſi fuerunt ann.ducat.120. nullo iure damnum diminutionis dictorum introituum ſentire debet dictus Franciſcus, dum ipſe conſequi debet ann. duc.120. ex ſumma annuorum introituum ipſius Decij. Maxima enim eſt differentia, quod cedatur capitale, vel cedatur annuus reditus ex dicto capitali proueniens, ſiuè fuerit perpetuus, ſiuè cum pacto de retrouendendo, nam vbicunque ceditur dictus annuus reditus, non autem ceſſum intelligitur capitale, quia ſunt res ſatis inter ſe diuerſæ, & diſtinctæ. Certiſſimum eſt autem, cenſum nil aliud eſſe, niſi ius percipiendi annuam reſponſionem, quod ex contractu cenſuali acquiritur, & poteſt dominus cenſus poſtquam illud acquiſiuit in alium transferre, prout latè fundat Cenc. de cenſib. part.2. cap.2. quæſt.2.art.6. vbicunque autem quis legauerit, vel alio quouis modo cenſum in alium tranſtulerit, intelligitur dumtaxat datum ius ipſum exigendi, & percipiendi annuam reſponſionem, non autem pretium illius, ſeu capitale, prout voluit Cenc.dict.loco, num.26. & Odoard.de cenſ.quæſt.26.num.74. ex deciſ.Guid.Pap.269. & Mant.deciſ.14.n.10. & rationem aſſignant, quia ſe habent ad inuicem vti diuerſa, & ſeperata cenſus, & pretium illius, & propterea vno legato, vel conceſſo, non cenſetur legatum, vel conceſſum alterum, cum ad vnius poſitionem nõ ſequatur poſitio alterius, l. ſed ſi ante ff. de except. l. ſi maritus, C. de donat. inter vir. & vxor. l. duobus ff.de teſtam.tutel. & de dicta differentia inter ſortem principalem, & annuum reditum ex ea emptum ſcripſerunt Conrad. de contract. quæſt.70. Couar. lib.3. variar. cap.7. num.2. verſ. ſecunda ratio, & Dec. in conſ.2. num.183.lib.1. Vnde per ceſſionem exigendi dictos annuos duc.120. factam a Decio dicto Franciſco, non aliter fuit ceſſum capitale, cum ſint ſeperata, & diuerſa, ita vt etiam ſi Decius non aſſumpſiſſet onus ſatisfaciẽdi dictos ducat. 2000. per illud pactum, quãdo Decius voluerit ſatisfacere dictos duc. 2000. quod illos depoſitare habeat, &c. at ipſe Franciſcus non poſſit in caſu reemptionis faciendæ à dicta Ciuitate dicti capitalis illud recipere, prout præcitati DD. fundant concludendo, nequaquam poſſe illum, cui conceſſum eſt ius exigendi annuũ cenſum redimere capitale, igitur nullo modo prætendi poteſt, diminutionẽ annui cenſus dicti capitalis duc.2000. afficere ipſum Franciſcum, ſed omninò concludendũ eſt, illum præcipuos debere habere dictos ann. duc. 120. ex ſumma annui cenſus dicti Decij conſtituti cum dicta Ciuitate. Septimò, item par debet eſſe ratio lucri, & damni, & eius debet eſſe incommodum, cuius eſt commodũ, vulg. l.ſecundum naturam ff.de regul.iur. cap. qui ſentit de regul.iur.in 6. & dicit text. in l.ſi igitur in fin.ff.pro ſocio, æquũ eſſe cuius participauit, quis lucrum participet, & damnum, & iubet lex, non eſſe ferendum, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit, vt in l.vnic. §.pro ſecundo C.de caduc.tollend. ponamus autem, quod auctus eſſet dictus annuus reditus, certè augmentum non poſſet eſſe Franciſci, quia tantum ann. ducat.120. conſequi debet, & reliquum debet eſſe dicti Decij, igitur & damnum diminutionis non debet eſſe ipſius Franciſci, ſed dicti Decij, cuius eſſet augmentum. Octauò inſuper, ceſſio ann. duc.120. fuit facta de ſumma annnorum introituum, quos dictus Decius tenebat emptos à dicta Ciuitate, quotieſcunque autem ceditur annuus reditus ſuper aliqua re maioris reditus, eo quod ceditur, tunc damnum contingens rei, ſuper qua debetur dictus annuus reditus non eſt illius, qui conſequi debet dictum annuum reditum, ſed domini illius rei, prout deciditur in text. l. liberto, l.legatum, §.vini Falerni ff.de ann.leg. & l. ex eo ff.de trit.vino, & oleo leg. quæ iura licet loquantur in legatis, tamen idem eſſe in ceſſione, & aſſignatione annui cenſus, & ſic in proprio caſu, quod ceſſionarius debeat exigere quantitatem ceſſam ſuper reſtanti quantitate, prout diſponitur in legatis, voluit Garzia de expenſ. cap.4. num.40. & 41. & fuit de mente Couar.lib.3.var.cap.7.num.5.verſ.4. ſi contractum in fine, & facit etiam id, quod communiter voluerunt DD. certi fundi, ſi pro parte petit fundus, ita quod ex eo percipiantur diminuti fructus, ſed ſufficiant ad ſolutionem dicti annui cenſus, qui integer, & abſque diminutione eſt ſoluendus emptori, prout planè ſcribunt Federic. Martin. de cenſ. cap. 8. numer. 224. Cencius de cenſib. part.3. cap.1. quæſt.1. artic.2. numer.3. & in deciſ. Roman. 1. poſt primum tract. & in eo

caſu

caſu cadit controuerſia cum creditore annui reditus, quãdo corpus, ſuper quo debetur, deficit, ita quod non eſt ſufficiens ad dictam ſolutionem, & tunc dependet ab alia quæſtione, ſi locus eſt appoſitus taxatiuè, an demonſtratiuè, ſed quando corpus eſt ſufficieas ad faciendam ſolutionem annui reditus alicui ceſſi, nunquam fuit controuerſum, nec cõtrouerti poteſt, ſi damnum ſit ceſſionarij annui reditus, igitur cũ annui introitus dicti Decij, ex quibus ſunt ceſſi dicti annui duc. 120. ſint ſufficientes ad ſatisfactionem dictorum ann. duc. 120. nullus remanet dubitãdi locus, quin integrè, & indiminutè dictus Franciſcus illos exigere habeat. Sed cum Pars aduerſa aliqua ſatis fragilia aduerſus notoriam Franciſci iuſtitiã opponat, ea maximè obſtare demonſtratur. Primò dicit, quod dictus Decius ceſſit nomen debitoris, ſcilicet pecuniam, quam habebat ſuper Ciuitate, & ſic ſufficit realiter adeſſe creditum, nec ad aliud cedens tenetur, vulgata l. ſi nomen ff. de hæred. vel act. vend. ſed pro reſponſione animaduertitur, fuiſſe ſupra demonſtratum, hanc fuiſſe ſimplicem ceſſionem, non capitalis, ſed annuorum ducatorum 120. vnde non cadunt termini d. l. ſi nomen, & dũ annui introitus, ſuper quibus fuerunt ceſſi dicti annui duc. 120. ſint ſufficiẽtes pro dicta ſolutione, omnis quippè ceſſat difficultas, & obiectio Partis. Secundò opponit eodẽ die 27. Octob. 1623. confectos eſſe inter dictos Franciſcũ, & Decium duos contractus, vnum, in quo dictus Franciſcus cõtentus extitit, dictos annuos duc. 120. decurrere ad eius beneficiũ, alterum, in quo ipſe Decius donauit dicto Franciſco duc. 350. & cum dicti contractus cenſeantur correſpectiuè, ſupponitur, nihil aliud poſſe ipſum Franciſcum prętendere à dicto Decio, ſed ſalua eius pace, hęc oppoſitio eſt ſatis friuola, nam nõ ex hoc inferri poteſt, quod dictus Franciſcus nõ debeat habere integros ann. duc. 120. ex ſumma annuorum introituum per dictam Ciuitatem Decio debita, eo magis dum in hoc inſtrumento ſit relatio ad inſtrumentũ dotale, vbi ſunt enunciata capitula matrimonialia, ibi, *come più ampiamente appare dalle cautele rogate per mano di Notar Aſcanio Fontana alli 14. di Settembre* 1618. vnde ſicut dictus Frãciſcus poterat virtute dictarum cautelarum exigere à dicta Ciuitate integros annuos ducat. 120. ex ſumma annuorũ introituum debita dicto Decio abſq; vlla diminutione, prout eſt ſupra fundatum, ita & poſt hoc inſtrumentum, quod refert ſe dictis cautelis, cum relatum ſit in referente cũ omnibus ſuis qualitatibus, ad tex. in l. aſſe toto ff. de hęred. inſt. cum ſimul & vnus actus ab altero interpretetur, l. vxor, §. vlt. vbi Bart. ff. de leg. 3. Alex. conſ. 69. lib. 6. Nec dici poteſt, per dictum contractum donationis duc. 350. fuiſſe in aliquo cautelas alteratas, nam data, ſed non admiſſa dicta correſpectiuitate, quæ eſt ſatis aliena in noſtro caſu, dum donatio prædicta ſit in contractu ſeperato, & ob amorem à patre erga filium, & in dubio correſpectiuitas non præſumitur, l. cum eiuſdem 34. ff. de ædil. edict. & quando obligationes non reflectuntur ad idem factum, ſed diuerſum, tunc non poteſt conſiderari correſpectiuitas, nec temporis vicinitas arguit correſpectiuitatem, prout fundat Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 853. & poſt abſolutum contractum non conſideratur amplius correſpectiuitas, Corn. conſ. 36. num. 14. cum ſeq. lib. 2. incip. in cauſa, quæ iamdiù agitata, num. 5. col. 3. poſt med. & in ſpecie vt inter iſtos contractus non poſſit cõſiderari aliqua coorreſpectiuitas, quamuis eodem die ſint facta inſtrumenta, cum adſit expreſſio cauſæ procedentis à mera liberalitate, quæ excludit omnem correſpectiuitatem, quæ poſſit oriri ex vicinitate temporis, voluit Puteus deciſ. 490. num. 2. lib. 2. quem refert, & ſequitur Grat. cap. 786. nu. 19. Tamen certiſſimum eſt, hoc inſtrumentum, quod pars prætendit fuiſſe correſpectiuum ad dictam donationem, refert ſe ad dictas cautelas, vt eſt dictum, & ſit quãuis illa verba appoſita in hoc inſtrumẽto, *che dal primo di Luglio* 1621. *auanti, che correno detti annui duc.* 120. *debiti per detta Città di Napoli in beneficio di eſſo Franceſco* aliquam vim haberent pro eo, quod ad præſens diſceptatur, ſi diminutio annuorum introituum cedere debeat in damnum ipſius Franciſci, vel dicti Decij, prout nullam vim habere, ſupra demonſtratũ eſt, adhuc dicitur, hanc prætenſionem ceſſare, dum ſe refert dictis cautelis, ex quibus fundatum eſt, damnũ diminutionis dictorum annuorum introituũ afficere dictum Decium, non ipſum Franciſcum, cum hic ſe contentaſſet exigere dictos annuos duc. 120. & non minus à dicta Ciuitate, vt verba etiã ſint relatiua ad primas cautelas pro pacto, & de ſumma tota. Tertiò opponit Pars, nullo modo poſſe dici fuiſſe ſimplicem ceſſionem, ſed in dictum Franciſcum fuiſſe tranſlatum dominium, dum expreſſe dicitur: *e per li reſtanti ducati* 2000 *cedere al detto Franceſco annui ducati* 120, *dell'annue entrate, che detto Decio tiene ſopra queſta fideliſſima Città con le loro raggioni, & integro loro ſtato*, quæ verba prætẽdit importare dominij tranſlationem, & ſic ceſſare motiuum ipſius Franciſci, & omni iure debere ipſum tanquam dominum ſentire damnum dictæ diminutionis. Sed pro reſponſione eſt animaduertendum, quod iſtæ dictiones & ſi amplam ſignificationem recipiant, tamen interpretari debent ſecundum ſubiectam materiam de qua agitur, reſtringendo eo reſpectu, quo proferuntur, prout voluerunt Alex. conſ. 80. num. 17. lib. 1. Dec. in cap. irreprehenſibilis, num. 5. de appell. Aret. conſ. 76. num. 3. verſ. licet aliquando, & latè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 46. nu. 11. qui infert, non videri prohibitam trebellianicam, & falcidiam, quando teſtator reliquit pleno iure, ſeù liberè hæreditatẽ, quia cum illa verba habeant diuerſos ſignificatus, accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam, vt intelligatur facta plena tranſlatio illius, quod reſtituitur, prout latè cum rationibus, & Doctorum auctoritatibus demonſtrat, & idem etiam voluit Grat. cap. 327. num. 25. vt conſenſus datus

per

Digitized by Google

per patrem, vt filius donet omnia bona aduētitia pleno iure non operatur remiſſionem vſusfructus, cum iſta verba pleno iure non ſint prolata ſimpliciter, & abſolutè reſpectu totius dominij ſpectantis ad filium, quo caſu ratione ſubiectæ materiæ, ſecundum quam proferuntur, debent intelligi, vt verificentur in dominio, quod habet filius, & ſic ſolum in directo, vt latè concludit Felin. in cap. auditis, col. 4. in fin. nu. 7. de præſcript. Ruin. conſ. 137. num. 8. lib. 2. & Bald. in l. raptores, §. ſi autem, C. de Epiſc. & cler. ita & in caſu noſtro illa verba *con le loro raggioni, & integro loro ſtato*, non operantur tranſlationem dominij reſpectu capitalis, quod nunquam dictus Decius à ſemetipſo abdicauit, ſed ſecundum ſubiectam materiam, & ſic reſpectu ann. duc. 120. ceſſorũ de ſumma annuorum introituum debitorum dicto Decio à dicta Ciuitate, vt illos poſſit dictus Franciſcus exigere. Imò dicta verba rectè poſſunt ponderari pro ipſo Franciſco, nam dum fuit conuentum, vt dictus Frãciſcus habere debeat dictos annuos duc. 120. cum integro ſtatu, excluditur omnis diminutio à parte præſtenſa ad ſimilitudinē dictionis, liberè, quę intelligitur ſine aliqua diminutione, prout per Gemin. in cap. 1. de regul. in 6. & illud verbum, integrè, importat præſtationem plenam, & nulla ex parte diminutam, prout ponderat Grat. in eodem loco, in quo à parte ponderatur, per text. in l. nomen filiarum, §. fin. ff. de leg. 3. & in l. decem ff. de fideicom. libert. vbi etiam concludit, intelligi dicta verba ſecundũ ſubiectam materiam. Quare indubitatum remanet, dictam diminutionem annuorũ introituum debitorum dicto Decio non afficere ipſum Franciſcum, illoſque omni iure debere indiminutè annuos ducatos 120. ex ſumma dictorum introituum debitorum dicto Decio à dicta Ciuitate exigere, prout ſperatur decidi debere à doctiſſimis, & præclariſſimis Senatoribus, qui poterunt ex officio reliqua ſupplere. Facta relatione in S.R.C. per Reg. Conſ. Don Franciſcum Merlinum cauſæ Commiſſarium die 16. Martij 1638. fuit interpoſitũ ſubſcriptum decretum videlicet. Decreto S.R.C. declaratum eſt, dominium capitalis dictorum annuorum duc. 120. in dotē promiſſorum Franciſco Nola nō eſſe tranſlatiuum in eundem Franciſcum, & proinde ſtetiſſe, & ſtare periculo, & riſico dictorum hæredum quond. Decij, & nihilominus liceat, & licitum ſit dicto Franciſco exigere à fideliſſima Ciuitate Neap. dictos annuos ducat. 120. tàm pro præterito, quàm in futurum ex ſumma dictorum introituum ab ipſa Ciuitate debitorũ hæredibus dicti quond. Decij, hoc, &c. vt ex actis in Banca Figliolæ.

Refectio fieri an debeat ex alijs bonis pro oneribus impoſitis maioratui ob cauſam publicæ vtilitatis, ac eiuſdem maioratui augmentum, deciſũ fuit negatiuè in ſupremo Italiæ Conſilio, ita D. Reg. Tapia deciſ. Italiæ Senatus 20. num. 31.

Refutatio ſi fuerit facta in capitulis matrimonialibus, & ſuper dictis capitulis, & refutatione fuerit præſtitus aſſenſus, an vitietur ob defectum regiſtrationis non ſubſequutæ, licet aſſenſus ſit regiſtratus, fuit deciſum pro refutatione, & conuentus abſolutus ab impetitione, Reg. Tapia decif. S.C. 47. refutationes.

Refutatio feudi ſi ſimpliciter ſit facta, & in alio actu incontinēti facto corã eiſdē Notario, & teſtibus eodem die eſſent appoſita pacta, an valeat, deciſum fuit per R.C.S. affirmatiuè in cauſa Dianoræ Ianuario cum Regio Fiſco, & Io. Vincētio de Tufo, teſtatur Iul. Cæſ. Gallup. in ſuo method. feud. part. 2. cap. 5. num. 7.

Refutatio vbi interuenit Aquiliana ſtipulatio, an ſit realis, vel perſonalis, deciſum fuit cōtra Fiſcum in cauſa Caſtri Roccæ Raynolæ, in fauorem Domini Goffredi Galluccì eſſe perſonalem, teſtatur Reg. Lanar. in repet. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. num. 11.

Refutatio an realis, vel perſonalis erit iudicanda, ſi in ea eſſet appoſitum verbum, omnino, & in eodem cōtractu conuentum, quod feudum remaneat antiquum, & quod intelligeretur facta ſub natura feudi antiqui, & non aliter, fuit deciſum per S.C. eſſe perſonalē, Regens Lanar. in repetit. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. num. 12.

Refutatio an fieri poſſit per teſtamentum, deciſum refertur per ſupremum Collaterale Conſilium Italiæ in cauſa Ill. Principis Biſiniani, Ducis Grauinæ, ac Comitis Saponariæ, affirmatiuè, vt teſtatur Reg. Carol. Tapia in eius Iure Regni lib. 6. ſuper pragm. 20. de feud. verbo; hęc vt diximus, verſ. & fuit deciſus.

Regale præſidium an erit concedendum iuxta formam Capitulorum Regni Vniuerſitati aſſerenti, ipſius ciues ab immemorabili fuiſſe, & de præſenti eſſe in poſſeſſione pacifica, ſeù quaſi lignandi, & paſculandi in territorio, & nemoribus contra eius vtilem Dominum, figurando turbari, & moleſtari ab eo, ſi de vera poſſeſſione, ac violentia non cōſtaret, vt euenit in cauſa Vniuerſitatis Sanctæ Euphemiæ Prouinciæ Calabriæ vltra cum D. Signorino Gattinario Priore, ac Baiulo dictę Vniuerſitatis, dicebatur ex parte ipſius Prioris, hoc præſidium oriri ex Cap. Regni Charitatis affectus, & vt locum habeat contra moleſtantem, ſeù turbantem, tria principaliter eſſe neceſſaria, & primo vt pręcedat citatio per edictum, & ſi abſque ea antiquitus concedebatur, vt in pragm. 1. de conſeru. vbi Reg. Rouit. in princ. Luc. de Penna in l. ſi coloni, nu. 31. C. de agric. & cenſit. lib. 10. quæ etſi pręceſſerat, haberi debuit, ac ſi non fuiſſet, poſtquam aliud in memoriali enunciauerat aſſerendo, potuiſſe paſcua ſumere, & lignare in toto territorio, & nemoribus, & in pacifica poſſeſſione reperiri, & aliud in articulis, hoc eſt potuiſſe paſcua ſumere in nemoribus Amatelli, & Flumarelli à Vigilia Natiuitatis Domini Noſtri vſque ad diem Sanctæ Crucis Septembris, & hoc caſu obſtante obſcuritate libelli reus veniebat abſoluendus ab obſeruatione iudicij, Afflict. deciſ. 60. Secundò exigitur rationabilis poſſeſſio penès agentem, ad hoc vt locum habeat, cap. charitatis affectus, qui loquitur in tenente, &

re, & poſſidente iuſtè, & rationabiliter, Reg. de Ponte conſ.96.num.29.vol.1. ſed cum de titulo allegatæ poſſeſſionis verbum nullum expreſſum fuit, ſed tantum poſſediſſe, merito ratio vlla haberi debuerat. nec dubitabatur, dominium totius territorij, & nemorum eſſe Eccleſiæ, & ſucceſſiuè ipſorũ herbæ, & ligna, quorũ occaſione fida, & diffida ſoluebantur, Frecc.de ſubfeud.lib.2.auctor.4. Couarr.pract. quæſt. cap.37.verſ.quarto conſtat,& in Capit. Regni Magiſtri foreſtarum,Franch.deciſ.301. Capyc.deciſ.152.Anna ſingul.82.& propterea dum vſus iuris paſcendi prætenderetur per præſcriptionem,duplicem iuris reſiſtentiam habere conſpiciebatur, quarum prima eſt, quia ſuper bonis Eccleſię per Principem conceſſis, præſcriptio non conceditur, poſt Abb. in cap.Eccleſiæ S. M. de conſtit.lect.2.colum. penult. vbi Felin.in terminis,Card.Pariſ. conſil.27.vol. .quos probat Epiſc.Iſern.practicab. Eccleſ. tricen.6.quæſt.163. poſt Loſſted. conſ. 25. altera eſt, dum ſeudo ſeruitus imponi cõſpiciatur,cui nõ modo ius reſiſtit, Mart.Laud. in cap.1.§.quid ergo,num.4. de inueſt. de re alien. fact. ſed præſcribi vetatur,Andr.Luc. de Penna, & alij apud Reg. de Ponte conſil. 97. vol.1. & hoc caſu immemorabilis exigeretur præſcriptio,ex text.in cap.1.de præſcript.in 6. Loffred.vbi ſup.num.11. quare ad finem obtinendi (& ſi de poſſeſſorio ſummatiſſimo lite pendẽte ageretur) titulus ſaltim coloratus requirebatur, & ſi non producatur,ſuccumberet,cap.cum perſonæ,de priuileg.in 6. Couar. pract.quæſt. cap.17. Capyc. deciſ.189. & ratio eſt,quia abſque titulo ſemper mala fides præſumitur,cap.qui contra,de regul.iur.in 6.Mareſcott.variar.reſolut.lib.1.cap.11.num.42.vbi in præcit.num.18. refert deciſum fuiſſe,vt neceſſe ſit, quod titulus percutiat caſum de quo agitur, alias nihil prodeſſet. Taliter quod is manuteneri debet cui ius aſſiſtit,& ſic pluries deciſum refert idem Reg.de Ponte d. conſ.97. num.20. nam probato dominio penès conuẽtum,poſſeſſio penès agentem præcaria præſumitur, Bald.in l.2. C.de ſeru. & aqua, qua poſſeſſione ceſſante, liberum remanet dominium in ſuo ſtatu abſque vlla ſeruitute, poſt Menoch.de recuper.poſſeſſ. remed.5. num.24. firmat Mareſc. vbi ſup. num.51. adeo quod ſi interdictum vti poſſidetis,non competit contra turbantẽ, dum ei ius reſiſtit, & in proprio territorio turbantis venire prætendit, cui ius aſſiſtit, eo enim caſu nõ violenta turbatio diceretur, & ſi turbatus titulum nõ produxerit, ſuccumberet etiam in poſſeſſorio lite pendẽte, Io.Fab.in §.retinendæ, nu.33. Inſtit.de interd.Reg.Rouit.in pragm.1.num.30.de iuriſd. non turb.neque tale regale præſidiũ erit concedendum. Deficiebat etiam in probationibus Vniuerſitas, dum aliqui teſtes ipſius deponebant vidiſſe aliquos ciues cũ animalibus paſcua ſumpſiſſe in dictis territorijs, & de iure poſſeſſio ſingulorum non eſt Vniuerſitati proficua ſi conſideretur vt ſeruitus poſſeſſio iſta iuris paſcendi, & ſimilium, quæ differ à communione,Capiblanc.in pragm.11.nu.120. de Baron. ſiue vt ius perſonale,nam quod eſt Vniuerſitatis non eſt ſingulorum, nec è contra, eo quod impenſius cum probatum non ſit,eos nomine Vniuerſitatis poſſediſſe, ita Corn.conſ.213.viſo tenore, col.2.volum.4. & conſ.224. cõſiderata,quem poſt Socin.& alios ſequutus eſt Pariſ. d.conſ.27. num.104. vol.1. cum alijs apud Annam ſingul.585. nam ſufficeret ad obtinendum habere ius lignandi, & ita deciſum refert per S. C. ac etiam ſic iudicatum teſtatur Surd. d.deciſ.236. prout in venatione refertur, quod ſi aliqui irent venatũ, non ſit quæſitum ius Vniuerſitati, niſi declarauerint nomine Vniuerſitatis, Crau.cõſ.317. nu.4. Bald.conſ.438.Loffred.conſ.25. & ob id prætendens ius paſcendi,probare debet ſe paſcuis vſum, non iure familiaritatis, ſed ſeruitutis,alias ſi per mille annos percepetit, non præſcribit, Salycet.& Alex.in l.ſi certis annis, C.de pact.idem Alex. conſ.108.num.2. Bart.in l.1. §.hoc interdictum ff.de itin.act.priu.Pariſ. conſ.27.nu.11.12.& 113. Io.Koppen. deciſ.57. nu.57.& 86.quibus accedit notabilis doctrina Innoc.in cap.bonæ memoriæ, nu.1.verſ.quæritur, de poſtul. prælat. ſicque cum non fuerit hoc benè probatum per Vniuerſitatem, ſuccumbere debet,& fortius data probatione in contrarium ipſius Baiuli tàm per teſtes,quàm per ſcripturas longè ante litem motã, & tempore litis motę,vſque adhuc de affictibus gabellarum territorij ad culturam præuia ipſius licẽtia,& ligna, & paſcua ſumpſiſſe, quod etiã comprobatur ex compromiſſo inter eaſdem Partes facto, quo declaratum fuit,non poſſe lignare donec Vniuerſitas probauerit ſuam poſſeſſionem, vnde abſtinere debere, & demum quando conuento ius aſſiſtit, & actori reſiſtit, magis creditur teſtibus conuenti, quã actoris, eſto quod eſſent in pari gradu probationum,Innoc.in cap.auditis,de præſcr.quem ſequitur Reg.de Ponte d.conſ.97.nu.27.tum quia antiquior,cap.licet cauſã,de probat.Bart. in l.ſi duo, in princ. ff.vti poſſ. Caſtr. conſil.3. vol.2. & in paſcuo Couar. pract.quæſt.cap.17. verſ.12.tum quia titulata dominio,Lancellott. inter deciſ. Diuerſ. deciſ.59. vol.1. Viuius deciſ.411.num.12.eſto quod cõuentus per prius probauerit, poſſediſſe cum iure prohibendi, nam præſumeretur etiam tempore litis motę, ſeù conteſtatæ,& ſat erit in corporalibus certi temporis proximi ante litem motam poſſeſſionem probare, vt interim obtineat, Io.Fab. vbi ſupra, Affl.deciſ.395. ſequitur Couar. ibidem in fine, adhuc teſtes nullam fidem facerent, quia non deponunt vidẽre Baiulo,& ligna, & paſcua ſumpſiſſe ad finem, vt quis in poſſeſſione, ſeù quaſi incorporaliũ conſtituatur, ſcientia illius requiritur ad quem ius ſpectar, l.penult.ff.de ſeruit.Bart.in l.1.§.fin. ff.de aqua pluuia arcenda, Salyc.in l.2.verſ.ſed pro præfatorum,C.nou.vect.inſt.non poſſe,ſic iudicatum aſſerit Capyc. deciſ.57. Tertium requiſitum eſt violentia, quæ eſt ipſius præſidij fundamentorum,vt concedi poſſit, iuxta deciſa per Franch.deciſ.701.& ſic indebitè turbatum, vel ſpoliatum inueniet,vel defendit Valaſc.in

con-

Digitized by Google

conſult. 93. num. 6. latè Ceuall. in epiſt. dedic. ad Regem noſtrum pract. quæſt. contra commun. quæſt. 897. & hæc fuit cauſa inductiua Capit. Regni, vt aduertit Niger in cap. Ad regale, num. 15. ſequuti ſunt Affl. deciſ. 2. & 24. poſt Andr. Luc. de Penna, Grammat. & Reg. Tap. in iure Regni, d. cap. Charitatis affectus, & licet fuiſſet per S. C. deciſum in fauorem ipſius Vniuerſitatis die 30. Iulij 1630. nihilominus in reclamatione interpoſita Domini in paritate votorũ fuerunt, quare datis tribus adiunctis cum interuentu Spectab. Regentis Vrſini Præſidis S.C. facta relatione in S.C. die 3. Iulij 1632. per Reg. Conſ. Don Gregorium de Angulo, deciſum fuit, quod ſuſpenſo decreto lato die 30. Iunij 1630. regale præſidium petitum pro parte ipſius Vniuerſitatis, & hominũ S. Blaſij nõ eſſe eiſdem præſtandum ſalua prouiſione facienda quoad reſtitutionem depoſitorũ, vt ex actis in Banca Figliolæ pro Amico Mag. Actor.

Regale præſidium, ſeu remedium Capitulorum Regni an concedi debeat nulla adhuc data violentia, ſed imminẽte timore violentiæ inferendæ, & quid ſi poſſeſſio rei, ſuper qua nouitas facienda præſupponebatur, non erat ipſius turbati, ſed prætendentis turbari, licet ex hoc reſultare potuiſſet damnum, & intereſſe turbati, vt euenit in cauſa Comitis Calatiæ, qui timens ædificari molendinũ in certo territorio alieno, per quod tranſiuerat aqua fluminis dependens à territorio ipſius Comitis, intentauit in S. C. ſibi regale præſidium eſſe concedendum, vt illud fieri non potuiſſet, eo quia impediebatur curſus aquæ, retrocedendo afficiebat damnum eius molẽdino, & pro fundamento ſuæ intẽtionis dicebatur, quamuis in hoc violentia neceſſaria eſſet, vt remedio locus eſſet, tamen paria videntur eſſe violentia, & timor violentiæ, ſicuti idem operatur timor peſtis, & actualis peſtis, Regens de Ponte conſ. 88. num. 3. vol. 2. quemadmodum timor belli idem operatur quod bellum, Anna alleg. 21. num 4. & alleg. 92. num. 9. imò timor belli, peior ipſo bello habetur, Paris in tract. de re milit. lib. 3. quæſt. 53. num. 4. taliter quod timor violentiæ, & iuſtis metus ad infirmandũ electionem tanquam metu factam ſufficeret, Alex. conſ. 98. num. 4. lib. 3. quocirca prudentis eſt futura præuidere, & futurum eſt inſpiciendum, Specul. in proœm. verſic. nouiſſimè, ideo cõſultum erat melius eſſe intacta iura ſeruare ab initio, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, l. ſancimus, C. in quibus cauſ. reſt. in integr. nõ eſt neceſſ. quare imitari decet vulgatũ illud poeticũ, principijs obſta, ſerò medicina paratur, Fuſc. ſing. 30. lit. I. quapropter dum damnũ inſectum ſit illud, quod futurum exiſtimatur, l. 2. ff. de damn. infect. ex quo res damni infecti celeritatem deſiderat, & periculoſa dilatio Prætori videtur, dixit I. C. in l. 1. ff. eod. ideo timens, aut timere debens controuerſiam alicuius in opere faciendo clam ędificare dicitur, Ang. in l. prohibens, §. clam facit, num. 1. ff. quod vi, aut clam, & timor ſufficit, quod inferatur de facto, licet illius facti exequutio fieri non poſſit, idem in l. metum autem, §. proindè, nu. 1. ff. quod met. cauſ. tutius eo caſu erit Prætorem adire, arg. l. 3. ff. de pign. vbi Gloſ. quemadmodum times vim ſibi inferri in ſua poſſeſſione, poterit Iudicis officium impetrare, ne vis ſibi fiat, l. illicitas, §. ne potentiores ff. de offic. Præſid. vbi Add. ab auth. verſ. iuxta hoc quæro à perſona rei, & ſucceſſiuè impetrare tale remediũ, poſtquã quis poterit iudicialiter, & extraiudicialiter opprimi, & vtroque caſu datur recurſus ad Principem, Olib. in tract. de iure fiſc. cap. 14 nu. 102. quamuis ex aduerſo replicaretur, capitula prædicta eſſe principaliter fundata in violẽtia, qua ceſſante, nulli dubium erit, quin eorum diſpoſitum ceſſet, & ſic probãdo deciſum reliquit Præſ. de Franch. deciſ. 701. hinc Oliban. eodem tract. cap. 11. nu. 57. ſubiunxit, quod oppreſſo non impartitur auxiliũ, niſi allegetur violentia, & oppreſſio, & ſucceſſiuè eorum probatio exigeretur, quoniam allegãti incumbit onus probandi, Carau. in ritu 179. num. 9. adeò quod ſi non fuerit probatum de violentia, reus excluderetur, iuxta vulgatam regulam illam, actore non probante, reus abſoluitur, l. qui accuſare, C. de edend. præterea vt tale regale ſubſidium locũ habeat, erit neceſſaria probatio poſſeſſionis ex parte turbati, ſiue oppreſſi, vt diſpoſitum eſt in cap. Regni Ad regale, quod ſiquidem de iure etiam comprobatum eſt, nam timens, ne alius ſuam poſſeſſionem inuadat, ſufficit ad conſequendum Iudicis interdictum facere fidem de poſſeſſione in libello, etiã ordine iudiciorum non ſeruato, Bald. in l. edicto, num. 4. C. de edict. diui Hadrian. tollen. & quod vbi non eſt poſſeſſio, non contingit ſpolium, Afflict. deciſ. 395. nu. 2. & poſſeſſorium non probans, nec ſpoliũ, probat idem deciſ. 331. num. 2. ea propter cum in facto probatum eſſet, flumen eſſe ipſius Baronis, de quo non dubitabatur, quia aquæ ſunt de Regalibus, quatenus eſſent in loco publico, & ſucceſſiuè ipſorum Baronum iuxta formam eorum priuilegiorum, Capyc. in ſua inueſtit. feud. rub. feud. clauſ. verſ. fontibus, riuis, aquis, &c. ſed quia per territoriũ alterius pertranſiuerat, inferebatur, non totaliter eſſe ipſius, poſtquam aqua etiam publica efficitur illius, in cuius fundum intrat, l. 1. §. illud ff. de aqua quotid. & æſtiu. cum alijs apud Hieron. de Laurent. deciſ. Auen. 295. nu. 13. imò ſubijcitur iuriſdictioni eius, cuius eſt territorium, ita Hieron. de Monte in tract. de fin. regen. c. 6. num. 56. idemque probant Aym. in tract. de alluuion. lib. 1. cap. 12. in fine, Morot. conſil. 8. num. 16. ex quibus videtur concludendum, non eſſe inhibitũ conuento molendinũ conſtruere, ſed quia ex hoc queri poterat, ſi ex noua conſtructione molendini facienda per inferiorem Dominum, poterat præiudicium afferri Domino molendinis ſuperioris, de quo ſatis in prima parte noſtri Compendij verbo molendinum, cui addo eundem Laurent. ibidem num. 12. ideo tale remediũ omnino ceſſare videbatur. Quare facta relatione in S.C. per Regium Conſiliariũ Octauium de Piccolellis

lellis de menſe Maij 1626. iunctis Aulis, deciſum fuit, non eſſe locum petito regali beneficio, verum reſpectu impedimenti prętenſi deſtinetur Commiſſarius, qui nomine Sac. Conſ. accedat ad locum prædictũ, & referat, vt prouideri poſſit de iuſtitia penès Secretarium, in Banca tunc Izzi.

Regens Regiam Cancellariam an præcedere debeat illos de Collaterali Conſilio, qui non ſunt titulari, etiam antiquiores in dignitate, in actibus concernentibus adminiſtrationem iuſtitiæ, deciſum fuit affirmatiuè, ſecus tamen in actibus ſpectãtibus ad bellum, & regimen ſtatus Regni, ita Reg. Rouit. deciſ. 77. tempore.

Regeſtro ſtandum erit quando ſcriptura ab eo reaſſumeretur per Officiales publicos detinẽtes regeſtra penès eos, quod ſecus eſſet ſi ex ſcripturæ exemplo penès particularem deſumeretur copia, & ita in contingentia facti deciſum aſſerit Reg. Salernitan. deciſ. 58. Regius Fiſcus.

Reintegratio, ſiue reſtitutio an concedi debeat alicui nobili prætendenti gaudere honoribus Sedilis alicuius huius Ciuitatis, & ad illos admitti non aliter docto de poſſeſſione communis ſtipitis, ſed ex poſſeſſione collateralium, & ſic ex perſona maiorũ de familia, ex qua originaliter arguebatur, itemq; ex multis cõcurrentibus cauſis, nempè ex poſſeſſione bonorum in familia, ex iure ſepulchrorum, ita quod rectè identitas ſanguinis, & deſcendentia ab vno, eodemque ſtipite argui potuiſſet, additis etiã atteſtationibus factis in alio iudicio inter alios, eo magis ſi alterius prędiudicium non concernerent, pariterque ex denominatione, inſtantia, tractatu, ſeù reputatione, & ſi reperiẽtur eiuſdem nominis duo eodem tempore nominis, & agnationis præſumi debeant ęquè ambo potiri honoribus prædictis, deciſum fuit per S.C. in beneficium Franciſci Capani Baronis Catuſiorum, vt refert Franc. de Petris conſ. 39.

Relatio fieri an debeat in Collaterali Conſilio per Iudices M. C. V. de ſententia condemnatoria ad pœnam ordinariam pretextu inditiorum indubitatorum, quorum vigore procedi non dubitatur ad pœnæ ordinariæ impoſitionem, vt eſt diſpoſitum in nouella Pragmatica edita tunc per Eminentiſſ. Cardinalem Zapatam die 20. Septẽbris 1621. non obſtante contraria opinione Doctorum magis ęqua aſſerentium, eſſe locum pœnæ extraordinariæ, latè Caball. reſolut. crim. caſu 288. num. 7. latius Guazzin. ad defenſam, in defenſ. 33. cap. 14. nu. 14. poſt Farinac. quæſt. 86. num. 55. & 56. & in conſ. 108. num. 4. & conſ. 82. num. 1. ſicque cõtingente caſu homicidij proditorij per duos exteros ſcholares in perſonam conſocij, & inde captos ex ſormali aquæ ſiſtente in eorum domo ſanguine pollutos, ob quod per indubitata inditia fuerunt ad mortem condemnati per M.C.V. ſed difficultas inſurrexerat, ſi debebat ſententia exequi ſine relatione facienda in Collaterali Conſilio, dicebat Fiſcus, q; hoc non fuerat expreſſum in dicta Pragmatica, nam lex ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet, l. vnica, §. ſin autem, C. de caduc. tollend. cum alijs apud Barboſ. in opuſculo principia iuris lit. L. nu. 32. vbi ſubnectit, quod lex id noluiſſe prǽſumitur, cum facilè id exprimere potuiſſet, neque expreſſit, Menoch. conſ. 30. num. 8. præterea dicebatur, hunc caſum nõ eſſe comprehenſum in ea, nam verum eſt, quod procedi non poſſit ad pœnam ordinariam ex inditijs indubitatis de iure cõmuni, vt longè proſequitur ibid. Farin. ſed ad extraordinariam, idem conſ. 158. nu. 5. & d. conſ. 108. nu. 68. conſ. 176. num. 4. deciſ. 100. nu. 10. & conſ. 61. nu. 21. per dictam Pragmaticam ſecus eſſet, attamen in delictis exceptuatis etiam de iure communi procedi poſſe non ambigitur, dum pro alijs ordinarijs delictis hoc eſſe admittendum, ex multis probat Famian. Centol. in Addit. ad Farinac. d. conſ. 82. in princ. & potiſſimum in homicidio proditorio, quod eſt tàm exoſum, ac odioſum, & exceptuatum in iure, ita vt nec immunitate Eccleſiaſtica ſe tùeri poſſit reus, Iul. Clar. §. homicidium, nu. 8. Italia de immunit. Eccleſ. cap. 5. §. 4. Ambroſ. in eod. tract. c. 6. & ſic vti exceptuatum non comprehenſum in dicta Pragmatica, quæ loquitur generaliter, & ita erit intelligenda l. de pretio ff. de public. in rem act. Nihilominus maior pars Dominorum ita determinauit, eſſe relationem faciendam in Collaterali Cõſilio, ita referente D. Ferdinãdo Ezguerra Reg. Conſ. nunc Regiã Cancell. Regente, cuius ſententia confirmata fuit in Collaterali Conſilio eodem referente ſequenti die fuerunt ſuſpenſi pręcedente dicta relatione, vt apparet ex actis penès Scribam Cutri, in Bãca de Anaſtaſio, & prout percepi ab vno ex Dominis Iudicibus in caſu condemnationis ob inditia indubitata ſemper fiunt relationes in Collaterali Conſilio, ceſſante in hoc diſpoſitione eiuſdem Pragmaticæ.

Relatio cauſæ commiſſæ Iudici ordinario an erit facienda in Collaterali Conſilio, vbi alia fuerant incidentia illius relata à Iudice delegato, vel in Tribunali ipſius ordinarij Iudicis, de quo incidit controuerti in eodem Collaterali Conſilio in cauſa Deputatorum Arrendamenti vnius grani pro rotulo cum Franciſco Magliulo, & alijs Gubernatoribus illius, etenim cum prius cauſa excompoti petiti per dictos Gubernatores verterat coram Iudice delegato D. Didaco Mindietta, qui pluries de pertinentibus ad eam relationem fecerat in Collaterali Conſilio, & inde eadem cauſa ſolutionis per Aſſignatarios cõmiſſa per Suam Excellentiam S.R.C. & per illud Reg. Conſil. D. Flaminio Conſtantio, & obtentum, determinari iunctis Aulis, prætendebatur ex parte dictorum Gubernatorum, fieri debere relationem in eodem Collaterali Conſilio pro expeditione cauſę, ex regula vulgata apud Noſtrates Pragmaticos, quod vbi ſemel cauſa fuerit relata, ſemper referri ibidem debet, cum ſit de natura iudicij, vbi cœptum eſt ibi definiri debet, l. vbi cœptum ff. de iudic. notat Marant. in eius ſpecul. part. 2. ſub num. 29. verſ. primum

exem-

Digitized by Google

exemplum eſt, & hoc cernimus obſeruari in actu practico, in relationibus faciēdis per Iudices M.C. in S.C. nam etſi in ipſorū facultate ſit, vbiq; ex quatuor Aulis referre, tamen ſi ſemel in aliqua Aula fuerit relata, ſemper ibi referri debet, vt dixi in 2. part. verbo delegatus, & verbo cauſæ, quemadmodum etiam quando cauſæ erint decidendæ iunctis Aulis, eodē modo incidentiā determinari debent, Præſ. de Franch. deciſ. 252. nu. 7. poſtquam incidentia, & emergētia in cauſa principali eiuſdem naturæ ſunt, cuius eſt cauſa principalis, quia naturam eiuſdem cauſæ principalis aſſumunt, idem deciſ. 513. num. 1. hinc eſt, quod appellatio ſi fuerit interpoſita ab incidentibus cauſarum, quæ tractantur in M.C. ad S.C. & incidentia prædicta referuntur in vna ex Aulis S.C. ibi debet cauſa committi, in qua incidētia relata fuerunt per Pragmat. Regni, idem deciſ. 528. num. 1. Ex aduerſo replicari poterit, ſatis differre cauſam delegatam ab ordinaria in hoc, poſtquā dum cauſa à Prorege delegatur alicui in caſu grauaminis, ad delegantem recurri deberet, per text. in cap. ſi quis contra, de foro compet. cap. ſi à ſubdelegato, de offic. deleg. notat Imbertus inſtit. forenſ. lib. 2. cap. 3. verſ. ſin autem ab alijs, latiſſimè Marant. in eius ſpecul. part. 6. rubr. & quandoque appellatur, num. 386. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 2. part. 1. gloſ. tenebitur, nūmer. 11. in cęteris vero grauaminibus illatis à Iudicibus ordinarijs, appellatur ad maiorem Iudicem proximè immediatum, idem Muſcatell. eodem loco num. 2. & 31. Verum tamen cum poſtmodum eadem cauſa à Prorege commiſſa fuerat S.C. & ſic Iudici ordinario, relatio facienda erit in eodem Tribunali, & non alibi, cum eſſet id contrarium ſtylo inſtituto in eo, & à Regibus præteritis ordinatum per diuerſas Pragmaticas, vt cauſæ omnes in S.C. referri debeant in pragmat. 11. de offic. S.C. & pragmat. 9. §. 2. & pragmat. 16. §. 2. imò ſi ipſimet Conſiliarij Iudices delegati fuiſſent à Prorege in certis cauſis ſpecialibus, debent pariter relationes facere in eodem S.C. vt in praxi receptum eſt, de quo dixi, & ſimiliter omnes alij Officiales cuiuſuis Tribunalis ſuperioris, ſiue inferioris in proprijs Tribunalibus cauſas referre debent, puta Regētes Regiam Cancellariam in Collaterali Conſilio, Pręſidentes in Regia Camera, Iudices M.C. in eadem M.C. niſi aliter mandatum fuerit per ipſum D. Proregem in certis cauſis arduis, ac ſpecialibus, vel fuerit ordinatum per ipſos Dominos Regentes, vt diſpoſitum eſt in pragmat. 1. & pragmat. 2. §. 3. de relat. ſicuti etiam quando id mandatur M.C.V. à Præſide, vt in S.C. cauſas incidentiū referre valeat in pragmat. 18. de offic. S.C. ac alijs Iudicibus inferioribus. Et ſic facta relatione in Collaterali Conſilio per Spectabilem Regentem Scipionem Rouitum die 9. Ianuarij 1636. fuit deciſum, quod fiat relatio in S.R.C. penès Secretarium, in Banca Figliolæ, alias 1720.

Relatio facta per Iudicem M.C. in S.C. de meritis cauſæ pręuia ſupplicatione Partis grauatæ per Iudicem continente plures exceptione, an præſumatur de omnibus exceptionibus facta, vel tantum de eo, quod fuerit interloquutum, vt remaneat locus relationi ſuper alijs, cum fuiſſet conuenta Feliciana Sauaſtana in M.C. ad inſtantiam Ioannis Sauaſtani hæredis quond. Petri Sauaſtani ad relaxandū quędā bona, quæ fuerunt quond. Io. Matthæi Sauaſtani, prætextu cuiuſdam ſubſtitutionis factæ per dictum Matthęum ab inteſtato decedentem, vnde prætendebatur falſum teſtamentum, oppoſuit ipſa nedum exceptionem fori, petendo remiſſionem ad Curiam Octaiani, ac etiam exhibitionem teſtamenti originalis ad finem redarguēdi illud de falſo, prouiſum fuit domi per Iudicem, vt cauſa remaneret in M.C. nulla facta mentione de exceptione exhibitionis teſtamenti, ob quod grauata, obtinuit verbum fieri in S.C. quo facto die 10. Iunij, 1620. audita relatione Magnifici V.I.D. Martini Mirādæ Iudicis in M.C.V. per S.C. remiſſa eſt cauſa eidem M.C.V. hoc ſuū, penès Secretarium, in Banca Io. Gregorij Canalis, cuius vigore fuit interpoſitum decretū ab ipſa M.C. ſtare in deciſis, & proinde fuit datus terminus iuris, & cum iterum prætenderet, fuiſſe grauatam pretextu, quod dum petijſſet remiſſionem cauſæ, necnon exhibitionem teſtamenti, & prouiſum fuiſſet, vt procederetur in M.C. non obſtante remiſſione petita, & confirmatum per S.C. per quod dumtaxat prouiſum fuerat ſuper dicta remiſſione, remittendo cauſam ſimpliciter eidem M.C. nulla facta mētione de alia exceptione exhibitionis teſtamēti, iterum preces porrigendo obtinuit verbum fieri in eo, in quo dubitari contingerat, an ſuper tali exceptione exhibitionis prouidendum erat, vel non, & videbatur dicendum, eſſe de iure diſpoſitum reo licere pluribus, & diuerſis exceptionibus proponere, ad text. in l. nemo ff. de regul. iur. Cagnol. in l. nemo ex ijs, num. 1. ff. de regul. iur. cū alijs, Andr. Gayl. de pace publ. lib. 1. cap. 17. nu. 11. Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. part. 4. gloſ. ponit num. 11. debebat enim, ſuper qualibet exceptione prouideri, argum. l. de vnoquoque ff. de re iudic. vbi dicitur, quod de vnoquoque negotio præſentibus omnibus, quos cauſa contingit iudicari oportet. Ex aduerſo poterat replicari, duas fuiſſe propoſitas exceptiones, nempè exceptionem fori, ac exceptionem exhibitionis teſtamenti, quæ inuicem contrariæ videbantur, nam ſi M.C. non erat Iudex competēs, nequiuerat ſe intromittere in alijs exceptionibus, niſi prius fundata ſua iuriſdictione, nimirum ſi reus contrarias exceptiones proponere poſſit, Cagnol. vbi ſupra, nu. 9. debebat enim Magn. Cur. prius prouidere ſuper exceptione fori, ſi militare poterat vel nō, quia licet prius fuerat replicatum pro exhibitione teſtamenti, quo exhibito ex nunc pro tunc, inſtabat cauſam remitti ad Curiam Terræ Octaiani, videbatur tamen in Iudicem cōſenſiſſe per oppoſitionem exceptionis exhibitionis, nam de rē effectus fuerat actor, cū reus in exceptione actor ſit, l. 1. ff. de except.

Andr.Gayl.de pace publ. lib.2.cap.12.num.15. quod licet procedere videatur quoad onus probandi exceptionem,vt ſubdit num.23. nihilominus quia ſibi, reſeruauerat, remiſſionẽ fieri ex nunc pro tunc facta exhibitione, debebat prius ſuper tali exceptione incompetẽtiæ prouideri, ſi locus remiſſioni erat, quocirca Iudex in dubio cognoſcit,an ſua ſit iuriſdictio, l.2.§.ſed ſi dubitetur,& l.ſi quis ex aliena ff.de iudic.cũ alijs apud Andr.Gayl.de pignot. cap.15.ſub num.1.& lib.1.obſeruat.34.num.1. & obſeru.48.num.11. vnde licet Iudex quando dubitatur, an ſit Iudex,remaneat Iudex,& proceſſus ſubſtinebitur,ex Specul.notat Vant. de nullit. rubr.qualiter ſentent.& proceſſ.&c. num.52. attamen vtilius erit, vt ſe competentem declaret,vel non eſſe Iudicem, & ſi aliter fecerit,proceſſus erit nullus,maximè oppoſita exceptione, ita ex Bart. in l.2.ff. ſi quis in ius voc. non ier. firmat Muſcatell. in praxi S.C. lib.1.part.5.gloſ.reſeruatis, nu.36. Iudex enim ſuam, non alterius iuriſdictionem ſequi debet,Carauit.in ritu 166.num.65. nec obſtabat, quod dum fuerant propoſitæ duæ exceptiones, nempè fori, & exhibitionis teſtamenti, poſtquam Iudices præſumũtur iudicaſſe, prout tenentur de iuſtitia, & non facere iniuſtitiam, Muta deciſ.84.nu.40. & ſicuti Iudex iudicans, præſumitur vidiſſe, & legiſſe omnia acta, Bald. in l.edicto,C.de edict.diu.Hadrian. tollend.Philipp.in cap.ex parte,de appell. ita pariter de omnibus relationem feciſſe in S.C. argum.text.in cap.ſuſceptum,de reſcript. in 6. & eo magis dum fuerant tales exceptiones à parte propoſitæ, ſed quia ſuper exceptione exhibitionis prouideri non poterat ſtante exceptione incompetentiæ,idcirco niſi prius illa fuerit terminata, nequiuerat ſuper exhibitione prouideri, quocirca iterum facta relatione in S.C.die 15. Octoris 1620. fuit interpoſitum tale decretum audita relatione Mag. V.I.D. Aloyſij Piſcicelli Iudicis M.C.V. p S.C. remiſſa eſt cauſa eidem M.C. de Mercatis Secretar. penès eundem Mag.Act.

Releuium an minuat onus vitæ, & militiæ, deciſum fuit per R.C.S. negatiuè pluries,potiſſimũ in releuio Ducis Andriæ,ex Reg.Moles in manuſcriptis probat nouiſſimè Andr. Capan. in tract.de iure releuij part.2.quæſt.14.num.9. vbi alias tradit deciſiones.

Releuium an integrum debeatur,vel deduci debeat id, quod ſoluitur pro vita, & militia fratris annuatim ſimiliter pro paragio,q̃ ſoluitur ſorori, deciſum fuit pluries per R.C. in beneficium Fiſci citra deductionem,refert ex Bammacar.in manuſcript. Andr.Capan.in tract.de iure releuij part.2.quæſt.14. ſub num.9.

Releuium an minuatur ob vitam militiam debitam patruo, deciſum fuit per R. C. negatiuè, ex Reg. Moles probat Andr. Capan. in tract. de iure releuij part.2.quæſt.14.num.24.

Releuium an debeatur de prouentibus iuriſdictionis criminalis, pluries deciſum fuit negatiuè per R.C.S. ex Frecc. & Moles congerit Andr.Capan.in tract.de iure releuij par.4.q.2, à num.13.ad 15.

Releuium an debeatur à retrouendente feudũ intra annum petendi inueſtituram,bis deciſũ fuit affirmatiuè per R. C. S. ex manuſcriptis Reg.Moles teſtificatur Andr.Capan. in tract. de iure releuij part.4.q.5.num.14.

Releuium an debeatur per filios hæredes eorũ matri viduæ aſſecuratæ pro eius dote, & antefato ſuper feudo, deciſum fuit negatiuè per R.C.S. etenim per mortem viduæ adiudicatio reſoluitur, & feudum reintegratur ad hæredes viri ex reſolutione cõtractus, ita ex manuſcriptis Reg. Moles ſaxus eſt Andr. Capan. in ſuo moderno tract. de iure releuij part.4. quæſt.11.num.18.

Releuium an debeat ſolui per refutatarium omnium feudorum, quando refutatio facta fuiſſet ſine cauſa,deciſũ fuit affirmatiuè per R.C. vt ex Reg.Moles probat Andr.Capan. in tractatu de iure releuij part.4.q.15.num.13.

Releuium an debeat ſolui per refutantem ob mortem refutatarij, fuit pluries tàm in R.C. quam in Collaterali Conſilio deciſum affirmatiuè, quas deciſiones recollexit Andr. Capan.ex nobili proſapia ortus, ac iuris feudalis ſcientia præditus in ſuo tract. de iure releuij part.4.quæſt.16.à num.17.ad 26.

Releuium ſoluere an teneatur heres reementis, vel hæres retrouendentis feudum,fuit bis deciſum per R.C.S. ad vtroſq; ſpectare pro medietate,refert Andr.Capan.in tract.de iure releuij part.4.quæſt.31.num.10.

Releuium an debeat ſolui per donatarium ob mortem donantis ante tempus gratiæ obtentæ,fuit deciſum negatiuè per R.C. ita ex Reg. Renerter.probat Andr.Capan.in tract.de iure releuij part.4.quæſt.37.num.5.

Releuium per pupillum an ſolui debeat, pluries per R.C. deciſum fuit affirmatiuè, de quibus teſtatur Andr.Capan. in tract. de iure releuij part.5.quæſt.21.num.15.

Releuium ſoluere an teneatur Vniuerſitas ob corpus feudale ſibi à Rege conceſſum, ſuccedente eius conceſſione facta alicui de dicta Vniuerſitate cum omnibus iuribus, introitibus, &c. ſicuti in facto cõtingit in conceſſione baiulationis facta per Regem Alphonſum Ciuitati Sulmonis, quæ erat corpus feudale, deinde in anno 1526. die 20. Februarij recolendæ memoriæ Carolus V. Imperator donauit,& conceſſit eandem Ciuitatem Carolo de Noia cum omnibus corporibus introituum etiã cũ dicta baiulatione, inde ſuccedẽte obitu Horatij della Noia nullo relicto legitimo ſucceſſore,licet fuiſſet eadem Ciuitas vendita Ill. tunc Principi Conchæ ab Ill. Comite Beneuenti die 27. Octobris 1606. cum omnibus ſuis iuriſdictionibus, introitibus,& ſignanter cum ſubfeudo dictæ baiulationis, adhuc ex ordine Suæ Maieſtatis fuit vendita Ill.Marco Antonio Burgheſio de anno 1610. die 8.Iunij cum omnibus rationibus, iuriſdictionibus, corporibus,& introitibus, ſicuti vendita fuerat eidem Principi Conchæ,& peracta venditione prædicta,quia dictum ſubfeudum baiulationis erat, tenebatur Ciuitas ad ſolutionẽ adhoæ Regiæ Curiæ, vnde fuit prius ordinatum

tum in anno 1563. die 5. Iulij, vt ipſa Ciuitas ſituaretur in cedulario pro ſolutione adhoæ, & donatiui, & ſimiliter condemnata ad ſoluendum releuium ſingulis annis quindecim pro dicta baiulatione, & orta tunc cõtrouerſia inter dictum Principem prætendentem, hæc omnia ſibi deberi vigore conceſſionis prædictæ cum Regio Fiſco, fuit præuia relatione facta in Collaterali Conſilio die 24. Iulij 1564. deciſum, quod ſolueretur pro dicta baiulatione adhoa, & donatiua eidem Ill. Principi, quæ non aliter eſſe Regiæ Curiæ ſoluantur, & omnia emolumenta exacta in Regia Theſauraria à die capturæ poſſeſſionis reſtituantur eidẽ Principi, de quibus cum in poſſeſſione perſiſterat, intendebat idem Princeps etiam releuium percipere per lapſum annorũ quindecim, dicebatur ex parte ipſius Vniuerſitatis, ad releuium non teneri, quoniam releuium debetur per mortem feudatarij ab hærede, & ſucceſſore, Anna alleg. 95. num. 1. ſed quia ipſa Vniuerſitas nunquam moritur, ideo ad releuium iuridicè non tenetur, ita Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 3. auctor. nu. 40. quem ſequitur nouiſſimè Andr. Capan. in tract. de iure releuij part. 4. quæſt. 27. a nu. 4. ad 6. cum alijs ab eo ibidem adductis, ſed in contrarium replicabatur, ex Conſuetudine Regni Vniuerſitates teneri ad releuia ſingulis annis quindecim, & ſic ſe habere ſtylũ Cancellariæ, prout ex Freccia eodem loco perpendit Capanus eodem loco, num. 7. ſubdens ita deciſum fuiſſe in Reg. Cam. in cauſa Monaſterij Montis Oliueti, ex Montan. per eum relato, vnde quemadmodum eidem Regiæ Curiæ nedum adhoa, & donatiua ſolui debeant, & pariter releuium, fortius hæc omnia eidem Ill. Principi vigore dictæ conceſſionis, prout fuit iudicatum præuia relatione Ill. Comitis Molæ die 3. Martij 1652. vt ſoluantur releuia tam pro præterito quam in futurum eidem Ill. Principi per dictam Ciuitatem pro ſubfeudo baiulationis, vt ex actis in Banca de Donato.

Releuiũ ſolui an debeat ab Vniuerſitate emptrice certorum annuorum introituum ſub onere feudalis ſeruitij præuio Regio aſſenſu, vel verius à Barone poſſidente feudũ, & emptore ipſorum annuorum redituum, de hoc incidit ſatis hæſitari in R.C.S. in cauſa Ill. Duciſſæ Amalphiæ cum Vniuerſitate Mainri, & per ea, quæ in facto apparebant, erat quod Ill. Dux Alphonſus Piccolomine in anno 1529. aſſerendo habere in feudum annuos ducatos 250. illos pro ducatis 2500. vendidit in feudũ eidem Vniuerſitati ſub dicto onere feudalis ſeruitij, cui contractui Rex aſſentiendo in anno 1530. cenſuit aſſentire cũ duabus qualitatibus, hoc eſt, quod in caſu deuolutionis deuoluerẽtur Regiæ Curiæ, & non diminuatur releuium, imo quod ſoluatur quando ſoluendum eſſet de Terra Mainri poſt mortem Ducis (licet dominium iſtorum introituum eſſet penès Vniuerſitatem) dicta Ill. Duciſſa ſoluit duo releuia duc. 250. quos petijt à dicta Vniuerſitate, ad quam ſpectabat onus prædictum, dicebatur ex parte ipſius Duciſſæ, nulli dubium eſſe, quod dum feudum in annuis redditibus conſtitui poſſit, etiam quod ſint redimibiles iuxta communem opinionem relatã per Regentem de Curte in diuerſ. feud. §. redeundo igitur, num. 10. & ſeq. Rudinger. controuerſ. iur. feud. lib. 2. cap. 13. eo maximè ſuper functionibus fiſcalibus ſubnectit Curt. nu. 22. prout erat in caſu noſtro, & conſequenter releuium ex eis deberi citra diſpoſitionem iuris communis, ſed inſpecta Cõſuetudine Regni, vt teſtatur Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 3. author. num. 2. & 16. & Andr. in cap. 1. §. ſed & res, col. 4. per quos fiat inueſt. & ex eodem Andr. in cap. 1. §. ſimiliter, num. 14. verſ. & hoc releuium, de capit. Conrad. firmat Reg. de Ponte conſ. 30. num. 39. & ſeq. vol. 1. & lect. 2. num. 50 Franch. deciſ. 21. num. 4. cum alijs nouiſſimè apud Capanum de iure releuij par. 1. q. 1. nu. 5. & 8. Gallupp. in method. feud. par. 4. cap. 4. nu. 16. tom. 2. quo fit, vt licet illud ſolui debeat regulariter ab hærede, & ſucceſſore, Iacob. de Gell. de iure adhoæ, num. 73. Anna allegat 95. num. 1. Reg. de Ponte d. lect. 2. num. 52. & nouiſſimè per eundem Andr. Capan. dict. part. 1. quæſt. 19. qui alios congerit vna cum Gallup. vbi ſup. num. 25. attamen ſi prædictum feudũ penès tertium poſſeſſorem reperiretur, & per plures manus pertrãſiſſet, adhuc Fiſcus à quolibet poſſeſſore illud exigeret, vt communiter obſeruatur, & ſic releuiũ ſoluitur à ſucceſſore tertio, penès quem feudum reperitur, licet poſtea ſucceſſor exigit à poſſeſſore, caſu quo feudum penès ipſum remaneret, probat Capan. d. tract. par. 4. quæſt. 3. num. 21. & ratio eſt, quia releuium non eſt onus, quod additur ſeruitio militari, ſed onus ſubrogatũ loco illius, quod apparet ex eo, quod eo anno, quo ſoluitur releuium, non ſoluitur ſeruitium militare, Affl. in Conſtit. Si quando, Frecc. vbi ſup. num. 26. Reg. de Ponte in lect. feud. 14. nu. 48. & quando ſubrogatur loco ſeruitij militaris, locum habet regula, quod ſubrogatum ſequitur naturam eius in omnibus, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, l. filiæ ſuę, §. 1. ff. de condit. & demonſtr. & in cap. 1. § cum autem, vbi Andr. num. 9. de controu. inueſt. ſi enim ſeruitium militare eſt onus rei, ita releuium in eo anno, in quo ſubrogatur loco ſeruitij erit onus rei, ꝙ non difficultatur ob decreta R.C. Præterea licet de iure cõi Vniuerſitas non teneatur ad ſolutionem releuij, ex quo nunquam moritur, ex regula text. in l. proponebatur ff. de iud. prout ex Frecc. concludit Capan. eod. tract. part. 4. quæſt. 27. nu. 4. attamen de conſuetudine Vniuerſitas habẽs feudum, ſoluit releuium ſingulis quindecim annis, vt ex eodem Frecc. vbi ſupra idem Capan. loco relato, num. 8. confirmat, & deciſionem attulit, & ratio eſt, quia de iure eſt incapax Vniuerſitas feudorum, cap. 1. §. inde poteſt, de alien. feud. & corroboratur ex prag. 4. §. 1. de feud. ſed quandoque habilitatur per conceſſionẽ Regiam, ad text. in cap. 1. de cler. qui inueſt. fec. Andr. in cap. 1. de mil. vaſall. qui arm. bell. dep. ideo melioris conditionis eſſe non debet incapax habilitatus ex gratia, quã regu-

regulariter capax, qui tenetur ad releuium ob recognitionem Domini pro obtinenda inueſtitura, poſt Iacob. de Gello d.tract. num. 95. Frecc. vbi ſup. num. 3. Camill. de Medic. conſ. 55. num. 4. Reg. Tapia deciſ. S.C. 14. num. 39. cum alijs apud Capan. eod. tract. lib. 1. cap. 3. num. 2. Franch. deciſ. 121. num. 7. pariterque & recognitione noui vaſalli ſucceſſoris, Conſ. de Georg. allegat. 18. num. 23. non merito ſi ab Vniuerſitatibus erit ſoluendum in ſingulis annis quindecim, nam tanta eſt veriſimilis vita, quando tractamus de erogatione facta inter viuos, ad text. in l. ſi quis argentum, §. ſin autem donator, C. de donat. vbi Gloſ. in verb. præſtat, eapropter dum Vniuerſitas Sulmonis haberet in feudum baiulationẽ, fuit per R.C. condemnata ad ſoluendum releuium ſingulis quindecim annis, ex quo decreto videbatur lex eſſe conſtituta, quocirca ſtante quod releuium ſit onus rei, ſuccedit regula Dominũ teneri, l. neque ff. quib. mod. vſusfr. amitt. And. in cap. 1. §. ſed nec eſt aliqua iuſtior, quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. num. 36. & cum ipſa Vniuerſitas ſit Domina iſtorum introituum, merito ad ea tenetur, & ſi dicatur teneri ad ſoluendum ſingulis annis quindecim, non aliter opitularetur ei clauſula aſſenſus, quod ſoluatur releuium, etenim per hoc non induceretur onus extraordinariũ, ſed tantum mutatur ordo, nam ſi abſq; hoc pacto dicta Vniuerſitas ſolueret, eo tempore & modo ſolueret in caſu mortis Ducis, iſta mutatio redundaret in eius vtilitatem, nam ab annis 29. vſque huc ſoluiſſet tria releuia, quod in caſu præmiſſo, difficultari non poteſt, cum expreſſe fuiſſet conuentum inter Ducem, & Vniuerſitatem de iſtis ſolutionibus faciendis, propter quod conueniens erat transferri dominium dictorum introituum in Vniuerſitatem in feudum ſub dicto feudali ſeruitio cũ oneribus, & honoribus, &c. adeo quod cum expreſſè dictum fuerit, ſub ſeruitio feudali promiſerat hoc onus releuij, poſtquam in anno mortis loco ſeruitij militaris ſubrogatur, hinc eſt, quod verbum concedimus in feudum cum oneribus, & honoribus, ſic indiffinitè, omnia, quæ ex natura feudi veniunt amplectitur, etenim indefinita loquutio omnẽ caſum comprehendit, l. ſi quis pro eo, §. ſi nummos ff. de fideiuſſ. per quem text. Andr. in cap. 1. num. 7. qui ſucceſſ. ten. dixit, quod aſſenſus Domini indefinitè conceſſus, præiudicat ſibi in omnẽ caſũ, & ſic quodlibet verbum inſtrumenti operatur, vt onera feudi ei ſpectẽt ob expreſſam conuentionem, imò ſi expreſsè conuentũ fuiſſet, quod ſit immunis Vniuerſitas à ſolutione releuij, adhuc teneretur, eo ſiquidem ſuppoſito axioma, nam ſi venderentur annui ducati quinquaginta ad rationem decem pro centenario cum expreſſo pacto, quod ſit immunis à collectis, eo non obſtante pacto ad ſolutionem teneretur emptor, & ratio eſt, nam Bulla, quæ permiſit hos contractus, dedit frenum, vt occaſione rei venditæ vẽditor non patiatur maius damnum, quam decem pro cẽtenario, nec emptor habeat plus commodi inſpecta rei conditione tuæ, Ideſt tibi venditæ, venditor ſoluens collectas vltra ſolutionem ducatorum decem pro centenario erit vltra ſolutionem Bullæ, & conſequenter hæc pacta lex non patitur, ita in terminis Io. Bapt. Leonell. ſuper Bulla Pij V. gloſ. 10. prout in gabellis, & laudemijs pactionatis poſt Roderic. de ann. redit. lib. 2. quæſt. 4. latiſſimè Maſtrill. in Addit. ad Petr. Gregor. in tract. de cenſib. quęſt. 7. nu. 23. & 24. quo circa in eo anno, in quo ſoluerit emptor adhoam etiam contra pactũ tenetur ad onus, non venditor, & ſi contingerit annus, quod ratione introituũ venditorum non fuerit ſoluta adhoa, ſed releuium, non ſoluuntur cumulata, quomodo dici poteſt, quod eo anno, in quo ob rem venditam, non ſoluo adhoam, hoc non patiatur ius, & tamen vult pati hoc eo anno, quo ſoluitur releuiũ, plus, & minus non faciunt differre ſpeciem, l. fin. ff. de fund. inſtruct. at in caſu præmiſſo vbi maius damnum patietur venditor, plus Iudex mederi debet, nec obſtare videtur pactũ in aſſenſu adiectum, videlicet, quod in caſu deuolutionis deuolueretur, quaſi quod poſtquam patitur hoc periculum deuolutionis ſaltim debet eſſe immunis ab hoc onere, facillimè reſpondetur, etenim quando aliquis Dominus eſt ſub conditione quouſque non euenit conditio, eſſe Dominũ in omnibus, Dominus reputari videtur, ex regula l. fin § ſin autem, C. commun. de leg. l. ſeruo legato, §. 1. vbi Gloſ. ff. eodem. & conſequenter deberet ſubire omnia commoda, & incommoda dominij, non enim medio tempore habere commoda dominij, & incómoda eſt contra regulã, & quod ipſa Vniuerſitas tale periculum non patitur, adueratur quod Dux habebat dominium Terræ Maiuri, ac etiam dominium dictorum annuorum introituum duc. 250. qui ipſi ſoluebantur ab ipſa Vniuerſitate, ideſt vulgo *li terzi di pagamenti fiſcali*, inde Dux illos vendidit dictæ Vniuerſitati, ac promittitur euictio in forma cum obligatione bonorum feudalium, impetratur aſſenſus venditioni, & conceditur ſub dicta conditione deuolutionis dictæ Terræ etiam dicti introitus deuoluantur, & dum aſſenſus reſpicit promiſſionem euictionis, nõ habet illam reſtrictionem, ita in caſu deuolutionis Vniuerſitas non haberet aſſenſum in tranſlatione dominij dicti corporis venditi, ſed ius contra Ducem ob euictionẽ promiſſam, & actionem feudalem ob aſſenſum expeditum obligationi bonorum feudalium, & conſequenter contra Fiſcum illorum poſſeſſorem, quæ erit obligata, & obligatione affecta occaſione aſſenſus deuoluuntur Regiæ Curiæ, quare & retentionem dicti corporis venditi, quouſque creditum ſuum cõſequeretur, haberet, ita in terminis Affl. in Conſt. Conſtitutionem diu. mem. ex regula cap. 1. §. fin. de ijs, qui feud. dar. poſſ. hęc pro ipſa Duciſſa in iure fundatur, ſed pro ipſa Vniuerſitate reperi ſubſcriptum votum Regentis Salernitani deſuper allegationibus adnotatũ, videlicet. Hæc cauſa fuit multum ventilata in Camera, quia videbatur punctus nouus, & cum Vniuerſi-

tas

tas promiſerit ſeruitium feudale,eo ipſo videtur eſſe obligata ad ſolutionem releuij, cum ipſa fuerit Domina dictorum introituum, & Reg. Cam. ſic iudicauit in cauſa baiulationis Sulmonæ anno 1563. quod ſingulis quindecim annis ſoluatur releuium, tamen ijs non obſtantibus fuit deciſum contrarium, tum quia releuium ſoluitur propter inueſtituram, & Vniuerſitas non petijt inueſtituram, ergo non debet ſoluere releuium, tum quia inter partes non fuit conuentum, vt ſolueretur releuium per Vniuerſitatem,& ſic non tenebatur, quia non reperitur iure feudorum cautũ, vt Vniuerſitas ſoluat releuium pro feudis,niſi in conceſſione, vel aſſenſu exprimatur, tum quia Rex in aſſenſu non dixit, quod Vniuerſitas ſolueret releuium, niſi quod reſeruauit ſibi, quod in caſu deuolutionis Terrę Maiuri nõ diminueretur releuium,præterea iſta Vniuerſitas pro faciendo ſeruitio Domino, emit introitus feudales ad rationẽ decem pro centenario cum onere ſoluendi adhoas,quod nõ habet niſi ad rationẽ ſeptem pro centenario, cum potuiſſet habere à Curia francos,& liberos ad rationem decem pro centenatio, & in hoc fuit grauata, & multo magis grauaretur, ſi cogeretur ſoluere releuiũ,hæc ille,quæ omnia in iure optimo probantur, poſtquam tale releuium ſit præſtatio extrinſeca à feudo,quæ feudo non ineſt, & per mortem inducta, vt hæres ſoluat illud, ita probat Camill.de Med. conſ.18.num.10.& conſ.55.num.1. Franch. d. deciſ.121.num.6. Gallupp.eodem loco,nu.23. & 24. ita vt ab hærede potiſſimũ debetur pro renouatione inueſtituræ, vt dictum eſt, ex eo quia per mortem Baronis exigitur ex re conceſſa,ita Reg.Lanar. conſ.40.num.10.& conſ. 30.num.13.Gallupp.ibid.nu.24.& ſic nedum eius ſolutio inducit aditionem hæreditatis, Reg.de Ponte conſ.10.nu.39.vol.1. Andr.Capan. eod.tract. de iure releuij part.1. quæſt.9. num.2.& 3. ſed pariter eius ſolutio loco inueſtituræ in Regno ſucceſſit, Reg.Rou. in pragmat.4.nu.90.de feud.Franch.d.deciſ.121.nu.7. Gallupp. ibid.nu.50. vnde colligitur,eſſe onus extrinſecum,vt dictum eſt, nam feudum non ſequitur, ſed feudatarium,ideo præſtatio perſonalis eſt,Frecc.vbi ſup. num.4.& 16. Capan. d.tract. part.1. quæſt.6.num.17.& 18. & ſic ad ſucceſſorem vniuerſalem, hoc eſt hæredem, pertinet ſolutio, vt dictum eſt ſupra, non tamen ad ſingularem ſucceſſorem, qui habet ex contractu inter viuos,Franch.d.deciſ.121.n.4. Reg.Rouit. in pragm.2. num.9. de offic.Proc. Cæſar. Gallupp.ibi num.38. Capan. in d.tract. part.4. quæſt.5. hoc eſt ad emptorem,cum de conſuetudine ſoluatur per hæredem, & non per emptorem, Camill. de Medic. d.conſil.18. num.11. ad quod Reg. de Ponte lect. feud. 2. num.50. dixit, quod releuium introductũ eſt ex conſuetudine,& ab hærede tantum eſt ſoluendum pro obtinẽda inueſtitura confirmatoria, & ſic ab huiuſmodi ſolutione immunis eſt emptor, vel alius cauſam habens ex contractu, de quo ſatis per eundem Andr.Capan. part.4.quæſt.7. adeo quod ſpecialis promiſſio releuij exigebatur in contractu, poſtquam releuium tunc eſt præſtatio extrinſeca à feudo,quando feudum eſſet conceſſum ſimpliciter, ſecus vero quãdo expreſsè fuiſſet dictum, releuium ſolui,idem Camill.de Medic.d.conſil.18.num.13. quocirca fuit interpoſitum ſequens decretum adnotatum manu Regentis Salernitani in calce allegationum Caroli Fenicij inde Regij Conſiliarij; die 16. Martij fuit prouiſum in Regia Camera, Vniuctſ tem Maiuri eſſe abſoluendam ab impetitione ſolutionis releuij facta per Ill. Duciſſam Amalphiæ.

Releuium an debeatur ex ſubfeudo incorporato in feudo, cuius natura non manet ſub eadem conſuetudinis cenſura,licet tẽpore mortis feudatarij, ſed poſtea per hæredes diſtractum,fuit deciſum negatiuè,& ſic in fauorem feudatarij, in cauſa Ducis Magdalunæ, vt teſtatur Conſil.Marcell.Marcian. conſ.34.nu.9. incip. in liquidatione.

Releuium duplicatum an ſolui debeat per feudatarium exiſtente refutatione, ſub qua continebatur donatio omnium bonorum feudalium, vnde Fiſcus nedum pro refutatione releuium conſequebatur, ſed etiam pro donatione in ea inſerta ob præſumptam fraudem excogitatam in eius præiudicium, quibus accedebat teſtamentum conditum à refutante in beneficiũ Hoſpitalis Diuæ Mariæ Annuntiatæ, vnde reſultabat potius velle teſtari, quam donare,fuit iudicatum per R.C.S.quod Dux ſoluat medietatem ſimplicis releuij penès Franciſcum Datum, vt retulit Conſ.Marcell.Marcian.conſ.38.Dux.

Releuium an erit etiam ſoluendũ ex fructibus, ſeù prouentibus iuriſdictionis criminalis, deciſum fuit negatiuè per R.C. & confirmatum per S.C. vt ex Reg.Moles deciſ.104. manuſcr. teſtatur Reg.Tapia in 6.part. Iuris Regni ſuper Conſtit.Poſt mortem,col.2.verſ.ſed an inter fructus.

Releuium an debeatur à refutante, ſi moriatur refutatarius, & feudum perueniret in refutãtem,deciſum fuit, quod ſolueretur releuium per R.C.die 18.Decembris 1570.in cauſa Baronis Bernaldi cum Regio Fiſco, vt teſtatur Reg.Tapia in Iure Regni part.6. in Conſtit. Poſt mortem, verſ.ſed quid ſi moriatur.

Releuiũ an teneatur ſoluere hæres, ſi reemptio feudi fiat intra annum mortis feudatarij, fuit deciſum per R.C. in cauſa Regẽtis Albertini teneri hæredẽ ſoluere releuium pro rata à die reemptionis factæ de anno 1564. die 14.Martij,& alias in anno 1572. in relauio Marchionis Burgentiæ die 4. & 20. Decẽbris, vt teſtatur Reg.Tapia in Iute Regni lib.6.in Conſtit. Poſt mortem,verſ.ſed quid ſi reemptio.

Releuium an ſolui debeat ab hærede illius, qui emerat feudum cum pacto redimendi, & fuit per R.C.S. deciſum,deberi in cauſa Regij Fiſci cum hæredibus Iſabellæ Scortiatæ die 11. Aprilis 1548. & in anno 1576. in cauſa Aloyſij Acciapacci, refert Reg.Tapia in ſuo Iure Regni lib.6. ſuper Conſt. Poſt mortem, verſ. at quando feudatarius.

Reli-

Relictum à teſtatore alicuius ſpeciei, alicui tradendum, an illud tradi debeat francù ab omni onere, & expenſis, relata fuit deciſio ſupra in verbo legatum, vt illud abſque onere gabellæ ſit præſtandum, eo maximè ſi cauſam alimentorum contineret, & huic addendum eſſe exiſtimo, quod etiam vecturæ aquæ, vini, & aliorum debentur ei, cui alimenta prçſtanda ſunt, Surd. in tract. de aliment. tit. 4. quæſt. 3. num. 7. & ob id Iudex habere debet rationem, quando taxat alimenta, quemadmodum in eod. tit. quæſt. 16. num. 9. tradit.

Remedium l. fin. C. de edict. diu. Hadrian. toll. an locum habeat quando fuerit filia præterita, & inſtituta pia cauſa, ſtante quoque renunciatione facta per dictam filiam de bonis paternis, & maternis, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, Reg. Tapia in deciſ. S.C. 58. condito.

Remediũ l. fin. C. de edicto diu. Hadrian. tollen. locum non habet quando eſſet inſtituta hçres perſona extranea, vel non immediata ſucceſſura in feudis, & præter alias deciſiones antiquas idem fuit deciſum in cauſa Horatij Vicecomitis in feudo Roſeti iunctis Aulis referente Reg. Conſ. Meliore, & in cauſa Principiſſæ Hieracij referente Reg. Conſ. Sanfelicio, & in alijs relatis per Fuluium Lanarium in Addit. ad cap. t. de ſucceſſ. feud. eius Patrui num. 48.

Remedium Capitulorum Regni an competat primo conductori aduerſus ſecundum conductorem, ne turbetur in ſua poſſeſſione affictus, licet cauſa non fuerit deciſa, adhuc S.C. inclinabat pro dicto primo conductore, ita refert Conſiliar. Gizzarell. deciſ. 83. Monaſterium part. 2.

Remedium Capitulorum Regni an locum vendicet, ſi ſucceſſo ſpolio violento, nulla facta reſtitutione rei ablatæ, Clericus petierit audiri in ſuis iuribus, dicendũ videbatur, quod talia Capitula ſunt fundata ſuper violentia cõtracta, Anna in alleg. 92. num. 1. ad quod Præſ. de Franch. deciſ. 701. num. 1. dixit, quod Capitula Regni Neapolitani contra Clericos non procedunt, niſi dato ſpolio violēto, Maur. iun. alleg. 90. num. 1. merito locum habere non videntur, & conſequenter niſi facta prius reſtitutione rei ablatæ audiri non debet, ex regula text. in cap. reintegrandæ 3. quæſt. 1. quod ſpoliatus ante omnia erit reſtituẽdus, l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad legem Iuliam de vi publ. Iacob. Machel. patrocin. 13. num. 4. Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 732. Vezin. Vilial. & Bonac. inter comm. opin. tit. de acquir. poſſ. n. 330. Secũdo huic accedit deciſio S.C. relata per Grammat. deciſ. 78. vbi intẽtato remedio Capitulorum Regni comparuit Monaſterium S. Benedicti aduerſus citationem factam per edictum vigore dictorũ Capitulorum, petendo remitti cauſam ad ſuum Iudicẽ competentem, & proinde ibi refertur deciſũ, procedendum eſſe in cauſa citra præiudiciũ remiſſionis petitæ, vt capta informatione iuxta formam Capitulorum, & viſa prouideri poſſit ſuper dicta fori declinatoria, etenim conſtito per informationẽ de ſpolio ſit prius reſtitutio rei, vt de iure conſtitutum eſt in d. cap. reintegrandæ, & in cap. Regni Finis præcepti, & in cap. Ad regale faſtigiũ, &c. & inde pceditur ordinatiè ſuper exceptionibus hinc inde oppoſitis. Nihilominus ex aduerſo replicabatur ex parte Ill. Archiepiſcopi Roſſani, quod cum ipſe legitimè, & iuſtè poſſidebat rem, ſuper qua ſpolium prætendebatur per Marcellum Incarnatum Clericum factum, ideo audiri expoſtulabat in eius iuribus, nulla facta rei ſpoliatæ reſtitutione; ſicque ex hoc videbatur tacitè foro renũciaſſe, ad quod adducebatur, notabilis doctrina Afflict. in Conſtit. De burgenſaticis, ſub num. 8. ibi, ſed ipſe Clericus dicendo, ꝙ iuſtè poſſidet eſt actor, (vt ſupra dixi) & ideo debet plene audiri contra illud laicum, & per ſuam comparitionem, Rex, & eius delegatus efficitur Iudex, ſi poſtea producit ſua iura videtur recedere ab illa declinatoria, per ea, quæ not. in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. hæc ille, ſic etiam tenuta non reuocatur, quando miſſus eſſet paratus docere de iure ſuo ex Alex. in l. eum, qui ff. de priuil. cred. firmat Sebaſt. Medic. in tract. de nouat. part. 2. nu. 59. in verb. alienatio, ſicuti etiam in remedio d. cap. reintegrandæ, nam ſi fuerit oppoſita exceptio dominij ceſſaret illud, probat Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. num. 475. vbi paulò ante verſ. declaratur primo, inquit ceſſare tale remedium, quoties incontinenti offeruntur probationes dominij. Sicque facta relatione in S.C. per Reg. Conſ. Petrum Antonium Carauitam cauſæ Commiſſarium die . . Iunij 1635. fuit datus terminus in cauſa, penès Secretarium, in Banca Iacobi Figliolæ, & ſic nulla facta rei reſtitutione, &c.

Remedium Capitulorũ Regni an militet, quoties aliquis Dominus Terræ Hoſpitium haberet, vbi tranſeuntes hoſpitari ſolent, ſi per aliũ aliud fuerit conſtructum Hoſpitium ob eandem cauſam hoſpitandi, vt contingit altercari in S.C. in cauſa Ill. Principis Aſculi, qui cum haberet publicum Hoſpitium in dicta Ciuitate pro communi hominum tranſeuntium cõmodo, vbi conſueuerũt ſemper hoſpitari, cernens, aliud Hoſpitium conſimile fuiſſe conſtructum à Reuerendo Clero eiuſdem Ciuitatis, & quia per Clericos aliquando comperiebatur detentum eſſe ad turbationem poſſeſſionis, prætextu quod obuiam ibant viatoribus, vt in eorum Hoſpitium hoſpitarentur, & non alibi, quo caſu rectè turbatio oriri videbatur, nam qui obſcurum ius alterius facere intendit, turbare videtur, Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. num. 299. adeo quod non ſolum turbare dicitur qui ſe opponit, vt ſubdit num. 498. ſed etiam qui impedimentum, & moleſtiam infert, ſubſequitur num. 503. quo fit, vt cum turbare ſit opprimere, idem ibidem num. 367. ſubſequenter erit concludendum, ineſſe violentiam, poſtquam violentiam ſemper ex turbatione committi, ſubdit num. 369. & ſic num. ſeq. turbationem vim includere concludit. Ex aduerſo pro parte ipſius Reuerendi Capituli, ac etiam Reuerendiſſimi Epiſcopi repli-

replicabatur,nullo iure eſſe eis denegatum ſimilia Hoſpitia conſtruere, & eo magis, quia cum certa cella vinaria fuerat relicta eidem Reuerēdo Capitulo, ſuper qua fuerat Hoſpitium erectum, non aliter eis inhibitum eſſe refertur, & quatenus prætenſum ſit per dictū Ill. Principem ſolum eius Hoſpitium in eadē Ciuitate degiſſe ob dictam cauſam hoſpitandi, & etiam cum facultate iuris prohibendi, non aliter probatum fuerat, ſed potius cōtrarium ex parte ipſius Capituli verificatum apparebat, in eadem Ciuitate alia quatuor Hoſpitia extitiſſe,nec propterea tale ius prohibēdi inualuere,& ſi fortè eidē Ill.Principi competeret, non aliter contra Eccleſias, Eccleſiaſticaſq; perſonas admitti debuerat, cum de iure permiſſum ſit cuilibet in ſuo ædificare,at facultas ædificandi cuique in ſuo libera eſſe debet de iure naturæ, l.1.§.ſunt qui putant ff. ne quid in flum. publ. cum alijs apud Spannoch.de noui oper.nunt.lib.6.num.75. quamuis enim ipſi Clerici occurriſſent viatoribus, vt in eorum Hoſpitio hoſpitarentur, non per hoc turbatio oriri percipiebatur, poſtquam de eorum cōmodo agebatur,iure tamen eorū vtebantur, attamen quando quis vtitur iure ſuo, nemini iniuriam facit, l.iniuriarum, §.1.ff.de iniur. cum alijs apud Barboſ.in princ. vtriuſque iur.lit.I.num.49. Accedebat prædictis, quia nulla vis aderat ex parte Clericorū, quæ eſt principale fundamentum conceſſionis remedij Capitulorum Regni, vnde tale remedium contra Clericos nō admittitur niſi dato violento ſpolio, prout ita deciſum teſtatur Præſ.de Franch.dec.701. & eo magis,quia de ſpolio nulla apparebat probatio, eo quod Ill.Princeps poſſidebat Hoſpitium, & in eius perſiſtebat poſſeſſione, ſed intendebat, ne ipſi Clerici eorum Hoſpitium haberent, vt ipſe ſolus potuiſſet dictam hoſteriam exerceri facere. Tandem ad relationē Regij tunc Conſiliarij D.Ioannis Sāchez de Luna die 10. Februarij 1597. fuit interpoſitum ſequēs decretum videlicet. Decreto S.C. declaratum eſt, non eſſe locum petito remedio Capitulorum Regni,penès Secretarium,in Banca de Ferrarijs, nunc Spera.

Remedium l.2. C.de pignor. an ſibi locum vendicet contra hæredem debitoris opponentem exceptionem diſcuſſionis bonorum prius faciendæ ſuper bonis ſpecialiter obligatis,deinde ſuper alijs generaliter obligatis non exiſtēte,clauſula illa conſueta apponi, ita quod generalitas non deroget ſpecialitati,& è contra, quēadmodū contingit altercari tàm in M.C. quàm in S. C. dum fuiſſet petita aſſiſtentia in eadem M.C.pro capitale ducatorum mille ad inſtantiam Cæſaris de Monte aduerſus Ioannem Nicolaum Montianum hæredem debitoris vigore publici inſtrumenti, in quo aderat obligatio rei ſpecialiter obligatæ, & generaliter ſuper alijs bonis,nō aliter adiecta clauſula vt ſupra dicta,& cum fuiſſet præſtita dicta aſſiſtētia per dictam M.C. ſuper omnibus bonis in iudicio deductis tàm ſpecialiter obligatis,quàm generaliter appellauit hæres prædictus ad S. C. & in progreſſu appellationis oppoſuit diſcuſſionem eſſe faciendam ſuper bonis ſpecialiter obligatis prius, deinde ſuper alijs generaliter obligatis, iuxta terminos d. l.2.& eo magis non exiſtente dicta clauſula, iuxta deciſa per Franch. deciſ.5. cum alijs adductis per Ill.Epiſc.Riccium collect.72. par.1. & collect.198. Carocc.de excuſ.bonor. part.2. quæſt.65.num.20. Thomat.deciſ.Macerat.97. nu.37.& 27.demum in termino impartito deductis aliquibus probationibus fuit compilatus proceſſus, dicebatur ex parte ipſius creditoris, eſſe exequendam ſententiam ipſius M.C. nō habita ratione de exceptione diſcuſſionis oppoſitæ per hæredē, quoniam ſi ponderentur verba d.l.2. proculdubio loquuntur quando eſſet altercatio inuicem inter creditores anteriores,& poſteriores,vt ſentiunt ibi DD.Pariſ.conſ.50.num.27.lib.1.Ripa in l.priuilegia, num.19. ff.de priuileg.cred. Rol.conſil.36.lib.4.Cacher.deciſ.159.nu.3.4.& 6.Pancirol. conſ.86. num.3. quos probat Alph. collect.767. cum alijs adductis per Carocc. in d. tract.de excuſſ.bon.part.2.quæſt.65.nu.4. cum ſeq. præſertim num.9. hoc ſingulariter attingit ex Socin.conſ.198.in fine, Neguſ. Pariſ. & Couar. Thomat.vbi ſup.nu.29.& 30.vbi multos citat, & probat, diſpoſitionem d.l.2. eſſe exorbitantem, & non extendi niſi ad caſum expreſſum in ea,hoc eſt in creditore hypothecario,& propterea excuſſionis exceptio non poteſt opponi per debitorem, quando ageretur hypothecaria cōtra bona generaliter obligata dimiſſis bonis ſpecialiter hypotecatis, ita ex Couar. variar.reſolut. lib.3. cap.18. num.2. verſ.ſexto à proximo,& alijs probat Surd. deciſ.44.num.10. aſſequitur Scappuc.de ſalu.interd.lib.2. cap.20. & qui contractum iurauit, excuſſionem allegare nō poteſt, Ripol.variar. reſolut.cap.14.nu.458.Borgnin.deciſ.27.nu.4. part.2. & conſequenter nec eius hæredi competere poſſit oppoſitio excuſſionis, in terminis idem probat Thomat.d.deciſ.97.nu.31. ex Gratiano,& Feliceo,ex eo quia hæres tenetur ad obſeruantiam iuramenti præſtiti per defunctum,vt notat Affl.in deciſ.381. ſub nu.8. latè Mancin.in tract.de iuramento, part.4. effect.5.in princ.Et propterea facta relatione in S.C. per Reg.Conſil.Thomam de Franchis de menſe Maij 1639. fuit per S.C.deciſum,quod exequatur ſententia M.C.V. in Banca Scacciauenti.

Remedium Capitulorum Regni, ſiue regale præſidium an erit concedendum alicui Titulato, qui diu intus Eccleſiam maiorē loci vſus erat Doſello,ſiue Baldachino dum ſacra Epiſcopus miniſtrabat, & eo de facto fuerat ſpoliatus, videbatur dicendum,fore concedendū inſpecta violentia ſpolij, ſuper qua prædicta Capitula ſe fundant, iuxta deciſa per Præſ. de Franch. deciſ. 701. eapropter ſi ipſorum Titulatorum qualitates intuantur, tutiſſimè aſſeuerare cogimur,eos eſſe in ſumma dignitate conſtitutos, ob quod tali Doſello, ſeù Baldachino vbicunque vti poſſe, poſtquam ipſi dicuntur Regis,& Regni Capitanei,ita Maſtril. de ma-

de magiſtr.lib.4.cap.13.nu.190. & pariter Regij Conſiliarij, idem ibidem num.13. & 56. & Illuſtres nuncupantur, vt ſubdit num.165. & inter cęteras prærogatiuas eis collatas ſedent nedum cum ſella cum Iudicibus in omnibus Tribunalibus, vt quoque nu.134.138. & 167. oſtendit, ſed etiam cōſedent cum ſella coram Principe, ſubſequitur eodē loco Maſtrill. nu. 167. vtuntur pariter in eorum domibus ſerica Vmbrecula, ſeù Baldachino, vel Doſello, ſubnectit eodem loco Maſtrill.num.180.ibique n.182.ſpecificè notat, hodiè eoſdem Titulatos conſueuere eodem ornamento vti in eorum ſtatu, dum in Eccleſijs, alijſque publicis locis interueniunt, at cum diu in poſſeſſione ſteti ſſet Ill. Marchio Triuenti conſedendi in Eccleſia maiori illius Ciuitatis ſub tali Baldachino, ſeù Doſello, fuit de facto eo ſpoliatus per illius amotionem ab Epiſcopo dictæ Ciuitatis in die Aſcenſionis D. N. de anno 1637. licet præcedēte ordine Sacræ Congregat. Eminentiſſimorum Cardinalium, vnde fuit per eum habitus recurſus ad Collaterale Conſilium, vt ſibi impartiretur brachiū remedij regalis præſidij vigore Capitulorū Regni ꝓ manutētione ſuæ diuturnæ poſſeſſionis vſus Baldachini in Eccleſia de facto ſpoliato violēter, poſtquam eo vſus erat per ſpatium longi tēporis attenta conſuetudine in ijs ab omnibus obſeruata, nequiuerat de facto ſpoliari, quinimò ſuccedit regula vulgata, quod ſpoliatus de facto ante omnia erit reſtituendus, ad text. in cap. reintegrandæ 3.quæſt.1. Menoch. de recuper.poſſeſſ.remed.1. n.59. Ex aduerſo replicari poterat, quod nullū ius, neq; poſſeſſio in Eccleſia, nec in rebus Eccleſiæ acquiri poſſit, ad text.in l.ſancimus, C.de ſacroſ.Eccleſ. quoniam hic modus poſſidendi eſſet contra ęquitatem naturalem ex Sapia notat Caualcan. de brachio regio par.6.num.644.vnde ipſe infert ad quotidianam illam altercationem, ſi in Eccleſijs pro audiendis concionibus ſcamna ab hominibus immittantur, & ibi ſigna appoſita eſſent per chirotecam, ſudariolum, libellolū, cartam cum lapide, vel aliud ſignū, ex quibus prohibetur aliorum acceſſus, ſi iure licito fieri poſſit, & concludit circumſcripta hac conſuetudine valdè abuſiua hoc fieri non poſſe ex rationibus ibi adductis nu.643.& ſeq. de quo ſatis per Martā in voto 88. quos probat Conſiliat.Paſcal. in ſuo tract. de virib. patr. poteſt. part.4.cap.2.nu.92. Accedebant quoque prædictis relata per Barboſam I. C. celeberrimum in collectan. Bullarum, verbo Baldachinum in fine, ſed pendet deciſio in Collaterali.

Remiſſio petita per ſubditū Artis Serici ad eius Curiam, an erit concedenda non obſtante electione fori M.C. facta per Clericum offenſum ab eo in facie, deciſum fuit affirmatiuè per S.C.ita referente Reg.Tapia deciſ.S.C.13. fuit dubitatum ſub num. 5. vbi etiam cenſuit idem iudicatum fuiſſe iunctis Aulis per S. C. in cauſa cuiuſdam ſubditi Magni Admiratus, ex quo priuilegium conceſſum eſt Collegio, arti, ſeù officio, ne extrahantur ab eo.

Remiſſio petita per Curiam Magni Admiratus ex parte rei eius ſubditi inquiſiti de exēptione contumacis M. C. à manibus alguzeriorū ipſius an erit concedenda, non obſtāte quod eius aures fuerint offenſæ, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. vt tradit Reg.Tapia dec. S.C. 13. fuit dubitatum.

Remiſſio petita per Curiam Admiratiæ pro reo ſubdito ſuo an concedenda ſit non obſtante variatione facta per viduam, vide ſupra verbo electio.

Remiſſio petita per Baronem prætendentem poſſidere Caſale Neap. in qua non datur perhorreſcentia aduerſus electionem factam per viduam, an concedenda erit, vide ſupra verbo electio.

Remiſſio vaſallorum delinquentium in perſonā alicuius Miniſtri Regij, an concedēda ſit Baroni habenti priuilegiū ſpeciale cognoſcendi, etiam de crimine læſæ Maieſtatis excepto in primo capite, prout habet Princeps Biſinianl, qui fretus tali priuilegio remiſſionem petierat de informatione capta per Regiam Audientiam Calabriæ citra contra nonnullos particulares ciues Ciuitatis Biſiniani, prętextu quod dum illuc acceſſiſſet ordine Suæ Excellentiæ D.Ioſeph de Ponte Auditor Tertij Hiſpanorum ad faciendam impoſitionem cuiuſdam collectæ, & ipſis irruentibus contra dictum Commiſſarium, & verbis, & minis concitato populo circumcirca eius domum ignē imponentibus, vnde coactus fuit Commiſſarius ſtatim diſcedere non abſque ſui periculo, ob quod dum cōtra eos proſequendum erat, petijt ab Excellētiſſimo Prorege ipſe Princeps remiſſionem vigore ſui priuilegij ſic ſpecialiter conceſſi, quemadmodum etiam ſibi alias conceſſum fuerat in conſimilibus cauſis ſuorum vaſallorū in Officiales, & Miniſtros Regios delinquentium tàm per M. C. quam per S.C. & dum in ea poſſeſſione repetiebatur cōſeruandus erat poſſeſſor, nec priuatur regulariter ſua poſſeſſione rei ab immiſſo in poſſeſſionem, licet auctoritate Iudicis etiam is, contra quē res apprehenditur, Grammat.deciſ.51. num.1.fuit tandem die 27.Octobris 1629. facta relatio per M. C. V. in Regio Collaterali Conſilio, & deciſum, vt cauſa remaneret in M.C. in Banca Roſæ, penès Pettenatum Scribam, & ratio eſt, quia ſola M.C. in Regno cognoſcit de hoc crimine, vt ex Afflict. in cap.1. verb. & bona committentium, num.46. quæ ſint regal. Farinac.de crim.læſæ Maieſt.quæſt. 118. num.14. nec ob id erit ferendum, vt feudatarij de hoc crimine cognoſcant, ſicut n.13. præcedenti firmat, & amplius, quia ex præheminentia ipſius Magn.Cur.cognoſcit de delictis Officialium actiuè, & paſſiuè, Præſ. de Franch. deciſ. 274. num. 4. & de ijs omnibus Princeps non erat in poſſeſſione ſui priuilegij, merito fuit denegata remiſſio.

Remiſſio cauſæ intentatæ contra vaſallum alicuius Baronis an ſit concedenda vigore priuilegiorum Baroni conceſſorum, etiam comparente Domino, ſi actor eſſet exterus, & ibi facilè litigare non poterat ob potentiam aduerſa-

uerſarij,ob quod potius iniuſtitiam,quam iuſtitiam ſperare poterat, & vltra grauamina in cauſa certo modo illata tractabatur de ſalario, ex ijs,quæ in facto præſupponebātur, apparebat, quod dum retroactis proximis annis D.Antonius Lilla locaſſet eius opera ludi magiſtralia in Terra Roccæ Monſinæ Cæſari de Petrillo,& Cæſari de Nicola,vt eius filios doceret, & quindecim de dicta Terra conſtituēdo ſalarium duc.120. & renouata in anno ſequenti altera conuentione, & pariter in tertio anno remanſerat creditor in certa ſumma, mortuo inde dicto Cæſare Petrillo, ipſe conueniri fecerat dictum Cæſarem de Nicola, & alios particulares dictę Terrę corā Reg.Conſ. Sanſelicio nūc Reg.Canc. Regēte, qui poſtea cauſā remiſerat ad M. C. vt iuſtitiam faceret, in qua ipſi conuenti petierant remiſſionem ad Curiam dictæ Terræ, & ſuccubuerunt, ſic decernente M.C. vt in ea procederetur,& pariter confirmatum per S.C. ad relationem Iudicis Mareſchæ,licet poſtea fuiſſet pro parteDuciſſæ Mondragonis vtilis Dominæ dictæ Terræ inſtatum penès acta, & petita remiſſio prædictæ cauſæ, idem poſtmodum per eandē M.C. fuiſſe deciſum fertur,ſed interpoſita appellatione ad S.C. contingit de hoc hæſitari, poſtquam clarū eſt, quod Rex in primis cauſis vaſallorum Baronis nō poteſt ſe intromittere,ex Bald.in l.1. quæſt.43.col.5. ff.de rerum diuiſ. Præpoſ.Alber.Brun.Curt. & Natta, fundat Anna filius in addit.ad eius genitorem in ſingul.631. ad quod etiam Grammat.deciſ.30. num.11. dixit, quod Princeps non poterit cōcurrere in iuriſdictione cum vaſallo in primis cauſis, dum quis inueſtitus eſt de feudo, & conſequenter in prima inſtantia Domini habent iuriſdictionem priuatiuam, non enim Rex cognoſcit in prima inſtantia, niſi data prius negligentia Dominorum, Auend. de exequend.mand. part.1.cap.19.num.1. eo magis,quia non per viam perhorreſcentiæ M.C. adierat,& ſi ita egiſſet pro rebus ſuis proprijs, talem electionem nō haberet,vt refert Carau. in ritu 219.num.1. nouiſſimè Nouar. in praxi elect.& variat.fori, ſect.1.quæſt.31.num.7. nihilominus quia iuriſdictio apud Regem ita ſe habet ſicut apud fontem, vnde fluunt, & refluunt omnes iuriſdictiones, quemadmodū flumina ad mare, Carau. in ritu 19. nu.6. Capiblanc.in pragmat.5.de Baron. num.34. ſubſequitur, vt quemadmodum illas Baronibus concedit, eaſque etiam tollere non prohibetur, cum etiam inferiorum iuriſdictiones opprimere poſſit,ex Bellug.Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit.de abundant.Ciuit. §.1. nu.23. & eo magis aliqua ſubſiſtente cauſa legitima, vel prætextu grauaminis, vt ſi grauamen vaſallus in Curia Baronis ſuſceperit, dū litigat, vel in incidēti,vel in interloquutoria priuaretur tota cauſa,ex Luc. de Pen. probat Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.de elect. offic. §.1. num.17. multo magis quoties exterus cum vaſallo litigaret in Curia Baronis, ſi fortè grauamen ei fuerit illatum,vt pręſumendum eſt, quod ſatis in facto apparebat, eo quod dum ipſe actor Procuratorem ad exigendum, & quietandum cōſtituerat in partibus de bono, & ęquo ad euitandū lites ſuaſione ipſiuſmet Dominę ductus Procurator litem ibidem inſtituerat contra debitores voluminoſum proceſſum agitando contra formam decreti lati per dictum Regentem Sanfelicium,qui mandauerat ſolui ſalarium, & in contumaciam eos exequi fecerat,grauando conuenti ipſum actorem litibus, præterea quemadmodum in grauioribus delictis patratis à vaſallis denegatur remiſſio Baronibus citra præiudicium eorum priuilegiorum,licet aliquando concedatur, ſed cum qualitate,vt eligat Iudicem in Ciuitate, Reg.de Ponte vbi ſup. num.19. de quo etiam in prima parte noſtri Compendij verb. remiſſio, ita è conuerſo ob cauſæ modicitatem, & illius ſummariam cognitionem. Summaria enim cauſa eſt, vbi de ſalario agitur ſecundum Bald.in authent.niſi breuiores, C.de ſentent. ex breu. recit. ſequitur Marant. in ſpecul.part.4.diſt.9.num.197. demum ſi aliquis eſſet perſona impotens in terra,& accuſator potēs,remiſſio denegaretur Baroni, cenſuit Capiblanc. in pragmat.8.part.2.num.106. in 3.compilat.prout erat iſte Clericus exterus, & reus Doctor, potens, & Domini Aerarius, ſimiliter & filius alterius obligati vltra alios ciues,& facilius ibi periclitari poterat, vltra damnum,quod ei contingere potuiſſet litigare in alieno foro relicto eius exercitio in alia Ciuitate inſtituto. Tandem ijs omnibus diſcuſſis, & perpenſis facta relatione ab eodem Iudice in Sacr. Conſ. in Aula Conſiliarij Carauitæ de hoc anno 1629. fuit confirmata ſententia Mag.Cur. remittendo eidem causā, vt ex actis in Banca Franciſci Vulturaræ.

Remiſſio cauſæ alicuius rei inquiſiti de homicidio Satellitis Campaneæ, an erit facienda Regio generali Commiſſario Campaneæ, vel non, ex eo quia reus vti muſicus inſeruiebat Regiæ Capellæ Suæ Excellentiæ, videbatur omnino fore concedendam dicto generali Commiſſario, cuius aures fuerant offenſæ ex miſitis nece, argum.l.nullum,C.de teſt. & per ea,quæ copioſius in conſimili caſu proſequitur Præſ.de Franch.deciſ.722. de fabro lignario maritimæ iuriſdictionis, qui offenderat Alguzerios M.C. cuius aures offenſæ videbantur, & ſic nouiſſimè iudicatum eſſe retuli in 2.part. noſtri compendij verb.remiſſio de milite offendente Alguzerium M.C.V. nam penita remiſſione per Regiū Auditorem exercitus fuit denegata, præterea etſi talis peritia muſicarum admodum ſit delectabilis, iucunda, vtilis, ac omni laude referta, de quo ſatis per Caſſan.in catal.glor.mund. p.10.cōſid.51. plenius Reg.Valenz.conſ.33.à num.142. cum ſeq.multa ad ornatū deduxit, & Io.Paul.Lancell. in ſuis regulis canonicis lib.3. in reg. incip.Dum blāda vox,&c. verſ.delectat,fol.155. & de eius inuentione tractat Io.Bapt. Palomba in tract.de regim.& mor.ſtud.in 3.reg.verſ. ſexta ſcientia eſt, nouiſſimè eam extollit Caſtill. deciſ.Sicil.140. num.16. cum ſeq. non tamen reperitur in aliquo adhuc priuilegiata,

F ita

Digitized by Google

ita quod muſicus neque à tutela excuſatur, ita ex Gloſ. in §. Romæ, Inſtit. de excuſat. tutor. & Bart. in l. geometriæ ff. eodem, probat Bertach. in repert. ver. muſicus, hinc etiam cenſuit Rebuff. in praxi benefic. rubr. de reſeruat. tàm gener. quam ſpecial. nu. 27. quod beneficia Cantorum Papæ non ſunt reſeruata niſi ſint Capellani. Ex aduerſo autem dicebatur, ex duplici ratione cauſam non eſſe remittendam. Primò, quia inſeruiebat Regiæ Capellæ, & nõ eſt dubium, quod ſicuti Capellani religioſorũ etiam exemptorum ſubſunt Epiſcopo, cap. 1. de cap. monac. in 6. Card. in clem. 1. de exceſſ. prælat. in 6. oppoſit. quem ſequitur Bertach. eod. repert. ver. Capellani, & vltra eos Abb. in cap. cum Capella, de priuileg. num. 3. dixit, tales Capellanos exiſtentes in domibus exemptorum ſubeſſe Ordinarijs, & non Magiſtris Capellarum, nam & ipſi Domini ſubſunt in ſpiritualibus Epiſcopis locorum, fortius & ipſi Clerici Capellarum, & ipſa Capella, licet ſecus ſit in Regno, poſtquam Capellani ipſi ex priuilegio conceſſo Regi Alphonſo à S. P. ſint ſubiecti Iudici deputato per eum cum voto Reuerendiſſ. Capellani maioris, vt ex Frecc. lib. 1. de ſubfeud. tit. de offic. magni Cancell. num. 28. & ſeq. perpendit Molfeſ. in conſuet. Neap. tom. 1. part. 2. tit. de perſon. quæſt. 8. n. 27. ita pariter & ipſi vti inſeruientes in eo miniſterio à deputato Iudice Capellæ cognoſcendi erant, & non alibi remittendi. Secundò, vti familiaris, ſiue domeſticus, quod idem importat, vt dixit Gomeſ. in regul. Cancell. de impetr. benefic. vac. per obit. fact. car. quæſt. 13. in princ. ex Felin. in cap. in literis, in princ. de teſt. exiſtente maximè exercitio familiaritatis, ſeù domeſticitatis, cuius vigore etiam Capellani Papæ gaudent prærogatiuis, Felin. in cap. per tuas, num. 5. de maior. & obed. Gomeſ. vbi ſupra, quinimò licet antiquitus magnus Seneſcalcus etiam cognoſcebat de familiaribus Principis, Frecc. d. lib. 1. de offic. magni Seneſc. num. 3. adhuc ceſſante in ijs eius authoritate cognoſcuntur ab ipſo Principe, ſeù eius Iudice deputato, vnde quemadmodum Curiales Principis, qui ſequuntur Curiã Principis, non niſi ab eo cognoſci debeant, vt probat Caſſan. eodem catal. part. 6. conſid. 30. vbi idem in Curialibus Papæ procedere dixit, ita pariter in hoc dicendum eſſet, prout facta relatione in Regio Collaterali Cõſilio determinatum fuit in cauſa Ioſeph. Veggiani, alias Grillo nuncupati muſici Regiæ Capellæ, nam fuit cauſa eius inquiſitionis remiſſa Renerendo Capellano maiori, non obſtante remiſſione petita per dictum Commiſſarium Campaneæ, vt apparet ex actis in Banca Serici, ſiue Groſſi, & per eius Iudices poſtea fuit condemnatus ad inſeruiendũ in Eccleſia S. Mariæ Conſtantinopolis huius Ciuitatis ſingulis diebus Martis per triennium, & confirmatum per Iudicẽ appellationis, prout ex actis penès Stincam Actuarium, quæ ſiquidem deciſio comprobatur ex ijs, quę in terminis diſcutiendo decidit Caſtill. alleg. deciſ. 40. num. 13. & ſeq. vt muſici Capellæ Regij Palatij non teneantur de perſona, ſicut alij miniſtri, & famuli ſuæ Excellentiæ, vbi num. 27. notabiliter cenſuit, eos gaudere foro belli ex decreto Excellentiſſimi Comitis Caſtri inde promulgato, comprobatur quoq; ex eo, quod de feudatario muſico dicitur, ex eo, quod bene conſiſtit feudum in eo, qui ſonat violam, vt dominum recrearet ſaltando, inquit Andr. in cap. 1. §. fin. in fin. quid ſit inueſt. & tamen vaſallus ipſe feudatarius, etiam ſi criminaliter conueniretur, & p M.C. cognoſceretur vigore ſuæ poteſtatis, adhuc eius ſñia exequutioni non demandaretur, niſi iudicio parium fuerit cõfirmata, ita Afflict. in cap. 1. num. 13. apud quem, vel quos controu. feud. deb. term. quanto magis ſi pro Eccleſiæ ornatu in honorificentiam Dei muſica erogaretur, vt conſuetum eſt apud Chriſtianos obſeruari, quemadmodum docuit idẽ Reg. Valenz. eodẽ loco, & maximè in Capellis Principum, & Potentatum Salomonis veſtigia imitantiũ, in cuius Templo legitur, magnum numerum fuiſſe cantorum, & muſicorum, vt ibi nu. 141. teſtatur Reg. præfatus, ideo magis fauendum erit ſimilibus perſonis ita deſeruiẽtibus, quorum laudes, & alia perpendit Macerat. lib. 1. variar. reſolut. in reſolut. 81. copioſè.

Remiſſio cauſæ intentatæ coram aliquo Iudice, ſi pendente lite fuerit ius conſequendum ab actore Eccleſiæ donatum, an coram Iudice Eccleſiæ erit lis proſequenda, vel concedenda primo Iudici, coram quo cępta fuerat, accidit in facto, quod Catharina Roſſa lite pendente pro conſequutione duc. 3000. à Bartholomęo Zappale donationẽ fecerat Sacro Hoſpitali S. Iacobi Hiſpanorum, quod ſuum Iudicem delegatum habebat, vnde Oeconomi illius Hoſpitalis procurauerunt, vt coram eorum Iudice procederetur, qui etiam facultatem inhibendi, ac auocandi habebat cauſas ab omni Tribunali, & ſic iuſſum per Collaterale Conſilium ad relationẽ Reg. Valenzuelæ die 23. Nouembris 1629. & videbatur, hoc iuridicè proceſſiſſe ex traditis per Abb. in cap. 2. ſub num. 10. de alien. Iud. mut. cauſ. fact. verſ. ſin autem ceſſio, vbi expreſsè docet, quod non reperitur prohibitum, quin iura ſua quis poſſit donare Clerico, vel Eccleſiæ, nec reperitur cautũ, quod in Clerico, vel Eccleſia debet hoc caſu præſumi fraus, & hanc partẽ dixit tenere Specul. in tit. de ceſſion. act. §. 1. verſ. 4. præſumitur, & reſpondet ad text. illũ, nam hoc fiebat in fraudem cauſa mutãdi iudicium, vt ſic Clericus traheret reum ad ſuum forum, ponderando verba illius text. & in anteced. nu. 4. ex eodem Specul. eodem loco notat, illud procedere quãdo fieret potentiori malitioſè cauſa opprimendi aduerſarium, ſecus autem ſi fieret bona fide, vt punctualiter notat Canc. variar. reſolut. tom. 2. cap. 12. num. 69. in poſtrema editione, & non erat dubium, quin iſta mulier non malitioſè proceſſerat ad donandum, præſertim ad euitandum forum, & Iudicantium Tribunal, cum omnes erant Iudices Regij Delegati, ſed quia pauper non poterat litem proſequi, & impotens, quare ob

aduer-

aduerſarij potentiam de iure ſuo diffidebatur, & ob id ceſſante fraude, ſeù ſimulatione, quæ exiguntur, vt locum habeat diſpoſitio d.cap.2. vt ex Hoſt.Innoc.& Specul. confirmat Rom. conſ. 518. & accedente impotentia ipſius, videbatur, rectè proceſſiſſe donationem ſactam dicto Hoſpitali, ita vt coram eius Iudice proſequi iudicinm non ambigebatur. Ex aduerſo autem dici poterat, non eſſe dubium, quin litigioſa res cedi, donati, vel alienari non poſſit pendente lite, Authent.de litigioſ.§.1.& l.1. & 2. C.eod.vbi DD.& Cancer.vbi ſup. nu.46. & ſeq. prærerea apparebat facta donatio per eam Hoſpitali, nam etſi vera in ſe fuiſſet, adhuc in fraudem facta videbatur mutandi cauſa iudicium, ſentit Gloſ.vlt.in d.cap.2. & conſequenter tale edictum ſibi locum vendicaret, confirmat Bart.in l.1.num.3.ff.de alien.Iudic.mut.cauſ.fact. tàm in reo, quã in actore, vt tradit Cancer. vbi ſup. num.68. prout erat in facto iſto aduerſus actricem donantẽ oppoſitum, imò in l.3.§. ſed & ſi hominem, eod. tit. ſubiunxit Batt. ꝙ donantes res, ſuper quibus dubitant moueri controuerſiam pijs locis tenentur hoc edicto, quia piæ cauſæ fauetur, & durior ſit contradictio aduerſarij, tanto fortius lite pendente, Cancer. ibid. nu.73.& 61. vbi aſſetebat pariter conuentus, nullã habere cauſam cum dicto Hoſpitale, ſed cum dicta Catharina, quæ fuerat commiſſa Reg. Conſil. Felici de Ianuatio, iuxta commiſſionem ſibi factam à Præſide S. C. præuia ſupplicatione porrecta Regio Collaterali Conſilio eidem Præſidi commiſſa, & coram eo procedendum erat, ad text. in l.vbi cęptum ff.de iudic. & hoc confirmabatur ex eo, quod tradit Abb. in d.cap.2.ſub num.4.quod ſi ceſſio ſacta fuerit nobiliori, vel ditiori, & ſi fieret cauſa mutandi iudicium, iſto caſu non perditur actio, ſed debet agere iſte, qui ceſſit, ex Bart.in l.penult. ff.de alien.Iudic. & tanto fortius poſt litem inceptam proſequi coram eodem, demũ pro coronide oſtenditur in l.2. C.de litig. vbi DD.& Angel.in Auth.de litig.nu.5. quod rem litigioſam alienans, ita cogitur ſubire iudiciũ, ac ſi nunquam alienaſſet. Facta inde relatione in Collat. Conſil. die 28. Ianuarij 1621. per Spectabilem Regentem Petrum Iordanum Vrſinum deciſum fuit, quod Mag. Reg. Conſ. Felix de Ianuatio ſeruata forma decreti Reg. Collat. Conſ. in cauſa procedat, & iuſtitiã faciat, in Banca de Felice.

Remiſſio petita per Clericum in minoribus cõſtitutũ ordinibus, an concedi debat obſtantibus tribus Fiſci obiectionibus. Primò, ex eo quia dictus Clericus primum ordinem ſuſceperat à Reuerendiſſ. Abbate Generali Montis Virginis, qui talem ordinem conferre non poterat ex diſpoſitione Sacr. Concil. Trident. cap.10.ſeſſ.23.& quod peius, quia collatus fuerat ordo in diœceſi Nolana proprio ſubdito abſque Epiſcopi licentia contra Sacrum Concilium, cap.nulli, ſeſſ.6.de reformat. Secundò, quia dictus Clericus repetiebatur inquiſitus de tribus homicidijs, & contra ipſum conſtabat, inceſſiſſe armatum per campaneam in comitiua, quo fit, vt cum enormibus ſe immiſcuiſſet, priuilegio fori potiri nõ poterat. Tertiò, quoniam fuerat captus in habitu laicali, non autem clericali, & talis eſſe præſumebatur. Ad Primum replicabatur, nonnullos eſſe Abbates in Orbe, qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalẽ in aliquibus Terris, de quibus loquitur nouiſſimè Tambur. in tract.de iure Abbat.diſput.21.quæſt.4.quęſit.4.& inter eos extat Abbas Montis Virginis, qui habet ordinariam iuriſdictionẽ in Terra Mercuhani ex priuilegio Cœleſtini III. de anno 1197. vt ex Bullario Laertij Cherubini tom.1. fol.2. & habet poteſtatem conſerendi minores ordines ex priuilegio Vrbani IV. ab anno 1263. in eod. Bullar. fol.100. imò de iure canonico omnes Abbates habentes iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem, poſſunt conferre primam tonſuram, ad text.in cap.Abbates, de priuileg. in 6. vbi Gloſ. in ver. quaſi Epiſcopalem, Gemin. num.3.Franch.num.4.Mandoſ.in reg.cancell. reg.29.part.2.num.5. Miranda in man. prælat. tom.1.quæſt.38.art.9.concl.3. Rodriq. qq.reg. tom.1.quæſt.18.artic.2.& proinde non obſtat diſpoſitio eiuſdem Sacr.Conc. cap.10. ſeſſ.22. quæ procedit in ſimplici Abbate, & non comprehendit Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalẽ, vt pluribus rationibus fundat Gratian.diſcept.forenſ.c.212.tom.2. quod eſt in praxi receptũ, & quotidiè ſeruatur, nec altera prædicti Sacr. Concil. diſpoſitio d. cap. nulli admittitur ex diſcuſſis per Couarr.lib.3. variar.reſolut.cap.20.ſub num.9.circa finem, concludentẽ, poſſe Epiſcopum in aliena Diœceſi ſuo ſubdito primam tonſuram conſerre abſque Diœceſani licentia, cum ſit actus voluntarię iuriſdictionis, qui cum ſubditis vbiq; exerceri poteſt, idem aſſerunt Rebuff.in praxi benefic.in princ.tit.de cler.num.12. nouiſſimè Bonacina diſput.8.quæſt.vlt.punct.5.nu.28.& iterum diſput.3. q.vnic.punct.2.num.11. ante eum Epiſc. Ricc.in praxi reſol.tom.3.reſol.234 num.6.vbi ex Tolet.Azor.Torn. & alijs idem confirmare videtur. Ad Secundum reſpondebatur, nullatenus eſſe attendendam multitudinem delictorum, de quibus Clericus imputabatur, ſed conſtare debuerat, quod verè illa commiſerit, Graſſ.de effect.cleric. effect.1. num. 807. neque per delationem armorum perdere fori priuilegium, Foller.in Conſtitut. Apoſtatãtes, num.9. concludit, reſpectu vero, quod ſęua commiſerit, eſt certum, quod de iure antiquo ad hoc vt Clericus priuilegium fori amitteret, ter moneri debebat ab Epiſcopo ad reaſſumendum habitum, ad text.in cap. contingit, il ſecondo, de ſent.excommun. deinde Clemens VII. de anno 1524. mandauit, fieri vnicam tantum monitionem ſufficientẽ pro tribus, vt in clement.de vita, & honeſt. cler. relata per Campag.in eius comment. Sacrum poſtremo Concil. Trident. ſeſſ.23.cap.6. de reformat. iuſſit, Clericum non incedentem in habitu, & tonſura, nec in diuinis ſeruientẽ, non debere frui priuilegio fori, ſubmouendo monitionem ipſam, & ſic è contra, dum in habitu, & tonſura incedunt diuinis inſeruiẽdo,

eo potiuntur priuilegio fori de iure diuino conceſſo, Beltran.de Gueuar.in propugn. Eccleſ.liber.aſſert.1.§.7.num.10.Reg.Valenz.in deſenſ.monit. part.4.num.17. Humad.cap.65. tit.5.part.1.gloſ.8.num.6.Azeued.l.3.tit.3.lib.j. num.6.recopil.Didac.Perez.l.2.tit.1.lib.3.verſ. quæro vtrum,pro quo facit text.in cap.Syluester 11.quæſt.1. quidquid alij in contrarium teneant,vnde ex hoc infertur,quod Clericus non poſſit per laicā poteſtatē iudicari, quāuis enormia cōmiſerit, vt per Suar. de cenſur. diſpur.22.num.11.quem ſequitur Tamburr.de iure Abbat. diſpūt.15.quæſt.19.nu.16. & proinde pro conciliatione contrarietatum Alex. conſ.61.vol.4.dixit,ne Iudex erret in iudicando,eſſe adhibendam diſtinctionem illam,nam aut Clericus non deſert habitum, & tonſuram,& ſęua committat, & tunc benè perdit priuilegium fori, aut defert habitum, & tonſuram, tunc quomodocūque, & qualitercunque delinquat,ſęuaq; committat,vel enormibus ſe immiſceat,gaudebit tali priuilegio fori, & ſic ſe habet communis opinio, de qua per Clarum §.fin.quæſt.36.num.23. Foller.Rolan. Farinac. & alios,quos probat Carol. de Graſſ. d.effect.1.nu.812. vbi ita Romæ deciſum tradit,& potiſſimum exigitur,vt habitum dimittat Clericus, ad hoc vt perdat priuilegium fori qualitercunque delinquat,tenent Gram.in Conſt.Apoſtatantes,nu.3.Decian.tom.1.lib.4. cap.9.num.9.Foller.in Conſt.De perſonis, nu. 19. & 20. Bouadill.in polit.lib.2.cap.18.nu.95. verſ. ſe el Clerigo dexado el habido, Franch. deciſ.463.nu.5. 6. & 7. Reg.de Ponte conſ.36. num. 6. vol. 2. & ob id cum ſit concludenter probatū de inceſſu in habitu, tōſura, ac ſeruitio ipſius in diuinis,merito remittendus erat. Ad Tertium dicebatur, teſtes ita deponentes non eſſe repetitos, & proinde minimè probare,ad notata per Farinac.quæſt.72.num.87. & ſeq. quatenus autem probarent, non erit ſufficiens,quod deponant ſe vidiſſe illum carceratum in habitu laicali,nam debent deſcribere qualitatem veſtium tempore capturæ, alias non probarent, Foller. in rubr.ſuæ praxis ver. audiantur excuſatores, nu.43.quem ſequitur Baiard.ad Clar. quæſt.36. num.16. quibus accedit quod retulit Reg.Tapia in ſuo Iure Regni,in Conſt.De perſonis,num.25. quod Clericus dimiſſo habitu clericali homicidium cōmiſerit,& in actu aufugerit in habitu ſęculari,debet remitti,nam fuit habitū pro vero, hoc non feciſſe animo dimittēdi, ſed vt commodius homicidium patraret, & ſic deciſum, & eo fortius cum in facto enarrato probatum fuerat, sēper inceſſiſſe in habitu clericali vſq; ad tres dies ante eius carcerationem, taliter quod ſufficit,quod tempore delicti habitum geſſerat,licet tempore capturæ dimiſerit, nam hoc nō noceret, quin Iudici Eccleſiaſtico remitti debeat,ex Couar. Auend. Farin. Barboſ. Azor.& alijs probat Sanchez de matrim.lib.7. diſput.46.num.10.& ita declaraſſe Sacrā Congregationem refert Mar. Anton. variar.reſol. lib.3. reſol.48. num.7. prout alias iudicauerat in eadem cauſa S.R.C. in cauſa Ludouici Pretioſa Terræ Merculiani, & pro eo in cauſa Reuerendiſſ. Abbatis Generalis Montis Virginis cum Regio Fiſco,& ſic facta relatione in eodem S.C. iunctis Aulis per Reg.Conſil. D.Thomam Carleual cauſæ Commiſſarium die 14. Februarij 1630. fuit confirmatum decretum eiuſdem S.C. latum in beneficium dicti Clerici, ac eiuſdē Reuerendiſſ. Abbatis, vt in Banca Cioffi Mag. Act.

Remiſſio cauſæ petitæ per Clericum,quam inſimul cum laicis habebat, ſi fuerit ex ſui perſona conceſſa ad Curiam Eccleſiaſticam,an pariter reſpectu aliorum laicorū erit concedenda ad eandem Curiam, prout contingit diſceptati in M.C. in cauſa Diamantis,Virgiliæ, & Portiæ Pironto, quæ cum conueniri feciſſent Vincentium, Ioſephū, & Paulum de Pironto eorum ſobrinos ad ſoluendum certam pecuniarum quantitatem debitam vigore inſtrumenti, ac præſtari aſſiſtentiā in forma,vti hæredes eorum patris, comparuit ipſe D.Vincētius in minoribus Clericus, vt prætendebatur allegando fori incompetentiam, & cauſam remitti ad ſuum Iudicem, ad quem cum fuiſſet facta remiſſio, iuxta concluſa per Gratian. cap.141.num.6.cum ſeq. & nouiſſimè iudicatum per S.C.in cauſa inter Petrum Antonium Paſcam cum hæredibus quondam Bonifacij Veneti, ad relationē Reg. Conſ. Andreæ Prouenzani de hoc anno 1631. in Banca Cioffi, vt ſupra eod. verb.hypoteca, vbi ad id adduxi Ripol.variar.reſol.cap.1.num.179. & iterum in cauſa Caſſandræ Signorile cum Ioſeph.Figliola Clerico in minoribus hęrede quondam Fabij,ad relationem Iudicis Camilli Larathæ, facto verbo in S.C. die 16. Maij 1629. fuit remiſſa cauſa eidem M.C. quod procedat contra laicos tantum, in Banca Federici Canalis, poſtmodum præfatus Vincentius obtenta remiſſione cauſæ reſpectu ſuę perſonæ,inſtabat etiam cauſam remitti quoad eius fratres laicos,tum quia erat cauſa indiuidua, prout erat cauſa hypotecaria, Polyd.Ripa in tract.de diuid.& indiuid.ſect.22.num.4. ne continentia cauſæ diuideretur,ex Gutierr.probat Maſtrill. deciſ.269. num.8. nam Clericus facit,vt laicus gaudeat ſuo priuilegio in indiuiduis, Mura deciſ.32. num.24. tum quoque ex regula illa, quod maius dignum trahit ad ſe minus dignum, ad text. in cap.quod in dubijs, de conſecrat. Eccleſ. l.quæ religioſis ff.de rei vendic. cum alijs congeſtis per Barboſ. in eius opuſc. princ.Iur. lit.D. nu.27. ideo cum ipſe Clericus magis dignus diceretur, eo quia Clerici ſunt nobiles in larga ſignificatione rōne officij, q exercent,non perſonæ,& vera nobilitate,Valaſc.alleg.6.nu.7.ideo nulli dubium eſt, quin etiam minus dignus ſecum traheret, & per iſtam rationem dicūt DD, quoties Clerici inſimul cum laicis delinquunt, omnes ſimul ad Eccleſiaſticum Iudicē remittendi erunt, Bart. in l.ſolent ff.de alim. & cibar.legat. Socin.in cap.1. de foro compet. Mathesil.ſing.144. Iaſ. in l.Imperiū ff.de iuriſd.omn.Iud.Crot.Marſil. Roman. Aretin. Boſſ. Socin.ſen. & Roland. à Valle, quos probat Carol. Iallong. in Race-

mat,

mat.123.num.1.& 2. Mar.Anton. lib.3.variar. reſolut.in reſol.38.num.4.latiſſimè Maſtrill.in ead.deciſ. Gutier.pract.obſeruat.lib.1.quæſt.6. per totam, Io.Arnon.ſoliloq.57.Facchin.lib.9. controu.iur.cap.31.Godofred.à Bauo in tract. reatuum, quæſt.14. num.51. ita quoque tutorum ſi vnus ſit Clericus,& alter laicus,ſi conueniantur pro pupillo, cum ad vnum Iudicẽ ſit eundum, conuenientur coram Eccleſiaſtico vt digniori, ita Cancer.variar.reſol. part.1. cap.7. num.156. quod etiam in ciuilibus procedere non ambigitur per eandem rationem, ſpecificè tradit Marant.in ſingul. ver.creditor habens duos, fol.16. & ex Gloſ. Felin. Socin. Couar.Menoch.Caſſan.Marant.Aufrer.& Farinac.confirmat Macerat.lib.1. reſol.42. nu.4. & reſol.98.nu.1.& punctualiter Reg.de Ponte conſ.37. nu.5. probat, quod hæredes ſi fuerint duo, alter Clericus, alter laicus, ratione Clerici Iudex erit Eccleſiaſticus, vbi alia conſimilia recenſuit, ideo quādo cauſa eſſet communis inter Clericum,& laicum, forus Clerici extenditur ad laicum, Farinac.deciſ.crimin. 395. num.2. ex aduerſo autem dicebatur, hoc eſſe in Regno decisũ in criminalibus, vt Clerici remittantur,& laici retinentur, apud Capyc.deciſ.173.de quo ſatis in 1.parte compendij ver. ratione perſonæ, & ita in praxi obſeruari poſt Iul.Clar. in §.fin.quæſt.36. verſ.euenit, cum nonnullis allegatis per eundem Iallong.eodem loco, num.5.& ſeq. Portoles de conſort. & fideicommiſſ. leg. cap.55. num.13. Franch.deciſ.426.nu.14. Io.Griuell.deciſ.Dolani 30.num.14. Ita pariter in ciuilibus procedere alienum eſſe nō videtur, quemadmodum in terminis ita oſtendit ad noſtrum propoſitum Marant. in allegat. ſingul. exemplo oſtendēs, ſi eſſent duo ſęculares, & vnus Clericus, tunc omnes eſſent conueniendi coram Iudice ſæculari, quia tunc maior pars attrahit ſecus minorem, ex Bart.in l.fin.col.3.ff.de colleg.illic.& l.1.§.ſi quis In appellatione,in pen. quæſt.ff.de appellat. Bald.in authent.habita, C.ne fil.pro patre, Abb.in cap.1.de locat.& ſic contemplari cernitur numerus perſonarum, non rerum, prout in ſimili cenſuit Capyc. deciſ.36.num.3. creditoribus pluribus exiſtentibus data paritate crediti, præualet numerus perſonarũ, adeo quod duo creditores in centum, præferuntur creditori in alijs centum, ſequitur Rodriq. in tract. de concurſ. credit. part.1.in princ.num.17. Et ſic facta relatione in S.C.per Iudicem Alzamoram in Aula Reg. Conſil. Sanſelicij die primo Februarij 1628. fuit per idem Sacr.Conſ. deciſum remittendo cauſam eidem Magn.Cur.vt prouideret, quod remaneat cauſa in eadem Mag. Cur. in Banca Vulturariæ.

Remiſſio cauſæ iam deciſæ per ſententiam, an Barone inſtante erit ei concedēda, licet affirmatiuè id pluries deciſum fuiſſet, vt retuli in 1. parte noſtri compendij, atque 2. parte ver. remiſſio in criminalibus, præſertim inſpectis verbis ampliſſimorum priuilegiorũ quorundam Dominorum Titulatorum, non tamen ſic communiter, & indifferenter erit concedenda, eo quia lata ſententia conquieſcit officium Iudicis, ob quod erit imputandũ partibus,& Dominis, cur prius remiſſiones non petierint, ne fortè remiſſa cauſa contingerēt reuocationes ſententiarũ latarum à ſuperiori Iudice per inferiores, quod eſſet ſatis inconueniens,& fruſtratorię redderentur ſententię ita latę à ſuperioribus, ſi reformarētur ab inferioribus, quanquam communiter DD. concludere videantur, nullatenus ſimiles remiſſiones fieri poſſe poſt latam ſententiam, prout ex Grammat. deciſ.27. Cabed.deciſ.210. Aufr. in cap.Prætorum,cap.7. & Maſtrill.deciſ.Sicil. 147. à num.12. probat nouiſſimè Capiblanc. in 1.part.ſui tract.de Baron.in pragm.8.part.2. nu.95. in 3.compilat. pariterq; in 2.tom. tract. de Baron.cap.49.num.16. quibus addo Horat. Viſcont.in ſuis concl.iur. verb. Baro poſt ſententiam, vbi ex pluribus defendit hāc opinionem, quam dixit procedere, quoties ſententia eſſet lata, & tranſitum feciſſet in rem iudicatam, ſecus tamen ſi ab ea fuiſſet appellatum ex rationibus ibi traditis, quod ſanè nedum in criminalibus hoc erit attendendum, ſed etiam in ciuilibus, Anna ſingul.55. & licet ex praxi hodierna reperiatur deciſum, fieri debere remiſſionem quoad cōncernentia exequutionem ſententiæ tantum, nedum in criminalibus cauſis, quemadmodum de hoc deciſionē attuli in d.2.part.noſtri compendij ver. remiſſio, de qua memor eſt Capiblanc. ibidem, & vltra ibi adducta ſatis confert ratio Reg. de Ponte deciſ.36.num.13. in fin. ibi, abſonum videtur, vt Tribunal Vicariæ inferius, à quo appellatur ad S.C. cognoſceret ſeruētes S.C. ſed etiam in ciuilibus, iuxta citata ſuperius, quapropter prolata ſententia aſſiſtentiæ per M.C.V. ad inſtantiam Ioan. Caroli Sanmarci contra Ciuium Sauinum,& alios de Altamura, & introducta appellatione ad S.C. fuit ex parte Sereniſſimi Ducis Parmæ petita remiſſio ipſius cauſæ, iam prius petita in R.A.Terræ Bari, licet plurimum in hoc controuerſum, demum fuit deciſum præuia relatione Regij Conſiliarij Ioſeph.Brandolini peracta de hoc anno 1630. & menſe Maij, quod remittatur cauſa ad Officiales ipſius Sereniſſimi Ducis; & in ea procedat circa concernentiam exequutionem aſſiſtentiæ, vt ex actis in Banca Carboni,& in ſpecie attingit id Muſcatell.in praxi S.C. lib.2. part.3.gloſ.ſeruata, num.119. quod Iudex minor, ſeu par, non infringit ſententiam maioris, ſeu paris, & ſequitur idem Cancer. variat.reſolut. tom.2. cap.15. num.34. in qua etiam contingit dubitari, ſi dum fuiſſet appellatum, & de nullitate dictum, & decretum S.C.remiſerat cauſam circa concernētiam exequutionis, an de nullitate cognoſcere etiam poterant Officiales ipſius Sereniſſimi Ducis, de quo requiſitus reſpondi, tantò fortius de nullitatibus agnoſcendũ erat prius, ex quo nullitas impedit exequutionem ſententiæ, latè Muſcatell.in praxi S.C. lib.1. part. vlt. Gloſ.condemnando, ſub num.127.& 122. & tanto magis in hoc caſu remiſſio cōcedenda erit, vt probat ibidem Capibl. quibus con-

Digitized by Google

uenit deciſio D.Franc.Hieron.de Leo 168.in fin. tom.2. de alia deciſione conſimili meminit Franc.Seuerin. in 9. reſolut.& hoc etiam obſeruatū vidimus in cauſa vertente in M.C. auocata à delegato Iudice S.C. coram quo fuit proceſſum ad nonnullos actus, & inde ſuperueniēte Pragmatica tollente delegationes cauſarum, fuit per ipſum Delegatum cauſa remiſſa eidem M.C.V. vt procederet in terminis, in quibus reperitur, vt erit videre in proceſſu Lucretiæ Perrone cum Alexandro Mattheo Comite Palmerici, in Banca Seraphini.

Remiſſio cauſæ contra aliquem Officialem intentatæ, qui officium de perſona non exercebat, ſed per ſubſtitutum nomine ipſius, an cōcedenda erit ad eius Superiores, ſub quibus cognitio cauſarum ipſius erat agenda, exemplo oſtenditur in facto de Officialibus S.C. hoc eſt de Magiſtris Actorum, qui militant in dicto Tribunali, & ab eo cognoſcuntur, vt dictum eſt ſupra in prima parte, verbo Præſidēs S.C.& quia vnus ex dictis Magiſtris Actorum officium prædictū alteri ſuaffictauerat, & loco ipſius ſubaffictator exercuerat, dum ipſe affictator conuentus fuerat principaliter, & officium perſonaliter non exercebat, hæſitatum fuit tàm in M.C. quàm in S.C. ſi remitti potuerat cauſa liquidationis inſtrumenti ad inſtantiam N. contra Dominicum Cantone Magiſtrum Actorum, qui officium alteri affictauerat, & licet per M.C. fuiſſet proceſſum ad liquidationem inſtrumenti non obſtante remiſſione petita, introducta tamen appellatione ad S.C. tandem ad relationem Iudicis Camilli Borrelli pluries relata cauſa in S.C. fuit confirmata ſentētia prædicta, & poſtmodum per Spectab. Præſidentē S.C. fuit deciſū, ſuio decreto ipſius interpoſito die 26. Octob. 1626. vt cauſa remaneret in eodem S.C. penès Turinum Mag.Act. & iterum ſuggerente altera liquidationis inſtrumenti cauſa ad inſtantiam Io.Simeonis Puluerini contra Franciſcum, & Annibalem Cæſareum in M.C. cum fuiſſet prætenſum per dictum Annibalem, nō poſſe contra eum procedi vti Secretariū eiuſdem S.C. licet illud exercuiſſet per intermediam perſonam ſubſtituti Franciſci Antonij de Mercato V.I.D. tandem facta relatione per eandem M.C. in S.C. de hoc anno 1630. deciſum fuit, vt ipſa M.C. quoad perſonam Franciſci tantum procederet ad interrogationem, vt ex actis in Banca Anaſtaſij, in quibus iſta, & alia exempla deducta ſunt, ex quibus colligitur, Officialem ipſum gaudere fori prærogatiua, licet officium non exerceat, ſed per ſubſtitutum illud exerceri permiſit, ſed an iuridicè procedat differendum eſſe perſpicitur, nam Roman.in ſing.65. an exercens conſimilem quæſtionem pertractans de exercente artem per ſubſtitutū, ſi gaudeat priuilegio artis, ex Bart.in l.1, C.de nauic.lib.11. affirmatiuam ſententiam dixit eſſe, quanquam ipſe contrarium affirmet ex text. in l. fin. in princ. ff.de excuſat.tutor.vbi Pignol.in addit. plures allegat hanc eandē opinionē ſequētes exemplo Doctoris legentis, qui non tenetur per ſubſtitutum legere, ſed per ſemetipſum, & idē in mercatore probant ex dict.text. Aret.Rom. & Iaſ. in l.ſcriniarios, C.de teſtam. milit. licet ibi Dec. dicat, hoc eſſe iudicandum ex ſubiecta materia, & ob id limitant tex. illum, quando ex cauſa fuerit impeditus, eundē Roman. ſequutus eſt Alex. ad Bart. in Rubr. de nauic. verſ.comprehenditur, ſed verius perſcrutato negotio in affirmatiuam potius partem inclinari poſſe exiſtimo, quam in negatiuā ad corroborationem dictarum deciſionū, & Primo intuendo regulam illam, quod ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum eſt ſubrogatum, de qua ſatis per Ant.Gabr.in ſuis concluſ.rubr.de regul.iur. concluſ.2. & vltra eum Barboſ.in eius opuſc. princip. iur. lit.S. nu.16. vbi iura allegant, ex qua DD. inferunt, quid ſi ſubrogatus gaudeat priuilegijs eius, in cuius locū eſt ſubrogatus, vt per Rebuff.in l.1. nu.4. C. de colleg. & corpor. lib.11.& in l. decernimus, num.2.C.de aqued.cod.lib.adhuc tamen limitando regulam aſſerunt, locum nō habere in priuilegijs perſonalibus, ex Iaſon.conſ. 20. vol.1.probat ibi Gabr. num.64.& ex Azeued. & Garſia ſimiliter cōfirmat ibi Barboſ. & præſertim hæc perſonalis exceptio fori, quæ cohæret perſonæ, optimè Afflict.deciſ.74.num.1. ibique Vrſill. num.1. idem probat Nouar. in eius praxi elect.fori, ſect.1.quæſt.52.num.5.& per iſtam rationem concludit Io.And.ad Specul. relatus per Carau. in ritu 228. num.14. & ſeq. quod ceſſionarius vti non poteſt priuilegio cedentis circa fori electionem, & idem varijs doctrinis corroborat Nouar.eodem loco, vnde ſubſequitur, tale priuilegium perſonale non potuiſſe cedi, neque ſubrogari per ſubſtituentem, & ſic perneceſſe remanet infixum oſſibus ipſius cedentis, ſeu ſubſtituentis, ſicut actio perſonalis, quæ ita ſe habet vt caracter Baptiſmi, vt dixit Gloſ.in l.3. ff. pro ſoc. & dixi in voto 19.num.9. Secundo, quia de defectibus ſubſtituti non eſt dubium, quin ſubſtituens Officialis teneatur, latè Maur.iun. alleg.93.num.13.Capiblanc.in 2.par.tract.de Baron.cap.18.num.12.& ſeq. ſimiliter & onera officij ſufferre, ergo qui ſentit incommodum, debet ſētire commodum, cap.qui ſentit, de reg. iur. in 6. & ſic alias fuit idem determinatum per S.C. in artifice exercente artē per ſubſtitutum eſſe locum remiſſioni, vt tradidi in d.1.par.ver.remiſſio cauſæ.

Remiſſio petita per Clericum ad ſuum Iudicē competentem probato ſeruitio diuino, non tamen facta aſſignatione loci à ſuo Epiſcopo, à quo ordines ſuſceperat, vbi inſeruire debuerat, concedi an debeat, deciſum fuit affirmatiuè per M.C. in cauſa Dominici Portij, cenſet Nouar. in opuſcul. pract.concluſ. concluſ.92. num.5.

Remiſſio cauſæ homicidij commiſſi per militē, an fieri debeat ad Auditorem exercitus non habentem ſpecialem derogationem l. vnicæ, C.quando Imperator inter pupill.& vid. non obſtante electione fori facta per mulierem viduam occiſi de Magn.Cur. deciſum fuit affirma-

Digitized by Google

firmatiuè, Io. Franciſc. Capiblanc. in 2. tom. de Baronib. cap. 43.

Remiſſio cauſę homicidij commiſſi in confinibus territorij, de cuius cõtrouerſia lis pendebat in S. C. inter duos barones petentes, cuilibet ipſorum competere cognitionem, an concedenda erit, deciſum fuit negatiuè per R. A. & confirmatum per S. C. Io. Franc. Capiblanc. in 2. tom. de Baron. cap. 6. num. 2.

Remiſſio cauſæ præambuli intentari in M. C. V. ad inſtantiam exteri prætendentis eſſe ciuem Neapolitanum, an ſit concedenda ad alterius exteri inſtãtiã, qui ipſu citari fecerat in Curia Baronali ſui loci originis, vt proponeret ſua iura, alias imponeretur ſilentiu, & deinde penès acta præambuli comparendo in M. C. petierat remiſſionem cauſæ ad Iudicem competentem vtriuſque, hoc accidit prius diſcuti in M. C. V. in cauſa Narciſi Piſante cu Antonio Raymo de Terra Mortoni, & cum ipſe Narciſus petijſſet ſe declarari facere hæredem ab inteſtato cuiuſdã ſuæ amitæ, & penès acta comparuiſſet prædictus Antonius petendo remiſſionem cauſæ ad Curiam Morroni, dicebatur ex parte ipſius Narciſi, ex duobus non potuiſſe cauſam remitti: Primo, quia tractabatur de cauſa præambuli, quæ non aliter eſt iudiciũ, ſed potius liquida probatio aditionis hæreditatis, Conſil. Theodor. alleg. 17. nu. 41. in tantum quod non requiritur partis citatio, Carauit. in ritu 181. nu. 5. & tunc reus comparendo diceretur voluntarius, non neceſſarius, Andr. Gayl. lib. 2. de pace publ. cap. 12. num. 25. quod adeo verum eſt, quod etiam ſi Clericus comparuiſſet, & petijſſet remiſſionem ad ſuũ Iudicem Eccleſiaſticum ex ratione allegata remiſſioni locus non eſſet, prout fuit deciſum per M. C. ad relationem Io. Aloyſij Piſcicelli in cauſa Ill. D. Caroli Maranta nunc meritiſſimi Epiſcopi Iuuenatij, mei ſingulariſſimi Domini cũ Io. Baptiſta, & fratribus de Siadia, & fuit confirmatum per S. C. ad relationem Donati Coppolæ de menſe Iulij 1630. in Banca Grilli. Secundo, quia ipſe Narciſus iam habitauerat per decennium, & plus Neap. & propriè in ſeruitio Reg. Conſil. D. Franciſci de Ocampo, propter quod ciuis reputabatur ex tali decennali habitatione, per ea, quæ congerit Muta deciſ. Sicil. 81. num. 8. & 9. & ſic fuit per M. C. V. deciſum, vt cauſa remaneret in eadem M. C. ad relationẽ Iudicis Camilli Lararha, ſed interpoſita poſtmodum appellatione in S. C. ex parte ipſius Antonij replicabatur, iudicium alias fuiſſe intentatum in dicta Terra Moroni coram Iudice competenti ambarum partium, & ibi ſua iura proponere debebat, & non clandeſtinè adire M. C. petendo fieri pręambulũ inaudito ipſo Antonio, quod non erat aliud, niſi innouare, ideo vbi cęptum iudicium terminari debuerat, l. vbi cęptum ff. de iudic. Alph. collect. 585. Reſpectu vero ciuilitatis replicabatur, non ſufficere ſolam habitationem, niſi animum haberet habitandi, ita ex Bart. in l. ciuis, C. de incol. Alciat. in l. pupillus, §. incola ff. de verb. ſignif. & alijs decenſum tradit Picus deciſ. Rom. 63. nu. 17. quod ex coniecturis percipi poterat, vt ibi Muta nu. 11. probat, quocirca dum ſeruitijs ſe aſcripſerat alienis, non aliter habitans, ſed habitator dici poterat, Carau. in ritu 301. num. 32. & ſic habitandi animum quis habere præſumitur, dum quis a patria diſcedit, & alibi acceſſit, Grammat. conſ. ciuil. 13. num. 1. Imò ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ nedum habitatio, ſed vxoris ductio, vel emptio domus exquiritur, pragm. 1. de immun. Neap. & ideo ſola habitatio ei nil proficere videbatur, Carau. in ritu 301. num. 20. Quibus omnibus diſcuſſis facta relatione in S. C. per Donatum Coppola Iudicẽ M. C. in S. C. in Aula Conſ. Varellę die 5. Octobris 1630. fuit per idem S. C. mandatum eidem M. C. vt prouideret, quod cauſa remitteretur ad dictam Curiam, ſed inde obtenta quadã fide à quodam Magiſtro Actorũ præteritam, quod dictus Antonius erat particeps in locumtenentia dictæ Terræ, ac etiam in Actuariatu ob affictum dicebatur, ibi iuſtitiam ſibi miniſtrari non potuiſſe ob potentiã dicti aduerſarij, propterea iterũ facta relatione die 25. Octobris per eundem fuit dictum, quod ſuſpenſo decreto lato per idem S. C. cauſa remaneat in M. C. penès Lucinam Magiſt. Actor. & de hac eadẽ deciſione meminit Hodierna ad Surdum in deciſ. 329. num. 3.

Remiſſio cauſæ alicuius ſubditi ſtipendiatij cõuenti ex contractu defuncti, an erit facienda ad Iudicem ſuum competentem, ſi in eodem priuilegio paterno ſucceſſerit, & certum eſt de iure, quod hæres ſequitur forum defuncti, ex cuius contractu conuenitur, licet eſſet perſona priuilegiata, alterius Iudicis iuriſdictioni ſubiecta, ad text. in l. hæres abſens ff. de iud. vbi DD. Carau. in ritu 234. num. 1. Franch. deciſ. 234. latè Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. par. 2. gloſ. competentes, à num. 90. ad 96. & ita iudicauit S. C. ad relationem Reg. Conſ. Andreæ Prouenzani in cauſa D. Franciſci Syluestri cũ D. Philippo Longo etiã vti ceſſionario D. Gregorij Syluestri, in Banca Cioffi de anno 1628. ſed interpoſita reclamatione dicebatur ex parte ipſius D. Franciſci, eſſe veriſſimum, ipſum eſſe ſtipendiatium ſuæ Maieſtatis, ob quod conueniri debuerat coram generali Auditore exercitus ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ 10. de Militibus. Et licet ei fuiſſet obiectum, fuiſſe conuentum ex paterno contractu, ob quod forum defuncti ſortiri debuerat, nihilominus ſimiliter eius pater, qui contractum fecerat, erat pariter ſtipendiatus à Sua Maieſtate, & dicto foro gaudebat, imò in ſua vita obtinuit, eandem largitionem Regiam trãsferri in perſonam ipſius D. Franciſci, qui ſic ceſſerat in locum patris, & conſequenter eodem fori priuilegio potiri, fuit tandem in reclamatione per idem S. C. conceſſa remiſſio etiam accedente conſenſu partis, ex quo malum ius fouebat, de quo etiam ſupra eodem verbo hæres.

Remiſſio cauſæ petita per aliquem ſubditum alicui arti conuentum à virgine in capillo, & forum eligente, an erit cõcedenda, ſi per eum fuerit doctum de exercitio, nõ tamen de matricula.

Digitized by Google

tricula, & iuxta deciſionem Præſ. de Franch. 481. de qua in 1. part. ver. matricula, de qua fuit mentio facta perpenditur, matriculam nō ſufficere abſque exercitio, & è contra, nam vtrumque requiritur, & ita deciſum retuli, nam qui non eſt de collegio artiſtarum, non poteſt ſibi ea, quæ collegiatis competunt attribuere, & ſic conficere, emere, & vendere, niſi ſe in collegium aſcribi petat, Berlicch. deciſ. 150. num. 28. eo amplius ſtante electione fori facta per ipſam virginem, quanquā Nouat. in praxi elect. & variat. fori, ſect. 2. q. 43. num. 2. dicat, quod habentes electionem fori, non poſſunt variare cauſas ſubditorum ipſius artis, adhuc tamen quia non habet ars lanæ particulare priuilegium contra dictas perſonas miſerabiles, non fit remiſſio, & ita fuit iudicatum per M.C.V. in cauſa Dianæ Caſtruccio cū Bartholomęo de Simeone, Honophrio, & Ioannella Perſuadea, ad relationem Iudicis Aloyſij Corcione, & confirmatū per S.C. eodem referente in Aula Branciæ die vltimo Martij 1628. in Banca Nucerini, ſeù Vallifochi.

Remiſſio rei inquiſiri pro aliquo delicto commiſſo in territorio Neap. an erit concedenda Baroni, nam refertur per Franch. deciſ. 499. num. 6. quod per talia delicta Neap. commiſſa, & in eius ſuburbijs, quia offenduntur Ill. Proreges, ideo non conceditur remiſſio, prout etiam Siciliæ ſeruatur, Muta in pragmat. Sicil. rit. 10. num. 44. attamen ſi in territorio Neap. commiſſum fuerit, fuit remiſſio conceſſa in ſimili caſu occurſo, relato per Io. Mariam Nouar. lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 2. num. 12. & de alia dubito, quia intus Ciuitatem commiſſum fuerat delictum, ſed credo cum aliqua cauſa fuiſſe conceſſam.

Remiſſio petita per aliquem trattenitū in Regijs Triremibus ad generalem Auditorē Triremium an erit concedenda, videbatur negandum, poſtquam ipſi non ſemper deſeruiūt continuò in dictis Triremibus, nihilominus Caſtill. in deciſ. Sicil. 105. nu. 45. & 46. expreſſim de hoc loquens, cenſuit, ipſos trattenitos ſuper Regijs Triremibus cum ſtipendio Regiæ Curiæ gaudere priuilegio militum, & cognoſci ab Officialibus Triremium, potiſſimū in ciuilibus, & ſic fuit pluries deciſū in Mag. Cur. Vic. & primo in anno 1593. fuit remiſſa cauſa Prudentiæ Sçarrone contra Hieronymum Pizzam marinariū ſuper petitione certæ quantitatis in Banca Orlienzæ, iterum in anno 1595. fuit remiſſa cauſa Melcioræ Roſſæ contra Franciſcum della Corte, alias Iandonem Auantagiatum, in Banca Viſigliani, item in anno 1595. fuit etiam remiſſa cauſa Anelli Criſcoli contra Marinum de Alpherio ſtipendiatum triennium, in Banca Pagani pro Pōtecorbo, inſuper in anno 1596. fuit remiſſa cauſa Octauij Torre contra Hieronymum Sauoia auantagiatum, in Banca Indelli, prætetea in anno 1600. fuit remiſſa cauſa Dominici Malanconici contra Ioſephum Battiuellum Officialem Scribaniæ rationis maritimæ, in Banca Pagani, vlterius in anno 1601. fuit remiſſa cauſa Rinaldi Balonaa cōtra Ioannem Saſſum Patronum Triremis, in Banca Canalis, ſimiliter in anno 1624. fuit remiſſa cauſa per Generalē Auditorem Campi Aſcanij Dartoli conuenti per Hieronymum Farinam, & denique cum fuiſſet petita remiſſio ad inſtantiam ipſius Aſcanij Dattuli trattenitj dictarū Triremium in M.C. conuenti ad inſtantiam Aloyſij Sainę ſuper quadam diuiſione domus communis, fuit ad relationē Iudicis Io. Aloyſij Piſcicelli ſimiliter remiſſa ad eundem Auditorem Triremium de menſe Maij 1630. in Banca Pulſoni, in criminalibus autem dubitare videtur Caſtill. loco relato, potiſſimū quando eſſet extra Triremes delictum commiſſum, ſed in terra.

Remiſſio petita per Baronem ſui vaſalli exercētis officium Scribæ alicuius Curiæ Regiæ, vel Regię Audientiæ delicta extra officium committentis, an erit concedenda, Viſcont. ad Franch. deciſ. 407. in fin. in poſtrema Addit. ex Aſcia determ. 107. tenet, quod Baro cognoſcit de delicto commiſſo extra officium per ſuum vaſallum verberantem Actuarium extra ſuū officiū, & ſic reſpectu Actuarij paſſinè, idemq; erit attendendū reſpectu Scribæ vaſalli committentis delictum extra ſuum officium, prout fuit deciſum annis proximè elapſis in cauſa Didaci Vicedomini Scribæ R. A. Capitinatæ, & commiſſarij eiuſdē inquiſiri de alapa illata manu aperta in perſonam Syndici Terræ Biccari, cui defenſiones fuerant datæ, ſed petente Duce Nuceriæ Paganorum remiſſione illius, fuit per dictam M.C. remiſſa cauſa ad Curiam Ducalem, in Banca N. & de alio exemplo teſtatur Eliſęus Danſa in tract. de pugna Doctorum, præl. Iud. & victor. Aduoc. tit. de remiſſ. cauſ. cap. 2. in fine.

Remiſſio cauſæ ciuilis intentatæ contra vaſallū alicuius Baronis, an lata ſententia, à qua fuerat appellatum ad S.C. ad inſtantiam Baronis erit concedenda, deciſum fuit per S.C. negatiuè, & confirmatum per idem S.C. in reclamatione, vt nouiſſimè teſtificatur in facto proprio Franciſcus Seuerinus in 9. reſol. ſub nu. 2. poſt quæſt. forenſ. Io. Mariæ Nouarij tom. 2. de alia conſimili deciſione memini ſupra verbo remiſſio cauſæ, & quid in criminalibus pariter, vbi alios Doctores præter citatos ab iſto Authore collexi.

Remiſſio cauſæ pro debito cenſuali an debeat concedi conuento ad eius Iudicem competētem, Scagl. in ritu 54. denegat remiſſionem fieri, & dixit, ex præeminentia M. C. eſſe cognoſcendi etiam de præſentationibus inſtrumentorum, quod ibidem Carau. in princ. ſectatur, & in ſpecie in ritu 166. nu. 75. quē ſequitur Tartagl. in eius praxi ciu. cap. 2. nu. 24. ex prag. 1. de inſtr. liquid. vbi Reg. Rouit. deciſū refert pro Barone, quando in ſpecie in eius priuilegijs eſſet clauſula talis cognoſcendi etiam de inſtrumentorum liquidationibus, & ſic indifferenter practicatur. Sed idem dicendum videtur in cēſualibus debitis, vt pro illis nulla cōcedatur remiſſio, ſic teſtatur Foller. in praxi cenſuali ſuper pragmat. de cenſib. verb.

Digitized by Google

verb. & ſubmiſſionis cuiuſcunq; foro, nu.30. eundem ſequitur Capiblanc.in prag.8. part.1. num.201. de Baron.ex Milan.deciſ.5.par.2.ſed melius ex profeſſo idem confirmat pluribus rationibus contra Petr. Gregor. Ant.de Ballis in tract.crim.lib.5.tit.de pragmat.Regni, q.24. quocirca dum fuiſſet conuctus Marius Zuccarus A.M.D. vnus ex Collegio Medicorum à Io. Philippo Romagnolo ceſſionario Fabij Zizzæ ad ſoluendum cenſum ducatorum 21. & ſic continuandum ſingulis annis in futurum, oppoſuit cauſam debere remitti ad almũ Collegium Medicorum vigore ampliſſimorũ priuilegiorum, & per M.C. fuit dictum, quod petita remiſſione non obſtante procedatur in M. C. interpoſita inde appellatione ad S.C. per ipſum Marium, facta in eo relatione per D. Franciſcum Merlinum Iudicem eiuſdem Magnæ Curiæ, fuit confirmatum decretum eiuſdem die 31. Octobris 1629. penès Secretarium, in Banca Mareſchæ, & confirmatum in reclamatione, nedum ſemel ad relationem Iudicis Ioãnis Cioffi die 22. Decembris 1629. ſed bis eodemmet referente die 7. Februarij 1630. & facta relatione in S. C. quamuis dubitatum fuiſſet, in dicta cauſa Marij Zuccari debere remitti ad dictum Collegiũ, prætextu ꝙ non fuiſſet annuus cenſus, ſed emphyteoticus reditus, in quo non poterat fieri cauſæ detẽtio, ſed remitti, eo fortius, quia fuerat datus terminus in cauſa, & de ſuis iuribus probatum, eſſe de Collegio, & ob id eodem referente fuit per dictam M. C. cauſa remiſſa ad idem almum Collegium de hoc anno 1631. menſe Ianuarij, & in alia reclamatione ad relationem Carauitæ die 7. Iunij 1632. deciſum bene prouiſum per idem S.C. nouiſſimè eadẽ cauſa deuoluta in S. C. & cõmiſſa Reg. Conſ. D. Flaminio de Conſtãtio, ex parte i; ſius Medici dicebatur, non aliter verſari in materia cenſuali, cui pragmatica conceſſit ſine remiſſione procedendum eſſe in cauſa, ſed verſari in materia iuris emphyteotici, quo caſu ſunt ſalua iura omnium habentiũ. Secundo, quià ipſe non erat obligatus in inſtrumento, ſed domum emerat cum tali pacto ſoluendi dictũ canonem, & ideo reſpectu ſuæ perſonæ non poterat alibi cõueniri, ſed replicabatur, ad primum eſſe certum, quod Iudices ordinarij ſunt competentes in emphyteoſis cauſa, aduertit Valaſc. de iure emphyt. quæſt.39. ſub num.14. niſi aliter inter contrahentes fuerit conuentum, quod ceſſabat in facto. Ad Secundum replicabatur, eſſe certum, quod res cum ſuo onere tranſit, imo per diſpoſitionem pragm.1. de cenſ. tertius actione perſonali etiam tenetur, Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de cenſ. quæſt.7. ſub num.26. in fine, & ſic facta relatione in S.C. per eundem de menſe Februarij 1632. fuit deciſum, quod procedatur in S.C. penès Cantonem, & idem ſi actum fuerit vigore pacti exequutiui pro cõſequutione tertiarum, prout fuit deciſum per Magnam Curiam referẽte Iudice Piſcicello in cauſa Ioannis Antonij Lupi cum Philippo Abenaote, & alijs, ſtante quod tractabatur de pacto exequutiuo, procedatur in Magna Curia de anno 1630.

Remiſſio cauſæ petita per Arrendatores Regiæ Cameræ facienda, an ſit ex cauſa debiti contracti tempore Arrendamenti, pro quo ipſi conuẽti fuerunt lapſo tempore affictus à creditore, nam ex facto percipiebatur, de anno 1619. Benedictum Bonfantem, & Octauium Gentilem Arrendatores, & Gubernatores Arrendamenti ferri Prouinciȩ Calabriæ inſimul cum Ioan. Baptiſta Suprano caratario, Paulo Vincentio Anfoſſo, & alijs ſe obligaſſe ſoluere ſcutos 8000. de Marca datos ad cambium Stephano Gentili in compotum ipſorũ Gregorio Centurioni, poſtmodum in anno 1627. idem Gregorius aſſerens, habuiſſe literas exequutoriales Genuæ, petijt implorationẽ brachij in M.C.V. & poſt multa eadẽ Reg. Cam. præuijs literis hortatorialibus remiſſionem cauſæ ab ipſa M.C. fieri decreuit, vnde licet per ipſam M.C. prouiſum fuiſſet, quod cauſa remaneret in ea, introducta inde appellatione ad S.C. hæſitatum fuit, quid iuris, & quod omnino cauſa remitti debuerat, producebatur ante omnia capitulatiò fieri ſolita ab ipſa R.C. cum Arrendatoribus, vt notum eſt, quod ipſi Arrendatores, Gubernatores, Caratarij, & participantes, eorumque Officiales nequeant alibi conueniri, niſi in eadem R.C. pro eorum cauſis tàm dependẽtibus ab Arrendamentis, quàm non dependẽtibus ab illis, & punctualiter hoc idem attingit Conſil. Patign. in ſuo tract. de Iudic. & priuil. milit. ſub num.19. loquens de priuilegio fori, quod R.C. concedit Arrendatoribus, & Partitarijs pro omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus dependentibus, & non dependentibus ab Arrendamentis, adeo quod hortatoria clareſcit dubietatẽ, poſtquam tempore, quo remiſſio poſtulabatur Arrendamenti tempus iam erat elapſum, & ideo dictum Capitulum loquebatur, quando ipſi Officiales conuenirentur durante tẽpore præfixo, eo quia quȩlibet diſpoſitio erit intelligenda, rebus in eodem ſtatu permanẽtibus, l. quod Seruius ff. de cond. ob cauſ. cap. in parochiali 16. quæſt.1. cũ alijs adductis per Barboſ. in ſuo opuſc. princip. iuris, lit. D. num.28. & melius lit. C. num.59. de contractibus, expreſſim loquitur, quocirca ſtatus perſonæ attendi debet non tempore contractus, ſed cõuentionis, vt poſt Bald. Angel. & Imol. probat Alex. in l. nemo poteſt ff. de leg.1. num.32. Addit. ad Franc. Ant. de Iudic. Roder. de liquid. inſtrum. conſider.4. num.71. Felin. in cap. fin. num.14. de conſtit. quos probat Staiban. conſil.30. num.21. Secundo dicebatur, ipſos ſe obligaſſe inſolidũ proprijs etiam nominibus, & ſic non nomine Arrendamenti, & ob id videbantur eſſe ſubiecti eidem M.C. & non alibi, ex quo quando duæ qualitates concurrũt in aliqua perſona, quarum vna ab altera ſeparari poteſt, iudicandum erit ſicuti de duabus, cap. poſtulaſti, de conceſſ. præbend. And. Gayl. de arreſt. cap.6. num.18. ideo diuerſos effectus patiunt, ſed bene erit conſideranda quæ ex ijs potentior erit, & propterea ſi conſideretur

perſo-

Digitized by Google

perſona de per ſe ſuo proprio, & principali nomine, certum eſt, quod naturalis qualitas erit conſideranda, ex eo quia homini naturaliter ineſt, & ſęper præſumitur adeſſe, Menoc. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 13. num. 3. qualitas ipſa naturalis licet videatur eſſe libertas, nam iure naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur, §. ius autem gentium, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. attamen inſurgente iure gentium, bella ortum habuerunt, inde captiuitates, & ſeruitutes, quæ ſunt contrariæ iure naturali proceſſerunt, ob quod homines liberi adhuc ſubiecti naſcuntur eorum dominis naturalibus, & ſic ordinariç iuriſdictioni, quæ naturalis nuncupatur, vt dixi in voto 25. num. 38. & voto 93. num. 22. ſicque faciendo quis actum aliquem, quē tàm proprio, quàm alieno nomine facere poteſt, cenſetur nomine proprio factum, Menoc. eodem tract. lib. 3. præſumpt. 49. num. 23. & præſumpt. 46. num. 5. quod in ſolutione ſimpliciter facta exemplificat Anna alleg. 141. num. 13. & 14. nam prçſumitur facta nomine proprio ſoluentis, niſi aliud ſuadeant coniecturæ, Cencius deciſ. 87. nu. 5. poſt tract. de cenſib. part. 2. & tanto magis dum expreſſa fuerat facta promiſſio nomine proprio, & ſic naturali, ob q́ iuriſdictioni naturali videtur ſe ſubdere, & non accidentali, quæ eſt ſubiectio alterius foro, quia cum ſit accidentaliter conceſſa, & ab ordinario Iudice abdicata, & talis qualitas tanquam accidens non præſumitur, idem Menoch. d. lib. 3. præſumpt. 40. num. 11. prout in ſimili dicimus de laico, vt in dubio quilibet præſumatur, Graſſ. de effectib. cleric. in prælud. num. 193. quod ſecus eſt in Clerico, cum à natura non proueniat, ſed extrinſecè ſit, ideo in dubio nunquam præſumitur, vt in antecedenti nu. 184. probat, ideo potius potentiori iure erit adſcribendum, quam accidentali, ex allegatis benè oſtenditur, quo fit, vt licet fuerit allegata remiſſio concedenda ad R.C. exiſtente tali qualitate fundante iuriſdictionem, ſufficeret, vt remitti potuiſſet, eoque impenſius ſi fuerit probata, iuxta deciſ. Afflict. 197. & ſic per præſentationem capitulationis, ſed quia tempus erat iam finitum, adhuc non poterat priuilegio fori ſe tueri, etenim ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium, Tiraquell. in tract. à ceſſante cauſa part. 1. num. 203. vbi in ſequenti num. 208. probat, quod priuilegium omnibus artibus, ſiue artificijs conceſſum, & operis tandiù ſolum durat, quandiù quis in illis ſe exercet, in terminis Tiraq. in tract. à ceſſante cauſa, part. 1. num. 208. Sed ijs replicabatur ex aduerſo, & potiſſimū reſpectu primi obiecti, dato, quod fuiſſet iam elapſum tēpus Arrendamenti, adhuc quia tractabatur de negotio procedente ex illo, debebat tractari in ipſa Regia Camera, in qua conſimiles cauſæ Arrendamentorum ordinariè agitantur, ſicuti in ſimili dicitur ratione rei ſitæ, vel contractus quis forum ſortitur, ad text. in l. 1. C. vbi in rem act. & ſic in anno 1626. in contingentia facti alias deciſum percipitur per S. C. ad relationem Regentis Scipionis Rouiti, non obſtante quod bis fuerat iudicatum, vt cauſa remaneret in S.C. fuit demum remiſſa cauſa Pauli Vincētij Anſoſſi conuenti pro quadam apoca banci pro alijs tantis ab eo firmata; ſimiliter reſpectu ſecūdi obiecti replicabatur, prætenſionem ipſam non ſubſiſtere ex claritate capitulationis, in qua apparebat, quod ipſi gaudere debeant etiam ob cauſas nō dependentes ab Arrendamentis, ſicque cum ipſi nomine proprio ſe obligauerunt inſolidum, adhuc erant remittendi, & ſic facta relatione in S.C. per Iudicem Camillum de Laratha die 8. Iunij 1628. fuit per S.C. deciſum, quod Mag. Cur. prouideret, vt cauſa remitteretur ad R.C.S. penès Secretarium, in Banca Lucinæ, ſed ratio fuit illa potiſſimum, ex qua S.C. motum fuit ad ſic decidendum, quia initium erit prius ſpectandum, l. cum oportet, in fin. C. de bonis, quæ liber. ad quod facit text. in l. 1. ff. de pœn. ibi, quam conditio eius admittit eo tēpore, quo ſententia de eo fertur, & paulò poſt per contrarium quoque, ſi in deteriorem conditionem fuerit redactus, eam pœnam ſubire oportet, quę ſubſtineret, ſi in conditione priore duraſſet, &c. ex quo text. deſumitur regula illa, quod in imponendis pœnis tempus delicti, non ſententię inſpicitur, idemque erit attendendum in contractibus, certum igitur erat, quod tales obligati tempore contractus erant ſubiecti eidē R.C. & ideo qualitas perſonæ, ſecundum quam contrahitur, potiſſimū inſpicitur, probat Mantica de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 10. num. 13. & ſubdit num. 35. quod qualitas contrahentis illius temporis inſpicitur, quo contractus celebratur, & non mirum ſi inſpecto origine contractus, dum eo tēpore ſubditi erant dictę R.C. eidē remiſſio facienda erat.

Remiſſio petita ad Iudicem ſuum competentē per teſtium poſſeſſorem conuentum à muliere, ac eius viro pro conſequutione ſuæ dotis, & antephati, an ſit concedenda, ſi per virum fuerit obiectum, eſſe ciuem Neap. & ciuilitate vxor gaudere debeat quoad forum, vt contingit in cauſa Andreæ Franzeſe A. M. D. Terræ Palmæ cōuenti per Antoniam Matronem, & Franciſcum Sylueſtrum virū in M.C. qui petierat remiſſionem ad Curiam dictæ Terrę, cum fuiſſet prouiſum, vt cauſa remaneret in M.C. ſtante ciuilitate viri; licet appellarum poſtea ad S.C. demum facta in eo relatione per Iudicem Aloyſium Corcione die 19. Octobris 1634. fuit confirmatum decretum M.C. in Banca Iuſti, ex ijs, quæ tradit Tartagl. in praxi ciu. M.C.V. cap. 2. num. 22.

Remiſſio cauſarum potiſſimum criminalium an erit concedenda pro Scribis S.C. delinquentibus ad idem S.C. aut liceat eidem S.C. conſimiles cauſas auocare, de hoc pluries accidit in Tribunalibus agitari, & potiſſimum in cauſis criminalibus Scribarum extraordinariorum, nam ſæpè ſæpius delinquunt, & remiſſiones expoſtulant ad Tribunal vbi militant, adeo quod alias in Scribis eiuſdem S.C. deciſum fuit, in cauſis liquidationum inſtrumentorū denegari remiſſiones, quanquam contra Magiſtros

Digitized by Google

giſtros Actorum ipſius, non niſi coram Præſide procedatur ad liquidationẽ, vt dixi in prima parte noſtri compendij, verbo inſtrumenta an poſſint, præterea ex ijs, quæ tradit Præſ. de Franch. deciſ. 234. quem ſequuti ſunt Reg. Tapia, Aloyſ. de Leo, Reg. de Ponte, Maſtrill. & Ricc. quos deduxi in eadem part. 1. verb. Doctores, vbi decisum apparet contra Doctores ſupernumerarios almi Collegij, vt non habeãt fori declinatoriam, poſtquam Doctores Neapolitani gaudent priuilegijs Doctorũ in Collegio, quando ſunt ordinarij, idem Præſ. de Franch. deciſ. 544. num. 2. ita pariter dicendum eſſet in Scribis extraordinarijs eiuſdem S. C. & ſic nouiſſimè deciſum fuit per S. C. ad relationẽ Reg. Conſ. Octauij de Piccolellis die 5. Aprilis 1631. in cauſa Honophrij de Puorto inquiſiti de vulnere, & morte inde ſequuta Baptiſtæ Carotenuro, in Banca Carboni, ex cauſis, non eſſe locum petitis per Honofrium de Puorto, ex eo quia petierat in S. C. vt inhiberet M. C. ne vlterius contra eum procederet, ſed acta tranſmitteret, licet ex aduerſo replicaretur, dubium non eſſe, quin in quolibet Auditorio ſint neceſſarij Scribæ, vt longè proſequitur Caſſan. in catalog. glor. mund. part. 7. conſider. 50. in princ. & ij ſi ſequuntur Curiam vbi militant, quocirca Officiales conueniuntur ſub quo militant, refert Reg. de Ponte deciſ. 36. num. 8. vbi in fortioribus terminis loquitur de Nuntijs, ſeù Apparitoribus, vulgo Porterijs delinquentibus, vt cognoſci debeant à Præſide Sac. Conſ. & ita per Collaterale Conſilium fuiſſe deciſum tradit, multo magis hoc idem in Scribis quamuis extraordinarijs erit affirmandum, prout alias in anno 1628. die 11. Septembris fuit per M. C. V. referente Iudice Oſſorio, pro obſeruantia decreti S. C. determinatum in cauſa Mercurij de Lauro inquiſiti de lęthalibus vulneribus appenſatis cum cultro acuto, vt conſignarentur acta, penès Ioſeph. Sportellum Actor. Magiſtr. & iterum in cauſa Regij Fiſci cum Io. Baptiſta de Bonis inquiſiti de lęthali vulnere in capite, & morte inde ſequuta, fuit per M. C. ad relationem Iudicis Roſſini die 14. Iunij 1627. deciſum, quod remitratur præſens cauſa ad S. C. penès Campagnam, qui ſiquidem inquiſiti erant Scribæ extraordinarij eiuſdem S. C. quanquam hoc peculiariter pertinere videatur ad Præſidem ipſius S. C. tales inquiſitos ſibi ſubiectos vna cum actis ad ſe auocare, prout alias die 28. Iunij 1629. decretum fuit, ſtante quod Ioannes della Fico, & Io. Baptiſta Agoſtà ſunt Scribæ extraordinarij Sacr. Reg. Conſil. immdiatè ſubiecti iuriſdictioni eiuſdem Præſidis M. C. in criminalibus non procedat contra eos, & acta tranſmittat, vt ex actis penès Decium Romanum, & idem obſeruauit præuio eius decreto in cauſa prædicti Honophrij de Puorto, poſtquam Præſes S. C. poteſt cognoſcere de delictis commiſſis in officio per eius miniſtros, cenſuit ibi Reg. de Ponte num. 1. vbi per multas rationes hoc fundare nixus fuit, prout fuit ſeruatũ de hoc anno 1632. de menſe Auguſti in perſonã Antonij Camarotæ Scribæ S. C. inquiſiti de vulneribus illatis in perſonam Notarus Tribunal S. C. & fuit condemnatus in exilium extra Regnum ad relationem Reg. Conſ. D. Franciſci de Ocampo, vt ex actis penès Secretariũ, cuius Scriba fuit Anellus Sportellus, & hoc non abſque ratione, prout num. 14. ſubſequitur de Ponte, ex quo Tribunal S. C. cognoſcit nomine Regiæ Maieſtatis, & eſt ſupra M. C. & ab eo tanquã a Rege iuriſdictio in M. C. eſt diſtributa, eo magis exiſtente priuilegio Regio conceſſo Magiſtris Actorum, Scribis, & Hoſtiarijs S. C. vt ab eo tàm pro cauſis ciuilibus, quàm criminalibus cognoſcantur, exiſtẽte in Banca Anelli de Flore in R. C. de quo teſtatur Iudex Taſſonus in ſuo tomo obſeru. iuriſd. ſuper pragmat. de antefato, verſ. 3. obſeru. 3. ſub num. 115. & verſ. 18. Pręſidens S. C. vbi in verſ. quo vero ad Scribam, de eis loquitur expreſſim.

Remiſſio cauſæ petita per Adminiſtratores alicuius Montis erecti ab aliquo teſtatore mandante fieri maritagia, & eleemoſynas in beneficium ſuæ familiæ, an fieri debeat ad Iudices proprios ipſorũ Adminiſtratorum, vel ad ordinarios Iudices, cum fuiſſet lis mota in S. C. per Carmoſinam de Paſtena vti ceſſionariam Fratris Petri de Iſcha aduerſus Auguſtinum, Carolum, & D. Ioannem Baptiſtam de Paſtena Adminiſtratores Montis erecti per quond. Saluatorem de Paſtena ſuper conſequutione certi annui legati, fuit oppoſita exceptio declinatoria fori tàm ex parte ipſius Auguſtini ſubiecti Curiæ Artis Serici, quam ipſius D. Ioannis Baptiſtæ Clerici ad eorum Iudices competentes, propter quod videbatur dicendum, eſſe cum effectu deferendum eorum poſtulationibus, tum reſpectu ipſius Auguſtini ſubiecti Curiæ artis Serici, iuxta deciſa per Præſ. de Franch. deciſ. 678. ſimiliter reſpectu ipſius Io. Baptiſtæ Clerici, iuxta iura vulgata, de quibus latè per Carol. de Graſſ. de effectib. cleric. in 1. effectu num. 18. ex aduerſo replicabatur, non eſſe dubiũ, quin Officiales Montis Pietatis puniantur à Iudice ſæculari, ſi eſſent ſæculares, ex traditis per Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 38. tanto magis in ciuilibus, non tamen coram eorum Iudice particulari, quia non tractatur de eorum propria perſona & ſucceſſiuè cum ipſorum priuilegiũ ſit perſonale, non poſſit extendi ad caſũ exercitij alterius negotij extra eorum inſtitutum, quocirca conueniri non poſſunt coram proprio Iudice, ſed coram Ordinario, & ſic in terminis in Clerico conuecto ratione officij, quo caſu ſortitur forum Iudicis laici, probat Andr. Gayll. lib. 1. pract. obſeru. in obſeru. 37. ſub n. 7. verſ. ſexto fallit, latiſſimè Carol. de Graſſ. de effectib. cleric. effect. 1. num. 844. & ſeq. & eo magis ſi conueniretur alieno nomine, quoniã tunc non potitetur ſuo priuilegio, ex Socc. in rubr. de foro compet. num. 1. & 15. & in cap. 1. num. 52. eod. tit. Vrſill. deciſ. 24. nu. 4. & Gayll. vbi ſup. num. 948. firmat, quod idem erit attendendũ in laico ſubiecto alienæ iuridictioni conuento nomine alieno, vt dictum eſt ſupra.

pra. Sicque facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. D. Flaminium de Conſtantio die 31. Martij 1631. fuit decreto ipſius S.C. prouiſũ, quod procedatur ad vlteriora ad ea, quæ incumbunt in S.C. non obſtantibus remiſſionibus petitis, penès Secretarium, in Banca Figliolæ.

Remiſſio cauſæ ciuilis petita ad inſtantiam Baronis, ad primũ eius Iudicem fieri an debeat, ſi fuerit remiſſa Iudici ſecundarum cauſarum ob grauamen illatum per Iudicem primarum cauſarum, cum in forum elegiſſẽt M.C.V. Victoria, & Iuſtina Caruſo virgines in capillo, vt manutenerentur in poſſeſſione cuiuſdam territorij occupati a Luca Villano, cum quo proceſſum fuerat in cauſa, nõ obſtante remiſſione per eum petita, & petita inde remiſſione cauſæ per Officialem Curiæ Ciuitatis Nuceriæ Paganorum, accedente conſenſu ipſarũ mulierum, vt fieret ad Curiam ſecundarum cauſatũ, & ita prouiſum per M.C. & ita confirmatum per S.C. quia poſtmodum comparuit Procurator Affictatoris nomine Ducis petijt de nouo remiſſionem cauſæ ad dictum primum Officialem, & fuit per M.C.V. de nouo iudicatum, vt remitteretur ad Iudicem ſecundarum cauſarum, oppoſitis non obſtantibus, ex quo dictus Capitaneus ſemel grauauerat, non poterat iterum de cauſa cognoſcere, & Curia Baronis grauans vaſallum in aliquo incidenti, vel interloquutoria, tota cauſa priuatur, ex Luc. de Penna probat Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. officiaL §.1. num. 47. iuſtum non videbatur eidem iterum de cauſa cognoſcere, nam ſemel grauans, ſemper præſumitur grauare, l. eos, C. de appell. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 2. part. 3. gloſ. in ſtãtia, num. 20. & ita fuit poſtmodum per S.C. confirmatum die 12. Iunij 1631. ad relationem Iudicis Io. Aloyſij Piſcicelli, in Banca Canalis, & idem deciſum fuit in cauſa criminali ijs diebus præteritis in cauſa Fabritij Pingue inquiſiti de certo prætenſo delicto in perſonam N. commiſſo, ob quod cum fuiſſet carceratus, & quodammodo grauatus à Capitaneo illius Terræ, recurſũ habuit ad M.C.V. & viſis grauaminibus, fuit iudicatum, quod cauſa remaneret in eadem M.C. ſed inde comparẽte Barone Ioanne Monſorio Duce Caſtri Veneris, & grauatus, recurſũ habuit ad S.C. per quod audita relatione Iudicis Ruſſini, deciſũ fuit, quod ipſa M.C. prouideret, vt remitteretur cauſa ad Iudicem ſecundarum cauſatum, & ita exequutũ per eam de menſe Iunij 1631. in Banca Serici, quanquam in eadem cauſa eſſet difficultatum, ſi ipſa M.C. remittere debuerat, vel non, vt pars prætendebat, ex quo non aderat delictum, & ſolet M.C. in hoc caſu abſoluere reum, non aliter remittẽdo cauſam Baroni, ex multis probat Capiblanc. in pragmat. 8. part. 2. nu. 99. de Baron. vbi nu. ſeq. declarat, quid in ciuilibus, & ex Reg. Tapia. & Rouit. notat, quod ſi Baro non grauauerit, & peteret remiſſionem, eſſet concedenda, licet delictum non eſſet graue, vel non conſtaret, ſed non eſſet niſi pium remittere, vt procedat Curia ad habilitandum in forma, &c. ſed melius in 2. part. ſui tract. de Baron. cap. 51. nu. 12. dixit, fieri remiſſionem quando eſſent inditiati ſubditi Baronum, vt illi honorentur, & ſuam exerceant iuriſdictionem, habilitando, impinguando, eo maximè quando informatio capta fuerit, ſed ſi Superior nixus fuerit inquirere, & eſſent debilia inditia, vel nil conſtaret, ipſum reum licentiare, vel abſoluere nõ dubitetur ad euitandum circuitum, hæc ille.

Remiſſio cauſæ per aliquem intentatæ in S.C. aduerſus Fiſci Patronum M.C.V. an erit concedenda, videbatur affirmandũ, ex quo ſicuti Curiales conueniri debent in Curia vbi militant, vt dixit Caſſan. in catal. glor. mund. par. 6. conſid. 30. ad quod notabiliter Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 2. gloſ. competentes, nu. 75. dixit, quod Curiales, qui Curiam ſequuntur, vt Aduocati, & Procuratores matriculati, & veterani, ſi non ſunt Neapolitani, tamen gaudent fori priuilegio, ita pariter & Officiales actu ſeruientes non debent trahi extra ſua Tribunalia, ita diſponente Capitulo Regis Catholici, & ſic deciſum refert Reg. de Ponte deciſ. 36. num. 11. cum officiarius ratione officij forum ſortitur Franc. Marc. deciſ. 713. nu. 3. & quod Aduocatus Fiſci M.C. quotidiè in eo Tribunali verſatur pro expeditione cauſarũ Fiſco pertinentium, notorium eſt, & apparet in pragmat. 4. §. fin. de offic. mag. Iuſtit. nihilominus per cauſæ Commiſſarium, Regiumque Conſiliarium Andręam de Ianuario cũ fuiſſet prouiſum, vt non obſtante petita remiſſione procederetur ad vlteriora in cauſa, fuit poſtmodum eodemmet referente ſub die . . Iulij 1631. confirmatum decretum prædictũ, vt ex actis in Banca Carboni, etenim ſi reſpectu ſuæ perſonæ vti fiſcalis ratio habeatur, certum eſt, quod cum ipſe tàm in M.C. quàm in S.C. ac etiam Collaterali Conſilio ordinariè ſtatutis diebus interuenit, taliter quod vnumquodque Tribunal eſt ei competẽs, ſin autem vti perſona priuata, tunc ſubeſſe videtur omni Tribunali, nec propterea Fiſci nomine pro negotijs particularibus ſe tueri poſſet, nam etſi Fiſcus ſuos habeat Iudices proprios, Staiban. conſ. 25. num. 6. & ad ſuos Iudices trahit cauſas, vt plenius apud Conſ. Theodor. alleg. 76. num. 30. hoc ſanè erit intelligendum reſpectu cauſarum fiſcalium tantum, nõ eius propriarum, imò etiam Fiſcus Regius in Regno non niſi in certis caſibus exceptis, & patrimonialibus non poteſt conuenire, nec accuſare delinquentes in M.C. dixit Præſ. de Franch. deciſ. 517. num. 6.

Remiſſio cauſæ introductæ in M.C. ex Regia Audientia an erit concedenda ad ordinarium Iudicem loci, eo magis quia tractabatur de exequutione laudi promulgati ab electo per teſtatorem, præſuppoſita prius facti ſerie reſultabat, quod cum Pompeus Blancus reperiretur debitor in certa pecuniarum quantitate Nicolao Serrati vigore cuiuſdam obligationis ſtipulatæ penès acta, in vltimis demum conſtitutus ſuos hæredes inſtituendo mandauit illis expreſsè, vt nullatenus cum hære-

dibus

ribus ipſius Nicolai litigare deberent, nec cũ ceſſionarijs illius, ſed de omnibus ſtari deberet in iudicio, & extra arbitrio R.P.Fr.Gabrielis Catani Licienſis Ord.S.Auguſtini, cui omnem ſufficientem poteſtatem neceſſariã contulit, ita quod illud, quod fuerit arbitratum, exequi deberet, hinc prolato laudo per dictũ electum, quia illico parere noluerãt hæredes defuncti, ſed potius diſſipationi intẽti fuit ob hoc habitus recurſus ad R. A. præuio ordine Suæ Excellentiæ ex parte Horatij Mazzapintæ V.I.D.ceſſionarij ipſius quondam Nicolai, & eius filij, per quam capta informatione de diſſipatione, fuit factum ſequeſtrum bonorũ hæreditatis, inde aduerſus prædicta comparẽtes oppoſuerunt iam dicti hęredes nonnullas exceptiones, & præſertim remiſſionem cauſæ ad Curiam Gubernatoris Licienſis vltra appellationem interpoſitam à decreto ſequeſtri ad M. C. à qua obtinuerunt prouiſiones quoad tranſmiſſionem actorũ tantum, & perueniis actis ad M. C. licet ex parte ipſius Horatij replicaretur, cauſam eſſe remittendam ad eandem R.A. quæ in nihilo grauauerat, nec in ea erat progreſſus iudicij conſtituendus. Primò, quia prohibita erat à teſtatore litis inſtitutio in teſtamento ex verbis illis: *che per detti miei heredi vniuerſali in niſſun conto s'habbia da litigare*, quæ ſiquidem verba important, vt de facto procedi poſſit citra appellationem, Bald. conſ.330.num.7.vol.1. Secundò, ex verbis illis, *ma del tutto ſi habbia da ſtare in giuditio, & extra*, quę operantur eundem effectum, & impediunt litis ingreſſum, vt tradit Curt.iun.in l.cum poſteaquam, num.1.C.de pact. Tertiò, ex alio verbo adiecto, *& eſeguire*, quo nã caſu etiam appellatio ceſſaret, ex doctrina Raph. Cuman.recepta à Iaſ.cõſ.187.n.23.vol.2.demũ ex dictione illa appoſita ſimpliciter, quæ ſine diſtinctione exponitur, clem. ſæpè, verſ. ſimpliciter, de verb.ſignif. Bar.in l.manifeſtiſſimi, §.1.not.2.C.de furt.Grat.de dictio.in dict.247. Barboſ.in eodem tract.in dict.317. vnde ex ijs nullo iure remiſſio erat concedenda ad Curiã Gubernatoris, eo amplius, quia Iudex illius Curiæ erat Aduocatus conuentorum, & ideo ſuſpectus, nec aliter conceſſa, ſed denegata per ipſam R.A. & hoc iuſtiſſimè Primò, quia ipſi conuenti in eadem R.A. oppoſuerunt exceptionem rei iudicatæ. Secundò exceptionẽ diſcuſſionis inuentarij. Tertiò, quia produxerant bilanciũ. Vltimò, quia nullitates propoſuerant, & per dictam R.A. fuerunt reiectę, & iuſſum, vt ſolueretur quantitas duc.4700. 1. 4. ſalua prouiſione facienda quoad reliqua, & hoc expreſsè acceptatum à conuẽtis, hinc reſpectu termini appellauerunt de eius breuitate, ſed viſis actis per M.C.V. fuit per eam prouiſum, vt cauſa remaneret in eadem M.C. non obſtante petita remiſſione, de quo cum fuiſſent conqueſti, obtinuerunt de prædictis reſcriptũ verbi faciendi in S. C. & credo ipſos conuẽtos duplici ex capite procuraſſe remiſſionẽ ad Curiam Licienſẽ faciendã. Primò, ex diſpoſitione Regiæ Pragmat. 2. vbi de delict. quis conuen. deb. qua diſpoſitum eſt, vt pro primis cauſis Iudex competens ſit Iudex domicilij, quã ſectantur Grammat.deciſ.30.nu.9. Campagn.in cap.grauamina, nu.51. & in cap. iniunxit, num.24. Tartagl.in praxi crim. cap.8. in princ.Carau.in ritu 46.ſub num.16. ritu 52. ſub num.2. & ritu 205. num. 5. & 13. Muſcat. in praxi S.C. lib.1 part.2.gloſ.competente, nu. 48.& lib.2.par.1.gloſ.tenebitur, nu.19.Franch. deciſ.517. num.8. nec propterea erat facienda vis in ſuſpitione allegata in perſonam Iudicis illius Curiæ, nam prout inquit Reg.Rouit. in d. pragmat. 2. num. 9. quod Iudex ordinarius loci, ſi alicui parti ſuſpectus exiſtat, Baro deputabit alium Iudicem non ſuſpectum extra diſtrictum, modo ſit in Prouincia. Secundò, ex quo tractabatur de exequtione laudi, pariter facienda erat coram Iudice loci, iuxta diſpoſitionem pragmat.2.de arbitr.ibi adeat Iudicem loci, quod etiam proſequitur Borrell.de compromiſſ. §.7. gloſ.2.num.6. & Muſcat. in praxi S.C. lib.2.part.1.Gloſ.ſententia, à nu.71. vbi num.72. ſubdit, quod ſi fuerit appellatum ad Præſidem, vel alios Superiores omiſſo Iudice loci, non teneret appellatio, ſed ijs non obſtantibus fuit contrarium deciſum per S.C. audita relatione Iudicis Aloyſij Piſcicelli die 28. Iulij 1631. remittẽdo cauſam eidem M.C. quoad remiſſionem cauſæ, & hoc duplici ratione: Primò, ex quo pars ſe grauauerat, non fuiſſe factam ſpecificam prouiſionem per dictam M.C. dum decreuerat quod ſtante conſenſu appellati procedatur in M.C. & ſic tacitè videbatur reiecta remiſſio petita, ex eo quia conuenti nedum conſenſerant in Iudicem reſpectu ipſius R.A. coram qua oppoſuerant exceptiones ſupra relatas, ſed etiam in M. C. ad quam conuolauerãt per remedium appellationis, ad text in l.2. ff.de iudic. vbi DD. & in hoc ſufficeret ſcientia partis, Barr.& Angel. in d.l.2. & talis conſenſus vel eſſet expreſſus, vel tacitus ſufficeret, latius per exempla oſtẽdit Ant. de Matthęis in tract.prorog. fori, &c. num.11. & 12. & per exemplum ad rem noſtram pertinẽs demonſtrat Lancell. de attent. 2.part. cap.4.limit.16.nu.11. & 15. etiam ſi dicatur in iuriſdictionem conſentire qui comparet corã ſecundo Iudice, petens ab eo inhibitionem moderari, item quia non illico fuerat appellatum à decreto M.C. ad S.C. ſed illinc poſt certos dies obtentum reſcriptũ verbi faciendi præſentatum poſt dies 32. de quo ſupra eodem verbo appellatio, & hoc in cauſa Vincentiæ Olimpiæ Lucente, & Donati Antonij Bianchi hæredum quond.Pompei Bianchi cum V. I. D. Horatio Mazzapinta ceſſionario dicti quond. Nicolai Serrati, in Banca Paraſcandoli.

Remiſſio cauſæ petita per Conſules alicuius artis, cuius cognitio ad eam ſpectabat vigore priuilegiorum, an concedi debeat, ſi lite pendẽte eius ſubditus fuerit adſcriptus in Collegio ipſius artis, prout accidit in cauſa Ioannis Baptiſtæ Cocotiæ cum Angela Piſacana, nam intentata lite per dictam Angelam in M.C. contra dictum Ioannem Baptiſtam ſuper reſtitutione dotium ducat. 250. eius filiæ Annæ

Mar æ Ximenez die 4. Februarij 1628. comparuerunt Conſules Artis Lanæ petentes remiſſionem cauſæ ad eius Iudicem die 3. Iunij eiuſdem anni, & dato termino ſuper dicta remiſſione, præſentauerunt fidem matriculæ, ex qua apparebat, ſub die 18. Martij eiuſdẽ anni fuiſſe matriculatum, & ſic lite ipſa pendente, quare fuit dubitatũ, ſi concedi debuerat poſtquàm tam de matricula, quàm de exercitio conſtabat, iuxta deciſ. Præſ. de Franch. 481. Caſtill. deciſ. 39. num. 4. & ſic videbatur concludendum, eſſe talem remiſſionem concedendã non obſtante litis pendentia, ex deciſis per Balbum deciſ. 70. & Medic. deciſ. Marchiæ 21. quos citat Epiſcop. Riccius collect. 750. in fin. de quo memor eſt Gallupp. in ſua praxi S. C. lib. 2. cap. 6. ſub num. 3. cum alijs adductis per Capiblanc. in pragmat. 8. part. 2. num. 162. de Baron. qui etiam de vaſallis Baronũ ſe adſcribentibus Artium Conſulibus loquitur, nihilominus ex diſpoſitione l. ſi quis poſtea ff. de iudic. aliter dicendum videbatur, vt prolixius exornando ita concludit Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 421. num. 22. cum ſeq. & ſic in terminis deciſum refert Præſ. de Franch. deciſ. 544. loquens in ciuilibus, & deciſ. 417. in criminalibus, vt poſt Epiſc. Riccium loc. cit. ibi per Gallupp. qui ſatis ad propoſitum eod. loco num. 69. aſſeruit, quod remiſſio denegatur ei, qui poſt litem in numerum exercentiũ artem aſcitus eſſet, nam aliud eſſet, quando fuerit ad petitionem, & voluntariè impetratũ, aliud verò motu proprio, Capibl. in pragm. 8. part. 1. nu. 317. & ſeq. de Baron. & ſic tàm per M. C. V. ad relationẽ Iudicis Camilli de Laratha die 3. Aprilis 1629. deciſũ fuit, vt procederetur in M. C. petita remiſſione etiã per Conſules Artis Lanæ non obſtante, vt ex actis in Banca Ruſſi, quam etiam per S. C. ad relationem Reg. Conſ. meritiſſimi Io. Baptiſtæ Apicella die 5. Decembris eiuſdem anni, confirmando decretum eiuſdem M. C. bene fuiſſe prouiſum, vt ex actis ad inſtantiam ipſorum Conſulum dictæ Artis cum eadem Angela Piſacano percipitur in Banca Scacciauenti Mag. Actor. & eo maximè ſi in fraudem litis moræ hoc fuerit imperratum priuilegium fori, prout ſpecificè notat Capibl. d. pragmat. 8. part. 2. num. 165.

Remiſſio alicuius delinquẽtis in offenſam Officialis, licet Baronalis, an erit concedenda, ſi ipſe ſubditus reperiatur Tribunali Regię Dohanæ menepecudum Apuleæ ad idem Tribunal vigore ſuorum priuilegiorum, prout in facto euenit altercari in Collaterali Conſilio in cauſa A. M. D. Ioann. Baptiſtæ Vattecchia inquiſiti de offenſionibus vna cũ alijs complicibus, & malettractamẽtis illatis in perſonam Didaci de Vito Capitanei Terræ Laynæ, & eum fuiſſet per M. C. V. citatus ad informandum ex cauſa prædicta, poſtulauit, remiſſionẽ fieri ad Regium Tribunal Dohanæ menepecudum vti illius affidatum, propter quod ambo Fiſci Patroni, nempè Camillus de Marra Aduocatus Fiſcalis Reg. Cam. & Camillus de Petio Aduocatus Fiſcalis M. C. inſteterunt ad defenſam eorum Tribunalium, per dictum Collat. Conſ. prouideri, cui ipſorum Tribunali erat remiſſio inquiſiti facienda, nam dicebatur ex parte Fiſci Patroni R. C. ex notorijs priuilegijs conceſſis dictę Regiæ Dohanæ ſatis apparere, habere Regium Dohaneriũ merum, ac mixtum imperium in dohanatos, locatos, & ſubditos illius ob cauſam pecudum, ſeù paſcuorum locatorum à Regia Curia, de quo ſatis teſtatur Reg. de Põte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 8. num. 49. vltra Reg. Moles in ſuo manuſcripto tract. de regal. Regni Neap. tit. de Dohana menepecud. §. 2. nouiſſimè Rendell. in tract. de paſcuis, &c. cap. 14. taliter quod remiſſio omnino nedum de ipſis ſubditis facienda erat ad idem Tribunal, ſed pariter de non ſubiectis, occaſione tamen dictarũ ouium, paſcuorum, & offenſionum factarum dohanatis, etiam in cauſis omnibus, quamuis eſſent Neapolitani, vt idem Reg. de Ponte loco prædicto deciſum teſtatur nu. 50. & Rendell. eodem loco, licet ex parte Aduocati Fiſcalis M. C. V. replicaretur, talem remiſſionem eſſe illi denegandam, ſed cauſę cognitionem ſpectare ad ipsã M. C. quæ habet ſpecialem præeminentiam cognoſcendi de delictis Officialiũ, vt percipitur ex ritu 49. ſecundum ordinem Carau. hinc inoleuit adagium, quod ſola M. C. cognoſcit de delictis Officialium, Præſ. de Franch. deciſ. 507. num. 7. deciſ. 326. num. 4. & deciſ. 274. num. 7. Reg. Tapia deciſ. S. C. 11. num. 1. Capiblanc. in pragmat. 5. num. 66. de Baronib. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. official. num. 3. & hoc tàm actiuè, quàm paſſiuè, vt teſtatur Franch. d. deciſ. 274. num. 4. & propterea hoc nedum procedere videatur in Officialibus Regijs, ſed pariter Baronalibus miniſtris, quemadmodum ſpecificè notat Reg. Tapia d. deciſ. 11. & ante eum idem Præſ. de Franch. deciſ. 274. num. 8. nam etiam Officiales Baronum pariter Regij dici poſſunt, vt tradit poſt Carau. dict. ritu 49. num. 7. Præſ. de Franch. dec. 497. in princ. ibiq; Amend. vnde ex ijs cõſpiciebatur, ambos eſſe priuilegiatos in hoc, & conſequẽter illam regulam militare, ſcilicet priuilegia conquaſſari concurrentibus duobus priuilegiatis, Franch. deciſ. 16. num. 3. Viſill. deciſ. 56. Capiblanc. in pragmat. 8. part. 1. num. 350. & ſic priuilegiatus contra priuilegiatum fori electionem nõ habet, Carau. in ritu 228 num. 3. nec aliter priuilegiatus vti debet priuilegio ſuo contra priuilegiatum, ſectatur Carau. in ritu 71. nu. 6. ante eum Afflict. in Conſtit. Hoſtici, num. 19. cum alijs apud Barboſ. de opuſc. princ. iuris, lit. P. num. 46. quo fit, vt ſtante hac paritate erit recurrendum ad diſpoſitionẽ iuris communis, quo iure cautum eſt, vt actor ſequatur forum rei, ad text. in l. in criminali, C. de iuriſd. omn. Iud. cũ alijs adductis per Barboſ. in ſuo opuſc. princ. iuris, lit. A. num. 29. prout in priuilegiato contra alium ſimilem ipſam regulam procedere dixit Afflict. in Conſtitut. Si quis in poſterum, nu. 57. & ſic ad forum inquiſiti potius erat facienda remiſſio, quam mandare, vt M. C. procederet in cauſa prædicta, ſed verius

rius

rius exordiendo materiam, videtur huic poſſe adaptari limitationem illam, niſi attendatur magis priuilegiatus, Vrſill. d. deciſ. 56. n. 1. & 2. & certum eſt, quod ſi inſpiciatur antiquitas priuilegiorum, prius apparet fuiſſe conceſſum M. C. quam eidem R. C. ſeù potius Dohanæ menepecudum, poſtquam Ritus ipſi fuerunt conditi per Reginam Ioannam Secundam in anno 1420. die 19. Ianuarij, & licet Dohana menepecudum Prouinciæ Apuleæ antiquum Romanorum vectigal fuerit in domanio Regis, & pro ipſius Corona detineatur, vt teſtatur Frecc. de ſubſeud. lib. 2. in 46. auctor. n. 15. tamen ſubdit ſeq. num. 16. tempore Regis Alphonſi fuiſſe poſtea reſtauratum, & in eſſe deductum præuia eius Commiſſarij ab eo deſtinati diligentia cum ordinationibus, & inſtructionibus Protegum, ac Collateralis Conſilij inde roboratum, ſequitur Reg. de Ponte vbi ſupra, num. 56. qui ſiquidem Alphonſus Rex poſt obitum Ioannæ II. in anno 1434. regnauit vſque ad annum 1458. ſi credimus Frecc. eod. tract. lib. 1. tit. de antiq. ſtat. Regni, nu. 37. & 38. præterea quia Ritus M.C.V. conſtituũt ius in Regno, idem Franch. deciſ. 148. num. 5. & in illis tale priuilegium expreſſum reperiatur, illi vnquam cenſetur derogatum, niſi ſpecificè fuerit derogatio illius facta, nam priuilegio ſpeciali per legem generalem non derogatur, niſi de ipſo fiat mentio, probat Afflict. in Conſt. Ea, quæ ad decus, num. 34. poſt eum Carau. ritu 46. num. 9. latiſſimè Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 12. & cap. 37. num. 10. & ſic videmus, Barones aliquos habere cognitionẽ delictorum ſuorum Officialium, quando illis fuerit conceſſa ſpecifica talis cognitio, vt dixit Carau. d. ritu 49. num. 15. & nouiſſimè deciſum ex Reg. Tapia ſubdit ibidẽ Capiblanc. nu. 63. adeo quod ex hac etiam ratione Neapolitani non ſunt trahendi ad inſtantiã dohanatorũ ad dictum Tribunal Dohanæ, prout iuſtiſſimè fuit deciſum per S. C. vt ſupra eodem verbo Neapolitani, quidquid dixerit Reg. de Ponte vbi ſupra, nam patet reſponſio in dicto loco ſupra citato, præterea inſpecta eorũ qualitate maiorẽ videtur habere prerogatiuã Officialis, quam priuatus, nam honoris eſt, non muneris gerere Magiſtratus, l. Imperator ff. ad municip. Borrell. de magiſt. edict. lib. 1. cap. 11. nu. 15. & dicuntur habere dignitatem, Caſſan. in catal. glor. mund. part. 6. conſider. 5. ideo Officiales debẽt honorari à priuatis in aſſurgendo, & ſalutando, & ſi priuati id non fecerint, puniendi erint, Carauit. in ritu 5. num. 12. & eis reuerentia debetur etiam ab exemptis, Giurba conſ. 38. num. 17. quanto magis ſi eis iniuria inferatur, quia Regi irrogata videtur, Afflict. in Conſt. Obſeruent. ſub num. 2. vnde iure merito ſeuerius contra eos agendum, nec alio priuilegio potiri decet. etenim ob delictum quis debet ſuum priuilegiũ amittere, Afflict. in Conſtitut. De perſonis, ſub num. 1. ex quibus comperitur, maius habere priuilegium Officialẽ, quã ſimplicem ſubditũ priuatum alterius, quo fit, vt priuilegium maius trahat ad ſe minus, Afflict. deciſ. 56. num. 1. Quare facta relatione in Collaterali Conſilio coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Locumtenenti Generali die 3. menſis Decembris 1621. per Circumſpectum Regentem Petrum Iordanum Vrſinum de contentis in informatione contra dictum Ioannem Baptiſtam, Antonium, & Carolum Montanarios, ac alios in dicta informatione inquiſitos, auditis Magnificis Fiſci Patronis Regij Patrimonij, & M.C.V. ac partibus, fuit prouiſum, quod ſuper contentis in dicta informatione ipſa M.C.V. procedat, & iuſtitiam faciat, penès Secretariũ, vt ex actis exiſtentibus in R.C.S. penès Ioannem Hieronymum de Donato, & eius Scribã Dominicum Fanfalo, & in Mag. Cur. Vic. in banca Ioſephi Sportelli ſimiliter Mag. Actor.

Remiſſio cauſæ vaſallorum inquiſitorũ de nonnulllis delictis, ex quibus videbatur offenſa etiam perſona Baronis, an ei erit concedenda, cum accidiſſet fieri parlamentum in Terra Atrij ſuper electione Officialium, nonnulli Ciues ægrè ferentes electionẽ magno tumultu accenſi armata manu irruerunt in Ianuas Concilij, illas frangendo, & Cuſtodes vulnerantes, demum capſam buſſulæ coram Magiſtratibus exiſtentem abſtulerunt, vociferãtes altis vocibus contra illos concitando populum, demum inter cætera verba irreuerentialia contra Dominum proferentes, hoc eſt: *nè ſtimate il Duca, nè la Ducheſſa*, de quibus capta informatione, & citatis ipſis ad informandum, demum in carceribus conſtitutis, appellauerunt ad M.C. quæ viſis actis prouidit, vt cauſa remaneret in dicta M. C. fuit ex parte dicti Ducis petita ipſorũ remiſſio vigore eiuſdem priuilegiorum, vt notum eſt, & non immerito Baro Iudex ordinarius ſuorum vaſallorum eſt, Afflict. in Conſt. Dilationes, nu. 40. Reg. de Ponte conſ. 105. num. 10. vol. 2. Borrel. de magiſtr. edict. lib. 4. cap. 8. nu. 24. Capiblanc. in pragmat. 5. num. 149. de Baron. & dum Rex in primis cauſis ſe intromittere non poteſt, Reg. Lanat. conſ. 52. num. 5. latiſſimè Giurba conſ. 66. num. 18. & conſequenter remiſſionẽ cauſarum petere non prohibebatur, Giurba conſ. 95. num. 8. nec proinde obſtare id poterat, ex eo quod videbatur quodãmodo offenſa eius perſona, quæ ſe intromittere non poterat vti ſuſpecta in eo, adeò quod nemo in propria cauſa Iudex eſſe poteſt, iuxta titulum ne quis in ſua cauſ. Iud & conſequenter Superiore ſuſpecto, omnes eius Officiales ſuſpecti reddũtur, Butr. Lancell. Borrell. & Io. Mon. quos probat Maſtrill. deciſ. 234. nu. 2. etenim nedum in ciuilibus vbi Baro habet aliquod intereſſe, cognoſcere poſſet, vt ita iudicatum cenſuit ibidem Maſtrill. & vltra eum Cancer. variar. reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 194. ſed pariter in criminalibus, & potiſſimum quando ageretur de iniuria facta Domino, vel eius Officiali, vt ex Anil. in cap. 3. præt. gloſ. abogados, num. 12. 13. & 14. Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 14. vbi de delict. quis deb. conuen. notat remiſſiuè, ſed melius affirmatiuè ex Luc. de Penna, Afflict. Anton. de Trem. & Capyc. concludit Auend. de exequend. mand. par. 1. cap. 5.

 num. 8.

num.8. nihilominus fuit contrarium deciſum tàm per M. C. V. ad relationem Iudicis tunc eiuſdem Caroli Caliſani, quàm etiam per S.C. eodem referente de anno 1626. vt ex actis in Banca nunc de Roſa, quæ quidē deciſio comprobatur ex dictis per Maur. iun. allegat. 87. num. 3. quod Baro licet ſit Iudex ordinarius inter vaſallum, & vaſallum, non tamen inter ipſum, & vaſallum, nec in cognoſcēdo, nec in delegando, prætetea ex ijs, quæ congerit Capiblanc. in 2. tom. de Baron. cap. 13. à num. 12. vbi præſertim nu. 14. notat, quod cauſa poteſt auocari ex præſumpto odio à Barone, & ſubdit num. 15. etiam in ciuilibus procedere vbi haberet intereſſe, & ita iudicatum ex relatis per Nos in 2. tom. verbo remiſſio, quapropter in terminis noſtris pro iniuria facta Domino à vaſallo, vt nec ipſe, neque eius Officiales Iudices eſſe poſſint, vltra ſupradictos eleganter Cancer. loco ſupra relato, num. 197. ad 200. & tom. 2. cap. 2. à num. 233. ad 236. & ibi d. tom. 3. cap. 15. num. 201. dixit, ita pronunciatum eſſe per Senatum Cathaloniæ.

Remiſſio cauſæ criminalis alicuius vaſalli Baronis delinquētis intus Ciuitatem Neap. vel in eius Caſalibus an erit cōcedenda, videtur negandum, ex quo Ill. Proreges videntur principaliter offendi ex delictis commiſſis in Ciuitate Neapol. & proinde M.C.V. non conſueuit eos remittere, dixit Præſ. de Franch. deciſ. 129. num. 2. vbi etiam loquitur, ſi talis conſuetudo procedat in Caſalibus ipſius Ciuitatis, in quo idem procedere dixit, nihilominus ibidem refert deciſum fuiſſe, cauſam eſſe remittendam Baroni, ad quod ſubdit, quia quādo locus vbi delinquitur, eſſet Caſale Neapol. ſed ſubiectū Baroni, tunc non videntur Proreges principaliter offenſi, ſed Barones, ideo poſtmodum per M.C. per bina decreta fuerūt remiſſi Vincentius, & Lucas Verolla inquiſiti de homicidio commiſſo in maxaria nūcupata Vrſulona propè Antinianum Caſale Neap. ad Curiam Monaſterij S. Martini, in Banca Danielis, & iterum in cauſa Antonij de Sorio inquiſiti de furto cum ſcalatione intus Ciuitatem Neap. fuit conceſſa remiſſio ad Monaſterium Caſælucis per M. C. & confirmatum per S. C. die 17. Decembris 1598. in Banca de Apuzzo, teſtificatur Io. Dominicus Taſſonus in ſuo tom. obſeruat. iuriſd. verſ. 3. obſeru. 4. ſub num. 66.

Remiſſio cauſæ ciuilis intentatæ in S. C. ad inſtantiam alicuius ex Caſali Neap. licet diuiſo quoad iuriſdictionem cōtra conſimilem perſonam alterius Caſalis Neapol. pariter diuiſi quoad iuriſdictionem, an erit concedenda, deciſum fuit per S.C. quod cauſa remaneat in S. C. in cauſa Viti Antonij Ruſſi Caſalis Mileti cum N. Caſalis S. Antami, refert Iudex Taſſonus in eius tomo obſeruat. iuriſd. ſuper pragmat. de antefato, verſ. 3. obſeru. 4. num. 66. verſ. nota tamen.

Remiſſio petita per reum inquiſitum pro crimine concernente eius artē, in qua erat ſubditus, & inde adſcriptus ſub iuriſdictione alterius Iudicis, an eidem facienda erit, vel primo Iudici, vt ex facti ſerie oſtenditur poſt initam ſocietatem inter Io. Baptiſtam de Leone, & Anellum Mormile, vt ipſe Anellus certam quantitatem argenti laboraret, vt inde de lucro peruenīēdo pars ei ſolueretur, ſic per aliquos menſes perſeuerando certo die, ipſe Io. Baptiſta cum vellet rationē habere de argento, ac laborerio, ipſe Anellus capſam clauſam relinquendo aufugit, & inde facta diligentia per Iudicem ipſius M.C. fuit compertum, non aliter argentum ineſſe, de quo capta informatione, fuit contra ipſum ceptum proſequi, verum quia poſt tale delictum ſe adſcripſerat in numero bombardeſiorum Caſtri huius Ciuitatis, vt ex fide aſſenti demonſtrabatur, ideo remiſſionem expoſtulauerat ad Auditorem eiuſdem Caſtri, prout alias per bina decreta fuerat remiſſus, & ſic in cauſa prędicta eadem M. C. iudicauerat, à quo decreto interpoſita fuit appellatū ad S.C. vnde contingit hęſitari, ſi locus eſſet remiſſioni, vel nō, & quod debuerat remitti, dicebatur, quod inſpecta diſpoſitione Cap. Regni, Caſtellanos, Caſtellani nullo pacto in eorum Caſtris intromittere ſe poſſunt in iuriſdictionalibus, Præſ. de Franch. deciſ. 458. num. 1. vnde ipſemet in deciſ. 505. nu. 12. dixit, quod Caſtellanus in Regno Officialis dicitur, & habet officium largo modo ſumptum, ſed ſine iuriſdictione, adhuc tamen ſubſequitur idem in d. deciſ. 505. num. 19. dicendo, quod licet Caſtellanus in Regno nullam iuriſdictionem habeat, niſi tamen quatenus ei per literas patentes fuerit commiſſa, prout in Caſtellano huius Caſtri id expreſſim conceſſum videtur, vt idem Præſ. teſtificatur in d. deciſ. 458. & refert, in occurrēti caſu fuiſſe per S. C. conceſſam remiſſionem ſui ſubditi, quemadmodū etiam nouiſſimis temporibus in alia cauſa eiuſdē Regij Caſtellani D. Gonſalui de Corduba ſuper remiſſione cauſæ petita Nicolai de Anzola idem deciſum fuit per idem Sacr. Conſil. ad relationem Reg. Conſ. D. Gregorij de Angulo, penès Figliolam pro Amico, præterea ex quo nedum ſemel, ſed bis alias de delictis remiſſus fuerat ad dictū Auditorem videbatur inducta conſuetudo, quæ per binum actum introducitur, Bar. in l. Mela, §. ſed ſi, num. 1. ff. de alim. leg. quod etiam in criminalibus procedere dixit in tract. de iuriſdict. num. 11. inſuper quia non ſolum erat deſcriptus ſeruitijs bombarderiorū, ex quo potiri debebat fori priuilegio, cum matricula efficiat, vt præſumatur pro matriculato, & reijcit onus probandi in aduerſarium, Alex. ad Bart. in l. matricula, C. de agent. in reb. lib. 12. verſ. & idem dicit, col. 4. Maſcard. de probat. concl. 1037. num. 2. imò pro matricula præſumitur, quia confert quaſi poſſeſſionem, Mieres in Conſtit. Cathal. tom. 2. collat. 10. cap. 20. nu. 7. ob quod matriculatus præſumitur exercere artem, in qua eſt matriculatus, Bald. in rubr. C. de exerc. act. ſed etiam quia actualiter inſeruiebat, vt iam probatum fuerat in actis, & eo amplius remiſſio concedenda erat, quia concurrebant illa duo. ſ. matricula, & exercitium, quæ ſunt neceſſaria pro cōſequutione remiſſionis, iuxta notata per eundē Præſ. de Franc.

decis.

Digitized by Google

deciſ.481. cum alijs per me adductis in 1.part.
verb.matricula, ex aduerſo replicabatur, vltra
quod fuerat adſcriptus huic exercitio bōbat-
deriorum citra conſenſum Artis Aurifabri,
quod fieri non debebat, etenim matriculatus
in vna arte, nō poteſt tranſire ad aliam artem
ſine conſenſu Collegij, in quo eſt matricula-
tus, Bart. in l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ.
Eccleſ. Bertach. in repert. ver. matriculatus, nō
enim quis debet eſſe matriculatus in duobus
Collegijs, Mierez vbi ſup. num.8. ſed quate-
nus vero militaret hæc ſecunda matriculatio,
reſultabat cōcluſio illa, matriculatus in diuer-
ſis artibus, coram quo Iudice cōueniri debet,
ad quod Bald. in l. penult. ſeù 2. num.11. in
antiq. & 16. in modernis, dixit formalia verba,
reſpice artem, ex qua conuenitur, nam ad Iu-
dicem illius artis pertinet, eundem ſequuti
ſunt Bertach. in d. verb. matriculatus, Roman.
in l.2. in princ. ff. de verb. oblig. nam de iure
probatum eſt, quod Rectores Artium nō ha-
bent iuriſdictionem niſi in ijs, quæ pertinent
ad eorum artem, Bart. in l. per iniquum, C. de
Iuriſd. omn. Iudic. & Caſt. in l. fin. C. de iuriſd.
omn. Iudic. num.1. vbi optima Additio plures
allegat, taliter quod Artiſtæ non poſſunt re-
cuſare Iudicē Vniuerſitatis eorum, ſi ex cauſa
artis conueniuntur, notat ibidem Angel. nu.1.
adeo quod nedum ipſe exercēs artem coram
illius Conſulibus, & Superioribus conueniri
debeant, proſequitur Renat. Kopp. in tract.
de priuileg. ruſtic. lib.3. cap.1. num.4. DD. in
l. fin. C. de iuriſ. omn. Iud. & exemplo oſtendit
Anna ſing.360. ex Angel. in l. Prætor ait, §. is
etiam ff. de edend. vbi etiam Iacob. quod No-
tarius de geſtis in officio debet reſpondere
coram Viceprothonotario, & ſi Clericus fue-
rit Notarius in Curia Epiſcopi, & poſtea effi-
ciatur bigamus pro geſtis tempore Notaria-
tus tenetur reſpondere coram Epiſcopo, Caſt.
in l.1. num.3. C. vbi de ratioc. agi oport. prout
etiam in Clerico ratione artis, vel officij tra-
dit Vrſill. deciſ.24. num.3. cum alijs relatis per
Donat. Ant. de Marin. quotidian. reſol. cap.53.
num.9. & Cancer. variar. reſolut. tom.3. cap.8.
num.110. ſed etiam eius hęres conueniri po-
teſt coram Conſulibus artis, ſicut artifex, ex
Franc. Alberg. in l. hęres abſens ff. de iud. notat
Bertach. in verbo artifex, in tantum quod ſi
aliquis diuerſis artibus incūberit, ligatur con-
ſtitutionibus ambarū, Andr. Gayll. lib.1. pract.
obſeruat. obſeruat.30. num.8. & conſequenter
vtriuſque Collegij onera obligatur, idem in
tract. de arreſt. cap.6. num.28. in eo enim caſu
erit inueſtigandum, cui magis operam dare
cōſpiciatur, ac verſari ſolet mercator, aut ma-
iorem partem fortunarum impendit, aut pro
maiori parte temporis incumberit, vt illa ars
præferatur, de quo ſatis per Straccam in tract.
de mercat. part.1. num.56. cum ſeq. prout ita
deciſum refert Præſ. de Franch. d. dec.175. quo
fit, vt ſicuti exercēs plures artes, teneatur cor-
reſpondere de oneribus eidē arti, in qua pro
maiori parte temporis verſatur, exiſtente ſta-
tuto, quod ſi quis exercuerit plura exercitia,
teneatur ſoluere Camerario illius artis, quam
magis communiter exercet anno quolibet ſo-
lidos 20. vt reſpondet Corn. conſ.318. in no-
mine Domini, volum.1. ſic pariter ſi fuerit ars
principaliter offenſa à ſubdito, vt coram eius
Conſulibus erit quæſtio determinanda, & ſi
deſierit eſſe artifex illius artis, vnde Caſt. in
d. l. fin. num.2. cenſuit, quod licet aliquis deſie-
rit eſſe mercator, pro ijs tamen, quæ geſſit tē-
pore, quo erat, poteſt cōueniri coram Conſu-
libus, & ſic non coram Auditore Caſtri con-
ueniri poterat, nec remitti, quia in fraudem
potius euitandi forū videbatur actum, & for-
tius ibidem num.4. ſubſequitur Caſt. quod ſi
aliquis miles eſſet de arte mercantiæ, non po-
terit ratione militiæ declinare iuriſdictionem
Conſulum mercantiæ, & propterea iuridicè
comperitur, deciſum fuiſſe per S.C. præuia re-
latione perſpicaciſſimi I. C. Andreæ Prouen-
zani Reg. Conſ. mei obſeruandiſſimi Domini
die . . . Martij 1632. mandando eidem M.C. vt
prouideret, quod cauſa remaneret in ea, vt ex
actis in Banca Raymi. Et ſic denegata fuit re-
miſſio ad Auditorem Caſtri, nec aliter con-
ceſſa ad Conſules artis Aurifabri, quia in cri-
minalibus iuriſdictionem nullam habent, &
proinde bene in M.C. de hoc agendum, cum
ſit ordinarius Iudex in toto Regno, & ordi-
nariam habet iuriſdictionem, Carauit. in ritu
230. num.7. vnde Bald. in d. l. fin. num.4. dixit
ad propoſitum, quod Artifices Collegiorum
licet habeant Iudices ſuos, tamen poſſunt cō-
ueniri ſub Poteſtate, quia Poteſtas dicitur ſu-
perior non ſolum artium, ſed artificum, &
etiam propoſitorum ipſorum, nec proinde ta-
les Artifices habentes Conſules illius artis
exempti ſint à iuriſdictione Poteſtatis, ſubdit
ibidem Paul. Caſtr. num.5. & ita in mercatore
exercente plures artes, ſi fuerit conuētus pro
aliquo extra artem, & petierit remiſſionem
ad artem, vbi matriculatus eſſet, & probaue-
rit, illam artem, & alias exercere, quamuis etiā
ex parte actoris per plures teſtes probatum,
non illam propriam artem exercere, ſed alias,
fuit tàm per M.C.V. quàm per S.C. denagata
remiſſio, & iuſſum, non obſtante remiſſione
petita procedi in M.C. die 21. Octobris 1631.
referente Iudice Io. Cioffo, & per S.C. eodem
referente confirmatū die 11. Decembris eiuſ-
dem anni, in cauſa Pompilij Giliberti cum
Sebaſtiano Scoppa, & alijs, in Banca de Auer-
ſana, ex doctrina Caſt. vbi ſupra.

Remiſſio petita per reum inquiſitum, qui alias
fuerat vti Clericus remiſſus ad Curiā Epiſco-
palem, ſed poſtea dimiſſo habitu, & tonſura,
vxorem duxerat, & in eo ſtatu continuando
delictū enorme cōmiſerat, & pro eo captus, &
carceratus, reaſſumēdo habitum vti Clericus
coniugatus, an erit concedenda, videbatur
affirmandū, ex eo quod ſemel Clericus nun-
quā deſinit eſſe Clericus, ex Arthman. & Me-
rend. probat Epiſc. Riccius deciſ. Curiæ Ar-
chiepiſc.168. num.5. part.2. ex quo clericalis
caracter eſt indelebilis, Idē Ep. Ricc. dec.315.
num.2. part.3. & conſequenter ſi dimiſerit ha-
bitum, potuiſſet illum reaſſumere, ex traditis
per Viuum deciſ.512. relatum ibidē à d. Epiſc

Riccio nu.4.& in deciſ.235.par.3. Paul.Squillant. in tract. de priuileg.cleric. cap.6.num.19. quamuis in hac reaſſumptione habitus requiratur licẽtia Ordinarij,ex noua Conſt.Synodi Neap.nihilominus ſi de facto Clericus habitũ reaſſumpſerit,adhuc gaudebit fori priuilegio, idem Epiſc.Ricc. deciſ.168. part.2. quocirca ſtante tali reaſſumptione habitus refertur, ꝙ Clericus primæ tonſuræ, qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram clericalem deliquerit, ijs poſtea reaſſumptis Iudex laicus contra illũ procedere non poteſt, & ſic deciſum per Sacram Congregationem teſtatur Farinac.deciſ. 165. in 4.tom. ſuper declar. Concil. de qua eſt memor Donat.Anton. de Marinis quotidian. reſolut. cap.50.num.10. vbi alia ad hoc deduxit, hinc ex Imol.in cap.cum Ioannes,de cler. coniug. ſub num.17. verſ.poteſt dicere, refert Cabed.deciſ.Luſit.58.num.8.part.1.quod Clericus in minoribus,qui habitum,& tonſuram reaſſumpſit clericalem, tunc demum priuilegio gaudebit ordinis, ſi antea non præuentus eſſet a Iudice ſæculari, puta quia ſine habitu ab eo fuit captus, quia tunc ſi reaſſumat poſtea talem habitum, & tonſuram,non prodeſt illi, quominus teneatur reſpondere coram ſæculare, ſed intelligit,non poſſe perſonaliter talem Clericum puniri à Iudice ipſo, licet bene aliter iudicare, quo fit, vt cum ipſe Clericus vnicam, & virginem duxerit vxorem, ac in habitu, & tonſura inceſſerit,priuilegio clericali potiri non prohibebatur, Rota in nouis deciſ. 3. de ſentent. excommun. Gramm. deciſ.10.num.1. Mierez in Conſt.Cathal. collat.4. cap.15.num.2.tom.1. Farinac.deciſ.crim. 293. num.5. tom.2. & ideo nulla conſtituitur differentia inter Clericos coniugatos, & ſolutos in minoribus, Thom.Valaſc. allegat.44. num.9. ex aduerſo replicabatur,verum eſſe, quod cum primos ordines clericales conſequutum eſſet,ex quibus vere Clericus dicebatur, nihilominus per contrarium actum matrimonij videbatur fuiſſe receſſum ab illis, cũ Clerici in minoribus poſſint vxorem ducere, Camp.in extrauag. de vita,& honeſt.clericor. verſ.honeſtè, nu.13. ita quod ſi beneficia Eccleſiaſtica obtinuiſſent,compellerentur ea relinquere,ad text.in cap.1.vbi DD.de cler.coniugat. quia illis renunciare cenſentur,Specul. in tit.de cler,coniug num.19. & 20. & eo ipſo vacat beneficium ob matrimonium contractum, ex Capell.Tholoſ. deciſ.239. Foller.in praxi crim.canon.tit.de bigamia,num.14.Maiol.de irregul.lib.1.cap.34. & pariter penſionẽ Eccleſiaſticam, Farinac. deciſ.293. num.5. latè Thom.Valaſc. in alleg.40.nu.4.ad 7. & ſi nulliter matrimonium fuiſſet contractum,ex traditis per Marſil.ſing.386. latius Roman.conſ. 483. num.6. quo fit, vt quemadmodum Clericus coniugatus perdit priuilegium fori,quandiù non defert tonſuram, & reaſſumpta tonſura, reaſſumit priuilegium, Mierez in Conſt. Cathal.collat. tit.vt null.tabell. & iuriſd offic. &c. num.3.tom.1. ita & Clericus coniugatus cũ vnica, & virgine, ea mortua gaudebit priuilegio clericali, & poterit promoueri ad ſacros ordines, quia character impreſſus remanet,ex Io.Andr. notat Guido Papa conſil.221. num.1. ſicque mortua vxore, ſi ad propria redierit Clericus miniſteria Clericorum, recuperaret omnia priuilegia, quæ Clerici non coniugati à iure habent,quia ea extincta non erant,ſed ſuſpenſa,ex Abb.in cap.Clericus,de vita,& honeſt.cler. Iul.Clar.in §.fin.quæſt.36. Carol.de Graſſ. de effect.cler. effect.1.num.90. & 324. probat noniſſimè Paul. Squillant. de priuileg. cler. cap.6. num.17. ſequitur Nouar. quæſt.forenſ.cap.88.lib.1.& pract.concluſ.Iuris Pontiſ. concluſ.81. num.3. in caſu de quo agebatur, ex quo non erat Clericus coniugatus, ſed ſimplex Clericus, & vxorem duxerat, & reaſſumendo habitũ,intendebat effici Clericus coniugatus, cum de per ſe fieri non poterat abſque Epiſcopi licentia, ad aliud miniſterium admitti, ad text. in cap.vnic.de cleric. coniug. in 6. vltra quod ſe immiſcuerat delicto enormi, ob quod fori priuilegio priuatur, ad text.in cap.perpendimus,de ſent. excomm. latè Epiſc.Riccius deciſ.154. num.4. part.4. & quod peius poſt delictum reaſſumpſerat habitum,ob quod gaudere non poterat, idem in deciſ.235.num.4.part.3.quia in fraudem præſumeretur aſſumpſiſſe, idem variar.reſol. c.59. cui accedit quod tradit idem Valaſc. in alleg. 46.num.23.quod Clerici ſi poſt primum delictum deponant habitum, & tonſuram, non vtentur priuilegio in ſecundo. Et ſic fuit iudicatum per M.C.V. die 8.Aprilis 1632. ad relationem ſolertiſſimi Viri D. Ioannis de Vera Iudicis M.C.V. vt ex actis in banca Tartaglię, in cauſa Iacobi Pepe, & fuit in reclamatione confirmatum de menſe Iunij eiuſdem anni, & credo, quia abſque decreto,& licentia Epiſcopi habitum reaſſumpſerat.

Remiſſio vaſalli inquiſiti de participatione furtorum,conuerſatione,& practica habita cum bannito,ſeù foriudicato M. C. an erit facienda eius Baroni, videtur negandum, nõ ſolum quia ne continẽtia cauſæ diuideretur,ad text. in l.nulli prorſus, C.de iudic. ex quo agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, l. iubemus, § œconomus, C. de ſacroſ. Eccleſ. erit intelligendum ab illo Iudice,cuius iuriſdictio videtur lædi, argum. l. nullum, C. de teſt. ſed etiam quia alias per S.C. fuit denegata remiſſio vaſallorum receptantium bannitos,& foriudicatos M.C. vt pluries deciſũ teſtatur Præſ. de Franch.deciſ.470.quem ſequuti ſunt Capiblanc.Reg.de Ponte,& Reg.Rouit.quos probaui in 1.part.noſtri compendij,verbo vaſalli, & vltra eos Foller.in praxi crim.rubr.audiãtur excuſatores, nu.134.in fine, de quo in eodem compen. verb.remiſſio,quibus addo Palmam in eius diuerſ.iur.commun. & Regni,in pragmat.2. gloſ.22. num.15. ſiue in eius praxi recopilata part.2.gloſ.22.num.19. aduerſus prædicta in fauorem Baronum longè proſequitur Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. rubr. de prouiſ.fieri ſolit. §.3.nu.27. & iuxta hanc opinionem vt ſit locus remiſſioni, bis per S.C. deciſum fuiſſe,refert Viſcont.in Addit.ad eandem deciſ. 470. de Franch. quem ſectatur Capibl.

in prag.

in prag.8. part.2. num.13. de Baron.in vlt. impreſſ. & ita poſtremo iudicarū in cauſa Nuntij de Maſe Terræ Ayetolæ inquiſiti de participatione furtorum, conuerſatione, & practica habita cum Carolo Truppo bannito, inde ſuſpenſo, & licet per R.A.fuiſſet denegata remiſſio Baroni, & inde conceſſa per M. C. V. cum clauſula, vt certiorem faceret ipſam de exitu cauſæ, tandem introducta appellatione ad S. C. ad relationem Reg. Conſil. Gaſparis Palatij die 23. Iulij 1620. fuit per S.C. remiſſa ſimpliciter, & ſic exequutum per d.M.C. vt in Banca Groſſi, ideo nō obſtat prima ratio, quoniam vaſalli Baronum ſunt remittendi ad Baronem non obſtāte connexitate delicti, Reg. Rouit.in pragmat.1.num.42.vbi de delict. agi oport. & reſpectu offenſionis iuriſdictionis reſpondet Capibl. vbi ſupra, & quantum ad contrariam deciſionem Præſ. de Franch. traditur per contrarias deciſiones pluries factas, fuiſſe inductam conſuetudinem contrariam, refert Eliſęus Danza in tract. de pugna Doct. præl. Iud. & vict. Aduoc. titul. de offic. cap.9. num.2.vt infra eodem ver.remiſſio.

Remiſſio cauſæ inquiſitionis formatæ de aſſaſſinio contra Clericum, an concedi debeat Capellano maiori vti eius ſubiecto, & per eum detinebatur carceratus, prætextu ſubductionis teſtium, ſi per M.C. fuerat emparatus in carceribus laicorum, & præuenerat in citatione verbali, ac etiam reali, dum fuerat habilitatus per dictum Capellanum, inde fuerat carceratus per dictam M. C. pro delicto ipſo nouiter patrato, deciſum fuit die 23. Februarij 1623.præuia relatione facta in Collat. Conſil. cū interuentu vnius Aulæ S. C. quòd D. Fabritius Ruſſus remittatur ad D.Capellanum maiorem, penès Brunum, ita Taſſon. in ſuo tomo obſeru. iuriſd. ſuper pragm.de anteſato, verſ.12.obſeru.1.alleg.26.

Remiſſio cauſæ inquiſitionis rei alterius vaſalli delinquētis in territorio alterius Domini, an ei erit decernenda, non obſtante priuilegio Domini vaſalli cognoſcendi de delictis ſuorum vaſallorum extra territorium commiſſorum, & quid ſi fuiſſet facta electio per viduā Curiæ Iudicis delicti prætenſi incompetētis, de hoc contingit hæſitari in M.C. inter Baronem Terræ Sannaricæ, & Baronē Terrę Muri ſuper remiſſione Antonij de Natale Terræ Muri, qui inſimul cū Paulo Ricco dictæ Terræ Sannaricæ appenſatè occiderunt Antoniū Mariam de Matruccino eiuſdem Terræ Sannaricæ in dicta Terra, quo capto, & in poſſe Regiæ Audientiæ Hydruntinæ poſito carcerato, Baro dictæ Terræ Sannaricæ prætendebat remiſſionem inquiſiti, non obſtante altera petitione Baronis Muri Domini illius, & cum ita obtinuiſſet in dicta R. A. deuoluta cauſa appellationis ad Magnam Curiam, pro parte dicti Baronis Muri dicebatur, ipſum eſſe Dominum vaſalli prædicti, & Iudicem competentem originis dicti vaſalli, eo quod Baro Iudex eſt ordinarius ſuorum vaſallorū, Reg.de Ponte conſ.105.num.10.vol.2.Borrell. in tract.de magiſt.edict.lib.4.cap.8.num.24.& quamuis prætenderetur per dictum Baronem Sannaricæ vti Iudicem delicti, ad eum ſpectare cognitionem dictæ cauſæ, iuxta deciſa per Theſaur.deciſ.90. Grammat. deciſ.26. Præſ.de Franch. deciſ. 37. vltra relata per Reg. Rouit. in pragmat.1. vbi de delict. quis conuen. deb. prout alias fuit deciſum in cauſa Gaſparis Policaſtri Terræ S. Gregorij, qui fuit remiſſus ad Curiam Terræ Pulcinæ vbi homicidium patrauerat, non obſtante prætenſione Ducis Siciniani vtilis Dñi ipſius vaſalli, ſtante electione fori facta per vxorē defuncti tam per Regiam Audientiā Principatus citra, quàm per M.C. & confirmatum per S.C. ad relationem Regij tunc Conſiliarij Caroli Tapiæ, tamen dicebatur, ex inſpectione priuilegij præſentati eſſe derogatum diſpoſitioni iuris communis ob clauſulam in eo exiſtentem, nempè quod ipſe Baro Muti cognoſcere potuiſſet de delictis ſuorum vaſallorum commiſſorum etiam extra territorium, ideo ei debuerat cōcedi talis cognitio, ex adductis in terminis per Capiblanc.in 2.tom.de Baronib.cap.55.vbi hanc quæſtionem examinat, licet indeciſam relinquat, videtur adherere huic opinioni, ſed melius Præſ.de Franch.in deciſ.505.poſuit caſum in terminis, & diſcuſſis hinc inde rationibus, demum refert, deciſum fuiſſe in beneficium Domini vtilis vaſalli, excluſo altero Domino, Barone habente priuilegium cognoſcēdi exteros in ſuo territorio vbi reus delinquerat. Sed replicabatur Primò, quia dicta clauſula non aderat in priuilegio, licet ſemper in pluribus locis videatur cōceſſa iuriſdictio reſpectu ſuorum vaſallorum, & exterorum delinquentium in dicta Terra, eiuſque territorio, quod eſt iuri conſentaneum, ex quo iuriſdictio ita ſe haber in feudo, ſicut nebula ſuper palude, ex Bald.notat Camill. de Medic. conſ. 154.num.2.& conſ.149.num.12. quanquam poſt multas repetitiones taxatiuè reperitetur vna vice ſcriptum etiam extra territorium ipſorum, illud ſanè intelligendum erat de exteris, & ſi non delinquerent in eorum territorio dicti Baronis exteri, & ſic intelligendum ob nomen illud, ipſorum, pluries repetitum in dicto priuilegio, quod inducit repetitionem præcedentiū, ex traditis per Gratian. in tract. de diction. in dict.114.in fine, Barboſ.in eod. tract.in dict.151. dato tamen, ſed non conceſſo, quod adeſſet dicta clauſula præſumpta cognoſcēdi de delictis extra territorium, ex quo non appatet clauſula abdicatiua, nec priuatiua, proculdubio talis clauſula extra territoriū nullum affert præiudicium Iudici loci delicti habenti iuriſdictionem ordinariam de iure ex præſumpta mente concedentis ex relatis per Reg. Rouit. in pragmat.1. vbi de delicto quis deb.conuen. num.8.& ſeq. vbi intrepidè concludit in fauorem Iudicis delicti, & ponit caſum ſimilem inter duos Barones, vbi nu.33. aſſerit, ita bis iudicatum per S.C. & quatenus aliquem effectum ſortiretur in beneficium ipſius Baronis, talis effectus reſultabat, vt dicatur conceſſa extra territorium cumulatiuè cum Iudice delicti, non autem priuatiuè, ſeu

abdi-

abdicatiuè, ex text.in l.1.C.de offic.Præf.Vrb. ſẽper enim in dubio iuriſdictio cumulatiuè, non priuatiuè conceſſa videtur, Anna allegat. 52. num.83.& ſing.631. Maur.iun.allegat.72. num.1. Reg. de Ponte conſ.48. num.4. tom.2. vbi dixit, niſi in ſpecie id dicatur, Capiblanc. de Baron. tom.2. cap.37. & cap.70.num.17. & d.cap.55. num.4. alias ſi ſimpliciter concederetur, non intelligeretur conceſſa iuriſdictio priuatiuè, per ea, quæ diſcurit Maur. ſen. allegat. 40. num.4.5. & 10. melius Capiblanc. in pragmat.1.num.361.de Baronib.& ratio deſumitur ex d. l.1. quia iuriſdictio ordinaria vni competens, non tollitur per conceſſionem alteri factam eiuſdem iuriſdictionis, l.fin. C.de iuriſd.omn.Iud. Bald. in l.1. verſ.extra quæritur ff.de offic.Conſul. Roman.conſ.393. Dec. conſ.3. de communi teſtatur Iaſ. in l.quod in rerum ff.de leg.1. & pũctualiter Foller. in eius praxi rubr.audiantur excuſatores, nu.66. ſemper enim priuilegia cõceſſa intelliguntur ſine præiudicio tertij, cui per prius ex priuilegio fuit ius quæſitum, idem Maur.ſen. d.alleg.40. num.12. ſicque attenta iſta cumulatiua iuriſdictione ſubſequitur, præuctioni locum eſſe, Angel.in l.1.§.ſi quis in appellatione ff.de appellat. Capiblanc.vbi ſup. num.2.in d.cap.37. eapropter ſtante præuẽtione Baronis Sannaricæ in captura informationis, mandato de capiendo,& carcerati remiſſione conceſſa per dictam R.A. videtur omnino eſſe confirmandum decretum ipſius R.A. vltra quod alias,& pluries fuerant remiſſi rei vaſalli dictæ Terræ Muri ad ipſam Curiam Sannaricæ, & eo magis exiſtente variatione, ac electione viduæ facta in Curia dictæ Terræ Sannaticæ, vt infra in verbo, variatio habetur, ſed poſtmodum facta relatione in M. C. die 6. Maij 1632. per Iudicem Ruffinum, fuit confirmatum decretum dictæ R.A. vt ex actis in Banca Frauli, & licet hæc deciſio videatur contrariari alleg. deciſ.de Franch.attamen aduertendum, quia in caſu ibi relato Dominus vtilis vaſalli præuenerat in captura rei, quod non erat in caſu iſto, quia exiſtebat carceratus in poſſe R.A.& coram ea cõparuerunt ambo Barones,& præualuit pretenſio illius, vbi delictũ fuerat commiſſum, accedente etiam electione facta per viduam.

Remiſſio vaſalli inquiſiti de vſuraria prauitate an fieri debeat Baroni non habente in priuilegio clauſulam, cum publicatione bonorũ, eo quia talis pœna in Regno irrogatur, deciſum fuit per S. C. iunctis Aulis affirmatiuè in cauſa cuiuſdam vaſalli Comitis Montellæ, in Banca Cacciuttuli, confitetur Iul.Cæſ.Gallup. in method.feud.tom.2.part.4.cap.6.ſub nu.14. ſed de hoc videas in 1. part. noſtri compendij verbo vſurarius.

Remiſſio cauſæ petita per Monaſterium ad Iudicem Eccleſiaſticum, prætextu quod inquilini eius domorum fuerant requiſiti ad faciendum depoſitum per Iudicem laicum, an erit concedenda, fuit deciſum negatiuè per S. C. in cauſa Hectoris Pignatelli directi Domini domorum poſſeſſatum per Venerabile Monaſterium S.Brigidę,& dictum, quod expedirentur literæ exequutoriales contra eos, penès de Felice, teſtatur Io.Bapt. Hodierna in Addit.ad Io.Petr.Surd.deciſ.1.num.5.

Remiſſio mercedis an fieri debeat, ſi vendita eſſet res cum pacto, quod pendente pretij ſolutione, res dicatur locata, deciſum fuit negatiuè per S.C. in cauſa piſcium, penès Carbonẽ, refert Io.Bapt.Hodierna in Addit. ad Surdum deciſ.157.num.13.

Remiſſio facta in beneficium rei inquiſiti inter cætera de homicidio alicuius, an ſibi ſuffragari debeat, vt indulto gaudere poſſit, ſi aduerſus cà fuerit oppoſita exceptio metus, ex quo præcedẽtibus minis mater, nutrix,& vxor occiſi ductæ fuerant ad remittendum, ſed cum in Regno regali ſanctione prouiſum ſit, quod remiſſiones in criminalibus fieri debeant coram Officialibus,& Miniſtris, hac potiſſimum ratione, quia per vim prius ordinatiè fiebant, & ad euitandum inconuenientia pro validitate actus, ita diſpoſitum patet in pragm.1. de remiſſ.part.& in prag.5. §.2.de compoſ. de qua meminerunt Tartagl. in pragmat.8. de comp. ſub num.5.Carrabba ſing.de ſyndic.207. Luc. Foller.in pragmat.fin.num.77.de compoſit.& ideo videbatur dicendum, hanc remiſſionem factam coram Officialibus ſufficere, cum de iure ſit probatum, quod præſentia Iudicis, ſeù Officialis facit ceſſare omnem metum, l.final. §.1.vbi Bart.ff.quod metus cauſa, cũ alijs apud Graſſ. de except. in except.11. num.88. vltra quod nonnulli pacem petunt cum prauitate, vt dixit Luc. de Penna in l.vnic. C. publ. lętit. vel conſ.lib.12.col.10.verſ.& ab iſtorum,& ad euitandum metum ipſum nõ ſolum exigitur, vt corã Officialibus fiat, ſed etiam per Actuarios in capite recipiuntur cum ſollemnitate illa, vt interrogent partes remittentes, qua de cauſa faciunt remiſſiones,& ſi eas vi, metu, timore, prece, vel amore faciunt, & ſi aliquid ob dictas remiſſiones habuerũt, vel ſibi promiſſum, vt quoque diſpoſitum eſt in altera pragm.21.§.16.de offic.Mag.Iuſtit. & in pragmat.29. §.31. eod.tit. de quibus ſunt memores Tartagl. vbi ſupra, Catau. in ritu 274. num.2. quanquam regulariter in M.C.V. tales remiſſiones recipiantur per Actuarios abſque præſentia Iudicum, procedit ex multitudine cauſarum per eos expediendarũ, nec incumbere poſſunt, nec propterea tales remiſſiones fuerunt improbatæ, ſed potius receptæ, licet de forma ſit hęc ſollemnitas interuentus Iudicis, vt aduertit Luc.Follet.vbi ſupra, annnens, dictas Pragmaticas in quibuſdam partibus non ſeruari, ſed ipſe obſeruari feciſſe, & benè, quia non procederet ratio allegata pro Iudicibus ipſius M.C. quã cum exteris Officialibus Regni, qui tenaciter debent obſeruari facere talem Pragmaticam, etenim pax facta coram Superiore, cenſetur facta,& promiſſa ipſi Superiori, Marſil.conſ.106.num.3.& conſequenter per eius pręſentiam metus videbatur ceſſare, vt ſupra dictum eſt. Ex altera parte replicabatur, quod verum eſt, vt præſentia Iudicis faciat ceſſare metum, quemadmodum vbi

eſt Pri-

eſt Princeps non præſumitur dolus, Bald. in l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer. ſicuti vbi eſt interpoſitum Iudicis decretum, ibi præſumitur dolũ abeſſe, ſed tamen iſta non eſt præſumptio iuris, & de iure; imò benè admittitur probatio in contrarium, l. non eſt veriſimile, ff. quod metus cauſa, tradit Iacobin. in tract. feud. rubr. Princeps Pedemontium, verſic. ſed an Princeps, ſub num. 11. vbi ſubdit, quod vbi eſt Princeps, ibi ſecuritas, & nulla formido, niſi vana, quæ non patrocinatur formidoloſo, poſſet tamen probari contrarium, Bald. in l. 1. C. de ijs, qui per met. in iud. non app. ad quod optimè Grammat. deciſ. 103. num. 65. probat, quod licet metus ceſſet data præſentia Iudicis, & quod ita præſumatur talis præſentia, nõ eſt iuris, & de iure, ſed operatur tantum, vt requiratur efficacior probatio ad metum, adeo quod præſumptiones excludentes metũ non tollunt, quin poſſit probari contrarium, probat Graſſ. vbi ſup. nu. 99. & propterea dici non poteſt præſumptio iuris, & de iure, nam illa eſt, quę in lege ſcripta eſt, & ita ab ea ſancitũ, ne contrarium probari poſſit, ex Bald. Innoc. & alijs probat Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 4. num. 20. aut lex diſponit, & expreſſe reijcit probationem in contrarium, at in caſu iſto lex non diſponit, nec reijcit probationem in contrarium, ſed tantum dicit, quod præſumit, vel exiſtimet, quod facit ceſſare metum præſentia Iudicis, Bart. d. l. fin. §. & quid ſit, ſed præſumptio iuris tantum, quæ admittit probationem in contrariũ, vt dictum eſt, in quo erit aduertendum, quod pro reſciſſione contractus exigitur probatio metus, non tantum ad illum actum, vt dicunt DD. relati per eundem Graſſ. d. except. 11. num. 42. Aut.a ſingul. 345. ſed etiam probatio ſpeciei metus, Graſſ. vbi ſup. num. 45. Maſcard. de probat. concluſ. 1055. num. 12. Mongoll. in tract. de ijs, quæ vi metus cauſa ſint, cap. 10. §. 2. quę videntur ceſſare in hac facti ſerie ex ſpontanea remiſſione ſic coram Iudice facta, accedẽte iuris præſumptione, ac etiam Pragmaticę diſpoſitione, ob quod videbatur in fauorẽ remiſſionis pronunciandum, ſed verius inſpecta probatione metus peracta à muliere remittente, cui onus probandi incumbebat, dum metum allegauerat, Graſſ. vbi ſup. num. 41. Maſcard. de probat. concluſ. 1056. num. 1. percipiebatur, dictũ inquiſitum minaſſe ipſam mulierem prius, vt remiſſionem faceret, & territa ob minas coacta fuerat remittere illico, ne ſibi aliquid ſiniſtrum accideret, cumque metum incutere pariter delinquere videatur, Menoch. eodem tract. lib. 3. præſumpt. 126. num. 2. & minę iuſtum metum conſtituant, vt longè proſequitur probando Baldaſſ. Mongoll. in tract. de ijs, quæ vi metus cauſa fiunt, cap. 2. §. 6. num. 39. & hoc ſufficit, Pereir. deciſ. 30. num. 7. quo fit, vt attendi debeat principium actus meticuloſi, & ſic quando metus præcederet, licet ſequatur actus, in quo libera voluntas argui poteſt, tunc rectè diceretur, perſiſtere metum, vt probat Maſcard. de probat. concl. 1055. nu. 35. & metu præcedente actus, qui ſequitur, præſumitur meticuloſus, probat Seſe deciſ. Arag. 60. nu. 1. & ſic metus probatur, ſi minæ, & verbera præceſſerint, Teſſaur. lib. 1. quæſt. 51. nu. 5. Phęb. deciſ. 25. num. 8. & ratio eſt, quia metus ſemper durat durante cauſa illius, Teſſaur ibi num. 19. Anna allegat. 114. num. 4. adeo quod metus illatus præſumeretur præcedentibus minis illius, qui conſueuerat exequi, Menoch. de præſumpt. præſ. 126. num. 24. latè Honded. conſ. 29. num. 36. & 40. vol. 1. Teſſaur. lib. 1. qq. forenſ. cap. 51. num. 9. in tantum quod quando eſſet probatus metus præcedens ante contractũ, vtputa per minas, ſeù verbera, eo caſu præſentia amicorum, ſeù conſanguineorum non purgat illum, probat Farin. in fragment. part. 2. lit. M. num. 161. vbi in fine ex Pet. Pech. cenſuit, quod licet præſentia conſanguineorum, & Iudicis purget metum ex reuerentia præſumptum, non autem quando concludẽter appareret, & melius in terminis Teſſaur. vbi ſup. nu. 16. & in iſto caſu probatio admitteretur per viam exceptionis, vt tradit Graſſ. eodem loco, num. 60. & proinde inſpectis teſtibus deponentibus de minis illatis, certum eſt iuxta Doctorum ſententiam, plus credi teſtibus affirmantibus de metu, quam negantibus, & ſi eſſent mille, & teſtes de metu duo ſufficiunt, Alciat. de præſumpt. in præſ. 130. Boer. deciſ. 100. num. 3. Menoch. d. lib. 3. præſ. 126. Pereira d. deciſ. 30. num. 7. Seſe vbi ſupra num. 15. latiſſimè Maſcard. d. tract. concl. 1057. per totam, vbi plenè, & probato metu ſubſequitur, quod non admittitur probatio in contrarium, idem Mongoll. eod. tract. cap. 10. §. 4. per totum, quanquam vt iuſtum metum inducant minæ, tria concurrere debent, vt idem Menoch. d. præſumpt. 126. num. 25. probat, hoc eſt magnũ periculum comminantium in perſona, vel in bonis. Secundo, quod minæ tales ſint, ꝙ poſſint damnum inferre. Tertio, quod minans ſit ſolitus eas exequi, omnia cõcurrebant in reo inquiſito, exiſtente eius mala fama ob delictorum patrationem, pro quibus detinebatur, cui accedebat qualitas mulieris, in qua metus præſumitur, Honded. d. conſ. 29. nu. 32. neq; demũ verba adiecta in remiſſionis ſcriptura, ſpontè, &c. obſtant, ita vt videatur actus voluntarius ex poſt facto, vt inducatur purgatio metus, Honded. conſ. 23. nu. 5. vol. 1. nam talis clauſula nihil operatur, & per eam non creditur, quod actus fuerit factus ſpontè, ſed facit quãdam iuris præſumptionem, quod fuerit ſpontaneus, ex multis probat Graſſ. vbi ſup. num. 54. ſubdens num. 55. quod in dubio talis clauſula operaretur, quando non conſtaret de metu, ſecùs tamen ſi de eo conſtaret, vnde ex ijs facta relatione in M.C.V. per Dominum D. Hieronymum Salamanca integerrimum Iudicem in criminalibus die 15. Nouembris 1632. deciſum fuit, eſſe procedendũ ad vlteriora, exceptione indultus non obſtante, in cauſa Franciſci Vauareſe prætendentis gaudere indultu, ſtante patris remiſſione, & aduerſus eam fuit oppoſita exceptio metus iam probati per tres teſtes, & pariter in reclamatione fuit confirmatum eodem referente

die 24.

die 24. eiuſdem menſis, penès Ioelem Actorum Magiſtrum, & Naclerium Scribam.

Remiſſio facta de nece alicuius expoſiti per Oeconomos Hoſpitalis, an iure ſubſiſtat ad obtinendum indultum, concurrentibus etiã remiſſionibus matris, nutricis, vxoris, ac fratris, vulgo dicti *de latte*, at ſi prætextu metus illati fuerint tales remiſſiones inualidę declaratæ, an exiſtente remiſſione Oeconomorum cõſequi poſſit indultus, prout accidit in cauſa eiuſdẽmet Franciſci Vauareſe, de quo in præcedẽti verbo verba ſecimus, & videbatur dicendum, ſufficere hanc remiſſionem factam ab Oeconomis Hoſpitalis, per ea, quæ dixit Nunt. Tartagl. in pragm. fin. de compoſit. nu. 33. cap. 2. quem ſequitur Conſ. Paſcal. in tract. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 1. num. 72. quos probaui in 1. part. verb. remiſſio, cui etiam cõuenit conſ. Larathæ 108. quibus accedit ratio Bald. in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic. loquentis de Hoſpitale ſãctę Mariæ Miſericordiæ, quod Hoſpitale ſuccedit, de quo meminit in regula quo tutela ff. de regul. iur. quos probat Franch. deciſ. 198. in princ. recollecta ex Gloſ. dictę regulæ dicentis, quod pupillo ab inteſtato morienti etiã maiori effecto deficientibus agnatis, & cognatis ſuccedit tutor, excluſo Fiſco, vt quoque ſectatur Afflict. in cap. vnic. §. bona vacantia, num. 7. quæ ſint regal. ſed dicebatur, Bald. opinionem non eſſe tutam, cum contra Gloſ. ibi tenet Bart. per text. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. cuius opinionem communem eſſe dixerunt Cagn. & Mayn. nec in iure hoc ſuccedendi modũ eſſe repertum, & quamuis Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuntius, ver. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 818. verſ. pariter Fiſcus videatur tenere cum Bald. non ratione Hoſpitalitatis, ſed iure Collegij, exemplo aliorum Collegiorum, vltra Vbal. in tract. de ſucceſſ. relatum ibid. à Franch. per exempla oſtendit Afflict. loco citato, quam ſiquidem opinionem non ſequitur ibi Franch. annuẽs, in bonis vacantibus Fiſcum ſuccedere in Regno, & ex ijs videtur opinio Bald. ſine lege, ac ratione, & hanc opinionem nititur probare Franch. ex l. nutritoribus, C. commun. de ſucc. vbi apertè oſtenditur, nutritoribus nec ciuili, nec Prætorio iure hæreditatem nutritiorum deferri, vbi Gloſ. exponit, nutritorem etiam eum, qui colligit expoſitum, ex text. in l. final. C. de inſ. expoſ. quam opinionem ſequuti sũt Paul. de Caſtro ibi, Florian. Anton. de Roſell. Hoſt. Zabarell. & Teſſaur. deciſ. 118. in fine, quos probat ibi Franch. ex quibus videtur opinio concluſa contra Hoſpitale, prout ita firmare comperitur Franch. eodem loco, cui accedit quod deciſum reliquit Papon. lib. 7. tit. 1. arreſt. 9. quod Hoſpitale non niſi ſucceſſionem eorũ, qui bona ex ipſius reditu acquiſiuerunt, acquirunt, & ſic in alijs, quanquam opinio Bald. vt ſupra relati ſequuti ſint Oliu. Textor. de ſucceſſ. ab inteſt. ſub num. 126. Peregrin. de iure fiſci, lib. 4. tit. 6. num. 13. vnde ex ijs concludi videtur, aut Hoſpitale non debet ſuccedere, & certum eſt, quod cum non ſuccedit, neq; remittere poterit, etenim ij remittere debent, qui ad ſucceſſionem vocantur, Foller. in pragmat. final. num. 39. de compoſit. aut vero ſumus in dubio, quis remittere debeat in hoc caſu, & erit aduertendum, quod ſi expoſitus haberet ſucceſſores proximos, nempè vxorem, filios, nepotes, & ſimiles, eo enim caſu, quia illis ſucceſſio deferri videtur, eis quoque remiſſio competebit, & in eorum defectu competeret eorum ſucceſſio Hoſpitali, & pariter remiſſio, & ſic procedit deciſio S.C. vt ſupra relata, ſed quia in præſenti caſu nedum mater, nutrix, & frater lactis, ſed vxor aderat, ceſſare videbatur Hoſpitalis prętenſio, quoniam ex iuris diſpoſitione nullo alio legitimo hærede exiſtente, vxor admitteretur, ex text. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. ideo dum ei ſucceſſio deuoluitur, pariter & remiſſio competere cernebatur, ita ꝙ de remiſſione Hoſpitalis nulla ratio haberi debuerat, dum aderat vxor, quæ ſuccedere debuerat, & remittere tenebatur, propterea attendi id, quod principaliter congruum erat, quam acceſſorium, quod in defectum principalis poterat, & ſuccedere, & remittere, & hac ratione perpenſa vereor fuiſſe reiectam remiſſionem Hoſpitalis, ſtante remiſſione vxoris, ac matris meticuloſè facta, vt deductum fuit in præcedenti verbo remiſſio.

Remiſſio cauſæ alicuius inquiſiti petita per Baronem loci concedi an debeat, non obſtante electione fori facta per Vniuerſitatem querulantem pro iniuria facta Syndico, & eligente R.A. in forum, deducta fuit deciſio ſupra in verbo electio.

Remiſſio Monaſterij an exigatur, vt occidens monacum gaudere poſſit indulto generali ſtante remiſſione conſanguineorum occiſi, & ſic in facto ſucceſſo homicidio in perſonam Fratris Venturæ Capalui per Iulium Cæſarẽ, & Marcheſium de Macchia commiſſo, illinc ad certos dies obtinuerunt remiſſionẽ à Marcello, & Io. Petro Capaluo fratribus vtrinque coniunctis ipſius Monaci intra tempus in indulto contentum, propter quod petierunt eo gaudere, ſe oppoſuit Monaſteriũ S. Franciſci dicendo, non potuiſſe concedi indultum ſine eius remiſſione, prætendendo ei ſpectare ius remittendi, nam certum eſt, quod iniuria illata Monaco, dicitur iniuriata Eccleſia, cap. cũ deſideres, in fin. & cap. contingit, de ſentent. excommun. Carau. in ritu 275. num. 30. Anna allegat. 146. num. 7. ſubſequitur, quod Monacus cum ſit etiam mortuus mundo, cap. non dicatis. 12. quæſt. 1. Carau. ibi num. 28. non aliter pro dicta iniuria ſibi illata agit, ſed Monaſteriũ, & pro eo Abbas, Gloſ. in cap. Parochianos, de ſent. excomm. vbi Abb. & Felin. quos probat ibi Carauit. num. 29. in tantum quod quando fieret offenſio perſonalis Monaco, ac etiam offendatur Eccleſia vnica oritur actio, quæ competit Monaſterio, ex Io. Fab. in §. patitur, num. 2. Inſt. de iniur. probat ibi Io. Fab. ſub num. 35. verſ. at quando offenditur, & ſic videtur Monaſterio competere ius remittẽdi, vt ibi dixit Carau. in d. loco, nu. 31. vbi nu. 34. quærit, ſi Monachus haberet patrem, vel filiũ

ante

ante monacatum, cui competit actio, allegat Clar.in §.fin.quæſt.58.num.24. qui ſub dicta diſtinctione dixit, quod ſi fuerit facta Eccleſię iniuria, vel Monaco, procedit, in dubio tamen concludit, ad vtrumque ſpectare, & id tutius eſſe, vbi ita iudicatum refert ex Paponio, aſſequitur Vulpell.in tract.de pace, quæſt.12. Cęuall.pract.qq.cap.333. ex aduerſo, ex parte inquiſitorum replicabatur, inſpiciendum eſſe Maſtrill.in tract.de indult.cap.24.nu.77. hanc quæſtionem tractantem, & demum concludentem, ius remittendi non cōpetere Monaſterio per ius ſuccedendi, eo quod Monaſterium non porrexit querelam contra inquiſitos, & conſequenter ius prædictum ſpectare ad proximiores Monaci, prout quoq; Rouit. filius inter opera eius patris in pragma 1.8.de compoſit. notat, ſequitur Conſil. Paſcal. de virib. patr.poteſt. part.2. cap.1.num.11. vltra Boer. deciſ.121. num.9. nouiſſimè Horat.Barbat.in tract.de diuiſ. fructuum, part.1. cap.13. num.64. Iul.Clar.in §.fin.quæſt.58.num.37. in verbo vlterius quero, vbi ſub illa diſtinctione concludit, quod ſi Monaſterium nō concurrit in pace, & conſanguinei concurrunt, ipſi præferuntur fauore gratiæ, & libertatis, Farinac.de accuſat.in quæſt.13.num.26.verſ.ſi vero agitur, vbi etiam diſtinguit, aut Monacus fuit interfectus intuitu Eccleſiæ, & remiſſio ſpectat ad Eccleſiam, & ſic loquitur Carau. vt ibi erit videre, aut intuitu perſonæ, prout in facto apparebat, ſua culpa fuiſſe Monacum interfectum, & tunc ſpectaret ad conſanguineos, Cęuall. pract.quæſt. cap.333. idcirco ob iniuriam factam Monaco, nullo tempore poteſt remitti ab eius Superiore, c.is, qui, 24.q.4. quod intelligitur de iniuria illata pro Monaſterio, ſecus de iniuria quoad eius perſonam, Iacob. Beluiſ. in eius praxi tit.de iniur. nu.60. ſequitur Farinac.in ſua praxi q.105.num.296. & in ſeq. verſ. ſed certè in d.quæſt.13. aliam diſtinctionem propoſuit idem Farinac. quod ſi agitur de pœna exigenda ab homicida, hæredibus occiſi applicanda, & eo caſu pax habenda erit a Monaſterio, quando eſſet capax illius pęnæ, ſecus ſi eſſet incapax, prout erat in caſu de quo agebatur, ſin autem agetur de obtinenda pace vigore ſtatuti, vt extinguantur inimicitiæ, & tunc ſiue iniuria ſit facta Monaco intuitu Eccleſiæ, vel intuitu perſonę, pax ſemper ad conſanguineos ſpectaret, & dat rationem, quia arma Eccleſiæ ſunt lacrimæ, & orationes, ſequitur Vulpell. vbi ſup. in fine, quibus addo Io.de Arnon.comment.190.pręteritis, vbi hanc opinionē ſubſtinet in terminis huius quæſtionis. Vnde ex ijs facta relatione in S. C. in Aula Regij Conſiliarij Ioannis Franciſci Sanfelicij per D. Didacum Soriam Iudicem in criminalibus benemeritum die 18. Martij 1631. fuit deciſum, vt gauderēt indultu, prout ex actis in Banca Pinti, ſub tutela Iulij Cæſaris Pariſij Conſentini V.I.D.

Remiſſio cauſæ intentatæ in Ciuitate Neapolis ad inſtantiam alicuius, licet exteri in eadem Ciuitate commorantis contra exterum alibi extra Regnum habitantem, an erit concedenda, ſi de iudicio reali hypothecario ageretur, quemadmodum incidit in S.C. diſcuti inter Ill. Magnū Regni Comeſtabulū Columnā degentem in Vrbe Romana, ac eius filium Ill. Principem Buteri Neap. degentem, & agentē iudicio aſſiſtentiæ, ac actione hypothecaria ſuper bonis feudalibus poſſeſſis per eundem patrem in hoc Regno, & licet videbatur, eſſe illi deferendum, ex regula vulgara, quod actor ſequi debeat forum rei, l.in criminali, C. de iuriſd.omn.Iud. eo maximè, quia non agebatur totaliter actione reali, ita vt vbi res ſit a, erat, ibique conueniēdus erit actor, ex diſpoſitione text.in l.fin. C.vbi in rem act. vbi DD. & ſi actione hypothecaria actum videretur, adhuc quia ex ſcripturis productis liquebat, tantummodo actionem perſonalem habere ex promiſſione facta de donando, ob quod actio dumtaxat perſonalis reſultare videbatur, l.ſi ſterilis, §.ſi tibi fundus ff. de act. empt. l.qui fundum ff.de contrah.empt. Angel.conſ. 184. quem probat Tiraquell. infra citandus, num.64. poſtquam promiſſio donandi non eſt contractus obligatorius, l.2. ff.de dot.præleg. cum alijs apud Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tituli, ſub nu.45. Benè autem ex aduerſo ex pluribus replicabatur, nullatenus concedendam eſſe talem remiſſionem: Primò, quia dum actor Neap. commorabatur, certum eſt, ex priuilegijs Regalibus conceſſis Neapolitanis, vt Neap. ſortiantur forum, ibi trahunt omnes, nec trahuntur, quod apparet in ritu M.C.V. 301. vbi Carau. Amat.conſ.31. num.1. quæ etiam ad habitatores extenduntur, & ſi exteri eſſent, poſt Affl. deciſ.384. Carau.d.ritu 301.num.30.& 33. Secundò, quia ipſe conuentus vti feudatarius poſſidens feuda in Regno, poterat in Regno conueniri, ſecundum Andr.in cap.1.col.1.de mil.vaſall.qui contum. eſt, probat Anna in alleg.83.num.6. ideo rectè citantur in loco feudi, quoniā pręſumuntur habere domicilium, vt idem Anna ſing.153. ſequitur Palma in diuerſ.iuris communis, alias praxi part.2.gloſ.20.num.30.& ſic data ciuilitate ex parte vtriuſque tam actoris feuda in Regno poſſidentis, habitantis in Ciuitate cum vxore, & familia, forum ſortiretur tàm actiuè, quam paſſiuè, ſicuti cæteri ciues, Capiblanc. in pragmat.12. num.2. & 3. de Baronib.Præf.de Amat.conſ.31.num.6.& 7. ita pariter ex parte rei ex rationibus ſupra deductis. Tertiò, ex quo iudicium intentatum licet non eſſet reale, erat tamen hypothecariū, vt dicetur inferius, poſtquam hypotheca cōtractui adiecta realis eſt, & per ipſam ius in re acquiritur, ſiuè ſit generalis, ſiuè ſpecialis, Oſaſc.deciſ.156.num.1.& hac ratione pariter forum non declinari videbatur, & propriè ſi bene text, d.l.fin. loquatur in actione reiuendicationis, adhuc etiam in iudicio mixto, reali, & perſonali procedit, Specul.in tit.de compet.Iudic. §.1. col.4. verſ. ſeptimo ratione rei, Socin.in cap.ſanè.7.declar.de foro comp. Neguſant.de pignor, part.5.memb.2. num.51. ac etiam in actione hypothecaria, ex dictis per Innoc.in cap.dilectus, il ſecondo, vbi Bald.re-

latus

larus pet Præſ. de Franch. deciſ.389. vbi dixit, quod quoad forum æquiparatur actio realis, & actio in rem ſcripta, poſt Barboſ.in l.hæres abſens, §.proindè,de iudic. in articulo de foro compet. ratione rei ſitæ, num.8. ſequitur Capiblanc.in pragmat 8.part.2.nu.157.de Baron. & in terminis Anton.de Amat.variar.reſolut. in reſol.33.num.17.preſertim num.19.cenſuit deciſum in cauſa D.Victoriæ Columnæ,& ſic inſpecta mixtura actionis hypothecariæ cumulatæ cum perſonali,eodem iure erit cōcludendum, quod ſequitur Ant. Fab. in eius Codice lib.3.tit.16.C.vbi in rem act.defin.1. aſſerens,ita in anno 1594. fuiſſe deciſum per illū Senatum, prout in cauſa iuris congrui mota in Curia Cutroni,vbi res ſita erat, nōobſtante quod actor,& reus fuiſſēt Ciuitatis Catanzarij, & ibi fuiſſet contractus venditionis celebratus,vt tradit Preſ.de Franch.deciſ.389.& per predicta,& alia idem in iudicio aſſiſtentię deciſum retuli in 2.par. noſtri compendij,ver. remiſſio cauſæ. Quartò, conualidabatur hypotheca ex multis, licet non fuiſſet expreſſa, & principaliter,quia ex fide procurationis factę per dictum D.Philippum poteſtatem dantem eius Procuratori obligandi ipſum, ſuoſq; hæredes, ſucceſſores, & bona omnia,etiā feudalia pro obſeruatione præmiſſorū accedente Regio aſſenſu, comperitur,factam dictam obligationem in forma eſſe validam ex clauſulis, ac verbis ibi adiectis hypothecam reſultari, Primò ex verbo, do, aſſigno,dicitur contracta hypotheca tacita,Surd.conſ.243.nu.18. lib.2. Statil.Paciſ.de Saluian.interd. inſpect.3. cap.4. num.760. Secundò ex promiſſione de donando, & conficiendo inſtrumentum publicum cum clauſulis neceſſarijs, quæ ad euitandum circuitum inutilē habetur pro facta, & pro vera obligatione, iuxta doctrinam Io. Andr.quam ſectantur Surd.conſ.457.num.12. Anna conſ.8.num.17. Franch.deciſ.574. Reg. de Ponte conſ.10. num.22. & ſic etiam hypotheca ex verbis illis inducitur, promitto cenſu ſuper tali fundo, Oſaſc.deciſ.57.num.1. ſed præ cæteris ex verbo illo,ſuper,hoc eſt *ogn'anno docati* 4000. *ſopra le Terre del Regno*,quod inducit hypothecam,latè Surd.conſ.330.n.30. Anna allegat.101.in fine,Barboſ.de diction.in dict.341.num.4. & 5. vltra Bart.in l.codicillis, §.inſtituto ff. de leg.2. Tuſc.in concl.383.Statil.Paciſ.eodem tract.d.cap.4.inſpect.3.nu.601. & ſeq. Conſil.Theodor.allegat.7.num.4.& in ſumma ex alijs cauſis vltra prædicta forum declinare promiſſum non erat,nō ſolum ratione rei ſitæ,vt dictum eſt,ſed ratione deſtinatę ſolutionis, cum promiſſio facta fuerat ſuper feudalibus huius Regni,& iſte locus attenditur, non locus contractus, Ang. Socin. & alij in l.qui Romæ ff.de verb.obligat. Barboſ. d.§. proinde, num.57. Anna filius conſ.54.num.3. Amat.d.reſol.33.num.6.Graſſ.de except.in 18. except. numer. 11. Tertiò, licet promiſſor ſit abſens, tamen dum contraxerat per intermediam perſonam ſui Procuratoris, qui in Regno aderat pariter conſtitutus, ſufficiens erat ad conueniendū,& ſic deciſum per S.C. alias in cauſa Illuſtr. Ducis Etruriæ cum Sereniſſ. Margarita Auſtriæ, refert Præſ. de Franch. deciſ.177. Quartò,quia cum fuiſſet petitus terminus per Procuratorem ad denunciandū, nulla præcedente proteſtatione, non tamen declinatoria petita fuerat,poterat tamen præiudicare Domino in tali exceptione omiſſa, poſt Bart.Amat.d.conſ.31.num.9.vbi ita deciſum tradit, poſt eum Muſcatell. in praxi S.C. lib.1.part.2.gloſ.exceptiones, in fine,& vltra predicta conceditur electio actori,vbi in propria patria iuſtitiam facilè conſequi non poteſt, Angel. in Authent. vt cleric. apud prop. Epiſc. num.1. Amat.d.conſ.31.nu.12. Graſſ.de except.d.except.18.num.12. & demum quando Regnum eſſet nimis diſtans,non datur remiſſio, Caſtill.deciſ.158.num.26.vel vbi Iudices nō ſubſunt ſub eodem Principe, Teſſaur. deciſ.90.num.7.Intrigl.deciſ.49.num.15.& ſic de vno Regno ad aliud non conceditur, poſt Boer. & Barboſ. Capiblanc. d.pragm.8. part.2. num.126. de Baron. Quare facta relatione in S.C. per benemeritum Reg.Conſ. Andręam Prouenzanum, iunctis Conſiliarijs duarum Aolarum die 3. Iulij 1631. deciſum fuit,quod procederetur in S.C. petita remiſſione non obſtante, & iterum confirmatum per idem S.C. in reclamatione die 4. Septembris eiuſdē anni,vt ex actis in Banca Martini.

Remiſſio petita per conuentum ad ſoluendum paragium ſorori actrici habitanti in Ciuitate Neap. an concedi debeat ad Iudicem competentē rei exteri conuenti, vt accidit diſcuti in S.C. in cauſa D.Marinæ Alciati cum Cæſare Alciati conuenti ad ſoluendum paragiū vna cum intereſſe in S.C. petente remiſſionem cauſæ ad Ciuitatem Mediolani,vbi degebat, & videbatur ei eſſe conſulendum,vt cauſa remitteretur, poſtquam pro paragio datur actio perſonalis,vt probat Conſiliar.Anna conſ.75. num.16. ante eum Petr.de Gregor.in tract. de dore,& paragio,quæſt.38.num.6.& 7. Camill. de Medic.conſ.124. nu.15. nam eatenus reus erit conueniendus, quatenus ratione rei ſitæ, l.fin. C.vbi in rem actio, & conferūt dicta ſupra eodem verb. remiſſio. Sed replicabatur, quod licet aliqui voluerint,competere actionem perſonalem pro paragio,cæteri verò,etiā hypothecariam competere dixerunt,cum pro eo duæ actiones competant, nempè perſonalis actio, & hypothecaria, vt tradit Præſ. de Franch. deciſ.119.num.12.& per conſequens contra tertium poſſeſſorem agi poſſe,deciſum retulit idem Præſ. deciſ.374.nu.5.& 6. de quo in 2.part.noſtri compendij, ver.tertij poſſeſſores, & dixi ſupra, verbo actio, & hoc non ſine ratione euidenti, poſtquam actio hypothecaria non naſcitur ſine perſonali, idem Franch. deciſ.80.num.17. & deciſ.119.num.24. eſtque hypothecaria acceſſoria ad perſonalem actionem,Franc.Bald.in tract.de pignor. c.8. Frāch. deciſ.581. nu.2. quos probaui in addit. ad deciſ.46.Reg.Salern.& deciſ.35.num.12. Reg.de Ponte conſ.41.num.32.vol.2. hinc idem Præſ. de Franch.deciſ.581.num.2.dixit,quod hypothecaria actio eſt pediſſequa actionis perſonalis,

Digitized by Google

nalis, & conſequenter orta ipſa hypothecaria ex perſonali ſubſiſtit ſine perſonali, idē d. deciſ. 30. num. 17. & poterit ipſa ab illa ſeparari, idem d. deciſ. 119. num. 24. quo fit, vt denegari poſſit remiſſio cauſæ, vbi hypothecaria competeret, per ea, quæ ſunt probata ſupra eodem verbo remiſſio, quibus etiam accedebat, quod cum ipſa actrix, & reus ſubditi eſſēt Regi noſtro, & ipſa actrix vti vidua electionem fori habebat, ex diſpoſitione text. in l. 1. C. quando Imperator inter pupill. & vid. & vltra ea dum actrix erat, eius erat electio, coram quo Iudice vellet agere, per ea, quæ proſequitur Graſſ. de except. in 18. except. num. 12. & fortius, quia habitabat Neap. quo caſu poterat trahere, & non trahi ex notorio priuilegio Neapolitanis conceſſo, vt apparet in ritu 301. ibique Catau. & quamuis dubitaretur, tale priuilegiū Neapolitanis conceſſum non habere locum contra exteros, ideſt extra Regnū, contrariū colligitur ex deciſ. de Franch. 416. in princ. ibique vtitur dictione, omnes, quæ nullum excludit, cap. ſolitæ, de maior. & obed. cap. ſi Romanorū 19. diſt. l. Iulianus ff. de leg. 3. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. in fideicommiſſum, §. cum Polidius ff. de vſur. l. cum virum, C. de fideicommiſſ. imò per illa verba, quoſcunque, videtur geminata diſpoſitio, quæ nullo pacto coarctari poteſt, l. baliſta ff. ad Tebell. l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur. Bart. in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſit. lib. 10. & tandem pariter Franch. vtitur dictione, exterum, quod apud nos ſemper intelligitur de exteris extra Regnum, quod demonſtratur exemplo tradito per Regent. Rouit. in pragm. 4. de feud. num. 119. vt ex Cap. Regni, Vt nihil, vbi Camp. & Bartholom. de Capua, ac Napod. vbi prohibentur exteri officia in Regno exercere, ꝙ ſequitur Præſ. de Franch. deciſ. 479. & demum ex rub. pragmat. de offic. prou. ſac. regnic. & exter. ex quibus colligitur exteros appellari, qui extra Regnum degunt, nec proinde obſtare videbatur alia deciſ. contraria de Franch. 177. nam ibi ambo erant abſentes à Ciuitate Neapol. & iuſtiſſimè fuerat remiſſio denegata, ſecus tamen quando vnus eorum præſertim actor eſſet in Ciuitate, quoniam ſecus tunc eſſet, prout erat in caſu de quo agebatur, & proinde facta de prædictis relatione in S. C. per Reg. Conſil. D. Franciſcum Salgadum, fuit per S. C. deciſum, vt procederetur in S. C. petita remiſſione non obſtante, vt ex actis in Banca Licti Magiſtri Actorum.

Remiſſio petita per Baronem de ſuo vaſallo pro delicto antiquo, dum fuerat interdictum ei, nullam in eo iuriſdictionem exercere potuiſſe, an erit concedenda, ſi voluerit Iudicem in Ciuitate eligere, ſupponebatur in facto ex cauſa litis vertētis inter Iulium Cæſarem Piſciottam cum Marchione Caſoboni, fuiſſe per S. C. prouiſum, vt ipſe Baro nullatenus ſe intromitteret in cauſis potiſſimum criminalibus ipſius Iulij Cæſaris, ſuorum filiorum, ac ſeruientiū actu, verum pro delictis antiquis, vt certioretur Regia Audientia, pro delictis modernis licere ei informationes capere, & aſſecurari de perſonis eorum, accidit, quod cum ipſe Iulius Cæſar repertus eſſet inquiſitus pro quodam delicto commiſſo in perſonā cuiuſdam Clerici, & ſe præſentaſſet in M. C. ipſe Baro petijt remiſſionem cauſæ, aſſerēdo, quod ſi benè erat ſuſpectus, in ipſa cauſa ſui vaſalli intendebat eligere Iudicem in Ciuitate, vt fieri ſolet, quādo immineret grauitas delicti, quoniam tunc S. C. citra præiudicium iurium Baronis reſpectu ſuorum priuilegiorum remittit cauſam Baroni, vt procedatur in Ciuitate, vel cum certo Iudice, vt ex Frecc. teſtatur Reg. de Ponte de Poteſt. Proreg tit. de elect. offic. §. 1. nu. 20. Capibl. in pragm. 8. par. 2. nu. 103. de Baron. Rex enim nunquā cauſas à Baronibus aufert, nec in primis cauſis Baronū ſe intromittere poteſt, Reg. Lanar. conſil. 52. num. 2. Dicebatur etiam, in iure eſſe regulam tritam, quod ſuſpectus in cognoſcendo non eſt ſuſpectus in delegando, Capyc. deciſ. 124. num. 3. Cancer. variar. reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 191. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 17. nu. 84. nam etſi ſuſpitio perſonas priuet exercitio iuriſdictionis, non tamen tollit cauſam, Caſtr. in l. Prætor ff. de iuriſd. omn. Iudic. hinc infert Capiblanc. in pragmat. 3. de Baron. nu. 166. quod poterit adiri Superior, vt mandet Baroni cognita ſuſpitione, quod data præuia liſta ſuſpectorum alios Iudices comparenti aſſignet, cauſam delegando, & ſic quantumcunque ſit inimicus Baro, vel ſui Iudices, non priuabitur poteſtate delegandi iuriſdictionem, ita vt à Barone non dependeāt Iudices, ex Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. de feud. quatern. & de tab. in fine, Catau. in ritu 265. præterea dici poterat, quod licet Baro ſit Iudex perpetuus ſuorum vaſallorum ordinarius, ex Andr. in Conſtitut. Officiorum periculoſa, & in Conſtit. Poſt mortem, in cap. 1. §. hæreditatem, de pace tenenda, notat Reg. de Ponte d. tract. rubr. de prouiſ. fieri ſolit. §. 1. num. 1. & d. tit. de elect. offic. §. 1. num. 42. non tamen ipſe iuriſdictionē exercet, Præſ. de Franch. deciſ. 511. nu. 1. ſed cum ipſam non in adminiſtrationem, ſed in dominium obtineat, eam demādare tenetur, vt adminiſtretur per eius Officiales, Capiblanc. in pragmat. 8. part. 1. nu. 69. poſt Franch. vbi ſupra, & ſic per ſuos Officiales iuſtitia exercetur in vaſallos, qui aliter ſuſpecti non videntur ex ſuſpitione Baronis, maximè ſi delegatus nō eſſet ei ſubditus, neque ſuſpectus, vt ibi Cancer. nu. 190. denique quatenus regula allegata procederet, vt ſuſpectus in cognoſcendo, non ſit ſuſpectus in delegando, hoc intelligendum eſſet in propria cauſa, vt idem Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap. 91. num. 6. dixit ex Capyc. deciſ. 137. & ſic Baro licet ſit Iudex ordinarius inter vaſallum, & vaſallum, non tamen inter ipſum, & vaſallum, nec in cognoſcendo, nec in delegando, Maur. fun. alleg. 87. num. 3. & cum nulla ſit cauſa inter dictum vaſallum, & Baronem, merito iuſtè non videbatur denegandam fore remiſſionē, ex aduerſo replicabatur, nulli dubiū eſſe, quin ex lite orta inter eos cauſari odia, ac alia mala in pragm. odia litium, de arb. & lis eſt cauſa

malorum, Carauit.in ritu 10. quinimo ex ea cauſatur inimicitia, vt probat Ferrat. in tract. de inimic. §.18. nu.2. adeo quod vaſalli particulares effecti odioſi Baroni ob lites, & ſimilia poſſunt petere ſe eximi a poteſtate illius, Capiblanc.in pragm.3.de Baronib. num.77.& ſtante odio, ac inimicitia durum videbatur, cauſam cognoſci debere à Barone, etenim remiſſio denegari poteſt Baroni,ſi inquiſitus ſit odioſus, vel familiaris ſuus, ita ex Reg. de Ponte probat Capiblanc. in pragmat.8.part.2. nu.103.& 104.& in prag.3. nu.154. de Baron. inſuper probat Maur.iun.d.alleg.87.nu.5.& 6. quod Baro vbicũque eſſet ſuſpectus, eius Officialis, ac tota eius iuriſdictio poterit recuſari, ex Bald.in l.1. C.ſi rect.Prouinc.quod quãdo caput eſſet ſuſpectum, totum Collegium recuſatur, cum alijs apud Cancer. vbi ſupra, numer. 188. vbi etiam probat, eius delegatum ſuſpectum eſſe, etenim Officiales ab ipſis electi præſumuntur pariter ipſi animoſi, l.1.§.geſſiſſe ff.de adminiſtrat. tutor. cum alijs apud Capiblanc. in pragmat. 16. numer. 77. & ſeq. de Baron. & Baro,& ſuus Iudex idem eſt Tribunal,Muta in Cap.Regni Siciliæ 457. num.4.tom.5.non mirum ſi Baro ſuſpectus ſit, cæteri eius Officiales pariter erunt ſuſpecti, Maſtrill.de magiſtrat. lib.4.cap.17.num.82. eo maximè ſi ex inimicitia ſuſpitio oriretur,vt ibi nu. 86. eſt igitur adeò limitata iuriſdictio Baronis,vt ſi grauamen inſeratur vaſallis in eius Curia litigantibus in incidenti, aut interloquutoria cauſæ principalis, tota cauſa auocetur, ex Luc. de Penna firmat Reg. de Ponte d.tract.& rubr.de elect.offic.§.1.num.47.& ſic facta relatione in S.C. per Iudicem Marcum Antonium Ruſſinum de hoc anno 1632. fuit per idem S.C. deciſum,non eſſe locum reclamationi,vt ex actis in Banca Panſæ. Ex quo prius fuerat interpoſitum decretũ exemptionis ab ipſo S.C. vt non ſe intromitteret Baro in cauſis ipſius vaſalli, & ab eo non reclamatum, ſed appellatum ab ipſo decreto interloquutorio M.C. non permittente remitti cauſam eidem Baroni, vt eligeret Iudicem in Ciuitate,nam per indirectum videbatur cognoſcere de cauſa ipſa.

Remiſſio facta à parte offenſa ſimpliciter, dummodo inquiſitus morari non poſſit,vel ingredi Ciuitatem,alias ſit nulla,& inualida,& habeatur pro nõ facta, an ob contrauentionem inquiſiti cenſeri debeat inualida, ita vt iterũ ipſe accuſari poſſit,fuit deciſũ,quod pars querulans admittatur ad faciendum partem in iudicio, Reg.Salern.deciſ.26. fuit dubitatum.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum illegitimũ, licet ordinatum, captum in habitu laicali, & per teſtes Fiſci probatum,ita incidiſſe ante delictum, & vti laicum reputatum, an erit concedenda, & videbatur negandum, eo quia illegitimus non poteſt ordinari, vt iure probatum eſt in cap.1.de fil.presbyt.in 6. Maiol.de irregular.lib.1.cap.7.nouiſſimè Marcell.Vulpe in praxi fori Eccleſ.cap.47.num.13. Secundò, quia captus erat in habitu ſæculari, & ſic ſuccedit regula vulgata, quod talis præſumitur eſſe,in quali habitu reperitur,ad text.in l.item apud Labeonem, §.ſi quis virgines ff.de iniur. Vltimo, quia prius ante delictum homicidij incedebat in habitu laicali, & ſic quatenus Clericus fuiſſet,renunciare videbatur clericatui tacitè per contrarium actum, ita quod ſi poſt accuſationẽ, denũciationẽ, inquiſitionẽ, aut alias inchoatum proceſſum aſſumatur habitus,in fraudem præſumeretur,ita probat Ill. Epiſc.Ricc.variar.reſolut.in reſol.59. in princ. ex aduerſo autem exiſtente carcerato Clerico Placido de Fraya pro homicidio commiſſo in perſonam quondam Anelli de Conſtantino, expetiuit remiſſionem cauſæ ad Epiſcopum Puteolanum ſuum Iudicem competentem,& in termino ſibi conceſſo produxit Bullas in pergameno,vbi apparebat,ipſum fuiſſe ordinatum à dicto Epiſcopo die 11. Aprilis 1626. & vltra eas verificauit per quinque teſtes ſuam ordinationem,pariterque per quinque annos vſque ad tempus delicti incidiſſe cum habitu, & tonſura, imò eodem die inceſſiſſe cum tali habitu, & inſeruiſſe in diuinis per duodecim teſtes, & ſic remiſſio denegari non poterat,n .dum quia Clericus ex text.in Authent.vt cler. apud prox. Epiſc. coll.6. cap. ſignificaſti, de foro compet. cap. continua, cap.placuit, & cap.clericus nullus 11.quæſt.1. cap. ſi Iudex laicus, de ſent. excommun. in 6. Iul.Clar.in quæſt.36. Foller.in praxi crim.verbo audiantur excuſatores,num.38.Marant.in Specul.part.4. diſt.11. Decian.in tract.crimin. lib.9. cap.9. Farinac. latè in ſua praxi quæſt. 8. Couar. pract.quæſt.cap.31.in princ. & ſi obijciatur, eſſe illegitimum, ita quod ad ordines aſpirare non poterat,replicabatur,certum eſſe ꝙ Epiſcopus ſuper irregularitate illegitimitatis in minoribus ordinibus poterit diſpenſare, cap.1.& 2.de fil.presbyt.in 6. & cap.1. & fin. cum gloſ.eod.tit.cap.cum in cunctis, de elect.& cap.vt filij, de fil.presbyt. vbi Canoniſtæ,Hoſtienſ.in ſumma de fil.presbyt.Rodriq. in ſumma part.1. cap.161. nu.3. Tolet.in ſumma lib.1.cap.53.num.4. Nauar.in man.cap.27. num.201.Marcell.Vulpe vbi ſup.num.15. ita quod Epiſcopus promouendo aliquem illegitimum, diſpenſaſſe videtur, ſi non appareat diſpenſatio, cap.1.de ætat. & qualit. in 6. cap. veniens, de fil. presbyt. vbi Abb. Gloſ. in cap. ſtatutum, de reſcript.& clem.4. in fin. eod. tit. adhuc tamen quando de diſpenſatione appareret,clarius agendũ erat, prout in Bullis præſentatis,etiã de diſpenſatione apparebat, quibus omnino ſtandum erat, Felin. in cap. poſt ceſſionem, de probat. Petr. Bellug. in ſpecul. Princ. in princ. & in fortiori caſu alias S.C. remiſit Clericum illegitimum ad Iudicem Eccleſiaſticum,& ſi de diſpenſatione non apparuerat, refert Grammat. deciſ.81. quanquam Præſ.de Franch.deciſ.189. dicat,articulum validitatis remittendum eſſe ad Romanam Curiam, tamen ibi non apparebat,diſpenſatiõnẽ Epiſcopi adeſſe, itẽ quia ibi agebatur de Clerico primæ tonſuræ,& in caſu iſto erat Clericus ordinatus etiã in oſtiariatu; de alia conſimili deciſione teſtatur ita deciſum Reg.Ro-

nit.

nit. deciſ. 55. Hieronymus, reſpectu vero capturæ in habitu ſæculari, nam vltra quod cõtrarium per eum probatũ fuerat, attendi enim debet tempus delicti, quo tempore incedebat in habitu, & tõſura, vt habetur in d. cap. ſi Iudex laicus, Bart. in l. affinitatis, C. commun. de ſucceſſ. Iul. Clar. d. quæſt. 36. Decian. ibidem, & num. 10. Farinac. eodem loco, & Alex. conſil. 149. vol. 6. Grammat. deciſ. 10. Thom. Valaſc. alleg. 46. nu. 22. ad quod Reg. Tapia in Conſt. De perſonis notat, quod Clericus, qui delinquit in habitu ſæculari, non amittit priuilegiũ fori, ex quo habitum dimiſerat, vt facilius delinqueret, quocirca non videbatur eſſe Fiſcũ in probatis, dum contrariũ prætendebat, nam vltra, quod habitum, & tonſuram cum ſeruitio probatum extiterat per duodecim teſtes, ſimiliter paupertas ipſius Clerici, quo fit, vt ſi Clericus induat veſtes laicales, non per hoc amittit priuilegium fori, quod ampliant DD. in Clerico diuite ambulante de nocte incedendo cum barrettino, Imol. in d. clem. fin. col. 2. verſ. quid ſi Clericus, & cùm per M.C.V. fuiſſet ipſe remiſſus ad ſuum Epiſcopum, inducta tamen appellatione ad S.C. tandem facta relatione in eo per Regium Conſiliarium Ioannem Franciſcum Sanfelicium die 16. Februarij 1632. fuit confirmatum decretum ipſius M.C.V. & ob reclamationem interpoſitã iterum facta relatione per eundẽ die 17. Martij 1632. fuit confirmatum decretum ipſius S.C. vt ex actis in Banca Roſæ, penès Maiorinum Scribam.

Remiſſio petita per Baronem pro ſuis vaſallis conuentis in S. C. ad inſtantiam Monaſterij illud in forum eligentis, an erit concedenda, deducta fuit deciſio ſupra in verbo Baro.

Remiſſio petita per Equitem S. Iacobi in cauſis ciuilibus ad ſuum Superiorem an concedi debeat, fuit relata deciſio ſupra in verbo Milites.

Remiſſio vulnerati pro vulnere facta, an ſufficiat ſuccedente obitu indę vulnerati, vt gaudere potuiſſet indultu, deciſum fuit affirmatiuè, vt dixit D. Reg. Tapia in ſuo Iure Regni tom. 5. in pragmat. 12. ſub tit. de abolitionibus, num. 23.

Remiſſio partis an requiratur, vt indulto gaudere potuiſſet inſultans cum ſclopo rotato, ac emiſſo ictu, nulla ſubſequuta offenſione perſonali, licet dubitaretur, ſi comprehenſus eſſet caſus iſte in pragmatica indultus, ne tamen præiudicium Fiſco in poſterum fieret, iuſſum fuit per S.C. vt reus ſe præſentaret, & cum ſe præſentaſſet, fuit illico liberatus, ita cenſuit Reg. Tapia in ſuo Iure Regni, tomo 5. in pragmat. 12. de abolitionib. a num. 3. ad 22.

Remiſſio cauſæ inquiſitionis petita per Baronẽ de reo eius vaſallo concedi an debeat non obſtante variatione fori facta per ſororem occiſi, ſtante querela expoſita per patrem, & fratrem, deciſũ fuit affirmatiuè per M.C. in cauſa Ioſephi de Angelis cum Barone Trentenariæ in anno 1629. penès Panſam, teſtatur Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 2. ſub n. 3.

Remiſſio partis an requiratur ad obtinendam indulgentiã à Rege conceſſam in delinquente cum ſcopitto, nulla tamen interueniente offenſione perſonali, pluries tam per M. C. ac S.C. deciſum fuit negatiuè in cauſa Io. Iacobi Acaya, in cauſa Scipionis Mignoni, in cauſa Ludouici Bucciatelli, in cauſa Lęlij Pezzuti, de quibus memor eſt Donat. Ant. de Marinis quotid. reſolut. cap. 2. ſub num. 33.

Remiſſio facta cum conditione, ne per annum inquiſitus accederet ad quendam locum, & in caſu contrauentionis ſit ipſo iure nulla, an ſuccedente compoſitione facta vigore dictæ remiſſionis, ſi indè reus cõtrauenerit, erit ipſa remiſſio nulla declaranda, deciſum tam per M.C. quàm per S.C. affirmatiuè in cauſa Thomæ Perſici, de qua teſtatur nouiſſimè Donat. Anton. de Marin. quotidian. reſolut. cap. 2. ſub num. 34.

Remiſſio Clerici in minoribus beneficiati non incedentis in habitu, & tonſura an erit concedenda per Iudicem laicum, Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 56. adduxit duas deciſiones contrarias in hoc caſu, vnam factã in M.C. cum adiũctis Iudicibus, in cauſa Didaci Ramirez, in qua fertur deciſum, non eſſe locum remiſſioni, alteram factam per R.C.S. in cauſa Clerici Aſcanij de Angelis beneficiati, contra quem idem fuerat oppoſitum, quod nunquam inciderat in habitu, & tonſura, & tamen fuit conceſſa remiſſio.

Remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticum cõcedi an debeat ad inſtantiam monacarum bizocarum vti hæredum conuentatũ, deciſum fuit negatiuè per S. C. in cauſa Ioſephi de Felice cum Eleonora, & Angela de Franco, vt erit videre apud Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. cap. 114. num. 10.

Remiſſio cauſæ inquiſitionis formatæ contra reum, qui alapam dederat Sindico Ciuitatis, dum aſſociauerat Commiſſarium M.C. ad eius domum, an concedi debeat Domino delinquentis, nam ipſa M.C. ex duobus non intendebat remittere cauſam: Primò, quia erant offenſę eius aures, dum eius Commiſſarius aſſociaretur per eum, & coram eo fuerat delictũ commiſſum. Secundò, quia delictum commiſſum fuerat in perſonam Sindici exercentis ſuum officium, nihilominus fuit contrarium deciſum per dictam M.C. remittendo cauſam Domino, ex quo non concurrebat Vniuerſitas in delicto, cum perſona Sindici fuerat offenſa ſimpliciter, vt refert Eliſæus Danza in tract. de pugna Doct. præl. Iud. & vict. Aduoc. in tit. de official. cap. 1. à num. 7.

Remiſſio inquiſiti facienda per Regiam Audiẽtiam alicui Baroni, an fieri poſſit iuxta ſtylum M.C. vel S.C. in certis cauſis decernere, quod remittatur cauſa, dummodò eligat Iudicem in Ciuitate, vel non amoueat carceratum, & ſic non liberè, ſed conditionatè, nam cum ita fuiſſet per Regiam Audientiam Principatus vltra iudicatum in cauſa Nuntij de Maſe inquiſiti de emptione rei furtiuę, conuerſatione cũ foriudicato R. A. & participatione in eius furtis, & alijs, fuit eadem cauſa remiſſa ad Cu-

riam Ayrolæ, quod cauſa remaneat, & cum fuiſſet appellatum ad M. C. fuit per eam remiſſa cauſa eidem Curię, verum de exitu cauſæ ante exequutionem ſententiæ certiorem reddat M.C. de quo grauatus Dux Ayrolæ, appellauit ad S.C. & per ipſum fuit deciſum remittendo cauſam eidem M. C. vt prouideret, quod ſimpliciter cauſa ipſa remittatur eidem Duci, ſiue eius Curię ad relationem Reg. tunc Conſil. Gaſparis Palatij die 23. Iulij 1620. in Banca Groſſi, vt nouiſſimè teſtatur Eliſęus Danza in eius tract. de pugna Doct. præl. Iud. & vict. Aduoc. tit. de official. cap. 9. num. 7. vbi aduertit, hoc ſpectare ſolum ad S.C. remittere cauſas Baronibus ſic cōditionaliter, ex deciſ. de Franch. 88. in fine, & iterum in tit. de receptat. cap. 1. nu. 20. quibus addo Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de elect. official. §. 1. num. 19. & 20. vbi cenſuit, quod Protex cū voto Collat. Conſ. iuxta ſuggerente cauſa abdicat cognitionem cauſarum à Curijs Baronalibus, nec ad illas remittit, & interdum limitat, vt procedatur in Ciuitate, vel cum certo Iudice, vel quando eſſent ſuſpecti Officiales Curiæ, cui remittuntur, huiuſmodi erit decernendum, vt per exempla docet Danza in loco relato.

Remiſſio vaſallorum inquiſitorū de delictis, pro quibus procedi debet ad modum belli, concedi an debeat eorum Baronibus, & ſi huiuſmodi procederetur in R. A. fuit pluries deciſum tàm in M. C. quàm in S. C. non per hoc, quod proceditur ad modum belli, erit deneganda remiſſio vaſallorum eorum Dominis, vt in cauſa Viti de Ciatdo Vallis Vitulani, Cæſaris Ferri, Flauij Zitolæ, & aliorum, quos congerit nouiſſimè Eliſęus Danza in tract. de pugna Doct. præl. Iud. & vict. Aduoc. tit. de poteſt. ad modum belli, cap. 3. à num. 25. cum ſeq. iuxta deciſa per Franch. deciſ. 146. & Petram ad Grammat. deciſ. 16. num. 19. & nouiſſimè in cauſa Simeonis della Monaca, Vincētij Nuti, Io. Baptiſtę Iannitorio, Andręa Gaita, Lælij de Alexandro, & Ioannis dell'Orco, facto verbo in Magn. Cur. per D. Franciſcum Balboam die 3. Decembris 1632. idem fuit deciſum, vt idemmet refert in 2. tom. eiuſdem tract. tit. de armat. per campan. cap. 1. vbi deduxit prouiſiones Collat. Conſ.

Remiſſio affictus territorij ſeminatorij an erit facienda, ſi ſato frumento ex cauſa multitudinis murum nō fuerit ortum, relata fuit deciſio ſupra in verbo excomportum.

Remiſſio inquiſitionis alicuius vaſalli Baronis petentis eius remiſſionem an erit concedenda, ſi poſt electionem fori ſactam per viduam de nece ſui viri in M. C. V. inde ad ſecundas nuptias conuolauerit, deciſum fuit negatiuè per M. C. referente tunc illius Iudice D. Flaminio Conſtantio, nunc benemerito Conſiliario, in cauſa Baronis Ortidonici cum Angela Paſca, penès Danielem, & iterum in cauſa Baronis Terrę Oleaſtri, in cauſa Iſalellę de Diuitijs cum Iulio Roculo, & Petro Antonio Aquiteio inquiſitis de homicidio Antonelli de Vulpis, & confirmatum per S. C. præuia relatione Reg. Conſil. Petri Antonij Caranitę, in Banca Ioelis, vt teſtatur Io. Maria Nouar. in praxi elect. & var. fori, ſect. 2. cap. 6. ſub nu. 3. in 2. impreſſ. magna.

Remiſſio petita per Clericum coniugatum an erit concedenda, ſi tantum probauerit, matrimonium contraxiſſe, non tamen quod fuerat virgo, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. ex quo virginitas præſumitur, & ſi nō probetur, in cauſa Clerici Io. Baptiſtę de Oliuerio, vt refert Nouar. in praxi de elect. & var. fori, ſect. 2. quæſt. 14. ſub num. 3. in magna impreſſione poſtrema.

Remiſſio cauſarum apocarum banci fieri an debeat Baronibus illam petētibus, deciſum fuit per S.C. eo iunctim congregato die 28. Septēbris 1616. in cauſis motis, & mouendis vigore apocarum banci non eſſe admittendam exceptionem fori declinatoriā, ſiuè apponatur à parte, ſiuè à Barone, aut quauis alia Curia prætendente cauſæ remiſſionem, vigore quorūuis priuilegiorū, niſi poſt apocas recognitas, aut legitimè verificatas, & fuerit factū depoſitum per debitorem conuentum, vel ſe conſtituerit in vinculis, penès Secretarium, vt refert Io. Maria Nouar. in praxi elect. & variat. fori, ſect. 4. quæſt. 25. in magna, & poſtrema impreſſione.

Remiſſio cauſæ intentatæ in S.C. ad inſtantiam alicuius creditoris contra hæredes defuncti conuētos ab Oeconomis Reuerēdæ Fabricæ, qui habent Tribunal, & Iudices particulares in Regno, ſi per dictos hæredes fuerit oppoſita litis pendentia in S.C. fuit deciſum in Collat. Conſil. quod procederetur in S.C. ad relationem Reg. tunc Conſ. Pomponij Salui, in cauſa Ill. Principis Satriani, & Mariæ Rouaſcheriæ, in Banca de Felice, & iterū in cauſa Hęredis Liberani Corcione, de quibus memor ſui in ſingularibus piarum cauſarum ſingul. 9.

Remiſſio Clerici inquiſiti de homicidio tranſmiſſi per Baronem loci delicti commiſſi vna cum actis ad M. C. V. & petita per eius Epiſcopum, an erit concedenda, ſi fortè de clericatu apparuerit, vel remittenda ipſi Baroni eam petenti, vt ad Epiſcopum illum remitteret, vt euenit in facto, per Marchionē Fuſcaldi ſuiſſe tranſmiſſum quendàm Clericum inquiſitum de homicidio cum qualitate aſſaſſinij, vt præſupponebatur ad M.C.V. vna cum actis, potius vt ipſa qualitas verificari potuiſſet per eandem M.C. vigore ſuæ poteſtatis, interea comparuit Archiepiſcopus Coſentinus in eadem M. C. petendo illius remiſſionem, & per dictam M. C. fuit conceſſus terminus ſuper remiſſione petita, audito ipſo Marchione, qui inſtabat, quatenus ipſa M. C. eſſet in voto illum remittendi ad Epiſcopum, nullatenus poterat, ſed ipſi remittendum, ad hoc vt conſtito de clericatu, potuiſſet illum remittere ad ſuum Epiſcopum, eo quia vti Baro loci Iudex erat competens ordinarius ſuorum vaſallorum, Reg. de Ponte conſ. 105. nu. 10. vol. 2. ſimiliter & ratione delicti, Authent. ſi qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport. præterea

quia

Digitized by Google

quia in primis cauſis Baro eſt Iudex competens, & in illis Rex non poterat ſe intromittere, Reg.Lanar. conſ.52.num.5. ex quo habet iuriſdictionem priuatiuam quoad Regem, Abb.in cap.cæterum, num.7. vbi Dec. num.5. Felyn.num.9.de iudic.cum alijs apud Annam iuniorem in addit.ad eius genit. ſing.631. Ex aduerſo replicabatur, iam quod Clericus reperiebatur carceratus in carceribus M.C.congruum erat ibidẽ remiſſio peti,iuxta illud vulgatum relatum à Gloſ.in l.1.C.vbi de crim.agi oport. verb.reperiuntur,vbi te inuenero,ibi te iudico, & huic accedebat notabilis doctrina Lapi in cap.ſi Iudex laicus, num.1.de ſentent. excommun. in 6. quem ſequitur Graſſ. de effect.cleric. in 1.effect.num.1279. quod iſte articulus, an Clericus remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum, terminetur per Iudicem ordinarium ipſius Clerici, vel per ordinarium illius loci vbi ſuit captus, an vero per ordinarium Superiorem Officialis capientis, & reſpondit,quod ſit determinandus per Ordinarium illius loci,vbi Clericus reperitur in poſſe Iudicis laici, tutius erit ſemper coram maiore Iudice comparere, hinc citatus corã maiore Iudice,atque minore,tenetur coram maiore comparere, Carauit.in ritu 169. num.15. hinc eſt, quod ſi fuiſſent plures rei conueniẽdi, & vnuſquiſque haberet ſuum Iudicem, & vnum immediatum Superiorem, tunc poſſet cauſa ad illum trahere actor, ita ex Minſyng. ſingul.obſeruat.centur.1.obſeruat.4. & Gayll. lib.1.obſeru.32.probat Cancer.variar.reſolut. tom.3.cap.1.ſub num.47. idemque erit,ſi reus ſolus plures Iudices haberet, tunc enim quia electio erit actoris, quando reus plures haberet Iudices, & ſortiretur plura fora,Borgn.deciſ.2.num.2.part.1. quod poterit verificari in hoc caſu,eo quia Clerici comparẽdo, cum vltro id faciunt,actores dicuntur, non rei, Ant. Fab.in eius Cod. tit.de iud. defin.38.n.5.accedat inſuper,ꝙ in cauſa clericatus nõ tot ſollẽnitates iudiciorum exquiruntur,quia verè nõ eſt iudiciũ,ſed quædam inſtructio ad inſtruẽdum Iudicem ſuper facti veritate, vt docuit Carau. in ritu 135. à num.4.cum ſeq. præſertim nu.6. ad quod Bald.in l.ſi qua per calumniam, C.de Epiſc.& cler.ſub num.2. quem citat Coſta Sicul. conſ.2. num.6. inquit,quod ſi Clericus à laico captus petierit remiſſionem, allegans,capturam eſſe contra priuilegium, & præſentauit inſtrumentum clericatus, quæ fit ad ſolam Iudicis inſtructionẽ, vt declaret capturam nullam abſq; partis citatione, erit remittendus, nam hoc ideo fit, quia quis non præſumitur Clericus, niſi probetur, nam omnis naſcitur laicus,Vrſill.ad Afflict.deciſ.197. num.5.& quilibet in dubio pręſumitur laicus, Graſſ.de effect.clericat.in prælud.num.193. ſic etiam in dubio Clericus non præſumitur, vt in præcedenti num. 184. dixit, nimirum ei, qui dicit eſſe Clericum incumbit onus probandi,Thom.Valaſc. allegat.22.num.1.2.& 3. & conſequenter dari terminum ad docendũ de clericatu,Guazzin.in tract.ad defenſ.vt infra,& denique quia ſibi præiudicauerat Marchio tranſmittendo vaſallum ſuum M.C.vna cum actis, ſe abdicando à cognitione illius cauſæ,nam quod ſemel placuit,diſplicere non debet, & ſic facta relatione in M.C. per Iudicem D. Ioannem de Vera die vltimo Auguſti 1633. fuit deciſum,quod procedatur in M. C. audito ipſo Marchione, ſed melius in cauſa Didaci Molfeſe tranſmiſſi ad M. C. cum fuiſſet prouiſum per Regiam Iunctã iuriſdictionis, vt M. C. V. prouideret de iuſtitia ſuper grauaminibus, & remiſſione ad Iudicẽ competentem,comparuit Principiſſa Hoſtiliani,& petijt illius remiſſionem, & cum per M.C.V. fuiſſet conceſſus terminus ſuper clericatu, vt docet Guazz.in tract.ad defenſam, defenſ.20. cap. 8. num. 3. & 4. à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad S. C. licet facta relatione in eo per Regium Conſiliarium Ioannem Franciſcum Sanſelicium fuiſſet deciſum, vt M.C.V. prouideret, quod remitteretur ad ipſam Ill. Principiſſam, tamen in cauſa reclamationis eodem referẽte fuit iudicatum,quod ſuſpenſo decreto eadem M. C. det terminũ, & per eam iuſſum,quod terminus curreret, & ſic interim docuit de clericatu per Bullas,& teſtes,& tandem fuit remiſſus ad Epiſcopum de hoc anno 1636. in Banca Staracij,ſeu Roſæ.

Remiſſio petita per Iudicem Eccleſiaſticum de reo, vel rea conuicta, quod feciſſet apocam deſcriptam eius ſanguine, dando corpus, & animam Diabolo, & ſi effectualiter non fuerit tradita, ſed potius ex cauſa deſperationis motus,vt puniri potuiſſet,prout accidit diſceptari in M.C.V.in cauſa Iacintæ Mirandæ detentæ in domo Pœnitẽtiæ dictæ Curiæ diſperationis cauſa mota, vt aſſerebatur, apocam eius ſanguine ſcriptã fecerat, dando eius corpus,& animam Diabolo,ſed non traditam, ob quod fuit in controuerſiam deductum, ſi remitti debuerat,& licet ex parte Fiſci prætendi potuiſſet,hanc non eſſe aliter cauſam hæreticalem,ob quã potuiſſet remiſſio fieri, ſed peccati grauiſſimi, eo quod hæreſis ſit propriè illa, quæ contrahitur poſt ſuſceptam Religionem Chriſtianam, & Fidem Chriſti in generali profitendo aliquam in ſpeciali, opinionẽ contrariam catholicæ veritati pertinaciter tenendo,Albert.de hæret. quæſt.2.num.1. & ſic videtur contrahi in duobus caſibus: Primò, quando ſentit de articulis Fidei aliter quam ſentiat Romana Eccleſia. Secundò, quando malè ſentit de Sacramentis illius, Boll.eod.tit. num.1.ſequitur Clar.in §.hæreſis,in princ.vbi addit,& pariter qui habet peruerſum dogma, & gignit nouas opiniones falſas, aut veteres falſas ab Eccleſia damnatas, vt omnes Summiſtæ conueniunt in ver.hæreſis, ac DD.eod. tit. & hoc crimen ſola cogitatione committitur,idem Albert.d.tract.quæſt.25.num.3. adeo quod in animo potius cõſiſtere videtur, Triuiſ.deciſ.31.num.4. lib.2. & ſic conſummitur in intellectu,& voluntate,idem deciſ.38.num.2. eiuſdem lib. 2. & propterea cum ex hoc facto animus percipiebatur non committendi hæreſim, ſed ſolum animam, & corpus Diabolo dare,non videbatur hæreſis contracta,& licet

potuiſſet pretendi, hoc fieri oon potuiſſe abſq; Dæmonis inuocatione, quæ an ſapiat hæreſim, Doctores diſtinguunt, ſi ficret ad ſciendũ futura, & tunc ſaperet hæreſim, & non verſabatur in hoc caſu, vel ad tentandum pudicitiam, & ſimilia pertinentia ad eius officium, vtique non eſſet hæreſis, & eo caſu Iudex laicus contra tales, ſicuti & Eccleſiaſticus procedere poſſet, vt ex Abb. in cap. 1. de ſortileg. & alijs probat Iul. Clar. in d. §. hæreſis, ſub nu. 23. inſuper cernimus, lamias, ſeù ſtrigas dupliciter profiteri corã Dæmone, hoc eſt priuatim, vel ſollemniter, & in dicta profeſſione abnegant Sacramenta Eccleſiæ, ac Fidem Chriſtianam, & iurant homagium, quod continent, vt in anima, & corpore ſibi æternaliter adhereat, vt dixit Albert. d. tract. quæſt. 24. ſub num. 3. Jacob. Simanc. in enchir. Iud. viol. relig. tit. 11. latius Gulielm. Koel. de public. Iud. diſquiſ. 6. quæſt. 26. Gilhauſen in arbor. Iud. crim. cap. 2. tit. 17. oum. 12. & tamen cernimus, eas puniri per Iudices laicos, vt deciſum tradit poſt Papon. lib. 22. tit. 3. arreſt. 1. Griuell. dec. Dolan. 33. & in alio conſimili caſu de eo, qui Dæmoni ſe in totũ emancipauit, tradit Goffred. à Bauo in tract. reatuum, quæſt. 7. ſub nu. 43. denique cum hoc contigiſſet c lore iracundiæ, pœnam non merebatur, l. quidquid ff. de reg. iur. præſertim in hoc delicto hæreſis, vt inquit Iacob. Simanc. in d. enchirid. cap. 47 nu. 22. ergo vana eſſet remiſſio, colligitur ex conſimili caſu occurſo de iuſtitiando, qui furore mortis ex pœna vxori illata, deteſtauerat diuinam Iuſtitiam, ac fauces Sathanæ ſe dederat, dum prius ſe morti præparauerat, vt inde vix ope Sacerdotum vix Deo ſe reconciliauerat, vt tradit Franc. Bernard. Porrus in faſcicul. crim. §. moneta falſa, il ſecondo, incipit hoc anno. Demũ refertur, quod ſi aliquis ſe ipſum vulnerauerit, puniri debet, aut ſi ſe vellet interficere, capitalẽ pœnam ſubiret, l. ſi quis aliquid, §. fin. ff. de pœn. cum alijs apud Iul. Clar. in §. fin. q. 78. num. 38. vbi cenſuit, ſucceſſa morte ſui ipſius eſſe ſuſpendendum, vt copioſè proſequitur Conſiliar. Gizzarel. deciſ. 15. vbi in fine tradit, ita fuiſſe obſeruatum per M. C. in contingẽti caſu, & ſic per Iudices laicos, eo quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, l. liber homo ff. ad leg. Aquil. & Rex eſt dominus perſonarum, vt in Conſtit. Quia frequenter, vbi Afflict. num. 17. ex aduerſo replicari potuiſſet, quod etſi hoc delictum non ſapiat hæreſim formatã, iuxta ſuas ſpecies, adhuc crimen eſt magis quàm hæreſis, quia tractatur principaliter de perditione animæ, nam vna anima eſt mille corporibus pretioſior, Afflict. in Conſtit. Rapinas, nu. 13. vbi cẽſuit, quod maius damnum eſt in amiſſione vnius animæ, quam in mille corporibus, ex Gloſ. in cap. ille. 22. q. 5. vlterius crimen læſæ Maieſtatis æquiparatur hæreſi in quibuſdam, imò maior eſt crimen hæreſis ex offenſione Maieſtatis Diuinæ, vt probat Farin. de crim. læſæ Maieſt. quæſt. 112. num. 5. & ſeq. vbi probat in princ. tale crimen læſæ Maieſtatis eſſe grauiſſimum, & horrendum, ſacrilegio proximũ, grauius, & atrocius, & inter cætera quando quis ſubditus eſt alicui Domino, & alteri Domino inimico ſe ſubditum præbet, à fidelitate veri Domini ſe ſubtrahendo, nedum crimen læſæ Maieſtatis committit, ſed rebellionem, idem Farin. eod. tract. quæſt. 113. nu. 74. vbi in præcedenti num. 66. cẽſuit, quod qui committit rebellionem, crimen læſæ Maieſtatis committit, non è contra, quãto magis qui recedit à Dei famulatu, & in poſſe ſeruitutis communis inimici ſe præbet, eique animam, & corpus promittendo, ob quod conceditur ei poteſtas ſuper eum, vt patet exemplo relato per Petr. de Laudem. in tract. de Doct. eorumque priuil. part. 4. quæſt. 48. in fine, idcirco non ſolum crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, ſed rebellionis committere cõperitur, & ſucceſſiuè hæreſim, hinc eſt, quod lamiæ, ſeù ſtrighæ, vt plurimum ſunt apoſtatæ à Fide Catholica, eo quod cum Diabolo Chriſtum abnegant Eccleſiæ Sacramenta conculcant, & ei obedientiam promittunt, idem Farinac. de hæret. quæſt. 181. nu. 46. vbi in præcedenti num. 45. firmat, ipſas crimen hæreſis committere, & proinde ab Inquiſitoribus puniri, ſemper enim ſub tale velamine Fides Chriſtiana offenditur, nam ſine offenſiooe noo cõtraheretur tale crimeo, ideo Eccleſiaſtico Iudici remittuntur, vt deciſum retulit Papon. vbi ſupra in 2. arreſt. & præſertim reſpectu iſtorum, qui ſe Dæmoni tradut, nam videntur plura delicta committere, præſertim hæreſim, firmat Seſe dec. Arag. 464. ſub nu. 14. & 15. & ex hoc videtur ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum hæc agnitio, ſed dato & non conceſſo, quod non ſit crimen hæreſis, non eſt dubium, quin ſit delictum ſpirituale, tunc Princeps non debet ſe de rebus immiſcere ſpiritualibus, ita Franc. de Ponzon. in tract. de lamijs, num. 5. nam diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet, iuxta illud vulgatũ ab Afflict. relatum in deciſ. 24. ſub num. 6. ad quod facit text. in cap. duo ſunt quippè diſt. 97. inſuper animæ ſunt a Deo Papæ commiſſæ, ad tex. in cap. & ſi dominici, de pœnit. & remiſſ. in extrauag. com. & pro illis Deo rationem redditurus eſt, ad text in cap. penult. de regul. iur. & conſequẽter Epiſcopi, Gloſ in cap. niſi cum pridem, verbo de fingendo, de renunc. notat Hieron. Gig. io tract. de reſident. Epiſc. cap. 8. num. 6. qui in partem ſollicitudinis conſtituti ſunt à S. P. eius loco in eorum diœceſi, cap. fundamenta, de elect. in 6. §. decet, & pariter ipſi ex diuini iuris præcepto tenentur ad animarum curam, ex D. Thom. tradit Hieronym. Gigas de reſident. Epiſcopor. cap. 2. num. 1. & non immerito Epiſcopus dicitur Iudex corporum, atq; animarum, Gloſ. in cap. 1. diſt. 36. verſic. ſæcularium, & præcipuè ſtudere debet ſaluti animarum, cap. Petrus 39. diſt. quò ſit, vt ſcilicet quiſpiã à Fide iam ſuſcepta deuiauerit, cogi poterit reddere, c. de Iudęis 45. diſt. & cap. ad fidem 5. quæſt. 23. quod ſanè ad Prelatos ſpectare comperitur cognitio huius criminis, ita Simanc. in Enchirid. tit. 7. num. 3. & denique poſtquam talis hæreſis in mẽte conſiſtit, ſimiliter & hæc apoſtaſia eſt de iure ci-

uili

niſi probatum,quod cogitationis pœnam nemo meretur,ad text.in l.cogitationis ff.de pœnis: non tamen in foro poli procedere videtur, Fuſc.ſingul.152.lit. C.quoad Deum, Gloſ. in cap.quoniam,verſ.excogitationis d.47. eo quod peccatum eſt dictum, factum, vel cogitatum,accedente conſenſu,cap.ſed penſandū, diſt.6.ſicque cogitatio ad conſenſum peruenta punitur, cum ſit peccatū, præſertim in hæreſi,probatur in gloſ.cap.cogitationis,de pen. diſt.1.& ad eruendam iſtam cogitationē Prælati ſolent ex dictis cauſis reos ponere ad torturam,quod non eſt permiſſum Iudicibus ſæcularibus,vt per eundem Iacob.Simanc.d.enchirid.tit.42.num.4.non obſtat,quod calore iracundiæ proceſſerat, nam adhuc leuius puniuntur, vt dicunt DD. d.l.quidquid, Tiraq. de pœnis cauſ.1. & ſic locus erit remiſſioni. Non obſtat, quod Iudex Eccleſiaſticus non puniat cadauera ſe ipſos occidentium,cum ad eos non ſpectet, ſed benè ea priuantur Eccleſiaſtica ſepultura. Et ſic facta relatione in M.C. per Regium Conſiliarium D.Ferdinandum Ezguerram die vltimo Auguſti 1633.fuit cauſa remiſſa ad Iudicem Eccleſiaſticum, in Banca Ioelis, & idem fuit deciſum in cauſa Notarij Iulij Buccarilli, & aliorum inquiſitorum de ſortilegijs,eo quod cum ipſe Notarius Iulius reperiretur debitor pro affictu gabellarum Vniuerſitati Cangiani,& fuiſſet contra eum exequutum ſuper omnibus bonis, diſperationis cauſa motus ſe contulit in Terram Caletri Prouinciæ Apuleæ,vbi ei fuit datus liber negromantiæ à quodam teſtrio homine, ipſumque admonendo,vt certam ſortilegium cōficeret, & in ſociam aliquam lamiam commendando, vt ex eo effectus ſortiretur, quod homines ibi degentes obſeſſi à ſpiritibus malignis torquerentur,& ita exequutum,de quo capta informatione per R. A. Principatus citra & conſtito de delicto poſt torturā,& confeſſionem perhabitam,fuit ad mortem condēnatus,ſed ſuperſeſſum ob inſtantiam factam per Reuerendiſſimum Inquiſitorem coram Regēte Scipione Rouito, qui perquiſito negotio,eandem cauſam remiſit ad Iudicem Eccleſiaſticum de hoc anno 1633. vt ex actis in Banca Roſæ, penès Pettenatum Scribam Fiſcalem.

Remiſſio vaſalli inquiſiti de receptatione bannitorum, & contumacium tàm R. A. quàm M. C. an erit facienda Baroni illam petenti, deciſū fuit affirmatiuè per M.C.in anno 1597. in fauorem Comitis Calatiæ, in cauſa Splandiani Spalani,& iterum in anno 1600. deciſū per eandem M.C. in fauorem Marchionis Piſcariæ vtilis Domini Terræ Giſoni, in cauſa Dominici Grimaldi, in Banca de Rugerio, ita ex Danza in ſuo tract.de pugna Doctorū,&c. tit.de recept.cap.1.num.20. vbi alia exempla poſuit, teſtatur Io.Maria Nouar. in tract.de grauam.vaſall.grauam.379.num.2.vbi hoc diſtinguit, qualiter procedat pro cōcordia deciſionū contrariarū,ante eos Viſcont. ad dec.de Franch.470.in poſtrema editione,ſed in cauſa Camilli Giulione inquiſiti de receptatione bannitorum M. C. & victu præſtito cum Barone Roccæ Framontis, petente remiſſionem illius, fuit deciſum per Mag. Cur. vt cauſa remaneat in ea,& confirmatum per Sacr.Conſ. de hoc anno 1634. in Banca Pinti, penès Cæſaranum Scribam.

Remiſſio cauſę inquiſitionis alicuius vaſalli carcerati in M.C.V. petita ad inſtantiam Domini habentis ampliſſima priuilegia, etiam contra viduas,& perſonas miſerabiles,in ſpecie ſi tempore delicti commiſſi eius feuda erant cōfiſcata,& in poſſe Regis deuoluta, licet poſtea lite pendente eidem Domino reſtituta, an non obſtante electione fori M.C. facta per viduam,erit concedenda, de quo incidit controuerti in eadem M. C. in cauſa remiſſionis Fœlicis Antonij Viti inquiſiti inſimul cum alijs de homicidio commiſſo cum ſclopis in perſonam Donati Corculi, inde capta informatione per eandē M. C. præuio ordine Suæ Excellentiæ, & reo in carceribus detento, aduerſus quem cum fuiſſet expoſita querela per partes offenſas, & in cauſa proceſſum ad litis conteſtationem, ſuperueniente demum gratia Suę Maieſtatis reſtitutionis talium feudorum factæ eidem Domino,fuit ex ſui parte petita remiſſio dictæ cauſæ, vnde contingit hæſitari, an fieri, vel non fieri deberet remiſſio, quanquam ex parte Fiſci, ac querulantium prætenſum fuiſſet ex ſequentibus rationibus, non aliter concedendam eſſe petitam remiſſionē, & principaliter, quia data criminis patratione feuda liberè, & abſque onere ad Regem deuenire, certiſſimum eſt, ac omnia priuilegia, tum derogationis l.vnicæ, C.quando Imper. inter pupill. & vid. tum quoque alia fuerunt extincta, & ſucceſſiuè totalis iuriſdictio ad ipſum Regem, eiuſque Tribunalia acquiſita fuerunt,ita Præſ.de Francb. dec.192. in princ. imò feudum amplius dici non poterit, cum iam ſit extinctum, Afflict.ex Iſern.in cap.1.col.vlt.ex quib.cauſ.feud.amitt. notat in deciſ.361. num.35. quinimò ex hoc comperitur,ius nedum quæſitum fuiſſe ipſi Mag. Cur. ex informatione capta, ac perſonæ carceratione irreuocabiliter,ſed etiam ipſis partibus, præſertim viduæ forum eligenti, cui ſtatim cenſeri debet reacquiſitū, vt liberè eo vti valeat,ita Præſ.de Franch.d.deciſ.192.& propterea nec ipſi M.C. nec partibus obeſſe debet ex pluribus,& Primò, citra dubium eſt, quod reſtitutio de ſui natura,& de per ſe facta à Principe iuri iam tertio quæſito pręiudicatiua minimè intelligi debet, l.nec auos, C.de emanc. liber.l.2.§.ſi quis à Principe,& §.merito ff.ne quid in loco publico, cap.quāuis, vbi Franch. & Gemin.de reſcript. in 6. nec propterea officit, quod reſtitutionis natura eſt,vt omnia ad priſtinum ſtatum reponantur, l. quod ſi minor, §.reſtitutio ff.de minor. l.fin.C.de ſenten. paſſ. qua de re reſtitutus à Principe,omnia, & quæcunque recuperat, Andr.in cap.1.col.3.de vaſall.decrep.ætat.& amplius quia iſthęc plena reſtitutio, ex qua omnia bona, quæ immediatè ex ipſo delicto alteri fuerūt quæſita, veniunt etiam reſtituenda, DD. in l.Gallus, §.& quid

quid ſi tantum ff.de lib.& poſthum. vbi Crot. col.35. verſ.fallit ſecundo, Ruin.nu.181. verſ. item iſta tonclusio fallit, & conſequenter cũ hoc ius ſuper dicta cauſa alteri fuerit quæſitum, eo ipſo, quod Dominus fuerit reſtitutus, ad hoc ius recognitionis cauſæ intelligitur reſtitutus. Nam reſpondetur, id locum habere, quoties integrè Dominus fuerit reſtitutus, vtputa quando bona ob crimen alteri deſerantur, ab illis tamen, qui potuiſſent, realiter capta, & occupata non fuerint, ſicque is, qui reſtituitur res integra eſt, ideo ad illa reſtitutus intelligeretur, prout in hæreditate, Aquil. in d.§.& quid ſi tantum, num.80. ſic tex.in l.1. §.filio ff.ad S.C.Tertull.intelligit ſimiliter in lectore, qui lectura fuerit priuatus ob crimen, ſi reſtitutus fuerit, eam recuperabit, dummodò non fuerit alteri collata, Luc. in l.penult. num.6. verſ.ſolutio, C. de ijs, qui in exil. dat. lib.10. cæterum autem ſi res integra non fuerit, reſtitutio euaneſceret, quemadmodum in caſu relato dum fuerat proceſſum per M.C.ad informationis capturam ad rei carcerationẽ, ac etiam ad litis conteſtationem, nec proinde obſtabit, ſi adhuc pendeat hæc cauſa, cum adhuc iudiciũ exiet, nam res integra dicetur non ſolum quando effectualiter res eſſet occupata, ſed etiam ſi fuerit tantũ petita, & adhuc iudicium pendet, res tamen integra non diceretur, Coſta de re integr.pat.2.diſt.30.n.4. Secundò principaliter fundatur axioma propoſitum reſtitutionis naturam intuẽs, vt omne id, quod tempore delicti, aut cõdemnationis quis prius habebat, per reſtitutionẽ recuperabit, ad text.in l.quod ſi minor, §.reſtitutio ff.de minor. nam reſpondet Aquilin. vbi ſuprà num.79. in medio, reſtitutum id, quod prius habebat, & poſtea aut per deportationem, aut per crimen amiſerat tantùm recuperare, ex l. vlt.vbi Bart.nom.4.C.de ſent.paſſ. at cum certum ſit, hanc cauſam nec tempore delicti, neque alio tempore penès Dominum actualiter fuiſſe, ideo ad illam reſtitutio extendi non poterat. Inſuper minimè ſatisfacit, quod rationæ ſuæ iuriſdictionis Dominus promptam cognoſcendi facultatẽ habebat. & ipſam cauſam cum euenerat ſibi acquirendi potentiam obtinebat, poſtquam ex quo actualitatem talis cauſæ eo tempore non habuerat, id ſibi prodeſſe nõ poterat, ſicuti in filio, qui licet in potentiam habeat ius ad bona patris ſuccedẽdi, vnde quaſi Dominus dicatur, l. in ſuis ff. de liber.& poſthum. nihilominus verè Dominus nuncupatur, & nunquam bona illa dici potuiſſet amiſiſſe, niſi actuale, ac totale dominiũ haberet, eo quia ſi inde ea nõ haberet, potuiſſet dici, filium perdidiſſe bona, Præſ.de Frãch. deciſ.213.num.15. Tertiò principaliter dicebatur, eo ipſo, quod homicidium patratũ fuiſſet, ius ſtatim iuriſdictioni Domini illos, qui pro tempore reperiebatur, diceretur acquiſitum, l.ſi is, qui puteum, §.ſi poſtea ff.quod vi, aut clam, l.quæcunque actiones ff.de actio.& obligat. etenim ſi tempore vnius Domini patratum fuerit delictum, & tempore alterius Domini prouentus inde perciperentur, primò ſiquidem Domino prouentus debentur, ita Caſſan.ad conſuet.Burgund.rub.1.§.7.tex. le amende, ver.iuxta hanc materiam, ex Bald. in l.fin.ff.de iuriſd.omn.iud.ex Anan.in cap.1. nẽ prælat.vic.ſuas, & plures alios ad hoc citat Tiraquell.in tract.conuent. §.5. gloſ.5.nu.22. quam opinionem probat Franch.deciſ.76.nu. 12. quo fit, vt cum tale homicidium commiſſum fuerit tempore domanij, & per conſequẽs in beneficium ipſius M.C. euenerat, & ſi in alterius Domini manus feudum peruenerit, prouentus tamen ad ipſam M.C. pertinere nõ ambigitur, adeò quod ad præſens tempore, quo per reſtitutionem tale feudum in manus Domini reinciderit, cognitio ipſius cauſæ nedum ipſi M.C. eiuſq; Fiſco, ſed partibus querulantium ius quæſitũ eſſe oſtenditur. Quartò principaliter aſſerebatur, quod reſtitutio ad rei habitum dirigitur, non tamen ad ea, quæ iam tempore reſtitutionis extincta reperiuntur, cum ea reſtitui non poſſint, Gloſ.in d.cap. quamois, de reſcript. in 6. quemadmodum ſi filius fuerit deportatus, aut crimen læſæ Maieſtatis commiſerit, & interim pater moriatur, poſtea fuerit reſtitutus, nepoti non præiudicabit; etiam ſi per eum hæreditas adita non fuerit, cum ipſo iure etiam ignorans ſit hæres arg.d.l. in ſuis, & rationem huiuſmodi dicti aſſignat Aquilin. ibid.num.9.poſt mediũ, quia filius viuo patre ius ſuccedendi habet, quod ſiquidem ius per deportationem, aut crimen non eſt extinctum, ſed amiſſum, nepote vero ipſo iure hærede exiſtente, remanet poſtea tale ius extinctum.iuxta not.per Bart.& alios in l.is poteſt ff.de acquir. hæred. ſic quoties Dominus ius cognoſcendi in vaſallos habuerit, & per crimen fuerit amiſſum, interim ad M.C. peruenerit per capturam informationis, carcerationis & litis conteſtationem cenſeri debet extinctum, quod reuiuiſcere non poteſt. Et ob id minimè obſtare videntur tex.in l.ſue libertus ff.de iurepatronat. & l.ſed ſi hac, §.libertos, verſ. ſed etſi ff.de in ius voc. in quibus iuribus diſpoſitum, patet quod ſi patronus fuerit deportatus, per quod iuſpatronatus amiſerit, ſi fuerit reſtitutus, iuſpatronatus recuperabit, ſic in patria poteſtate, l.fin. C.de ſent.paſſ. ex quibus percipitur, poſſe aduerſarium opponere rerum incorporalium exceptiones, vt ſunt iura, iuriſdictio, & alia, quæ per reſtitutionem ſtatim & dari reacquiſitionem, & per conſequens reſtituto Domino, illico ius cognoſcendi cauſam ipſam reacquiſitum intelligi, ſed reſpondetur Primo, id locum habere, quando facta fuerit reſtitutio re integra, Secundo, idem non procedere, quando cauſa prius non fuerit quæſita, ad hoc vt reacquiſitio locũ haberet, Tertio ex Gomez. variar. reſolut.tom.3.cap.13.nu.39.verſ.nec obſtat text. dicente, dicta iura procedere in caſibus ſuis, nam ibi iuſpatronatus, & patriç poteſtatis per deportationem, aut crimen commiſſum, nec Fiſco, nec alteri tertio acquiſitum fuerat, ſed in ſuſpenſo permanebat, nimirum ſi facilè per reſtitutionem recuperetur, quod ſecus erat in caſu iſto, vbi eo ipſo, quod fuerit crimen commiſſum

miſſum

miſſum ius cognoſcendi,& iudicandi cauſam iſtam,& Fiſco,& ipſi M.C.ac partibus ius querulandi apud Principẽ,& forũ eligendi acquiſitum eſſe refertur,vt cõſiderat Præſ.de Franc. deciſ.213.nu.50.circa medium. Quintò principaliter firmatur cõcluſio, nempè quod talis remiſſio erit deneganda, ex quo licet ampla quantumcunq; ſit reſtitutio, ea non comprehendit quæ medio tempore quis acquiſierit, ſi fortè forjudicatus nõ fuiſſet, neque crimen commiſiſſet, l.vlt. §.ita tamen, C.de ſent. paſſ. ad quod eſt text. punctualis in l. intercidit ff. de cond.& demonſtrat.quam ſententiam pro cõmuni, & vera ſectantur Caſtr.in d.l.Gallus, §.& quid ſi tantum, num.14. vbi Iaſ. num.61. Ruyn.num.176.Galial.num.58.Alber.in auth. idem de Neſtorianis, nu.1.&ſeq. C.de hæret. Boſſ. de reſtitut. quæ fiunt à Princ. poſt bell. num.15. & iuxta illam iudicandum cenſuit Sfort.Odd.de reſtit.in integr. part.2.quæſt.99. art.1. num.5. verſ.in contrarium eſt, & ante nu.7. & huius dicti rationem poſuit Præſ.de Franch.d deciſ.213.num.2,quia datus videtur locus occupandi alijs competentibus, & iſto caſu non poteſt conqueri reſtitutus,quia cùm nil, quod perfectè ſuum dici potuerit, amiſerit,ideo in nihilo etiam quoad hoc reſtitui debet,Bald.in d.§.& quid ſi tantum,col.fin.verſ. deinde videtis, Caſtr. col.penult. verſ.ſimilis, ad quod accedit punctualis doctrina Bart.in l.2.ff.de decur. quod Doctor reſtitutus,& ſpecialiter hàbilitatus ad ius Collegij,ad locum medio tempore occupatum reſtitutus non intelligitur,quẽ ſequuntur DD.in d.§.& quid ſi tantum, Nellus de bannit. part.1. d.3.temp. quæſt.17. Menoch.de recup.poſſeſſ.remed.10. num.101. & ſeq. quamuis autem obijciatur, quod cũ hæc reſtitutio facta ſit pro bono pacis,idcirco etiam ſi alteri ius fuerit quæſitum, eo caſu Princeps pro bono publico etiam priuatarum rerum dominium auferre,ad text.in Lucius Titius ff. de euict. l. item ſi verberatũ, §.ſi fortè ff.de reiuend.& conſequẽter ad omnia bona tertio quæſita, & adhuc vendita poſſe Principem rebellem reſtituere, vt in caſu relato per Afflict.in d.deciſ.361.nu.4.eum ſequuti ſunt Boer. deciſ. 38. num.2. Menoch. d.remed.10.num.111.verſ.declara primo,nam reſpondetur,id benè procedere,quando reſtitutio facta fuerit pro bono pacis,& fuerit hoc ſpecificè in reſtitutione expreſſum, Afflict. d. deciſ.116.& deciſ.361.num.2. Gabr. conſ.112. num.1. Coſta de port.ratæ, part.2. cap.8.& 17. nu.13.ex Nello in tract.de bannit.1.part.q.11. nu.11. verſ.venio ad ſecundum, tradit Aquil. in d.§.& quid ſi tantum,nu.141.circa finem, imò etiã quia capitula pacis ſtricti ſunt iuris, & ſtricta in illis fieri debet interpretatio, Bal. in conſ.247.incip.orta guerra,in fin.volum.2. adeò quod in illis non expreſſum habetur pro omiſſo,idem Bald.in conſ.58. incip. in Chriſti nomine,col.4.vol.1.& eo magis,quod etiam gratia de per ſe eſt ſtricti iuris, Rot.Rom. deciſ. 68. part. 2. in nouis. Sextò principaliter dum prætenditur, quod iſta reſtitutio non ſit facta per modum iuſtitiæ,ſed per viam gratiæ, quæ non retrotrahitur vt medium tempus, ſicque hanc cauſam, quæ medio tempore ſuperuenit,comprehenderet,Bart.in d.§.& quid ſi tantum, num.12. Aret.ibi nu.13. idem Bart. in l. ſi quis filio, §.quatenus ff.de iniuſt. rupt. teſt. arg. l. cum allegatis, C.de re milit. lib.12. & cum ipſa reſtitutio per modum gratiæ non retrotrahatur, per cõſequens tanquã ex nunc eam valere,dixit Bald.in d.l.fin.num.12. C.de ſent.paſſ.quem ſequitur Sforz.Odd.in d.tract. d.part.2. quæſt. 99. art.14. num.124. Septimò principaliter aſſeritur,qualiter reſtitutus quocunque modo per modum iuſtitiæ, ſiuè per viam gratiæ, ſiuè pro bono pacis fructus medij temporis durante ſententia,aut delicto nõ recuperat, ex text.in authent. idem de Neſtorianis,C.de hæret,ibi reſtituenda quidem, ſed abſque ratione fructuũ, & adminiſtrationis, quem tex.ſingularem in hoc inquit Alexand. in d.§. & quid ſi tantum, col.9. prout etiam omnes concludunt, Bart. Bald. Aret. Angel. Imol. & alij communiter ibidem, vbi Iaſ. & Galial.Boſſ.in d.tit.de reſtit.quæ fiunt à Princ. num.17. Couar.variar.reſol.lib.1.cap.3.nu.15. vbi plures alios refert, Fachin. controu. iur. lib.1. cap.38. verſic. hæc poſterior,& ratio eſt, quia cũ per delictũ bona fuerunt Fiſco acquiſita, idcirco interim iuſto titulo, & bona fide Fiſcus poſſedit,taliter quod iniquum eſſet,vt bonæ fidei poſſeſſor ad fructuum reſtitutionẽ teneretur,inquit Sforz.Odd. vbi ſup. d.part.2. quæſt.99.art.14.nu.125.vltra Gomez.d.tom.3. cap.13.num.38. ante finem, adeo quod cum hæc cauſa de fructibus dictæ iuriſdictionis per Fiſcum acquiſitæ,ac poſſeſſæ ſit & fructus iuriſdictionis, tum multarum condemnationes ei applicantur,Bart.in l.in partem,num.2. ff. ſolut. matrim. cum alijs allegatis per Tiraq. de retract.conuent. §.5.gloſ.5.num.21. & propterea Domino reſtituto ad hanc cauſã, tanquam ad fructus aliquo modo reſtitutus dici non poteſt; quocirca regula illa,quod reſtitutus non recuperet fructus, procederet quoad fructus perceptos, ſecus tamen quoad extantes,vt ex Garſia in d.§.& quid ſi tantum,num. 152. tradit Sforz. d.art.14.nu.129. at cum ipſa cauſa adhuc pendet, ideo extare dicetur, nec aliter conſumpta, vnde bene poſſet illam recuperare, licet ad hoc reſponderi poſſit cum Andr.Gayl.lib.2.de pace publ. cap.19.num.30. quod cum de iure ſit firmatum, vt bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos, l.2. C.de pet. hæred.§.ſi vero,Inſtit.de offic.Iudic.l.bonæ fidei, ff. de acquir. rerum domin. ideo ſiuè extent, ſiuè fuerint conſumpti, ſufficit per collectionem,& ſeperationem ſuos ſibi feciſſe, quibus vti Dominus priuari non poteſt, & ſufficit etiam fructus collegiſſe,& in horto repoſuiſſe bonæ fidei poſſeſſorem,quia adhuc ſi ibi extarent, non teneretur ad reſtitutionẽ, ſic à pari colligitur, Fiſcum hanc cauſã in horreo Mag. Cur. repoſuiſſe, adeò quod ad reſtitutionem non compelleretur. Octauò ſuadet altera potiſſima ratio, quia ad Dominum cauſa ipſa non pertinet, quia feudum ob crimen commiſſum iam fuit extinctum, ex Afflict.in d.deciſ.361.

ciſ.361.num.35. necnon & priuilegium derogationis d.l.vnicæ,C.quando Imper.inter vid. & pupill.vt refert Præſ.de Franch.d.deciſ.192. in princ. & ob id, quando Dominus reſtituitur,eſt noua conceſſio,dum idem feudum tribuitur, Iſern.in cap.1.§.1.num.1.verſ.ſi autem perdatur ipſo iure, Liparul.verb.§.ſi hæres,de vaſall.decrep.ætat. ex Odoſ. Io.Rayn.Bald. & Aluar.in cap.1.§.inſuper,de prohib.ſeud.alien. per Feder. & certum eſt, hanc nouam conceſſionem, & priuilegium derogationis l.vnicæ, ſuum effectum operari ex nunc in futurum. Vltimò adducitur, addendo prædictis, quod quando per miſerabiles perſonas fori electio facta eſſet, etiam ſi ſtatum mutauerit, aut tale priuilegium nõ duraret,erit tamen terminandum coram eodem Iudice, apud quem cęptũ fuit iudicium, vt ex Carau. in ritu 233. nu.18. qui ita practicari dixit,& Præſ. de Franch. deciſ.257.n.7. & alijs probat Reg.Conſ.D.Thomas Carleual de iud.lib.1.tit.1.diſp.2.quæſt.6. ſect.7.nu.1618.quocirca ſufficiens eſſet,querelam fuiſſe expoſitam per viduas tẽpore,quo proprio vti poterant priuilegio,nam per hanc reſtitutionem nullum præiudicium factum eſſe refertur dictæ querelæ,quin non poſſit in M. C. procedi, hæc ex Allegationibus Io. Andreæ Baſilis V.I.D. Ex parte Dñi feudi ad id reſtituti replicabatur aduerſus duas principales obiectiones Fiſci,& Primò aduerſus illam per eum propoſitam , eo quia tempore delicti feudum erat in poſſe Suæ Maieſtatis , eique per delictum acquiſitũ ius Fiſco , quia ſtatim commiſſo delicto ius eſt quæſitũ primo Domino,iuxta deciſa per D.de Franch. in dec.76. num.12. vbi diſſeritur, quod ſi delictum eſſet commiſſum tempore vnius Domini,& poſtea feratur ſentẽtia, qua mediante fiunt prouentus tempore alterius Domini, prouentus ſpectant ad primũ Dominum , & ſic ad Regem, per text. in l.quæcunque actiones ff. de actio. & oblig. & l.ſi is,qui § ſi poſtea ff.quod vi,aut clam,cui reſpõdetur,dictũ D.de Franch. n.12. non eſſe tutam rationem, nam ſi bene aduertantur Authores Tiraquell. & Peregrin. quos refert , non poſſunt hanc indubitabilem reddere opinionem, Tiraquell. enim non firmat abſoluiè opinionem,vt videri poteſt in tract. de retract.conuent. §.5. gloſ.4.num.21. & ſeq. nam Primo, nu.21.22.& 23. refert opinionem ad fauorem Domini primi,Secundo ad fauorem ſecundi Domini, num.24. Tertio, nu.25. diſtinctionem tradit dicendo,vt prima opinio procedat in pœnis ordinarijs, certis, ac ſtatutis , poſterior autem in arbitrarijs obtineat, nempè vt in illis inſpiciatur tempus commiſſi delicti, in iſs vero ſententiæ, vt d.num.25. & ſic cum plures proferãtur opiniones , videtur potius vltimam amplecti , l. ſi idem cum eodem,vbi Angel.ff.de iuriſd omn.Iudic.l.poſſidere, §.Neratius,vbi Hercul. ff.de acquir.poſſ. eo magis cum vltima opinio ſit cum diſtinctione,quam in opinionum diuerſitate ſequi debemus,Ripa in l.ita ſtipulatus, num.6. ff.de verb.oblig. Paul.Caſtr.conſ.6.nu.25.lib.3. Coraſ. de commun.opin.lib.1.tit.6.num.80.& 83.

Peregrin.de iure fiſci, lib.6.tit.5.nu.5. poſt relatam opinionem ad fauorem primi Domini, refert contrariam dicens,ipſam veriorem eſſe. Ratio autem,quam pręcipuè Tiraquell.& alij adducunt in contrarium eſt , quia in delictis initium ſpectandum erit,ex Bart.in l.quod ait lex,nu.2.ff.ad legem Iuliam de adulter. at iſta ratio non poteſt adaptari in caſu noſtro, nam habet locum in caſu delicti commiſſi in continenti,ſcilicet quod locus homicidij, & non locus inceptæ rixę inſpicitur , quãdo initium, & finis delicti eſſet illicitum , ſecus ſi initium eſſet licitum , hanc ſententiam confirmant Guid. Papa deciſ. 355. Addit. ad conſ.7. Alex. vol.3. Imol.in l.diuortio, §.ſi vir, ff.ſolut.matr. Iacob. Rebuff. ad d.l.3. C.de ſuſcept. & arcar. lib.10. Bertrand.conſ.214.vol.2. ſequitur Ferrer. in addit. ad d. deciſ. Guid. Pap. nouiſſimè comprobat Reg.Rou.in deciſ.91. nu.30. alios recenſet Peregr.vbi ſupra, & Tiraquell. in ſupra citatis locis , num. 24. & ſecundum eam fuit iudicatum per Senatum Tholoſanum,teſte Papon. arreſt.lib.13.tit.9.arreſt.9. ita quoq; determinatum fuit per Senatum Cambertenſ. teſte Anton. Fabro in ſuo Cod. rerum iudic. tit. de pœnis, defin.3. & ita per Senatum Dolanum iudicatum refert Io.Griuell.deciſ.140. num.3. vbi num.ſeq. ſupradictam opinionem optimè probat,& contrarijs reſpõdet, adeo vt in opinione Præſ.de Franch.non ſit ita firmiter faciendum fundamentum , neceſſe enim eſſet , quod ſequatur condemnatio tempore primi Domini , ad hoc vt ei applicentur fructus,ita poſt multos tradit Rimin.iun.in conſil.33.nu.12.& 13. vbi etiam refert, quod hoc euenit in Curia Romana,& quod Gaſp.Valla in l.Imperium, num.16. ff.de iuriſd.omn.Iud. in puncto iuris hanc opinionem eſſe ſubſtẽtabilem teſtatur,& veriorem inquit Guazzin. de confiſcat. bonor. in concluſ.11. ſub nu.53. verſ. licet aliqui , præterea confert ad hoc diſtinctio Affl.in cap.1.verb.pœnarum,num.37. in tit. quæ ſint regalia , vbi quod ſi proceſſus erat concluſus,pertinet ad primum Iudicem, ſi vero non eſt concluſus , pertinet ad ſecundum,quam diſtinctionem etiam refert Pereg. in locis prædictis , rurſus nouus feudatarius conſequi , & retinere poteſt omnia iura fiſcalia, prout poterat Fiſcus Principis ante infeudationem, & conſequenter pœnas comminatas, vel commiſſas proſequi, & exigere valebit , quia cenſetur conceſſum feudum cum condemnationibus præteritis,præſentibus,& futuris,Bald.in conſ.419.vol.4.Signorol.conſ. 165.Grat.conſ.128.nu.5.vol.1.Natta conſ.346. num.2.vol.2.Boſſ.de priuil.fiſci,num.60.& 70. quos refert Carpan.ad Conſt. Mediol. in cap. omnium, num.497.& ſequitur Guazzin. eod. tract. concl.21.nu.48. hinc eſt, quod iſtæ pœnæ , & confiſcationes tanquam fructus iuriſdictionales, ſecundum Capyc.deciſ.27.nu.13. Boſſ. de pœnis, num.15.ex tit.de regal.num.3. verſ. concluſum eſt,Natta conſil. 659. num.5, vol.4. Roland. à Valle conſ.37.nu.1.volum.4. Peregr.in locis ſupra relatis, Maſtrill.deciſ.1a. num.1. pertinẽt ad nouum feudatarium tan-

quam

Digitized by Google

quam pendẽtes, & non exacti, quos quaſi ſeminatos, & non collectos Doctores appellãt, Bald. in conſ. 419 num. 10. verſ. in contrarium, vol. 4. Boſſ. in tit. de Fiſco, num. 69. & ſeq. Carpan. in d. cap. omnium, num. 498. & ſeq. vbi ita pluries per illum Senatum deciſum teſtatur, Baiard. ad Clar. in quæſt. 78. num. 144. in princ. Guazzin. ibid. num. 49. & 50. inſuper prædicta locum habent in materia fructuum, non autem in cognitione, & auocatione cauſarum, & tamen adhuc in materia fructuum prouiſionalium opinio Vincent. de Franch. & aliorum ſequacium procederet, quãdo pęna committatur ipſo iure, vt confiſcatio, quæ tamen nõ fit in Regno, quia tunc ſtatim bona dicuntur acquiſita primo domino, & Fiſco Regio, & non Fiſco noui feudatarij ſuper delictis cõmiſſis ante infeudationem, ſiue captum fuerit procedi, ſiue non, vt tradit Carpan. in d. cap. omnium, ſub num. 500. vbi ita determinatum inquit per Senatum cauſa plenè diſcuſſa in contingentia facti inter Comitem Iacobum Annibalem Altempſum inueſtitũ de Oppido Gallerati, Guazzin. dictis locis, num. 52. ſecus vero vbi pœna non eſſet determinata, nam tunc attenderetur tempus condemnationis, Signorol. conſ. 105. ſub num. 6. Carpan. d. cap. omnium, num. 509. & ſeq. cum alijs relatis per Tiraquell. in præcitatis locis, nu. 25. & Peregr. ibid. ſub num. 44. prout etiam refert Guazzin. vbi ſupra, ſub num. 53. verſ. primo limita, ſed propriè in caſu noſtro circa cauſæ cognitionem omittẽdo ex induſtria ea, quę DD. communiter tradunt in materia reſtitutionis, quod per eam intelligatur quis reſtitutus ad omnia, ex regula text. in l. 1. C. de ſent. paſſ. & ſic videtur facta reintegratio quoad ſtatum, formã, & bona, vt per Reg. de Ponte conſ. 65. num. 30. & ſeq. vol. 1. ita vt hodiè videatur dominus reintegratus ex veteri, non autem ex nouo titulo, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 839. num. 11. & cap. 845. num. 19. & ſeq. tom. 5. illud enim erit animaduertendum, quod quãdo fit generalis reſtitutio ex cauſa pacis, tunc veniunt etiam feudalia, quamuis nõ exprimantur, Florian. in l. loci, §. fin. ff. ſi ſeru. vend. Bellemer. deciſ. 743. & ſeq. Burſat. conſ. 187. num. 34. Afflict. in tit. ſi de feud. deſ. mil. num. 55. poſt Iſern. in cap. vnic. de vaſall. decrep. ætat. Loffred. in cap. filij, eod. tit. qui latè probat, quod in generali reſtitutione, nedum feuda veniũt, ſed omnia per prius conceſſa, etiam regalia, aliaque indigentia ſpeciali conceſſione, idem Iſern. in cap. 1. quib. mod. feud. conſt. Vinc. de Anna allegat. 52. & 62. Grammat. deciſ. 59. poſt Oldrad. conſ. 121. Maſtrill. ad Petr. Gregor. de conceſſ. feud. part. 7. q. 2. lit. C. poſt eos Bammac. ad tit. ſi de feud. defunct. cont. cap. in generali, quæſt. 2. num. 52. & 53. conferunt tradita per Capyc. deciſ. 69. num. 1. & 29. Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 116. num. 1. & deciſ. 316. nu. 11. & 26. vbi omnes tradunt, quod reſtitutio ex cauſa pacis, extenditur etiam ad bona alienata per Fiſcum, ſecus ſi per debitorem, & præter eos nouiſſimè Chriſtoph. Mart. deciſ. Senenſ. in exam. 25. & exam. ſeq. ex prædictis declaratur deciſ. Vinc. de Franch. 213. num. 46. & ſeq. vbi cenſuit, quod Princeps non videtur per reſtitutionem præiudicare iuri tertij, niſi expreſsè dixerit, nam ibi non agebatur de reſtitutione ex cauſa pacis, & proindè iſte dominus non ſolum reſtitui videtur quoad feuda, ſed etiam quoad priuilegia eidem conceſſa circa cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum, & aliorum, ac ſi nunquam fuiſſent feuda, itaut non noua, ſed eadem dicatur facta conceſſio, & conſequenter omnes cauſæ pendentes in Curijs ipſius Domini deuolui debeãt per illa verba, prout tenebat, vt in decreto Collateralis Conſilij. Quo vero ad Secundum caput difficultatem habere nõ videtur, quod priuilegium feudatarij tàm pro cauſis pendentibus, quàm priuilegio contra viduas, & miſerabiles perſonas non intelligitur derogatum, ſed illud reconceſſum, vt per prius, de quo priuilegio nõ erit ambigendum, quod non ſit in poſſeſſione, vt notum eſt, & apparet exemplum in perſona eiuſdem Fœlicis Antonij alias inquiſiti de homicidio in perſonã N. de anno 1614. dum fuiſſet electa in forum M. C. & fuit remiſſa cauſa prædicta, & confirmatũ per S. C. vt patet in actis fol. 90. à ter. hæc ex allegationibus Pauli Antonij Cuoci V. I. D. ſubnectitur apoſtilla deſuper ſcripta per eruditum I. C. Scipionem Saliturum Iudicem M. C. in criminalibus, & tunc Fiſci Patronum in eadẽ M. C. benemeritum, nunc verò S. R. C. Conſiliar. Videndus Barboſ. in l. diuortio, §. ſi vir, nu. 43. verſ. iuxta hæc ff. ſolut. matrim. vbi confutata opinione contraria defendit, & probat, confiſcationem bonorum propter delictum haberi tanquam fructum ſeminatum, & pendentem, ideoque debentur domino tempore condemnationis, non tempore delicti, refert hinc inde DD. & hanc probat, imò reſtitutio gratioſa rebelli, ſiue bannito, non comprehendit bona alienata titulo oneroſo, ſed bene omnia, quæ ſunt penès Fiſcum, maximè fructus pendentes, eo maximè ſi reſtitutio fuit facta propter pacem, & pro publica quiete, Sforz. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 99. num. 129. poſt Fortun. Garſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ ff. de liber. & poſth. quòd veniant in reſtitutione gratioſa fructus pendentes, ſiue collecti, & extantes de alienatis, qui poſſunt reſtitui, quãdo fit reſtitutio ex cauſa pacis, Afflict. in deciſ. 361. num. 4. cum alijs relatis per Aquilinum in dict. §. & quid ſi tantum, num. 141. hæc multo magis in præiudicium Fiſci Alex. Gall. Crot. & alij in d. §. & quid ſi tantum, quos laudat Coſta de retrotr. caſ. 17. cap. 8. nu. 12. & Anna optimè in terminis in cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. num. 226. & ſeqq. vſque ad num. 233. Die 12. Decembris 1637. facto verbo in Magna Curia interuenientibus D. Conſiliario Sanfelicio, & Iudicibus D. Antonio Nauaretta, Thoma Lotterio, & me relatore tanquam Commiſſario ob impedimentum Iudicis D. Garſię de Vera, & Caſtro, & Iudice D. Io. Burgos fuit prouiſum, quod remittatur cauſa Curiæ Altamuræ, iuxta tradita per Barboſam, Oddum, & Annã,

quorum

Digitized by Google

quorum doctrinam adduxi,& fuerunt lecta ſcripta per Annam, hæc ille, acta exiſtunt in Banca Angriſani, penès Palmerium Scribam, hæc ille, & in ſequenti verbo de eadem mentio fit cum alijs allegationibus vtilibus.

Remiſſio cauſæ alicuius vaſalli petita per dominum habentem ampliſſima priuilegia etiam contra perſonas priuilegiatas, ſi tempore delicti feudum erat confiſcatum, licet poſtea lite pendente eidem reſtitum,an non obſtante fori electione facta per viduam in M. C. erit concedenda,de quo in præcedenti verbo fuit diſcuſſum, ad quorum comprobationem ſubnectitur Authoris dilucidatio ad eandem altercationem non inutilem,aut infructuoſam, eſt certiſſimum in iure noſtro, omnia feuda Regni eſſe in proprietate Regis, penès quem dominium directū manet, & vtile penès vaſallū, cap.1. in quib.cauſ.feud.amitt.vbi Mart. Laud. num.10. & conſequenter omnes iuriſdictiones eſſe penès eundem,& ab eo fluunt, & refluunt tanquam apud fontem,Carauit.in ritu 19. num.6. Petr.Gregor. de conceſſ. feud. part.7.quęſt.2.num.13.Camill.de Medic.conſ. 147. num.4. quo fit,vt cum Princeps feudum concedit,videtur pariter iuriſdictionem conceſſiſſe, ex Oldrad.in conſ.121.notat Bald.in cap.1.de allod.quos probat Franc.de Amic.in cap.1.de ijs,qui feud.dare poſſ.§.ſumus modo, num.11.Camill.de Medic.in conſ.21.num.34. & conſ.57.num.1.& 2.nam eo ipſo,quod feudum datur,ſimiliter iuriſdictio conceſſa videtur, Andr.Kinken.de iure territ.cap.5.nu.104. imò conceſſo feudo, ſimul cōceſſa videtur iuriſdictio priuatiuè reſpectu directi domini in vaſallum,ex Bald.in l.1.quæſt.43.ff.de rerum diuiſ.Laud.in tract.de Princ.part.1.quęſt.138. cum alijs apud Io.Bindebach. quæſt.8. nu.14. quemadmodum conceſſo Caſtro,venit merū, & mixtum Imperium, Anna allegat.52. nu.1. Lanar.conſ.5.num.10.de quo ſatis apud Ioan. Ruding. lib.2.controuerſ.iur.feud.cap.15.etenim iuriſdictio ita ſe habet ſuper feudo ſicut nebula ſuper paludem, ex Bald. in dict. cap.1. notat Franc.de Amic.vbi ſup.num.12.Camill. de Medic.conſ.154.num.2. Andr.Kinken. de iure territorij cap.1. num.253.& ſequent. vbi plura, in tantum erit argumentum validum, iuriſdictionem habens , ergo feudatarius eſt, valebit conſequentia Alex.Raudenſ. conſ.26. num.191. vol.1. at cum in ipſa conceſſione nedum veniūt omnia ea, quæ ſine quibus explicari non poſſunt, Carau.in ritu 295.nu.28. ex text. in l.2.ff.de iuriſd.omn.Iudic. Conrad. Pinciet. in tract.de iuriſd. cap.1.num.30. Bindebac.quæſt.14.num.4.ſed etiam non ſolum damna,mulcta,& pœnæ contenta ſub prouētus iuriſdictionis vocabulo, vt inquit Iacobin.in tract.feud. verſ.Matchio,&c. §.dubitatur,num.2.Vueſembec. in conſ.1.nu.25.vol.1. vbi alios citat, quia prouentus ſunt vſusfructus iuriſdictionis, Anna d.allegat.53. nu.22. poſt Parid.eod.tract.cap.& quia,num.52.Rol. à Valle in conſ.73.num.3.vol.4.Palma in ſua praxi part.2. gloſ.7. num.38. & fructus feudi, Nizol. alleg.2.num.22. Surd.conſ.83.num.10. qua de re conceſſa iuriſdictione,comprehenditomnino redditus, Andr.Kinken. d. tract. cap.5. num.194. Verum quoque eiuſdem iuriſdictionis exercitium in vaſallos,cum ipſa iuriſdictio exerceatur in homines de. territorio, Reg. de Ponte in conſ.51. num.35. vol.1. quæ conſiſtit in iuris redditione vnicuique, nam iuriſdictioni nil magis conuenit, quam ius reddere, Andr.Kinken. d.tract.cap.1.num. 286. vbi alios citat, ex quibus infertur ad id, quod DD. tradunt, nempè quod feudum naſcitur,viuit,& moritur,Reg.de Pōte in 9.lect. feud.num.39.& melius lect.21.num.5. conſequens erit, vt quemadmodum naſcatur, eodemque modo finitur, ſiue moritur, iuxta regulam vulgatā, quod omnis res,quæ per quaſcunque cauſas naſcitur,per eaſdē diſſoluitur, ad text. in cap.1. de regul.iur. naſcitur enim feudum ex conceſſione Principis ipſo iure,eo quia antiquitus fiebat cōceſſio illius per Regem,& nō indigebat inueſtitura,ſed ſolo priuilegio conſtituebatur feudum,vt ex Alb.notat Reg.de Curte in diuerſ. iur. feud. §.vt igitur,num.12. hinc eſt,quod ſi Rex dicat, inueſtimus Titium de tali re, illa erit cōceſſio feudi,poſt Par.de Puteo de reintegr. feud. cap. & circa,num.9. Petr.Gregor.eod.tract.part.2.q.2. nu.7. etenim ſolo verbo poterit feudum conſtituere, Alexand.Raud.in conſ.1.nu.10.vol.2. eo quia feudum Caſtra, & Baronia Regis deſtinatione conſtituuntur, Reg.de Ponte conſil.132.num.1.vol.2. hinc eſt etiam, quod feudum aſſumit naturā ab ortu à lege inueſtituræ,Reg.de Ponte conſ.7.num.6.vol.2.ita pariter in morte,poſtquam feuda finiūtur,& aperiuntur morte,delicto,& refutatione,idem in conſ.147.nu.1.eod.volum. Vult.de feud. lib.1. cap.11. per totum, quod ſane intelligendum erit ipſo iure,cum feuda per felloniā ipſo iure committantur, ex Bal.in cap.1.§.callidis,nu.7. de proh.feud.alien.per Feder.notat Vueſemb. conſ.6.nu.118.vol.1.licet poſtea opus erit ſententia, Farinac. de crim.læſæ Maieſt. cap.1 16. num.15. vt dominium bonorum ad Regem pertinet, nam dominiū bonorum, quæ veniunt applicanda Fiſco propter delictum poſſidentis , remanet penès delinquentem commiſſo crimine, donec ſententia condemnatoria interceſſerit, vt probat Ramon. conſil.37. num.65.tamen lata ſententia in Fiſcum tranſit,ita Fœlicius alleg.57.num.2.par.2.Farinac. vbi ſup.num.20.ita pariter erit intelligendum in reſtitutione facta , nam ipſo iure bona ad priorem dominum redeunt, vt quoque probat idem Vueſemb.eodem loco,num.149.vbi expreſsè loquitur de reſtitutione feudi facta domino, probat etiam Surd.vbi ſup. nu.4. etenim reſtitutio omne ius per rebellionē amiſſum reſtituit, Affict.in cap.1.hic finitur lex,in 5.not. num.5. & ibi Bald.num.5. quem ſequitur Io.de Soccarat. in conſuer.Cathal. §.ſi aliquis eſt homo,nu.22.quod ſi Rex condemnauerit aliquē ad mortem, poſtea rogationibus aliquorum pepercit, ipſum in integrum reſtituendo, vtrum feudum, quod obtinebat à dicto Domino Rege, vel ab alio recuperet, ac ſi ſibi

Digitized by Google

ſibi in eodem ſtatu reſtituatur, & concludit affirmatiuè, nam reſtitutione res ad priſtinũ ſtatum reuertitur, Afflict. in cap. vnic. in 6. not. num. 6. hic finitur lex, & talis reſtitutio in integrũ eſt in priſtinũ ſtatum repetitio quoad omnia, vt ipſemet Afflict. eodem loco, num. 3. firmauit, poſtquam talia verba reſtituimus, indulgemus, & reponimus delinquentem in eo ſtatu, & eſſe, in quo erat ante culpam, dicitur reſtitutus quoad omnia, Afflict. in cap. quidã vaſallus, num. 15. de vaſall. decrep. ætat. & amplius, quia reſtitutio ex cauſa pacis habet vim plenariꝫ reſtitutionis, & omnia veniunt in ea, Paris de reintegr. feud. cap. & quia multa, num. 7. fol. 83. à ter. cum alijs apud Camill. de Medic. conſ. 46. num. 41. Surd. d. conſ. 203. nu. 2. vol. 2. & præſertim fructus ſupra citati quoq; comprehenduntur, poſtquã rei reſtitutio fructus, & omnem rei cauſam, ideſt acceſſoriam vtilitatem complectitur, l. ex diuerſo, §. 1. & l. qui reſtituere ff. de rei vend. cum alijs citatis per Vueſemb. conſ. 99. num. 1. vol. 2. vbi multa ad hoc congeſſit ſatis conferentia, Conſil. de Georg. allegat. 49. num. 55. etiam perceptos, ita Marta in voto 71. num. 10. ad quod optimè Mart. Laud. de feud. lib. 1. tit. 17. nu. 21. quærit, ſi vaſallus commiſit feloniam, an fructus ſint reſtituendi domino à die commiſſæ feloniæ, & concludit affirmatiuè ex Gulielm. & Angel. in l. 1. C. de ijs, quib. vt indign. nam tales prouentus, qui ſunt fructus iuriſdictionis, ſpectãt domino, in cuius terra fiunt, Paris d. cap. & quia, num. 12. ex eo quia reſtitutionis appellatione tàm vſusfructus, quàm res venit, Surd. conſ. 116. n. 7. vol. 1. & ratio eſt, quia ſicuti feudo amiſſo omnes fructus à tẽpore offenſionis factæ veniunt, multo magis à tẽpore ſentẽtiꝫ, ei, cui apertum eſt feudum à vaſallo reſtituẽtur, l. eius, qui ff. de iure fiſci, cum alijs apud Io. Ruting. var. lect. iuris feud. lib. 1. cap. 72. ita facta reſtitutione licet non trahãtur ad alienata, trahuntur tamen ad ius proueniens ex ſententia, ita ex Bart. Mart. Laud. ibi num. 13. nec proinde curandum erit de iure quæſito ipſi M. C. tum ob iudicium in ea cꝫptum, vt ibi finiri debeat, ad text. in l. vbi cꝫptum ff. de iudic. dum quoque ex electione facta per viduam in forum M. C. V. poſtquam hoc non debet iuri tertij præiudicare, cum Princeps nunquam præſumatur iuri tertij præiudicare, probat Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de abundant. Ciuit. §. 4. nu. 8. & in deciſ. 38. nu. 7. & fortius, quia hoc ius fuit quæſitum M. C. facto hominis, & non legis, in tantum quod quando reſtitutio fit facto iuris, vt dictum eſt ſupra, eodẽ enim caſu omnia etiam alienata in tertium venirent, ſecus ſi facto hominis, vt ex mẽte Cyn. refert Bal. in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ ff. de lib. & poſth. poſt n. 3. verſ. & inducitur hæc vbi Alex. n. 19. Iaſ. n. 74. cũ alijs allegatis per eundem Camill. de Medic. d. conſil. 46. num. 44. Reg. de Ponte lect. 12. num. 7. & ſeq. vltra quod nõ poterit realiter dici fuiſſe quæſitum ius Fiſco, ſiue ipſi M. C. V. ex quo ipſa M. C. V. licet ſub dominio magni Iuſtitiarij exiſtat, vt late per Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. magni Iuſtitiarij, attamen M. C. Tribunal eſt idẽ, quod Regis Tribunal appellatur, idcirco iuriſdictionem habet vniuerſalem ſuper omnes Barones, Comites, Duces, Principes, & alios cuiuſcunq; conditionis, & præeminentiæ fuerint, ita Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. reg. §. 7. num. 4. ergo dum Rex reſtituendo bona delinquenti, quæ ſunt ipſo iure ei quæſita, omnia cenſentur reſtituta, quæ ſunt etiam quæſita eius Officialibus, non mirũ ſi reſtitutus recuperet etiã bona, quæ ad Fiſcum peruenerunt, Surd. vbi ſup. num. 9. faciunt etiam ad hoc tradita per Affl. in Conſt. Humanitatem, num. 43. poſt hæc excogitata reperi Carpanum virum doctiſſimũ ad nouas Conſt. Mediol. in cap. omnium, ac auxilij, à nu. 495. ad 501. vbi diſputat articulum, ſi delictum fuerit commiſſum in vno territorio, eo tempore, quo nõ erat infeudatum alicui, ſed erat Principis, ſi deinde tempore confiſcationis reperiatur alicui infeudatum, ad eum ſpectabit confiſcatio, non Fiſco Principis, ex Boſſ. in tit. de pœnis, num. 22. & in tit. de fiſco, num. 69. & 70. & ſic feudatarius poterit proſequi, conſequi, & retinere omnia iura fiſcalia, nam cẽſetur conceſſum feudum cum condemnationibus præteritis, præſentibus, & futuris, ex Bald. conſ. 306. & 419. vol. 4. Signorol. conſ. 165. Grat. conſ. 128. nu. 5. vol. 1. Narta conſ. 346. & ſubdit nu. 498. Carpan. quod iſtæ pœnæ, & confiſcationes ſunt fructus iuriſdictionales, ex Iaſ. Boſſ. Capyc. Natt. & Roland. à Valle ibi relatis, poſtquam ij fructus cũ ſint pendentes, & non exacti, ſpectant ad nouum feudatarium, Bald. in l. 1. num. 10. & 14. ff. de rerum diuiſ. Aluar. in cap. 1. §. ijs conſequẽter, hic finitur lex, & ſequitur Carp. num. 499. & appellat hos fructus quaſi ſeminatos, non recollectos, ex Bal. Boſſ. & Gulielm. de Bened. ibi citatis, demum numer. 500. aſſerit, ita ſꝫpius iudicatum fuiſſe Mediolani in caſibus occurſis, quanquam aliter videatur deciſum in facto, attamen pro concordia opinionum concludit, vbi dictio illa, ipſo iure, adiecta erit, quꝫ operatur, quod applicatur ius, & dominiũ à die delicti, & contraria opinio procederet, vbi talis dictio nõ reperiretur, quo fit, vt cum tẽpore, quo ſtatus reperiretur penès Regem, & per ipſum poſtea reſtitutus feudatario, eidem omnia reſtituta videntur, eundem ſequitur Guazzin. de confiſcat. bonor. concluſ. 21. num. 7. & ſeq. Facta poſtmodum relatione in S. C. per Reg. Conſiliar. Petrum Antonium Caranita fuit confirmatum decretum ipſius M. C. V. quanquam inde fuiſſet petita reſtitutio in integrum per filium minorẽ occiſi aduerſus decretum ipſius S. C. tandem die 22. Aprilis 1638. eodem referente deciſum fuit, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum.

Remiſſio cauſæ intentatæ ad inſtantiam ciuis Neapolitani ceſſionarij alicuius vaſalli Baronis eius debitoris contra alium vaſallum debitorem petita à Barone Domino eiuſdem vaſalli conuenti an erit concedenda, prout in facto cõtingerat, cum fuiſſet proceſſum ad liquida-

quidationem inſtrumenti ad inſtantiam Eraſmi de Laurentio contra Franciſcum Faillum in Curia Ciuitatis Caleni inſurrexerat Sylueſter de Giglio pariter creditor eiuſdem Failli ſuper venditione exequutionis, quare Franciſcus Antonius de Giglio filius, & hæres ipſius Sylueſtri non habens pecuniam præ manibus ceſſerat in ampla forma ad eorum creditum conſequendum ab ipſo Faillo Andriano Galluccio, ac Aloyſio creditoribus ipſius Sylueſtri vigore publici inſtrumenti, & eorum vigore aſſiſtentiæ petierunt in M.C. ſuper bonis prædicti Failli in ampla forma, qui cum fuiſſet excluſus à remiſſione petita ad Curiã Ciuitatis Theanẽſis, comparitum fuit ex parte Ill. Principiſſæ illius Dominæ, vt cauſa remitteretur ad ipſam Curiam, & licet per M.C. fuiſſet denegata, & iuſſum, vt procederetur in M.C.V. fuit tandem interpoſita appellatio ad S.C. in quo dicebatur, remiſſionẽ non aliter eſſe concedendã, & Primo, quia dum Rex conceſſerat Baronibus cognitionem potiſſimum ; amarũ cauſarũ, ſicuti ex formula conceſſionũ feudorum perpenditur, ex adductis per Capyc. in ſua inueſt. feud. rubr. cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum, & ideo Rex non poteſt ſe intromittere in primis cauſis Baronum, vltra Capyc. in eodem loco firmãt Reg. Lanar. conſ. 52. num. 5. Anna iunior in Addit. ad ſingul. eius Genitoris in ſingul. 631. Imò nec in prima inſtantia Rex cognoſcit, cum Domini terrarum habeãt iuriſdictionem priuatiuam, Auend. de exequend. mandat. part. 1. cap. 19. ſub num. 1. & illam priuatiuè præſcripſerũt inter vaſallos, Caliſt. de lege regia, §. 33. num. 9. quocirca Baro rectè nuncupatur Iudex ordinarius ſuorum vaſallorum, Reg. de Ponte conſ. 105. num. 10. vol. 2. Bottell. de magiſtrat. edict. lib. 4. cap. 8. num. 24. Capiblanc. in pragm. 5. num. 149. de Baron. nec propterea Rex tollit iuriſdictionẽ Baronis, Anna in repetit. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. nu. 201. non enim ipſe cenſetur tollere velle ius tertio quęſitum, Reg. Valenz. conſ. 155. nu. 4. vol. 2. præterea quia ceſſio iuriũ regulariter eſt odioſa, ex quo in præiudiciũ tertij fieri ſolet, vt dixit Troyſ. in ritu 290. ſub num. 4. vnde ſubſequitur, quod quando ipſa ceſſio fieret in potentiorem, cenſeri debet in fraudem facta, & ipſam eſſe ſimulatam, ita probat Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 129. num. 36. & potentiores agnoſcuntur eſſe Neapolitani ciues, qui priuilegium habent à Rege, & confirmatum poſtmodum ab alijs, vt nequeãnt alibi conueniri, quam in Tribunalibus Neapolitanis, vt probaui alias in 1. part. compend. verbo Neapolitani, & idem comprobat Carau. in ritu 301. num. 5. Et ſic ad relationem Iudicis M.C.V. benemeriti Io. Aloyſij Piſcicelli factã in Sacr. Conſ. die 28. Iulij 1631. deciſum refertur, mandando eidem M.C. quod prouideret, vt cauſa remitteretur ad Curiam Theani, in cauſa ipſorum de Gallutio cum dicto Franciſco Faillo, in Banca Angriſani, ſed poſtea interpoſita reclamatione à dicto decreto ad idẽ S.C. dicebatur ex parte ipſorum de Gallutio, certum eſſe, ipſos ciues, ac nobiles Neapolitanos eſſe notoriè, vnde attento priuilegio Neapolitanis cõceſſo, vt omnes, & quaſcunque perſonas in quacũque dignitate poſitas, & alijs ſubiectas conuenire poſſint in Tribunalibus Neapoli exiſtentibus, ex quauis cauſa, & potiſſimum vigore ceſſionum eis factarum, hoc ſanè intelligendum eſſet, quando citra fraudẽ fierent ceſſiones ſimiles, de quibus loquitur exẽplificando Menoc. vbi ſup. nu. 20. & ſeq. & ſic reſpectu ipſius conuẽti quatenus ad ſuũ intereſſe pertineret, remiſſionẽ fieri ad ſuũ Iudicẽ, replicabatur, quod qñ. ceſſio fieret ex cauſa neceſſaria, tunc in ceſſione iurium ex cauſa neceſſaria facta, regulariter fraus, & ſimulatio nõ præſumeretur, ita Annib. Troyſ. d. ritu 290. n. 6. poſtqnã vt valeat ceſſio, fieri dẽt ex cauſa oneroſa, ita Vrſill. deciſ. 74. nu. 4. ſicut ex alijs probat Nouar. de elect. & variat. fori, ſect. 3. quæſt. 14. num. 24. prout erat ceſſio in actis deducta ex cauſa oneroſa, quinimò ibidem Vrſill. num. 1. præſertim de Neapolitanis loquens, concludit, quod ſi ceſſionarius ſit Neapolitanus, poterit trahere in ius non obſtante, quod cedens iſtud facere non valeat, imò ſub num. 6. cenſuit, per S.C. fuiſſe deciſum etiam ſi ceſſio ex cauſa lucratiua proceſſerit, potuiſſe procedi in S.C. nec aliter remiſſioni locus erit, & ijs accedunt adducta à Conſiliar. Paſcale de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 2. n. 91. de ceſſione facta miſerabilibus perſonis, vt eius vigore trahere poſſint debitores ad eorũ Iudices, etiam ſi ex cauſa lucratiua ceſſio proceſſiſſet, citra tamen fraudem, vt per Carau. in ritu 228. ſub nu. 9. aſſerentem, ita in praxi ſeruari tam in M.C. quàm in S.C. ac alijs Curijs, quod ſequitur Muſcatell. in praxi S.C. part. 2. gloſ. competentes, num. 89. & optimè Cancer. variar. reſolut. tom. 2. cap. 2. num. 28. Et quamuis diceretur ex parte domini feudi iuriſdictionem habẽtis in ſuos vaſallos, vt ab eo cognoſci deberet ex ſupra adductis, erit in hoc aduertendum ad priuilegia vtriuſque, quod nam ipſorum potior erit, & ſi cernimus priuilegia conceſſa Baronibus pro cognitione cauſarum in vaſallos certum eſſe poſterius priuilegio conceſſo Neapolitanis Ciuibus, etenim Barones tempore Ritus M.C. 49. non habebãt niſi ſimplicem iuriſdictionẽ, vt docet Ill. Marchio Regens Tapia deciſ. S.C. 11. num. 2. taliter quod olim Barones in Regno habebant tantum baſſam iuriſdictionem, & cognitionẽ cauſarũ ciuilium, poſtea vero per Reges Aragoneos fuit eis communicatum merum, ac mixtum imperium, Afflict. in Conſt. Ea, quæ ad decus, num. 12. & 13. & in Conſt. Contingit, Præſ. de Franch. deciſ. 370. Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. fol. 45. §. ſcimus modo, quos probat Fulu. Lanar. in Addit. ad repet. cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. nu. 41. eius Patrui, & ita cum ipſi Barones aliam iuriſdictionem non habebant, quam ex eorum priuilegijs conceſſam, Carau. in ritu 265. nu. 3. ſubſequitur, eorum priuilegia eſſe poſteriora, & priuilegia Neapolitanorum priora conceſſa à Regina Ioanna, vt in Ritu 301. & inde

contir-

confirmata per Reges ſucceſſores, quibus derogari non poterat, cum Rex non præſumatur derogare iuri alterius, Reg. Lanar. in conſil. 72. num. 10. nec conceſſa aufert, Anna in repet. rubr. de vaſall. decrep. ætat. num. 242. inſuper Neapolitani vigore priuilegiorum trahunt etiam miſerabiles perſonas ad eorum forum, ex Carau. in ritu 301. num. 6. & 7. Calà de modo articul. nu. 93. & Viſcont. ad Franch. deciſ. 416. probat Nouar. de elect. & variat. fori ſect. 4. quæſt. 63. num. 2. & tales perſonæ miſerabiles vti ceſſionariæ, vel ex cauſa oneroſa, aut lucratiua poſſunt alios conuenire coram eorum Iudicibus, vt ſupra dictum, & multo fortius Neapolitani, ex regula illa, ſi vinco vincentem te, l. de acceſſionibus ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. cum alijs apud Barboſ. in opuſc. princ. iur. lit. V. num. 57. vlterius priuilegium Neapolitanorum eſt incorporatum in iure communi, ex quo in Ritu M.C. 301. Reginę Ioannæ habetur inter Ritus M.C. qui ſiquidem Ritus sũt ius commune in Regno, ita Præſ. de Franch. deciſ. 148. nu. 5. ſicuti Conſtitutiones Regni ſunt ius commune in Regno, Afflict. in prælud. Conſt. quæſt. 1. num. 3. ſimiliter & Capitula Regni, vt cenſuit Campan. in prælud. Capit. nu. 33. eapropter cum inter Ritus poſitum ſit tale priuilegium, vtiq; pro lege erit habendum, atque allegandum ex ijs, quæ congerit Campan. in Cap. Regni In nomine Domini, nu. 11. quanquam vt percepi Domini fuiſſent poſtea in paritate votorum poſiti, adhuc cauſa indeciſa remãſit; ſpero, in fauorem Neapolitanorum eſſe pronunciandum, ſi ſupra allegata conſiderentur, quę non aliter propriæ paſſionis intuitu congeſſi, ſed veritatem articuli, ac eius concluſionem intuẽdo deduxi, & nouiſſimè cum fuiſſet expoſita querela per quandã virginem Neapolitanam contra Mutium Marramaldum de ſtupro, habita inde remiſſione partis, inſurrexerat Baro Mormandi, petendo remiſſionem cauſæ, quia habebat in ſpecie cognitionem etiam contra Neapolitanos vigore priuilegiorum Ill. Principis Biſiniani. Nihilominus per M.C.V. cum interuentu Ill. Ducis Beluederij, ad relationem Iudicis Thomæ Locterij die 21. Iunij 1636. deciſum fuit, quod procederetur in M.C. petita remiſſione non obſtante, in Banca Panſæ, ſeù nunc Formoſæ, & credo id proceſſiſſe, quia delictum commiſſum erat Neap. item quia per querelam partis ius Fiſco quæſitum erat circa fori electionem, demum quia nunquam dictus Ill. Princeps ſteterat in hac poſſeſſione cognoſcendi contra Neapolitanos, nam eſſet ſatis exorbitans.

Remiſſio vaſalli alicuius Baronis habentis ampliſſima priuilegia etiam cognoſcendi de delictis exceptuatis ſoli Regi competẽtibus, qui feudum ab alio Barone magno Domino cauſam haberet per intermediam venditionem cum aſſenſu, an erit concedẽda; vtputa ſi fuerit vaſallus inquiſitus de falſa moneta, & ſimilibus, fuit per M.C. deciſum negatiuè in caſu relato per Reg. Rouit. deciſ. 6. vbi refert, in quibuſdam alijs ſimilibus cauſis contrariũ aliquando deciſum priſcis temporibus, ſed adhuc pendet reſolutio in S.C.

Remiſſio cauſæ petita per Præſidentem R.C. intentatæ per aliquem in S.C. an erit concedenda, ſimiliter ſi per Rationales pariter petita eſſet, deciſũ fuit affirmatiuè, vt teſtatur Reg. Rouit. deciſ. 77. Aſcanius.

Remiſſio cauſæ intentatæ cum defuncto, cuius hæres eſt Clericus petens remiſſionem ad ſuũ Iudicem concedi an debeat, alias deciſum retuli in 1. part. compend. verb. remiſſio negatiuè, cui accedunt relata per Iul. Cæſ. Gallupp. in praxi S.C. part. 2. cap. 6. num. 83. Anton. de Amat. variar. reſolut. tom. 2. reſol. 86. num. 46. & iterum in cauſa inter hæredes quond. Laurentij Belmontis, & Octauium Ricciullum in M.C. lite conteſtata cum defuncto Octauio, filij, & hæredes ipſius, minor vnus, & Clericus alter petierunt remiſſionem cauſæ ad Curiam primarum cauſarum Ciuitatis Coſentiæ, & ad Curiã Archiepiſcopalem Coſentiæ, & præſentatis Bullis, atque præambulis, & ſollemnibus M.C. decreuit, procedendum eſſe in ea, & cum fuiſſet appellatum ad S.C. demum facto verbo per dictam M.C. in Aula Conſiliar. de Ianuario die 18. Martij 1621. fuit confirmatũ decretum ipſius M.C. penès Anaſtaſium, nũc Sclauum, ad quod reperi etiam Apoſtillam incerti Authoris dicentis, & ita S.C. iudicauit in anno 1548. inter Iſabellam Pages, & Franciſcum Ruiz, Actuarius Tramontanus.

Remiſſio vaſalli imputati de vulneribus illatis, & alijs offenſionibus in perſonam Officialis petita per Baronem vigore eius priuilegiorũ, denegata per Regiam Audientiam, & inde pariter per M.C. concedi an debeat poſt condemnationẽ factam per dictam Regiam Audientiam, adhuc non facta prouiſione per dictam M.C. hoc contingit in cauſa Simeonis Zappæ Terræ Laquearum inquiſiti de vulneribus, & alijs offenſionibus in perſonam Orphęi Orcignani diſcuti in R. A. Hydruntina, à qua cum fuiſſet petita remiſſio per Baronem dictæ Terræ prædicti inquiſiti, & fuiſſet denegata, appellauit ad M.C.V. per quam fuerũt expeditæ prouiſiones pro trãſmiſſione actorum infra certos dies, quibus tranſmiſſis, cum ob multitudinem cauſarum impedita fuiſſet expeditio, interea eadem R.A. non expectato exitu appellationis cauſam expediuit, cõdemnando ipſum reum ad triremes: licet poſt certos dies eadem M.C. viſis grauaminibus ſuper dicta remiſſione petita, interpoſuit decretum, quod procederetur in M.C. non obſtante petita remiſſione, ob quod fuit appellatũ in S.C. ex parte dicti Baronis prætendẽtis remiſſionem petitam vigore ſuorum priuilegiorum concedentium cognitionem cauſarum ſuorũ vaſallorũ, & hoc iure proprietatis iuriſdictionis conceſſæ in feudum, vt docet Præſ. de Franch. deciſ. 370. à num. 4. ad 9. & deciſ. 510. num. 7. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. num. 13. quare ex hoc ipſi Barones Iudices dicuntur ſuorum vaſallorum, vt probaui ſupra in verb. remiſſio cauſæ intentatæ, & conſequẽter in primis cauſis ipſorum Rex

non ſe intromittere debet, vt dixit poſt Ioan. Brechęum in aphoriſm. 104. iuris prudentiæ, Reg. Lanar. conſ. 52. nu. 5. Anna filius ad ſingul. 631. eius patris, & hoc videtur eſſe ſatis iuri conſentaneũm, cum nedum ex diſpoſitione iuris communis diſpoſitum reperiatur, quod vbi delicta patrari contingũt, ibi puniri debent ab eo Iudice territorij, l. 1. C. vbi de crim. agi oport. vbi Gloſ. in verbo commiſſa, ſubdit, ex eo quia ex hoc offendi videtur Iudex ille, cui ob id iuriſdictio acquiritur, Auth. qua in Prouincia, C. eodẽ, ſed ſimiliter ex diſpoſitione pragmat. 1. vbi quis de delict. conu. debeat, idem ſtatutum reperiatur, & ſequitur Præſ. de Franch. deciſ. 541. quò fit, vt ſi vaſalli ſibi aliquando præiudicare poſſint, ne conueniantur in proprio foro, & corã Iudice competente, vtputa ex contumacia, conſenſu, & renunciatione, tamen reſpectu Baronum non procederet eorum prorogatio, quia eis præiudicare non poterunt, Præſ. de Franch. d. deciſ. 541. & deciſ. 529. quare pro coronide adducebatur alia conſimilis deciſio à prædictis Doctoribus adducta, nempè, deciſum fuiſſe per S.C. in cauſa Io. Baptiſtæ de Feulo cũ alijs de Bonoalbergo inquiſitis de vulneribus in perſonam Leonardi Pellini Locumtenẽtis Corſani, cauſam eſſe remittendam ad Baronem, quidquid ipſa M.C. decreuerat, vt in Banca de Serico, licet tales offenſiones non ex cauſa officij, aut eius intuitu prouenißent, prout ita pariter in facto de quo agebatur, ſic ex facti ſerie ſe habente iudicandum erat, quocirca facta relatione in S.C. per egregium virum omni laude refertum, & benemeritum Reg. Conſiliar. Andręam Marcheſium die 16. Iunij 1635. interueniente quoque Spectab. Præſide Sac. Conſ. Petro Iordano Vrſino Regente benemerito, deciſum fuit, benè appellatum ad S.C. & malè iudicatum per M.C.V. & proindè remittatur cauſa ad Curiam Baronalem, vt ex actis in Banca Panſæ, reliqua vero, quę occurſa videntur in hac cauſa relata ſunt ſupra in verb. Baro.

Remiſſio latronis furtum in ſtrata publica committentis diſrobando, an erit concedenda Baroni petẽti reum ipſum caſtigare vigore ſuorum priuilegiorum, vt accidit controuerti in M.C.V. in cauſa quorundam latronum carceratorum in Regia Audientia Principatus vltra, & poſtmodum in M.C.V. ad inſtantiam Gubernatorum Sacri Hoſpitalis Diuæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis Neap. Dominæ Terræ Petræfuſotũ, inter alia feuda per illud poſſeſſa, ad quorum inſtantiam petita fuerat remiſſio virtute ſuorum priuilegiorum, & videbatur negandam eſſe, prout Fiſcus prætendebat, & hoc vigore pragmat. 5. vbi de delict. quis conuen. deb. ibi ſi alias non eſſent publici latrones, diſrobatores ſtratarum publicarũ, qui poſſunt à quocunque Officiali capi, puniri, & caſtigari, ad quod ſubdit Præſ. de Franch. in dec. 722. nu. 15. quod Barones Regni Neapolitani non poſſunt conqueri de pragmatica facta contra diſrobatores ſtratarum, à quibus eis adimitur iuriſdictio eorum vaſallorum quando ab alijs capiuntur, & ſi ipſi alios capiant, Pragmatica prædicta vtuntur, qui de eadem Pragmatica meminit in deciſ. 142. & 342. & ſic vigore dictæ Pragmaticæ videtur eſſe conceſſa præuentio ex captura, vt puniri poſſit à capiente, ſicut aduertit Muſcat. in praxi crim. ſub tit. de furtis, rubr. de priuil. dict. delict. nu. 57. vnde videtur eſſe denegata remiſſio petita per Barones, vt ex Foller. probat Regens Rouit. in d. pragm. num. 4. & melius Capiblanc. in pragm. 8. de Baron. part. 2. num. 107. in nouiſſ. ex Franch. in d. deciſ. 142. eo maximè ſi remiſſio peteretur ab Officiali Regio per Baronem, quod fortius erit deneganda prout deciſum refert Baldaſſ. ab Angelis in Addit. ad Foller. in eius praxi, rubr. audiantur excuſatores, nu. 127. & vltra Noſtrates Iuriſconſultos de ea re loquentes prolixius Maſtrill. dec. 147. num. 2. & ſeq. vbi hoc de iure communi etiã dixit procedere, & nouiſſimè in hanc ſententiam concurrit idem Capiblanc. in 2. tomo de Baron. cap. 51. & quod locum habeat etiam in vaſallis Eccleſiæ, prout erat caſus de quo agebatur, refert Reg. Rouit. vbi ſup. nu. 6. aſſerens, ita deciſum per S.C. ex Camill. Salern. ad conſuet. Neap. in proœm. §. præfatis, verſ. pro concluſione, fol. 37. lit. D. imò quod poſſint iſti à quocunque occidi, & offendi, probat ex multis Muta in cap. 51. Regis Martini, num. 176. tom. 5. Burg. de modo proced. ex abrupt. c. 25. num. 106. vbi ex Farinac. quęſt. 7. num. 10. probat, etiam eos puniri poſſe vbique locorum, & puniri etiam, quod illi foro non ſint ſubditi, & demum magis vrgebat denegatio, quia contra tales proceditur ad modum belli, & ex abrupto vigore pragmat. 89. capitum, vt etiam ex multis probat Burg. vbi ſup. num. 101. loquens de noſtro Tribunali M.C.V. Neapolis, quę quidem poteſtas ſolum competit Regijs Audientijs ex ordine Collat. Conſil. vt tradit Danza in ſuo tract. de pugna Doct. &c. tom. 1. rubr. de offic. Auditor. cap. 2. nu. 18. ſed fortius etiam ipſi M.C.V. ex vulgatis Capitulis huius Regni, quod eſt denegatũ ipſis Baronibus ſic procedendi modo. Ex aduerſo autem replicabatur, dictũ Sacrũ Hoſpitale obtinere priuilegium generaliter loquens, ideo generaliter erat intelligendum, l. 1. §. generaliter ff. de leg. præſt. cum alijs apud Præſ. de Franch. dec. 458. num. 2. & contra Principem concedentem latiſſimè erit interpretandum l. fin. ff. de conſtit. Princip. nec propterea refragari videtur Fiſci prætenſio ex deciſ. de Franch. 275. quod conceſſo mero imperio Baroni per Regem, non cenſeri conceſſa quę reſeruantur Principi in recognitionẽ dominij directi, ac ſupremæ poteſtatis, etiam prætextu antiquæ, ac præſcriptę conſuetudinis, quia ſunt impræſcriptibilia, & ſic reſeruata, nunquam conceſſa videri competitur, Præſ. de Franch. deciſ. 275. num. 5. quoniam hoc procederet in cognitionibus cauſarum criminalium magnarum, puta in crimine læſæ Maieſtatis, & ſimilia. Cæterum, quia hæc crimina furtorũ in ſtratis, & campaneis, ſiue latrocinia, & fractura ſtratarum non ſunt de reſeruatis Principi in recognitionẽ ſupre-

mi

ſui dominij, meritò non comprehenduntur, nam eo ipſo, quod Baro habet iuriſdictionem cognoſcẽdi de delictis per eius vaſallos commiſſis extra territorium priuatiuè ad alios, vt habet Sacrum Hoſpitale, videtur ex hoc intentionem fundaram habere cognoſcendi de tali crimine, etiam ſi non intra territorium, ſed infra committeretur, ex adductis per Franch. deciſ. 426. in princ. & deciſ. 342. poſt Foller. in d. praxi, & d. rubr. num. 166. cum ſeq. & ijs accedit quod firmiter tenet, & millies obtinuiſſe, refert Foller. vbi ſup. à num. 166. ad 169. quod dicta Pragmatica non obſtet Baronibus habentibus priuilegia cognoſcendi de delictis per eorum vaſallos commiſſis extra territorium, nec illis præiudicare, & id comprobari videtur in cauſa relata per dictũ Reg. Rouit. in d. pragm. nu. 4. & licet in hoc aduerſari videatur Capiblanc. d. pragm. 8. part. 2. nu. 107. tamen erit intelligendus iuxta diſtinctionem inferius declarandam, eapropter accedẽdo ad priuilegium ipſius Sacri Hoſpitalis, vbi clauſula priuatiua, & abdicatiua profertur ad omnes Iudices tàm Regios, quàm Baronales cum clauſula decreti annullatiua, quarum effectus eſt diuidere iuriſdictionẽ, vt dixit Capyc. deciſ. 122. num. 6. verſ. facit ſecundo, poſt eum Præſ. de Franch. d. deciſ. 722. num. 5. & talem priuilegiato tribuere, vt quilibet alius nõ tantum reddatur incompetens, ſed etiam incapax illius ſubditos cognoſcendi, iuxta allegata per Capyc. deciſ. 122. ante num. 7. & per Franch. ibid. num. 7. & deciſ. 417. num. 8. & ita pluries per nonnulla decreta, & prouiſiones S. R. C. ac etiam Collateralis Conſilij in actis deducta patet, dicta priuilegia ſic fuiſſe intellecta, & declarata cum adiectione illorũ verborum, omni dubio, & ſiniſtra interpretatione ceſſantibus, & in ſimilibus ſemper cauſas conſimiles eidẽ Sacro Hoſpitali remiſſas fuiſſe patet à ſuperioribus Tribunalibus, licet aliquãdo denegatũ per Reg. Audient. & præſertim in cauſa Proſperi de Fina Terræ Petræfuſorum, inquiſiti, & condemnati per eandem R. A. ad triremes per quinquennium pro furtis, & vulnere in ſtrata publica, qui poſtea fuit remiſſus ad Curiam dictę Terræ, vt ex actis in Banca Curtij, penès Archiuariũ de Monaca, ex quo actu poſſeſſio priuilegij reſultauerat, inſuper quamuis dicta Pragmatica det cognitionem Iudici capienti, nõ adaptatur huic facto, poſtquam captura inquiſitorum non apparebat facta per miniſtros, ſeù milites ipſius R. A. aut de ipſius ordine, ſed per Vincentium Sãnia, Petrum de Iacobo, Hippolytum, & Dominicum Colella Terræ Morconi, & per eos illi conſignati eidem R. A. & in eorum faciem aſcripti, quare ex hoc ſolo cauſa remitti debuerat ad dictam Curiam Terræ Petræfuſorum, prout bis in facto deciſum teſtatur Præſ. de Franch. d. deciſ. 342. & 426. in fine, quem ſequitur Reg. Rouit. in d. pragm. 1. num. 8. nec demum officit poteſtas procedendi ad modũ belli, vt quoad Barones videatur priuatiuè conceſſa, poſtquam Io. Grand. de bello exulũ in prædicamẽto qualitatis 3. quæſt. per totam, articulum diſputat, licet videatur in affirmatiuam ſententiam inclinare, tamen nu. 5. concludit, talem quæſtionem eſſe dubiam ob prouiſiones, quas vidiſſe teſtatur expeditas per Suam Excellentiam, ac Collaterale Conſiliũ in fauorẽ Baronum in ſimilibus cauſis, mandantes Tribunali Campaneæ, vt remitteret Baronibus conſimiles cauſas, prout in dies expediuntur, & in proprijs terminis per multa exempla exarat Eliſeus Danza ſolertiſſimus I. C. in ſuo tract. de pugna Doctor. ſub tit. de poteſt. ad modum belli, cap. 5. per totum, & denique pro coronide conſpiciebatur ex facto, quod iſti inquiſiti fuiſſent imputati de dicto crimine, & inde torti, & confeſſi, nõ aliter de delicto in genere aliquid apparebat, ſed dato citra veri præiudicium, quod illud commiſiſſent, erint attendenda, & ponderanda verba ipſius Pragmaticæ, ibi, ſi alias non eſsẽt publici lattones, diſrobatores ſtratarũ publicatum, nam licet latro publicus dicatur qui palam, & publicè furatur, ſtans in ſtratis tranſeuntes diſrobans, contra quos præſumitur animus deliberatus propter conſuetudinem furãdi, prout ex Catal. Maſtrill. Macer. & Ambroſ. probat Burgius d. tract. loco relato, num. 100. Muta deciſ. 60. num. 2. latiſſimè Peregr. de immun. Eccleſ. cap. 6. per totum, adhuc tamen erit aduertendum, vt ex vnico actu quis non dicatur publicus latro, ſed plures requiruntur actus probati in ſpecie, prout ex Muſcatell. & Ambroſ. probat ibi Burgius num. 102. quibus addo Maſtrill. d. deciſ. 147. num. 8. Capiblanc. d. tom. 2. cap. 51. num. 2. Giurba conſ. 90. nu. 17. & 18. ſic etiam in graſſatoribus ſtratarum ex multis Guazzin. in defenſ. 1. cap. 38. num. 35. & 36. Peregr. vbi ſup. num. 9. & 10. optimè Honded. conſ. 105. nu. 91. vol. 1. & ſic comprehendi non videntur in diſpoſitione dictæ pragmaticæ, qui vnicum, vel duo furta ſic publicè patrauerant, niſi eſſent aſſueti, & conſuetudinarij in delinquendo, at in hoc caſu vnius furti, ſeù latrocinij, vel duo locus erat remiſſioni ad Barones, prout ſic deciſiſſe refert Maſtrill. in d. deciſ. 147. ſub num. 6. & 7. & ita etiam iudicatum fuit per eandem M. C. V. in cauſa Matthiæ Mazzarella, Ioannis Baptiſtæ, ſeù Tittæ dell'Oſpitaletto, Angeli Meliſſi, Ioannis Baptiſtæ, ſeù Tittæ de Ieſu, & Sancti de Rienzo dictæ Terræ Petræfuſorum, vaſallorum eiuſdem Sacri Hoſpitalis inquiſitorum de pluribus furtis etiam in ſtrata publica, cum Regio Fiſco ad relationem Regij Conſiliarij Ioannis Franciſci Sanfelicij die 6. Februarij 1634. nam deciſum fuit, bene appellatum, & proinde cauſa remittatur ad Curiam Petræfuſorũ, quæ moderaret titulũ, & fuerunt prædicti remiſſi ad eandem Curiam, vt ex actis in Banca Raimundi Marini, penès Riccium Scribam, pro quo de eadem materia, & controuerſia agit præfatus Danza in eod. tit. cap. 4. vbi concludit, eſſe terminum concedendum Baronibus petentibus ſuos vaſallos à Regia Audientia inquiſitos de furtis in ſtrata publica, in quibus proceditur ad modum belli, & refert fuiſſe pluries idem deciſum.

Remiſſio petita per Clericum ad ſuum Iudicem competentem an erit concedenda, ſi tamen ipſe Clericus petierit publicari bannum per Iudicem ſæcularem, vt nemo per ſuum territorium pertranſire valeat ſub pœna Banni contenta, & inde aliquis comparuerit aſſerẽdo, habere ius deambulandi per illud ex præſcriptione longi temporis, vnde hoc audito fuerit per Clericum inſtatum, cauſam remitti ad ſuum Iudicem, vt accidit controuerti in cauſa D.Marci Antonij de Petrucio, ad cuius inſtantiam fuit petitum in M.C.V. publicari bannum, ne vllus pertranſiret per ſuum territorium ſub pœna in eo contenta, in Banca Io. Andreæ Canalis, ſed inde comparẽte Procuratore Venerabilis Monaſterij S.Auguſtini Ciuitatis Neapol. coram ſuo Iudice delegato Thoma de Franchis Regio Cõſiliario, & prætendẽdo ius paſſagij habere in eo, petijt inhiberi eidem M.C. & ſic comparente Clerico in eodem S.C. petijt, cauſam remitti ad ſuum Iudicem, videbatur dicendum, eſſe concedendã remiſſionem, ex text. in cap. ſi diligenti, de foro compet. vbi I.D. cum alijs cumulatis per Graſſ. de effectib. cleric. præterea quia Clerici ſub ſtatuto, vel edicto facto pro populi vtilitate non aliter comprehenduntur, vt poſt articuli examen ita concludit Borrell. de magiſtrat. edict. lib. 2. cap. 9. num 9. 10. & 11. ex aduerſo replicabatur, quod dum non verſabatur in iudicio formato de iure, vel in poſſeſſorio, aut petitorio, remiſſioni locus non erat, poſtquam etſi banna, ſiue edicta publicæ monitionis vim obtineãt, vt dixit idem Borrell. eod. tract. lib. 3. cap. 15. num. 15. & ſucceſſiuè vim habent ſententiæ interloquutoriæ, idem eod. tract. lib. 2, cap. 11, num, 18, adhuc enim debet publicari, idem lib. 1. cap. 17, num. 15. & Neapoli ſono tubarum publicantur, idem d. lib. 2. cap. 11. num. 4. quare non videbatur eſſe iudicium, licet ad inſtantiam priuati promulgaretur, quoniam non citantur intereſſe prætendentes, nec in genere, nec in ſpecie, ideo cum verè iudicium non ſit, remiſſio locum non haberet, quemadmodum in ſimili dixit Reg. de Ponte conſ. 145. num. 1. vol. 2. quod in iudicio intentato vigore Capit. Regni a Laico contra Clericum iudicatum eſt pluries, non eſſe locũ declinatoriæ fori, quia non eſt iudicium, nec lis formata. ſed tantum extraiudicialis cognitio ad finem impetrandi regale præſidium, ex Afflict. in Conſt. De burgenſaticis, nu. 8. ſicuti in remiſſione petita in cõfectione preambuli, quod non eſt verè iudicium, vt dixi in 2. part. verb. preambulum, nullatenus erit concedenda, eo amplius quia nec dictus Clericus Monaſterium citari fecerat, nec Monaſterium dictum Clericum, ex qua potuerat inſtitui iudicium formatum, vt inde remiſſio locum habere potuiſſet, ſed verius erat exceptio oppoſita aduerſus bannum emanatum, ne tranſitũ feciſſet in rem iudicatam in præiudiciũ Monaſterij prætendentis, ius paſſagij habere, eo quia ſi non appellaretur ab eo firmum remanebat bannum, vt idem Borrell. d. tract. lib. 2. cap. 11. num. 19. probauit, quare facta relatione in S.C. per eundem Reg. Conſil. Thomam de Franchis die 6. Februarij 1634. decisũ fuit, vt procederetur in S.C. vt in actis penès Cantone.

Remiſſio cauſæ criminalis petita per Baronem habentem clauſulam in priuilegio expreſſam cum derogatione l. vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. an erit concedenda aduerſus mulierem eligentem in forum M.C.V. vt contingit diſcuti in M.C. & S.C. in cauſa Ill. Principis Satriani vtilis Domini Ciuitatis Vici Equenſis ſuper remiſſione cauſę inquiſitionis Simeonis Vanacore, Io.Baptiſtæ Staiani, & Vincentij de Verone pro homicidio cõmiſſo in perſonam Anaſtaſiæ Veneriæ cum qualitate aſſaſſinij, non obſtante electione fori ipſius M. C. ad inſtantiam Dianæ, & Luciæ Parlatæ filiarum ipſius Anaſtaſiæ facta, & quid ſi fuerit pro alio delicto repertus aliqui ipſorũ inquiſitus in M. C. V. quamuis ex parte ipſius Ill. Principis ſit productum priuilegium cum clauſula derogationis l. vnicæ, vt dictum eſt latius ſupra in verbo priuilegium, adhuc tamen reſpectu Simeonis mandatarij dicebatur ex parte Fiſci, ipſum reperiri inquiſitum in M.C. de alio delicto patrato in Ciuitate Neapol. & propterea ratione maioris dignitatis, quam habet M.C. poterat auocare cauſam à Curia inferiore, ad text. in l. contra pupillum ff. de re iud. ſed replicabatur per dictum Ill. Principem, cuius iura tuebatur Vincentius Sergius I.C. Neap. ſolertiſſimus, eſſe caſum iam deciſum in Conſt Regni Contingit, qua cautum eſt, quod ſi aliquis fuerit accuſatus de crimine capitali coram Iuſtitiario Regionum, & pendente cauſa de pari crimine minori, vel maiori in M. C. ſecundo loco accuſetur, ſi de pari crimine, vel minori fuerit in M.C. vocatus primo definiri debet cauſa principalis pendens coram Iuſtitiario Prouinciæ, qua completa, ſi remanet locus pœnę adire tenetur M.C.V. ſecus autem quando de maiori crimine inquireretur in M.C. ſic ſummando dict. text. tradit Reg. Tapia in ſuo Iure Regni lib. 5. de accuſat. ad quod allegat Mangiell. ad Bart. in l. qui de crimine, C. de accuſat. vbi præfatus Regens aſſignat praxim, qua in dies vtimur circa hoc, quod expeditis per Magnam Curiã prouiſionibus, quòd carceratus detineatur nomine M. C. dato termino ſuper remiſſione, quando delictum de quo inquiritur in Magn. Cur. eſſet minus, vel æquale eo, pro quo detinetur in Curia minori, tunc fit ordo, quod procedatur in illa cauſa vbi detinetur cum clauſula, quod ſi remaneat locus pœnæ, tranſmittatur ad carceres M.C.V. at cũ delictum de quo imputabatur dictus Simeon non poterat dici maius, neque æquale cum delicto, de quo per prius fuit inquiſitus in dicta Curia Vici, & ſi in vtroque caſu titulus inquiſitionis ſit de aſſaſſinio. Primò, quia in delicto commiſſo in Ciuitate Neapol. nil conſtare poterat de qualitate aſſaſſinij, cum in eo non conſtabat quis ſit mandans, nam nemo pro mandante citatus, nec carceratus fuerat. Secundò, dato quod habemus mandantem,

attamen

vttamen illud delictum dici nõ poterat aſſaſſinium, etenim in crimine aſſaſſinij de eſſentia requiritur mandatum ad occidendũ, itaut non ſufficiat intercesſiſſe mandatum ad vulnerandum etiam pecunia mediante, Reg. Rouit. in pragmat. 12. num. 6 de abolit. qui plures allegat. Tertio, nam de iure cautum eſt, etiam ſi ad actum proximum deuentum ſit, & mandatum fuerit ad occidendum, morte non ſequuta, non habet locũ pœna ordinaria mortis naturalis, poſt Farin. & Viuium Reg. Rouit. in pragm. 1. de aſſaſſ. num. 20. quare ad diluendam difficultatem fuit emanata dicta pragmatica, quæ eſt correctiua iuris communis, & ideo cum delictum commiſſum in Ciuitate Vici maius eſſe dicatur ex qualitate aſſaſſinij, ideo cauſa ibi erit remittẽda, & ſic per Mag. Cur. prȩuia relatione Ioannis Cioffi deciſum fuit, quod procedatur in M.C. pro vulneribus illatis in perſonam Claudiæ Picæ, & ſi remanebit locus pœnæ, prouidebitur ſuper petita remiſſione ad Curiam Vici de anno 1633. die 11. Iulij fol. 132. à ter. in proceſſu exiſtente.

Remiſſio cauſæ alicuius vaſalli petita à Barone, & inde conceſſa, ſi fuerit per Iudicem Baronis grauamen illatum, vnde cõtingiſſet appellari ad M. C. V. quæ viſo grauamine decreuerat, cauſam fore remanendam in ea, an iterum peti poſſit, vt ad Iudicem ſecundarum cauſarum deuolueretur decidenda, de hoc contingit difficultari in eadem M.C. in cauſa Octauij Pontij inquiſiti de pluribus delictis, vt præſupponebatur, cuius remiſſio fuit petita ex parte Ill. Principis Roſſani, & iam conceſſa per eandem M.C. præuia relatione D. Ioannis de Vera Iudicis illius cum clauſula, vt eligat Iudicem in Ciuitate, quo inde electo, viſis per eum informationibus, decreuit, eſſe dictũ Octauium torquendum, à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad M.C. & cognito grauamine, fuit prouiſum, vt cauſa remaneret in ea, de quo grauatus ipſe Ill. Princeps, petijt remitti cauſam ad Iudicem ſecundarum cauſarum, vnde contingit dubitari, ſi iterum cauſa remitti debuerat eidem Principi, dum prius remiſſa fuerat, & Officialis eius reum grauauerat, & videbatur, ꝙ non amplius, quã ſemel remiſſio ipſa erit concedenda, ex regula l. bõues, §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif. ſicut in ſimilibus remiſſorialibus tradunt DD. non niſi ſemel fieri poſſe, ex l. fin. ff. de ferijs, & l. 1. §. fin. C. de dilat. notant Boccat. in tract. de liter. remiſſion. cap. 3. ſub num. 25. Hercules Seuerolus in eodem tract. de remiſſ. cap. 6. nu. 2. 3. 5. 7. 9. & 11. quod eſt adeò verum, inſpecta iuriſdictionis Baronalis limitatione, vt ſi grauetur vaſallus in eius Curia litigans in incidenti, aut interloquutoria cauſæ principalis, priuatur tota cauſa, ita ex Luc. de Penna in l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci lib. 10. firmat Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de elect. official. §. 1. nu. 47. ſicuti etiam Iudex, qui grauauit in vna cauſa, poterit recuſari in reliquis, ex Butrio in cap. ad hæc, de appell. firmat Nouar. in tract. de de grauam. vaſall. in prælud. 9. num. 8. per rationẽ illam, quod qui ſemel grauauit, præſumitur in poſterum grauare, ad text. in l. eos, vbi Bald. & cæteri C. de appellat. Scacc. Rugin. & Caſtill. ibi relati, ibique in terminis agit diſcurrendo Nouar. quod Barones ſoliti grauare vaſallos, ſemper velle grauare in dubio præſumitur, prætereà quatenus cauſa ipſa cognoſceretur à iudice ſecundarum cauſarum, vel tertiarum, non aliter tres ſentẽtiæ dicerentur, ſed pro vnica reputaretur omnium ſententia, vt dixit Recch. de conſider. iniuriæ, verbo à diffinitiua ſententia, fol. 141. nu. 5. & poſt eum Reg. de Ponte d. tract. tit. de diuerſ. prouiſ. rub. de donis, & expenſ. Vniuerſ. num. 18. vbi rationem ad hoc adduxit ex præſumptis grauaminibus vaſallorũ, & vt Barones frenũ habeãt in iuſtitiæ adminiſtratione, ſcientes, quod recurſus ad Superiores non eſt ſublatus, ſicque ſi pro vna ſentẽtia reputatur, parum prodeſſet, ſi à quolibet Iudice ſecũdarum, vel tertiarum cauſarum cauſa reuideretur, non ſine maximo diſpendio, atque protelatione iudicij ad euitandum circuitum inutilem. Ex aduerſo dicebatur, quod Baro cum ſit Regis Procurator in rem propriam, cumq; in iuriſdictionis exercitio repræſentat tanquã Iudex ordinarius vaſallorum a Rege conſtitutus eſt, ex Andr. Bald. & Afflict. notat idem Reg. de Ponte d. tract. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 4. num. 67. ſubſequitur, quod Rex in primis cauſis nõ poterit ſe intromittere, Reg. Lanar. conſ. 52. num. 5. adeo quod cum nonnulli Barones in Regno habeãt cognitionem ſecundarum, & tertiarum cauſarum, quod idem erit attendendum, dum militat eadem ratio, quocirca appellari debet ad ſecundum Iudicem Baronis, qui paſſus eſt cognoſci a primo, & nõ conuolare ad Regios omiſſo medio, ex Surdo deciſ. 143. & Franch. deciſ. 511. probat Capibl. in pragm. 8. part. 1. nu. 186. de Baron. & ſubdit maximè in præiudiciũ iuriſdictionis, cui nullo modo vaſalli præiudicare poterunt, ex Capyc. deciſ. 9. Ideo facta relatione in M. C. V. die 4. Aprilis 1634. per D. Hieronymum Salamancam Iudicem in criminalibus integerrimum, fuit communi voto deciſum, vt remittatur cauſa Iudici ſecundarum cauſarum eligendo in Ciuitate, vt ex actis in Banca Tartagliæ, penès Anellum Sportellum.

Remiſſio cauſȩ petita p conuentũ ſuper materia l. diffamari, C. de ingen. manum. & l. ſi cõtẽdat ff. de fideiuſſ. an ſit cõcedenda, cũ Lucas Antonius de Acampora conduxiſſet quandã domũ à Sacro Hoſpitale N. & dubitaſſet, ne ab ea exfractaret, porrexit ſupplicationem in S. C. aſſerendo ex aduerſo pro parte dicti Hoſpitalis iactari ipſum exfractari facere, ideo inſteterat, vt conuentus ſua iura deduceret, alias imponatur perpetuum ſilentium, iuxta remediũ d. l. diffamari, & ſic cumulando aliud remediũ d. l. ſi contendat, compilato inde proceſſu, quamuis de iactantia nil probatum eſſet, fuit ex parte conuenti petita remiſſio ad ſuum Iudicem, vnde contingit dubitari in S. C. ſi deferendum ſit, & proptereà dicendum videbatur, quod remedium ipſius l. diffamari ſit extraor-

traordinarium, vt cenſuit Contard. ſuper d. l. in limitationibus, nu. 100. ideo ceſſat remiſſio, quemadmodum in ſimili dicitur in materia Capitulorum Regni, quæ ſũt extraordinaria, & fundantur in violentia, vt dixit Anna alleg. 92. num. 1. & proindè denegatur remiſſio, vt dixit Grammat. deciſ. 78. in fine, vbi ſubiunxit citra præiudicium remiſſionis capra prius informatione prouidebitur ſuper remiſſione, quo fit, vt ceſſante remedio extraordinario, ſubſequente iudicio ordinario, locus erit remiſſioni petitæ, quia in cauſis diffamationis duplex eſt iudicium, Andr. Gayll. lib. 1. obſeruat. 11. num. 2. ad quod facit deciſ. de Franch. 657. in fine, ſed in contrariũ dixerunt communiter DD. quod magis communiter receptum eſt, vt diffamãs conueniatur coram Iudice diffamati, etiam ſi diffamans eſſet Clericus, iuxta deciſa per Afflict. deciſ. 18. cum alijs adductis per eundem Contard. in d. repet. l. diffamari, in quæſtionibus numer. 3. eo quia diffamare eſt tacitè prouocare ad Iudicẽ ipſius rei ordinarium, inquit Minſyng. cent. 5. obſeru. 81. num. 3. & nil aliud eſt diffamare, quã ad Iudicem prouocare, Andr. Gayll. lib. 1. pract. obſeru. in obſeru. 9. num. 5. & laceſſere ad iudicium, Contard. in d. l. 1. in princ. ſub num. 5. non mirum ſi diffamans teneatur ſequi Iudicẽ diffamati, quemadmodum in præcedenti num. 3. firmauit, nam diffamans ſe tacitè aſtringit ad agendum, Contard. in princ. d. l. num. 5. & ſequitur num. 7. dicendo, quod diffamatus venit ad iudicium, vt reus vociferatione ipſa quodammodo citatus, & ſequitur num. 5. quod ipſe dicitur neceſſitari facto aduerſarij neceſſitantis, & eo amplius cõcurrente remedio d. l. ſi contendat, quæ licet inter ſe differre videantur, attamen ad eundem finem tendunt, eo quod remedium l. ſi contendat cogit actorem ſtatim agere, alias iudiciũ ſuper exceptione procederet, & imponitur ſilentium, ſed remedio dict. l. diffamari compellitur actor in conſtituto termino agere, quo elapſo imponitur ſilentium, Minſyng. cent. 4. obſeruat. 72. num. 7. optimè Præſ. de Franch. deciſ. 657. vbi ſub num. 3. poſuit, deciſum fuiſſe per M. C. in cauſa Iulij Cæſaris de Auria eſſe remanendam cauſam in ea, dum petijſſet, non moleſtari per Eminentiſſ. Card. Comenſem ex cauſa inſtrumenti locationis ei factæ cuiuſdam ſui ruris tanquam metu facti, ſicq; concurrẽtibus ambobus remedijs, prout erat in caſu præmiſſo, in quo non fuerat probatũ de iactantia in termino conceſſo, ideo nõ erit locus remiſſioni, iuxta dec. Cacher. 151. Boer. deciſ. 255. & Andr. Gayll. d. obſeruat. 9. lib. 1. & ita fuit deciſum per S. C. referente Reg. Conſ. benemerito Andrea Prouenzano, vt ex actis in Banca Cioffi, quibus addo Canc. var. reſol. tom. 3. cap. 1. à num. 53. cum ſeq. vbi hanc materiam prolixius exarat, præſertim num. 61. ad corroborationem huius deciſionis ex multis probat remedia d. l. diffamari, & l. ſi contẽdat, intentari poſſe coram Iudice diffamati contra diffamanten, vbi poſuit exemplũ, latè Ant. de Amat. var. reſol. tom. 2. reſol. 52. num. 3. & 4.

Remiſſio cauſæ intentatæ in S.C. ſi ſit conceſſa de ordine ipſius, accedente etiã conſenſu ambarum partium Iudici ſpeciali alicuius artis, & poſtea ambæ partes in arbitros eandẽ cauſam compromiſerint, & conuentus eius foro renunciauerit, ſi non aliter cauſa per arbitros fuerit terminata, an coram Iudice, cui prius fuerat remiſſa, procedi debeat, vel in S.C. de quo incidit altercari in cauſa Ioannæ Gueriglіæ viduæ relictæ quondam Anelli Mannæ V. I. D. cum Marcello de Manna eius ſocero, quem conueniri fecerat in d. S.C. ad ſibi ſoluendum dotem, anteſatum, iocalia, & lectum vidualem, & licet per conuentum fuiſſet petita remiſſio ad Curiam Artis Serici, ad quam de conſenſu partium præcedente decreto fuit conceſſa, ſed poſtmodum compromiſſa cauſa de eorum conſenſu in arbitros cum expreſſa renũciatione fori facta per eundem Marcellum, non aliter cauſa prædicta per arbitros determinata fuit, dicebatur ex parte Marcelli, ipſam proſequi debere coram Iudice ſuo, cui iam fuerat remiſſa etiam de conſenſu partiũ, dum non fuerat adhuc per Curiam Artis Serici determinata, ex regula vulgata l. vbi cęptũ ff. de iudic. vbi enim cęptum eſt iudicium, ibi finem habere debet, & licet ibi realiter cęptũ nõ erat, ſed in S.C. ex quo S.C. remiſerat cauſam eidem Curiæ, tamen videbatur, illud principium tranſlatum in dictam Curiam, ita vt ab ea cauſa euelli non potuit, niſi per ſententiam per dictam Curiam latam, quod ſiquidem comprobatur ex eo, quod licet cauſa ſemel introducta ad Iudicem, ad quem non poſſit remitti amplius ad Iudicem inferiorem à quo, vt eam recognoſcat, ex tex. in cap. accepta, de appellat. vbi Abb. & l. cos, C. de appell. refert Seſe de inhib. cap. 5. § 9. nu. 38. attamen hoc erit intelligendum poſt ſententiam primi Iudicis, vt ibi ſubdit Seſe num. 40. præterea nulli dubium eſt, quin iuriſdictio ipſa ſit publici iuris, ac de iure publico inſtituta, Bald. in l. Barbarius, nu. 26. ff. de offic. Præt. & l. 2. nu. 5. ff. de offic. Proconſ. ſequitur Andr. Kinken. in tract. de iure territ. cap. 3. num. 117. Reg. de Ponte conſ. 37. num. 28. vol. 2. & ratio eſt, quia priuatus iuriſdictionem non tribuit, Borrell. de magiſtr. edict. lib. 1. cap. 1. num. 37. & a Rege procedit tanquam à fonte, eo quod omnis iuriſdictio de iure Regis eſſe præſumitur, Seſe de inhib. d. cap. 5. §. 10. nu. 58. & ſic ab eo fluũt, & refluunt ſicut flumina à mare, vt ibi nu. 59. Reg. de Ponte conſ. 76. num. 8. vol. 2. Carau. in ritu 19. num. 6. dum igitur alicui à Rege iuriſdictio aliqua conceſſa ſit, nõ poteſt ab aliquo auferri, & maximè per pacta ſubiectorum in præiudicium ipſius, quia ius publicum priuatorum pactis mutari non poteſt, l. ius publicum ff. de pact. ex quo iuriſdictio non tribuitur priuatorum conſenſu, Hercul. Sceuerol. in tract. de remiſſ. cap. 23. num. 5. & cap. 32. nu. 2. præterea exiſtente compromiſſo voluntario, certum eſt, quod dum per illud iuriſdictio Iudicis ordinarij non ſuſpenditur, Lancell. de attent. 2. part. cap. 15. nu. 179. ita & iuriſdictio cuiuſcunque Iudicis. Hinc eſt, quod compromiſſo

miſſo

miſſo pendente dormit curſus fatalium, eo vero abſoluto reaſſumit illum, & computantur vltima tempora cum prioribus, ita in Authent. ſi tamen, C. de temp. appell. clem. quandiu, vbi gloſ. in verbo currere, eodem titulo, Gratian. deciſ. Marchiæ 173. num. 1. vbi nu. 2. rationẽ addit, quod per compromiſſum prorogatur inſtantia, Bart. in authent. ſi tamen, C. de appellat. cum alijs ibi relatis, Anna ſing. 117. adeo quod cum iuriſdictio omnis expiret poſt lapſam inſtantiam, Socin. iun. conſ. 133. num. 3. vol. 2. & cum adhuc non ſit inſtantia lapſa, ſed duret, ideo cauſa eidem remanet decidenda. E conuerſo replicabatur, certũ eſſe in facto iudicium primo loco motum fuiſſe in S.C. & ſic coram Iudice ordinario, etenim S.C. conſueuit iudicare ſecundum veritatem, & æquitatem naturalem, & habet ſupremam iuriſdictionem, & Principem repræſentat, & Regij Conſiliarij ſunt illuſtres, inquit Grammat. deciſ. 76. nu. 33. & 34. & ſic propria iuriſdictio ſignificat ordinariam, Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 16. num. 5. eo quia tunc diceretur ordinaria, quoties iure proprio Iudex illam haberet, cap. 1. de reſcript. in 6. cum alijs apud Mantuam in ſua iſagog. de ſolued. argum. quęſt. 88. & hęc dicitur naturalis, Marta voto 171. num. 3. quo fit, vt cum iudicium ibi finem habere debeat, vbi cęptum eſſet, ex l. vbi cęptum ff. de iud. cum alijs apud Barboſ. in opuſc. princ. vtriuſque iur. lit. I. num. 40. verum quia iuriſdictiones à Rege, vt dictũ eſt, fluunt in diuerſos Iudices ſpeciales vigore priuilegiorum, & conceſſionum, & tunc quia contingere poſſet, reum ſuum propriũ habere ſpecialem Iudicem, quo caſu ſuccederet altera iuris regula, vt actor ſequatur forum rei, l. in criminali, C. de iuriſd. omn. Iud. cũ alijs apud eundem Barboſ. eodem opuſc. lit. A. num. 29. propter quod omnino cauſa erit ſpeciali Iudici remittenda, vt experiẽtia docet, & eo caſu prolata ſententia per Iudicem ſpecialem cauſa deuoluitur ad remittentem, vnde iudicium fuerat intentatum, ex quo res facilè redit ad ſuam naturã priſtinam, l. ſi vnus, §. quod ſi in ſpecie ff. de pact. & propterea cum fuiſſet de conſenſu ambarum partium cauſa remiſſa per S.C. ad Curiam Artis Serici, vt in facto liquebat, & inde de conſenſu earundem partiũ cauſa compromiſſa in arbitros, videbatur diſſoluta primęua remiſſio facta ad Iudicem ſpecialem per conſenſum ipſarũ ex compromiſſo iam facto, ex regula illa, omnis res, quæ per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur, cap. omnis res, de regul. iur. Barboſ. dict. opuſc. lit. R. num. 19. quocirca non ad eundem Iudicem ſpecialẽ, ſed ordinarium erit adeundum ex ratione antedicta, nam iuriſdictio reuertitur ad dños vti fontes, à quibus fluunt, & refluunt flumina, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 396. num. 20. ex Bald. in l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer. vnde cõſpicitur, quod facto compromiſſo, eoq; pendente, poſſunt partes Iudicem ordinarium adire, vt probat Lancell. vbi ſup. num. 166. & proinde non obſtabit quod dici poſſit, de cõſenſu partium fuiſſe remiſſam cauſam Arti Serici, ideo coram eo agendum, ex quo cum ſit ille Iudex ſpecialis, & priuatiuam iuriſdictionem habens, per ea, quæ in ſimili concludit Ruginell. pract. quęſt. cap. 44. num. 2. tunc cõceſſa alicui iuriſdictione priuatiuè, non poteſt prorogari, neque de conſenſu partium, & tollit omnibus facultatem iudicãdi, idem Gratian. cap. 569. num. 29. pręſertim iuriſdictio Conſulum, vel Mercatorum, vt dixit Coſta in tract. de re integr. diſt. 2. num. 4. quæ non poteſt prorogari. Nec poſtremo obſtabit, quod cũ fuiſſet cauſa remiſſa eidem Curiæ, debebat ibi prius determinari, ex quo per ſententiam functã erat officio ſuo, l. Iudex poſteaquã ff. de re iud. & conſequenter iuriſdictio per ſententiam expirat, d. l. Iudex, taliter quod cum fuiſſet iudicium intentatum per compromiſſum impeditũ, nec aliter determinatum per arbitros, eo quia compromiſſum præſupponit, quod ſequatur laudum, Muta deciſ. 95. num. 19. & ideo omnino erit cauſa deuoluenda eidem Curiæ pro illius determinatione, vt ſic iuriſdictio eius per ſententiam extincta iudicaretur; adhuc tamen erit aduertendum, quod cum compromiſſum ſit quædam tranſactio, ob quam à lite receditur, & erit obſeruanda tanquam ſit officium pietatis lites finire, probat Gratian. cap. 557. num. 20. ibique enim num. 24. ſubſequitur dicendo, quod poſt cõpromiſſum non licet redire ad Iudicem, etiam quod laudum non ſequatur, quod tamen intelligit nu. 28. eo quod non impediatur compromittens redire ad Iudicem pro exequutione ſuę obligationis, non obſtante compromiſſo, cum ſatis ſit ſoluere pœnam, Gloſ. in clem. quandiu, verb. compromiſſum, de appell. quia hoc procedit in compromiſſo arbitri, & melius Lancell. de attent. 2. part. cap. 15. nu. 164. vbi pendente compromiſſo licitè poterit adire Iudicẽ ordinarium, & per eum procedi poſſe. Nec obſtat renunciationis excuſatio, feciſſe illam, quatenus per arbitros fuiſſet cauſa decidenda, ſed non per alios, ita vt ius ſuum illęſum remanſerat, vt cauſa deuolueretur ad dictam Curiam, nam de hoc nil dictum apparebat in compromiſſo ſtipulato, & omiſſum pro omiſſo habetur, & ideo cum fuiſſet domi prouiſum per Regium Conſiliarium ſolertiſſimum Hectorem Capycium latro die vltimo Martij 1634. quod dictus Marcellus per totas ferias Paſchatis procuraret laudi interpoſitionem, alias termino elapſo procederetur in S.C. etiam de conſenſu partiũ, elapſis inde ferijs prædictis, nec aliter prolato laudo, fuit aliud interpoſitum decretum, quod ſtante lapſu termini procederetur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cauſæ, à quo cum fuiſſet appellatum, & obtẽtum de prædictis verbum fieri in S.C. & facta inde relatione per eundem Regium Conſiliarium die 17. Iunij 1634. fuit per S.C. confirmatum eius decretum, benè fuiſſe prouiſum, penès Secretarium, in eadem Banca de Ferrarijs, nunc Spera.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum, qui poſt iudicium motum in Curia ſæculari beneficium conſe-

cõſequutus fuerat, licet tenue, quamuis prius fuerat cognitus à Iudice ſæculari, & officia magiſtratuum ſæcularium gesſerat, & per aliquod ſpatium temporis inceſſerit ſine habitu,& tonſura, an ſibi præiudicauerit, deciſum fuit per S. C. in eius beneficiũ in cauſa D. Hectoris Pignatelli, teſtificatur Franc. de Petris conſ. 8.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum ſuccedentem laico, cum quo lis fuerat conteſtata in foro ſæculari, quæ cõtinebat ſolutionem annui canonis, coram quo reſpondere tenebatur, ſi inde alia ſuboriretur controuerſia, licet acceſſoriè, vtputa caſus deuolutionis ob canonem à Clerico non ſolutum, pro qua ipſa remiſſio petita fuerat, an erit concedenda, eo maximè ſi in dubio verſaretur, an coram eodem Iudice agendum, vel non, deciſum fuit per S.C. in cauſa Venerabilis Montis de Manſo cũ Clerico Camillo de Magiſtro affirmatiuè, vt refert Franc. de Petris conſ. 23.

Remiſſio delinquentis capti in Regno, qui licet extra Regnum in loco alteri ſubiecto domino delictum patrauerit, an ibi fieri debeat, prout accidit dubitari in cauſa Io. Baptiſtæ Scalamõte Anconitani, qui interfecerat proditoriè D. Didacum de Matera Militem Hieroſolymitanum in arce Inſulæ Melitenſis, & ſe intus Eccleſiam contuliſſet, vbi fuerat cum cõpedibus arreſtatus, donec articulus immunitatis decideretur, inde certo modo aufugit, & poſtmodum captus fuit in Prouincia Calabriæ citra, & demum in fortijs M.C.V. tranſmiſſus, adeo quod cum fuiſſet petita remiſſio per Receptorem dictę Religionis ad Officiales dictæ Inſulæ, fuit ſatis altercatum in Collaterali Conſilio, ſi in hoc caſu deferendum eſſet petitę remiſſioni, in quo dicendum videbatur, eſſe concedendam, poſtquam dominus illius loci offenſus ex delicto dicebatur, Auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport. & nõ mirum ſi reus efficiatur de foro illius, coram quo deliquit, Franch. dec. 147. idcirco forus delicti principalior eſt, l. 1. C. eod. tit. cum alijs apud Præſ. de Franch. deciſ. 37. de quo ſatis in meo voto 93. num. 11. Coler. deciſ. 144. num. 34. & ſic remiſſio de iure fieri debet ad Iudicem loci delicti, probat Guazzin. in tract. ad defenſam, in defenſ. 1. cap. 17. num. 50. Coler. d. deciſ. 144. nu. 33. Præterea ſi non remitteretur, oporteret illum in priſtinum ponere, nulla exiſtente informatione delicti patrati, & ſic delictum pertranſiret inultum contra iuris diſpoſitionem, qua cautum eſt, vt interſit Reipublicæ delicta puniri, l. ita vulneratus, §. quod ſi quis, verſ. cum neque ff. ad l. Aquil. Barboſ. in princ. iuris lit. D. nu. 10. non mirandum, ſi remiſſio delinquentis ad ſuum Iudicẽ debeat de neceſſitate fieri, quando delictum remaneret impunitum, Peguer. deciſ. 2. num. 3. qui in deciſ. 66. in princ. de hac eadẽ quæſtione punctualiter agens dixit, ita Imperatores Romanos ordinaſſe, quod delinquentes in vna Prouincia, qui poſt commiſſum in aliam ſe transferunt, vel aufugiunt, debeant in ea Prouincia, in qua degũt capi, & poſtea remitti ad Iudicem, in qua peccauerunt, ſupplicijs legitimis ſubiecendi cauſa, ex text. in §. ſi vero quis comprehenſorum, Auth. vt nulli Iud. & Auth. ſi verò, C. ad legem Iul. de adult. ibique à num. 2. ad 5. per plures rationes hanc firmat opinionem, ſequitur Rota Auenion. dec. 114. num. 5. Thoming. deciſ. 5. Coler. d. deciſ. Germ. 144. & deciſ. 237. num. 11. cum alijs apud Caball. reſol. crim. caſu 291. num. 4. Zanger. de except. cap. 1. part. 2. num. 200. & 247. Ex aduerſo autem, quod nullatenus talis remiſſio erit facienda per aliquas rationes probare conatur Peguer. d. deciſ. 2. num. 17. ad 20. vltra alias adductas ab eodem Guazzin. loco ſupra relato, ſed præter eas cenſerem, ex alia potiſſima ratione non deberi fieri remiſſionem, nam vt prædictum eſt, ideo erit facienda remiſſio delinquentis eidem Iudici, in cuius loco delictũ fuerit perpatratum, ex quo videtur offenſio ei facta, ſed fortius in caſu de quo agebatur, nullatenus cõcedenda erat, ſuppoſito quod Rex eſt Dominus perſonarum in Regno habitantium, vt in Conſtit. Quia frequenter, vbi Affl. nu. 17. quo fit, vt cum iniuria fiat eius vaſallo, cenſeri debet facta ipſi Regi, latè Farinac. in eius praxi crim. quæſt. 105. nu. 299. ſed melius ad rem Afflict. in Conſt. Obſeruent, & conſequenter omnes vaſalli, & alij fideles Regis dum ſunt ſub ipſius protectione, ei competit defenſio iniuriarum illis factarum, Afflict. in Conſtit. Fidelium, num. 1. & licet dicatur occiſum fuiſſe Equitem Hieroſolymitanum religioſum nõ aliter Regi ſubditum, etenim Clerici nequeunt dici homines ſubditi, Caſſan. in conſuet. Burgund. tit. des Iuſtices, §. 4. num. 10. taliter quod non dicũtur eſſe in iuriſdictione Imperatoris, Regis, vel cuiuſuis Principis ſæcularis, vt probat Graſſ. in tract. de effect. cler. in prælud. nu. 361. attamen ibid. nu. 364. ſubdit, ſed naturaliter, ſiue originaliter dicuntur eſſe de dominio, & ditione illius Principis, in cuius Terris ſunt nati per iura ibi citata, ita quod ipſi vaſalli ſimplices Regis dicantur, vt dixit Pet. Ramirez in tract. de lege regia, §. 17. num. 7. ac etiam ſub Regis protectione contineri, & tanto fortius deneganda erat remiſſio, dum mater occiſi querelam criminalẽ expoſuerat in eadem M.C.V. vt in conſimili caſu deciſum refert Goffred. à Bauo in tract. reatuũ cap. 16. num. . . . Muta in pragmat. Sicil. tit. 10. num. 45. & 46. nam tunc videretur reconuenire ipſum accuſatum, vt ibi Zanger. nu. 203. Doctores tamen in hac re ſub diſtinctione cenſuerunt, quod poſt Imperium Romanum diſſolutũ multi Principes Orbis ab eius ſubiectione ſe ſeiunxerũt, & ibi optimè fundat Peguera num. 7. qua de re ſi delinquens in vno territorio, in aliud ſe conferret, & ambo eſſẽt ſub vno Principis dominio, abſque dubio erit remiſſio facienda, Anton. Scappa de iure non ſcripto, lib. 5. cap. 8. ex Iul. Clar. quæſt. 38. verſ. hoc tamen ſequuntur idem Peguer. & Guazzin. vbi ſupra, & vnanimiter cõcludunt, vt in caſu iſto per ea, quæ dicentur, quod ſecus eſſet, quando eſſemus in diuerſis dominijs ſeparatis, de quo ſatis per eundem Caball. caſu 126.

120. per totum, Muta in pragm. Regni Sicil. tit. 10. num. 40. poſt Afflict. in Conſt. Pœnam eorum, num. 88. & ita iudicatum refert Scappa vbi ſupra in fauorem Hippolyti Dulioli capti in Ciuitate Bononiæ, delinquẽtis in Statu Sereniſſ. Ducis Ferrariæ non obſtante capitulatione remittendi, inter eum, & S. P. concluſa, idemque deciſum fuiſſe per Senatum Cathaloniæ, inquit Peguera vbi ſupra, in fortiori caſu, cum ambo loca eſſent ſubiecta Regi noſtro, & quatet deciſum eſſe in Senatu Sabaudiæ, refert Goffred. à Bauo vbi ſupra, vbi in terminis huius caſus alium contingentẽ caſum ibi deciſum tradit per illum Senatum, & præſertim vrgente querela partis offenſæ, vt ponderat poſt Couar. pract. quæſt. cap. 11. nu. 10. Muta ſuper pragm. Regni Sicil. tit. de foro compet. num. 45. 46. 48. & 49. vbi in ſpecie loquitur de caſu conſimili cuiuſdam Galli, qui rapuerat in Grecia duas puellas, inde Meſſanę capti, fuit vltimo ſupplicio affectus, & nouiſſimè Angel. Steph. Garron. in obſeru. ad Conſtit. Mediolan. tit. 5. de pœnis, §. bona res, refert fuiſſe ibi captos duos Bergomẽſes, qui ibi venerant ad occidendum quendam Præpoſitũ mediante aſſaſſinio, & fuerunt capitaliter puniti, quamuis delictũ non fuiſſet conſummatum, & inſuper accedente vagabunditate huius inquiſiti, pariterq; banniti a Statu Veneto, & Ciuitate Anconæ videbatur dicendum ibi puniri debere vbi captus eſt, & Thoming. d. deciſ. 5. in princ. ex text. in d. l. 1. C. vbi de crim. agi oport. & l. 1. C. vbi de curial. vel cohor. Iul. Clar. in d. §. fin nu n. 39. conferunt pariter congeſta per Andr. Kinken in tract. de iure territorij cap. 3. nu. 431. cum ſeq. vbi hanc materiam pro vtraq; parte exarat, & in hac opinione inclinat alios allegando vltra pręfatos, ſed quæſtionis erat dum remitti non poterat, adhuc puniri poſſit pro dicto delicto in loco capturæ, Goffred. a Bauo vbi ſupra refert ibi fuiſſe punitos reos captos in Sabaudia, delinquentes in Delphinatu, pariterq; Thoming. d. deciſ. 5. refert, reum captum fuiſſe ibi punitum, ex quo non fuerat petita remiſſio à Iudice delicti, ad quod Zanger. nu. 247. dixit, hodie plerumq; puniri ibi nocentes vbi reperiuntur. Remiſſio .n. delinquẽtis ex neceſſitate debet fieri vbi delictum eſt atrox, & petitur fieri per Iudicem delicti, Cyn. in authent. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport. Bart. in l. ſi cui ff. de accuſat. Gloſ. in clem. paſtoralis, de re iud. Abb. in cap. fin. de foro compet. Bertach. in repert. verb. remiſſio, § 5. vbi ſubdit, ſi criminoſus degit ſub Iudice domicilij, nõ tenetur ipſe de neceſſitate, ſed de vrbanitate delinquentẽ remittere ad Iudicẽ delicti eũ requirentẽ, nec per hoc poterit eũ punire, ſed ſuus Superior, & hoc verum, ſi Iudex domicilij intendit eum punire, notãt Io. Calder. in cap. 1. de rapt. Abb. in d. cap. fin. & ſi Iudex delicti non intendit punire criminoſum, etiã ex vrbanitate ad eum non eſt facienda remiſſio, ſm̃ Ioan. Calder. in d. c. 1. facit tex. in cap. per tuas, de ſent. excom. ex vrbanitate poſſet Iudex delicti remittere ad Iudicẽ domicilij, ſicut Pilatus remiſit Chriſtũ ad Herodem, Abb. in d. c. fin. Quapropter facta relatione in Coll. Conſ. die vltimo Maij 1654. per Reg. Conſil. Don Ferdinandum Mugnoz, fuit decreto ipſius iudicatum, vt dictus Ioannes Baptiſta conſignetur dictæ Religioni, ſed poſtea interpoſita reclamatione ex parte querelantis, iterum facta ab eodem relatione ſub die 6. Iulij eiuſdem anni deciſum fuit, vt conſulatur Excellentiſſimus Prorex, & in remiſſione facienda obſeruentur quæ de iure requiruntur præuia Eminentiſſimi magni Magiſtri petitione ex actis in Banca Tartagliæ, poſt hæc inſurrexit Reg. Conſil. D. Franciſc. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 95. vbi de hac re agit, ſubdens hoc ita deciſum ex vrbanitate, ad quod vltra eum Reg. Rouit. in pragmat. 1. num. 65. vbi de delict. quis conuen. deb. inquit, quod remiſſio à Iudicibus originis, & domicilij fit omnino, & de neceſſitate inſtante Iudice loci delicti, eo vero non petente fit tantũ de vrbanitate, quare vt mihi innotuit, licet fuiſſet reus remiſſus ad ipſum Magnum Magiſtrum ſub ipſo tenore, ſi reum ipſe petierit, & ſic exequutũ ſtante petitione ipſius Magni Magiſtri, vltra quod quia Inſula Melitæ Regi noſtro eſt ſubdita reſpectu directi dominij, Reg. Tapia deciſ. Senat. Ital. 8. nu. 23.

Remiſſio petita per conuentos, ſiuè priuilegiatos, ſiue non, ad proprios Iudices ad inſtantiã mercatorum exterorũ in Regno exiſtentium ex cauſa mercaturæ, vigore eorum priuilegiorum, cõcedi an debeat, vt ſæpè ſæpius per Regnũ contingit hæſitari, dum rei debendi conueniuntur coram Regijs Officialibus, vel Baronalibus ad inſtantiam Venetorum ciuium mercatorum, & aliorum ſubditorum Ditioni Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, & petunt remiſſiones ad eorum Iudices domicilij, etiã aliquando ex priuilegio eis conceſſo de iure communi, vel ſpeciali, poſtquam præfati Veneti, ac cęteri ſubditi eidem Ditioni conſequuti ſunt circa hoc priuilegium particulare à Sereniſſimo quondam Rege Ferdinãdo die 23. Maij 1473. & confirmatum per Cæſaream Maieſtatem Caroli V. die 18. Martij 1519. & inter cætera Capitula in eo contenta, hoc Capitulũ legitur: *Item cum ſit, che li Mercanti Venetiani, e ſudditi in Regno negotianti vendono le loro mercantie à tempo à diuerſe perſone, e di quelle fanno publico inſtromento, e chi ſcritti di mano e venuto lo tempo di loro pagamento, li detti debitori per ſtrafuggire li pagamẽnti e ſtratiare li Mercanti, ſi defendono chi per priuilegio, e chi cõ offerire ſuoi beni ſtabili chi cõ mercantie, ſalui condotti, e guidatici in modo, che li detti Mercanti nõ ponno riſcotere loro dinari in gran loro danno, & anco delli diritti della Regia Corte, perche ſe li detti Mercanti non riſcoteno dalli loro debitori, non poſſono fare l'induſtrie nel Regno di S. M. nè fare venire le mercantie da fore, con le quali rendono bona vtilità alla Regia Corte. Per tanto ſe ſupplica alla Regia Maeſtà ſi degni concedere, e comandare, che doue appareranno Mercanti Venetiani, loro ſudditi, fauori, e procuratori auante l'Officiali de S. M. & altri Baroni del Regno con inſtromenti publici ſcritti di mano de Notari, &*

altri

Digitized by Google

altri debiti documenti contra loro debitori li ſia fatta giuſtitia eſpedita, aſtringendo li detti debitori realiter, & perſonaliter in carceribus, per li quali debitori non ſarà contra detti inſtrumenti, ſcritture, e documenti allegato, e moſtrato eſſer fatto pagamento di detti debiti, ouero non ſiano dette ſcritture de falſità, ò di reprobatione alcuna dati ſuſpetti, e che li detti Officiali non poſſono, nè debbiano mandare li detti debitori, quali ſaranno come di ſopra carcerati à magnare, nè la notte à dormire in loro caſe, ma quelli debbiano tenere ben riſtretti in dictis carceribus per fin che haueranno integramente ſatisfatto, e pagato loro debiti tanto della ſorte principale, quanto delle ſpeſe, che legitimamẽte ſaranno occorſe, nõ oſtante qualunque Priuilegio, Capitolo, Coſtitutione, Rito, leggo, oſſeruanza, conſuetudine, moratoria, ſaluicondotti, guidatici, oblatione di benè ſtabili, che li detti debitori poteſſero in contrario allegare, tã o quello foſſero impetrato, quãto quelle, che per l'auuenire poteſſero impetrare. li quali contra detti Venetiani, e ſudditi ſiano de niſſun valore. Placet Regiæ Maieſtati in debitis de cætero contrahendis, quo autem ad præterita placet Regiæ Maieſtati, niſi Priuilegia, Capitula, & Conſuetudo obſtarent in contrarium, &c. Ex quibus verbis, petitionis, & decretationis videtur, non fuiſſe derogatum diſpoſitioni iuris communis, poſtquam priuilegia debent intelligi ſecundum ius cõmune, Franch. deciſ. 192. num. 26. & ſic tàm reſpectu debitorum conuentorum in aliena iuriſdictione, qui debent conueniri coram proprio Iudice, & potiſſimum in Regno ex diſpoſitione pragmat. 2. vbi de delict. &c. nam pro primis cauſis Iudex competens erit Iudex domicilij, ſequitur Grammat. deciſ. 30. num. 9. ita vt nec comparere teneantur conuenti, vt dixit Reg. Rouit. d. pragmat. 2. nu. 4. & ſimiliter reſpectu priuilegiatarum perſonarum inſpecta diſpoſitione l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. adeò quod non ſufficit generalis derogatio, vt derogetur priuilegio d. l. vnic. prout inquit Præſ. de Franch. deciſ. 187. num. 1. ſed debet fieri expreſſa mentio de illo, idem deciſ. 192. num. 4. Ex aduerſo autem circumſcripto priuilegio prædicto comperitur, mercatores ipſos dum mercium cauſa vagantur, inter miſerabiles perſonas connumerari, vt dixit Stracca in tract. de mercatura, 2. part. num. 38. maximè dum ſunt in mercimonijs, vt ex Anania in cap. nulli Iudex, num. 19. de iudic. probat Marc. Ant. Amat. deciſ. Ancon. 99. ſub n. 7. quos probat Nouar. in praxi elect. & var. fori, ſect. 2. quæſt. 22. num. 2. ibi corruptè allegatus, quibus addo Solam in conſuet. Sabaud. tit. de cauſ. miſerab. perſon. in gloſ. 1. nu. 3. vbi alios allegat, & non mirum ſi ipſi eiuſdem mercaturæ occaſione habeant electionem fori, vt ex Butr. Imol. Innoc. & Felin. in cap. ſignificantibus, de offic. deleg. Bellug. Rebuff. Menoc. Foller. Card. Tuſc. Act. Troyſ. & Perez, confirmat idem Nouar. loco relato, & tanto magis hoc frui debent beneficio accedente Priuilegio Regio vt ſupra relato, poſtquam in aſſertiua ſit mentio de priuilegio conceſſo reo conuẽto, & ſi in decretatione mentio non fiat, adhuc tamen ſicut reſcriptum ſemper erit intelligendum, vt recipiat interpretationem à ſupplicatione, Oſaſc. deciſ. 88. num. 9. ita gratia, & priuilegium intelliguntur conceſſa iuxta formam petitionis oblatæ, Grammat. deciſ. 103. nu. 201. & 202. quod oſtenditur ex verbo illo, placet, quod importat gratiam eſſe perfectam ſtatim ſignata ſupplicatione, Reg. de Ponte conſ. 131. num. 3. volum. 2. quapropter minimè obſtare videtur regula illa, quod priuilegia conquaſſantur inter priuilegiatos, Præſ. de Franch. deciſ. 16. nu. 3. & ſic priuilegiatus contra alium priuilegiatum nõ vtitur priuilegio, Cauenſ. ritu 71. num. 6. plenè Barboſ. in opuſc. princip. iur. lit. P. num. 46. ita vt priuilegiatus cõtra priuilegiatum fori electionem non habet, Carau. in ritu 228. num. 3. nam hoc ſanè erit intelligendum, niſi alter priuilegiatus haberet maius priuilegium, ex text. in l. ſed & milites ff. de excuſat. tutor. probat ibi Barboſ. verſus finem, hinc cernimus, mercatores de iure communi nedum eſſe priuilegiatos de per ſe in perſonis, vt dictum eſt ſupra, ſed etiã ob cauſas mercaturæ, quæ ſunt taliter priuilegiatæ, quod in Curia Mercatorum omnes cauſæ ſunt ſummariæ, quia in eis proceditur ex mera æquitate, Marant. in eius ſpecul. 4. p. diſt. 9. num. 47. nam de bono, & æquo dirimi debent, Rota Genuæ deciſ. 95. num. 5. non mirum igitur ſi cauſa ipſorũ ſit ſummariſſima, idem deciſ. 9. num. 19. quibus accedit priuilegium iam dictum conueniendi debitores coram Regijs Officialibus, atque Baronalibus, non obſtante alio priuilegio, vnde conſpicitur, duo ipſos habere priuilegia, hoc eſt legis, & hominis, & ſic duo vincula magis ligãt, ad tex. in l. qui patri ff. de acquir. hæred. & l. ſi autem, in fin. ff. de aqua pluuia arcenda, vltra quod tale priuilegium inductum eſſe oſtenditur ex cauſa publicæ vtilitatis, vt legitur in dictis verbis, & ſic vtilitas publica præfertur priuatę vtilitati, l. munerum, §. item ff. de muner. & honor. l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccleſ. quocirca cum fuiſſet conuentus Ioſeph de Mura de Salerno vti tutor filiorũ, & hęredum quondã Laurentij de Mura in S.C. ad inſtantiam Petri de Ioſepho Furtecti ſuper ſolutione ducatorum 1200. debitorum vigore apocę mercantilis, & fuiſſet petita remiſſio ad Curiã Salernitanam tàm reſpectu priuilegij dictorũ pupillorum, quàm ipſius Ciuitatis ex ampliſſimis priuilegijs Ill. Principis Salerni, fuit denegata, & dictum, quod procederetur in S.C. ſtantibus priuilegijs ipſorum Venetorum, & dum fuiſſet appellatum ad S.C. ad relationem Reg. tunc Conſil. Hieronymi Olcignani die 10. Februarij 1590. fuit interpoſitum decretũ huiuſmodi videlicet. Per S.C. declaratum eſt; bene fuiſſe prouiſum per Magnif. cauſæ Commmiſſarium, &c. penès Secretarium, & iterum in cauſa Elionoræ S. Crucis Terræ Baroli conuentæ vti tutricis filiorum, & hæredũ quond. Michaelis Gentilis, ad inſtantiã Marſilij Morroni Bergomẽſis ſubditi Reipublicæ prædictæ ſuper petitione duc. 550. debitorum

ex cau-

Digitized by Google

ex cauſa prædicta, quæ eum petijſſet cauſam remitri ad Curiam dictæ Terræ, fuit per Mag. Cur.Vie. denegata remiſſio,& eum fuiſſet appellatum ad S.C.& obtentum verbum fieri, demum facta relatione per Iudicem tunc Fęlicem de Ianuario die 19. Auguſti 1593. per S.C. fuit dictum,remiſſa eſt eidem M.C.& ſic confirmatum decretum in Banca Tramontani, vbi alia exempla oſtenduntur de hoc.

Remiſſio cognitionis qualitatis foriudicati capti ſub clypeo indultus ſibi conceſſi, vt inſeruiter in bello, concedi an debeat Iudici, ſub quo deliquit,& ipſum foriudicauit,vel Iudici militiæ, fuit per Collat. Conſil. deciſum,eſſe hanc qualitatem remittendam Regiæ Audiētiæ, vt iuſtitiam faceret, nec aliter concedendam Iudici militari,tum quia qualitas militiæ non erat concludenter probata, tum etiam quod ſi probaretur,ex quo delictum ante cinguli ſuſceptionem commiſſum fuerat,puniendum eſſe à Iudice ordinario, & nō militari,ita teſtatur Reg.Conſ. D.Franc.Merlin. controu. forenſ.cap.14. capto.

Remiſſio cauſæ intentatæ per viduam ex cauſa ſui priuilegij electionis fori, quamuis ad inſtantiam conuentorum petentium,cauſam ad eorum Curiam prius intentatam per dictam viduam remitti non potuerat ob eorum contumaciam non comparentium in M.C. an propterea ad inſtantiam Baronis concedi debeat,cui non poterat præiudicium afferre cōtumacia ipſorum, deciſum fuit negatiuè per M.C.V. in cauſa Mariæ Naccarellæ, vt referr Reg.Conſ.Merlin. controuerſ.forenſ. cap.81. num.13.& ſeq.

Remiſſio cauſæ rei vaſalli alicuius Baronis an eidem concedi debeat, ſi fuerit reus præuentus à Regia Curia,& carceratus, concluditur negatiuè, niſi Baro haberet priuilegium cognoſcendi de delictis extra territorium, & ita pluries deciſum per Magnam Curiam, tradit Reg. Conſil. Merlin. controu. forenſ.cap.vlt. in fine.

Remiſſio cauſæ redditionis computorum adminiſtrationis tutelæ petita per viduam, matrē, & tutricē ad Reg.Cam.Sum.Iudicem competentem eius viri an erit concedenda, deciſū fuit affirmatiuè per Magn. Cur. Vic. vt teſtatur Reg.Conſiliar.Merlin. controuerſ.forenſ. cap.94. ex text.

Remiſſio cauſæ petita per aliquem degentem in aliqua parte Regni vbi conueniri debuerat iuxta diſpoſitionē pragm. 2. vbi de delict. quis conuen.deb. imò ſi fuerit conuentus eodem loco, ſed prætextu donationis rei factæ per conuentū alicui ciui Neapolitano,Neap. degenti,& petenti eſſe procedendum in Mag. Cur.Vic.an erit concedenda,quemadmodum in facto percipiebatur, dum fuiſſet facta donatio certæ domus Iulio Cæſari Galtetio per N.fuerunt conuenti debitores Antonius Paglianus, & Flaminia de Angelis de Scigliano in M.C.V.ab ipſo donatatio,qui petierant remiſſionem ad Curiam Petremalæ Prouinciæ Calabrię citra,& hoc ex diſpoſitione d.prag.2. quod pro primis cauſis Iudex competens erit Iudex domicilij, ſequitur Grammat. deciſ.30. num.9.& inſuper quia ipſa donatio proceſſerat ex cauſa lucratiua, & ꝙ nullatenus promiſſa videbatur ex diſpoſitione Ritus M.C. 228.vbi Carau. item quia in fraudē litis motæ in eadem Curia,quæ proceſſerat lite pendente,& hoc pariter improbatum eſſe cernitur in cap.1. de alien.Iud.mut.cauſ.vbi Doct. quamuis replicatū fuiſſet per actorē reſpectu primæ obiectionis, eam non obſtare, cum etiā ſi pro cauſa lucratiua donatio,ſiue ceſſio facta fuerit Neapolitano,ipſæ admiſſæ fuerunt, & locum habuit fori variatio,ex traditis ſupra in verbo donatarius, inſuper reſpectu ſecundi obiecti replicabatur,quod licet fuiſſet intentatum iudicium in eodem loco per donantem, hoc eſt per ſimplicem petitionem, nō tamen illud iudicium fuerat proſequutum, nec eo amplius vti voluerat, & quilibet poteſt fauori ſuo renunciare, l.quod fauore,de legib. & ſic facta relatione in M.C.V. die 5. Octobris 1634. per Iudicem Aloyſium Corcione, fuit dictum, vt cauſa remaneret in M.C.V. ſicut ex actis in Banca Vulturaræ. Adhuc tamen interpoſita appellatione ad S.C.& obtentū, de prædictis verbū fieri in eo,replicabatur,dato quod fuiſſet valida donatio facta per reum donatario Neapolitano, vt virtute donationis ſibi factæ potuiſſet trahere reos ad eius forum vigore priuilegiorum conceſſorum Neapolitanis, attamen hoc procedere neutiquam videbatur poſt inſtitutam litem per donantem in foro competēti conuentarum,& non eſt dubium, quin iudicium incipiat à citatione,Marant.in ſpecul.part.6.verbo citatio,num.1.And.Gayll. pract.obſeruat.lib.1.obſeru.74.num.1. Scaccia de iud. cap.8. num.12.tom.1. Reg.Valenzuel. conſ.6.num.2.tom.1.quos probaui in meo voto 54.num.16.& per talem citationem inducitur litis pendentia, eo amplius quando reus inſtruitur, de quibus ad iudicium trahitur ex clement. eum lire, vt lite non conteſt. probat Minſyng. ſingul.obſeruat.centur.4.obſeru.26. num.1.vbi poſuit ſex requiſita,vt ipſa inducat litis pendentiam,Lancellott.de attent. part.2. cap.20.declar.2.num.6.quocirca exiſtente tali pendentia litis, nequiuerat fieri donatio in fraudem litis motæ in potentiorem euitandi cauſa forum,d.cap.1.vbi Gloſ.& DD.de alien. Iud. mut. cauſ. fact. nec pariter illi renunciari poſt ius parti quæſitum,vt dixi in vot.5. nu.6. quod etſi quæratur per litis conteſtationem, vt deduxi in meo vot.4. num.9. in quo poterat difficultari, non aliter fuiſſe litem conteſtatam ex ſola citatione, attamen quia in Regno proceditur ſūmariè,ſimpliciter,& de plano, ſola facti veritate inſpecta, ex cap. Regni Deteſtantes, & eo caſu quoties in cauſis, in quibus proceditur ſūmariè, nec lis cōteſtatur, operatur effectum litis conteſtatio actus ille primus, qui ſubſequitur poſt citationem, ex Gloſ.in cap.1.verb.abſentia,de elect.in 6. cum alijs relatis per Io.Brecheum aphoriſm.137.in fine, Muſcat.in praxi S.C. lib.1.part.1.gloſ.petitur, num.43.& gloſ.defendendum, num.41. vnde ex ijs facta relatione in S.C.per eundem

Iudicem Aloyſium Corcione die 19. Octobris 1634. fuit decrſum per S.C. remittendo cauſã eidem M. Cur. quod prouideret, vt remittatur cauſa ad Curiam Pettemalę, penès Secretariũ, in eadem Banca.

Remiſſio cauſæ inquiſitionis alicuius vaſalli de homicidio citati, & foriudicati, petita per Baronem, an erit concedẽda, circumſcripto eius priuilegio cognoſcẽdi etiam de delictis commiſſis ante venditionem Terræ, prout ſupponebatur in facto occurſo, dum fuiſſet petita remiſſio cauſæ Bartholomæi de Athanaſio inquiſiti inſimul cum Seluagio de Autherio de homicidio cõmiſſo intus Villam Paniſcoculi in perſonam Franciſci Ritij per Io. Antonium Pariſium V.I.D. illius Villæ Dominum vigore eius ampliſſimi priuilegij cognoſcendi etiã de delictis ante venditionem iam dictæ Villę commiſſis, dicebatur ex parte Fiſci, nullatenus fore concedendam, ex quo ipſi rei iam fuerãt citati ad foriudicandũ, & inde prouiſum per M.C.V. quod foriudicentur, & ſi aduerſus decretum ipſum fuiſſet per Nicolaum de Auterio excuſatorem dictum de nullitate, quæ poſtea fuerunt reiectæ, & inde obtẽta ſupplicatione de prædictis verbum fieri in S.C. quo tempore fuerunt productę fides minoris ætatis ipſius Seluagi, ac aliæ nullitates, & per Sac. Conſ. prouiſum, viſis ſcripturis in aula præſentatis, vt M.C. iuſtitiam faceret, & per eam iuſſum, vt ſuperſederetur in exequutione decreti foriudicationis reſpectu omnium, adhuc tamen reſpectu Bartholomæi tale decretum erat erroneum, ex quo nullitates propoſitæ reſpiciebant perſonam Seluagi, non tamen ipſum Bartholomæum, cui prodeſſe nõ poterãt, ſicque quoad eum firmum remanſerat decretum foriudicationis, & conſequẽter poſt ſentẽtiam foriudicationis remiſſioni locus non erat, ex traditis per Annam ſing. 56. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 16. num. 150. Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 49. num. 16. eo amplius, quia ex communi obſeruantia concernentia exequutionem ſententiæ tantum remittuntur Baronibus, vt retuli in 2. par. noſtri compẽdij verb. remiſſio, adeo quod in hoc caſu facta remiſſione cauſę ad Baronem, ipſe gratiã facere poterat, vt cenſuit poſt Teſſaur. deciſ. 266. num. 4. Reg. de Curte in diuerſor. iur. feud. part. 2. cap. 3. num. 17. Sed replicabatur prædictis, ea non obſtare ex multis, & Primò verum eſſe in facto ſupplicationem verbi faciẽdi non tantum reſpicere Seluagium, verum etiam Bartholomęum, in quorum beneficium fuerũt propoſitæ dictæ nullitates, vnde ſequitur, decretum foriudicationis, & reiectionis nullitatum per appellationẽ interpoſitam extinctum remanſiſſe, idcirco dum tempore relationis aliæ fuerant propoſitæ nullitates, nihilominus in earum propoſitione fuit in ſcriptis dictum, citra præiudicium aliarum in M.C. propoſitarum, à quibus non recedebant, & ita dato, & non conceſſo, quod nullitates propoſitæ in S.C. eſſent perſonales, non per hoc fuerat receſſum ab alijs, quæ omnes reſpiciebant, ſed in illis inſtatum, adeò quod dum S.C. mandauerat M.C. quod viſis ſcripturis iuſtitiam faceret, non ſolum nullitates nõ diſcuſſit, ſed nec de illis notitiam habuit, & ſolum à M.C. viſis ſcripturis exitum ſperabatur, quocirca decretum ipſius, quod ſuperſederetur nedum erroneum non eſſe, ſed iuri conſentaneum, alias eſſet tollere defenſionẽ reo, quæ de iure naturæ conceditur, vt legitur 1. Reg. cap. 12. ſequitur Iſern. in cap. 1. verſ. bona committentium, nu. 17. & 18. quæ ſint regal. Marant. in ſpecul. part. 6. rubr. & quandoque appell. num. 147. qua pendente cauſa remanſit in eo ſtatu, quo tempore pronunciationis fuerat, l. 3. C. de appellat. & ſaltim relatio faciẽda erat reſpectu Athanaſij in S.C. nimirum ſi M.C. ſuperſederi mandauerat. Secundò, quia per appellationẽ à decreto, quod foriudicentur, & non admittantur nullitates, videntur ſuſpẽſa nedum omnia, ſed extincta, ex quo appellatione pendente iudicatum extinguitur, ex Salyc. & alijs relatis per Afflict. deciſ. 296. num. 3. ex text. in l. 1. §. fio. ff. ad tertull. cum alijs adductis per Ruginell. de appellat. in princ. in tit. de appellat. & quamuis Canoniſtæ teneant, per appellationem ſuſpendi iudicatum, non tamen extingui, attamen talis opinio cõcordari cernitur, quod inſpecto pręſenti ſtatu dicebatur extinctum, inſpecto vero futuro ſuſpenſũ, ita Gutierr. pract. quęſt. q. 39. num. 6. & 7. verſ. ex quibus omnibus, lib. 1. idẽ Affl. deciſ. 188. Magoo. deciſ. Florent. 132. imò reducit appellatio cauſam ad terminos litis conteſtatæ, l. ita demum, C. de procur. Præſ. de Franch. deciſ. 370. num. 15. & 17. & deciſ. 602. Marant. in ſpecul. part. 4. diſt. 6. ou. 25. Reg. Lanar. conſ. 64. num. 25. Ruginell. vbi ſup. nu. 15. quanquam autem Baro ante ſententiam vaſallo habita partis remiſſione, gratiam facere poſſit, Maſtrill. in tract. de indult. cap. 2. nu. 37. ſequuta tamen ſententia, ei non permittitur, Reg. Lanar. conſ. 5. num. 2. verumtamen ſi haberet ſecundas cauſas, appellatione pendente coram Iudice ſecundarum cauſarum ſecus eſſet, quia per appellationem iudicatum, vel ſuſpenſum, vel extinctum eſt, ei hoc permiſſum videtur, vt ſic deciſum vltra Annam, & alios, idem de Franch. deciſ. 370. Maſtrill. vbi ſupra num. 39. ea ſcilicet ratione, quia ea, quæ permittuntur Baroni ante ſententiã, permittuntur etiam poſt ſententiam, pendente tamen appellatione, l. poſtquam, §. 1. ff. vt legat. nom. caueat. idem de Franch. d. deciſ. nu. 15. in fin. ſic in præmiſſo caſu, nam ſicut Baro ante dictam ſententiam remiſſionem petere poterat, ita & poſt ſententiam, Reg. Lanar. d. conſil. 5. num. 2. appellatione tamen pendente, Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. official. §. 1. num. 11. vbi allegat Annam, & Franch. quod procedit etiam ſi non adeſſet tale decretum ſuſpenſiuum d. Mag. Cur. eo quod appellatio eſt illa, quæ effectum producit, non autem decretum, & quantum pertinere videatur ad recurſum prętenſum à decreto per Fiſcum, vltra quod ei nil prodeſſe poſſet, cum extrema non ſint habilia, dum nullo iure ſententia poſſet confirmari, tamen quia reus eſt in carceribus

cetibus conſtitutus, quanquã ſi reus condemnatus pendente appellatione partis remiſſionem obtinuerit, corporalem pœnam euitabit, Ant. Gomez variar. reſolut. tit. de homic. nu. 69. verſ. pulchrum dubium, & ſic deciſum fuiſſe tradit, prout notabile eſſe dixit Præſ. de Frãch. d. deciſ. circa finem, quod ſanè verificatur in facto iſto, dum reus præſentauerat partis remiſſionem, ideo pœnam euitabat, poſt remò ex quo in Regno Fiſco denegata eſt à decretis liberatorijs appellatio, Cauenſ. in ritu 41. n. 16. Franch. deciſ. 467. num. 6. & deciſ. 470. num. 10. habet tamen recurſum poſt Catau. in ritu 128 nu. 2. Præſ. de Franch. deciſ. 148. & 470. & tunc fieret relatio ad finem prouidendi, ſi eſſet deferendum, idem deciſ. 487. num. 11. quare dum hoc caſu nulla læſio apparebat, decretum ſuſpenſionis legitimè proceſſerat, & omnino facienda erat relatio in S.C. à decretis productis, ipſo iure ſententia foriudicationis erat ſuſpenſa, & propterea ea pendente nil erit innouandum, toto titulo nil innou. appell. pend. l. 3. C. de appellat. Factaq; relatione per Regium Conſiliarium Don Ferdinandum Ezguerram nunc Regiam Cancellariam Regentem in Magna Curia Vicariæ die 19. Decembris 1634. fuit per dictam Magnam Curiam conceſſa remiſſio rei ad Baronem petentem, vt in actis in Banca Catalani, penès Giſum, quod ſimiliter erit attendendum, facta declaratione nullitatis ſententiæ foriudicationis, vt locus ſit remiſſioni, vt optimè fundat Capiblanc. ſu. d. tom. 2. de Baron. cap. 49. num. 16.

Remiſſio cauſæ intentatæ in M.C.V. per ceſſionarium Neapolitanũ contra exterum degentẽ in aliqua parte Regni, debitorẽ vigore inſtrumenti ad dicendum cauſam, quare non debet exequi vigore pacti exequutiui, concedi an debeat, de hoc incidit pariter hæſitari in eadẽ M. C. in eadẽ cauſa Iulij Cæſaris Galterij ceſſionarij cum Autonio Pagliatio, & Flaminia de Angelis de Scigliano, de qua ſupra eodem in verb. remiſſio cauſæ petita, & videbatur eſſe deferendum petitæ remiſſioni, poſtquam alias eadem cauſa principalis fuerat inter eaſdem partes remiſſa ad Curiam Petremalæ, ita pariter erit in præſẽti negotio agendum, cum ſit dependens à negotio principali, & ſic remiſſa cauſa principali, cenſeri debet remiſſum omne ius emergens, & dependens ab ea, l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iudic. & ex Tuſco Barboſ. in opuſc. princip. iur. lit. A. nu. 9. ex natura acceſſorij quod ſequitur naturam principalis, cap. acceſſorium ff. de reg. iur. cum alijs apud Barbol. in opuſc. princ. iur. lit. A. nu. 7. quaſi quod videtur obſtare exceptio rei iudicatæ, dum inter eaſdem partes verſaretur iudicium de eadem cauſa inſtrumentali, l. cum quæritur ff. de except. rei iudic. Ex aduerſo replicabatur, verſari de ſeparato negotio, poſtquam ſi bene prius intentata fuerat lis aſſiſtentiæ vigore publici inſtrumenti, & ſucceſſiuè fuerit cauſa remiſſa ad Iudicem loci ex rationibus deductis ſupra eodem verbo remiſſio, attamen in præſenti iudicio agebatur de petitione tertiarum decurſarũ vigore dicti inſtrumenti iuxta formam pacti exequutiui, & dum erat iudiciũ exequutiuũ, non poterat remiſſio cauſæ concedi ex ratione illa, quia ſunt inſtrumenta guarẽtigiata, quę fundantur in præcepto Notarij habentis iuriſdictionem ordinariam inter conſentiẽtes, qui in iure appellantur chartularij, ex Gloſ. in l. 1. ff. de iudic. probat Aut. à Canar. in tract. de exequut. inſtrum. quæſt. 4. num. 8. Seraph. de priuileg. iuram. in priuil. 77. num. 5. Catau. in ritu 166. num. 5. Muſcatell. in praxi fideiuſſ. part. 1. modo 13. num. 11. adeo quod cum hoc pręceptum guarentigiæ requirat conſenſum vtriuſque partis, probat Barz. in tract. de guarentigia, part. 1. quæſt. 3. nec aliter fieri poteſt à Notario, niſi in confeſſum, ex Butrig. in l. 2. §. actor, C. de iur. cal. tradit Barz. in d. part. 1. quæſt. 1. col. 2. ex quo in confeſſum non ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando, l. proindè, §. notandum ff. ad legem Aquil. idcirco peracto pręcepto prędicto exequutioni demandatur, & hoc ex diſpoſitione ſtatutorum per Italiam vergentium, Andr. Gayll. in tract. de arreſtis, cap. 9. num. 18. & præſertim in Regno noſtro vigore ritus M. C. V. 166. vbi Catau. Franch. deciſ. 118. num. 5. Conſil. Anna conſ. 82. num. 2. poſt quam attenta diſpoſitione iuris communis nullatenus inſtrumenta paratam habebant exequutionem, Freccia de præſent. inſtrum. part. 6. num. 4. vt dixit Catau. in ritu 166. num. 31. cum al. js per me adductis in voto 84. num. 4. eo quod tale præceptum guarentigiæ exorbitans eſt à iure communi, Barz. d. part. 1. quæſt. 1. & non mirum ſi inſtrumenta ex hoc dicantur vim ſententiæ habere, imò tranſactæ in rem iudicatam, vt cenſuit Barz. vbi ſup. in quæſt. 2. Coler. in tract. de proceſſ. part. 1. cap. 3. num. 20. & par. 3. cap. 3. nu. 12. at cum aduerſus ſententiam nullatenus exceptio fori admitti debeat, imò & fortius poſt ſententiam tranſactam in rem iudicatam, etenim iſthęc declinatoria fori regulariter in ingreſſu iudicij, & ante litem cõteſtatam opponitur, vt probat Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. part. 2. gloſ. competẽtes, num. 17. & ijs accedit etiam, vt prædictum eſt, quod inſtrumenta quamuis de iure communi paratam exequutionem non habeant, attamen per interuentũ iuramenti paratam exequutionem habere, ex pluribus diſcutit Seraph. in tract. de priuileg. iurament. in priuil. 77. num. 2. Paris de Puteo de reaſſumpt. inſt. rubr. 19. num. 20. & conſequenter quia ordinariè in inſtrumentis renũciatur cum iuramento priuilegio fori, & tunc fiet renunciatio irreuocabilis ex parte iurantis, vt dixit Coſta de iudic. cap. 1. num. 222. hoc eſt ſe ſubmittẽdo alterius iuriſdictioni, ac foro cuiuſcunque Iudicis, de quo per eundem in praxi conuent. part. 2. clauſ. 144. ſuccedit, vt vbique conueniri poſſit, Coſta in d. cap. 1. nu. 223. Marta in tract. de clauſul. part. 1. clauſ. 236 nec obſtat, quod eadem cauſa prius aſſiſtentiæ intentata inter eaſdẽ partes fuerat remiſſa, & pariter hæc eadẽ remitti deberat, poſtquam in prima cauſa actum fuerat ordinariè in hoc iudicio, in ſecundo extraordinariè, & exequutiuè, & diuerſimodè in illis procedi-

Digitized by Google

tur, & per diuerſitatem modi agendi corrueerat tertium requiſitum in exceptione rei iudicatæ, d.l. cum quæritur, Conſ. Anna conſ. 17. in princ. etenim in iudicio ordinario intentatur actio, quo caſu requiritur libellus, & omnis actus neceſſarius, ſecus tamen in iudicio extraordinario exequutiuo, nam intentatur officium Iudicis ad exequutionem inſtrumẽti, vt ex Marant. probat Seraph. vbi ſup. nu. 81. ideo opus libello nõ erit, nam ſola productio inſtrumenti guarentigiati eſt loco libelli, prout ex Specul. ait Batz. d. tract. part. 2. quæſt. 3. in fine, & propterea ſi bene in cauſis ordinarijs lis conteſtetur de iure, l. per procuratorem ff. de procur. Io. Brechęus aphoriſm. 137. ita vt videatur præcluſa via petendi fori declinatoriam lite conteſtata, vt dixi ſupra, attamen in iudicijs ſũmarijs primus actus, qui ſubſequitur, operatur effectum litis conteſtationis, ex Gloſ. in cap. 1. verb. abſentia, de elect. in 6. notat ibidẽ Brechæus in fine, at cum fuiſſet etiã in præſenti iudicio replicatum per conuentos, tertias decurſas ſoluiſſe cedẽti, videtur lis cõteſtata, nec aliter opponi poterat exceptio ipſa declinatoria, imo conſentire viſum eſt cõpetentiæ Iudicis, ſic reſpondendo, ad quod probandum aſtringi videbatur, & in ſumma opitulari non videtur, non potuiſſe pro tertijs decurſis aliud iudicium exequutiuũ inſtitui, pendente iudicio ordinario aſſiſtentiæ, nam etiam pendente reſciſſione contractus peti poſſunt vſuræ, vt deciſum retuli ex Francli. & alijs in prima parte noſtri cõpendij, verbo inſtrumẽtum, nec pariter inhibitum videri vna via electa, vt non poſſit alia exequutiua intẽtari actio, ex l. conſentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, vbi DD. Seraphin. loco relato, ſub num. 81. Quamobrem facta relatione in M. C. V. die 22. Decembris 1634. per Aloyſium Corcione Iudicem illius, fuit communi voto deciſum, quod cauſa remaneat in eadẽ M. C. penès Vulturalem, & confirmatum per S. C. de anno 1638. & menſe Maij, & iterum in cauſa Io. Sauaſtani conuenti ad inſtantiam Gratiæ de Roſa vigore pacti exequutiui, & petentis remiſſionem ad Curiam Artis Serici, cum fuiſſet prouiſum, quod cauſa remaneret in M. C. interpoſita appellatione ad S. C. in quo facta relatione die 27. Iulij 1631. per Iudicem Ioan. Dominicum Taſſone fuit confirmatum decretum in Banca Iuſti.

Remiſſio cauſæ intentatę in S. C. ad inſtantiam alicuius exteri Neap. habitantis, ac etiam vti ceſſionarij aliorum intereſſe habentium contra exteros vaſallos, an erit concedenda, relata fuit deciſio ſupra verbo Neapolitanus.

Remiſſio petita per Clericum conuentum corã Iudice laico ſuper recognitione apocæ Bancariæ, an ea facta concedi debeat, nullo facto depoſito pecunię debitæ, vel facto realiter depoſito, de hoc contingit dubitari in M. C. V. in cauſa D. Peruntini de Vico, qui cum cõuenire feciſſet D. Paulum Spinellũ ad recognoſcendum apocam bancariã, & facta recognitione, petijt cauſam remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, quapropter cũ inſtituiſſet actor, fieri depoſitum iuxta diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ 64. §. 6. de officio Procuratoris Cæſaris, qua mãdatur, quod debitores vigore apocarum bancorum poſſunt cõueniri, nec exaudiuntur, niſi facto depoſito, aut intra carceres, ſic Clericus quoad præparatoria iudicij obligatur ſtatutis laicorum, ſecus quoad deciſoria, And. Gayll. lib. 2. pract. obſeru. in obſer. 32. nu. 10. ex Abb. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, num. 24. & 42. de conſtit. adeò quod punctualiter ad rem Boer. deciſ. 114. nu. 8. firmat, Clericum conuentum coram Iudice laico ſuper recognitione ſcripturę manu eius ſcriptę, ſubdit, & ſi recognouerit, tenebitur deponere ſummam in cedulam contentam, vel guarnire manũ Regiam, hæc ille, & in hanc opinionem inclinauerunt Aufrer. & Bened. quos citat Rebuff. ad Conſt. Galliæ, tom. 1. in tract. de chirogh. & ſched. recogn. art. 1. ſub num. 46. Goffred. à Bauo in tract. reatuum, quæſt. 16. num. 99. & latè Io. Fucherus in eius titib. iudicialib. cap. 27. in contrarium autem conueniunt nonnulli Doctores ſequentes Boer. in eo tantum, vt fieri poſſit talis recognitio corã Iudice laico per Clericum, & ea facta, remitti ad ſuum Iudicem, quem ſequuti ſunt Vrſill. deciſ. 173. num. 1. Aloyſ. de Leo in Auth. caſſa, & irrita, C. de ſacroſ. Eccleſ. nu. 19. quos probat nouiſſimè Carol. de Graſſ. in tract. de effectib. cleric. in 1. effectu, num. 990. & vltra eos Bardell. conſ. 1. num. 12. lib. 1. Borgn. deciſ. Fiuizan. 27. ſub num. 56. verſ. & non ſolum, vbi allegat etiam Rebuff. loco ſupra citato, aſſerẽtem, ita ſępius iudicatum fuiſſe in Senatu Pariſ. licet ſub quadam diſtinctione ibi tradita conatur ambas opiniones concordare, adhuc tamen quando de ſola recognitione ſcripturæ ageretur cõtra Clericum, in qua Iudex ſæcularis eſt competens, & ea facta functus eſt officio ſuo, ideo ad ſuum Iudicem remittendus erit, vt quoque ex Imbert. Rupell. lib. 1. inſtit. forenſ. §. commodiſſimè firmat, & in præcedenti nu. 5. idem firmat, & iuxta hanc opinionem retulit, arreſtum prolatum fuiſſe, eo quod in hoc Iudex ſæcularis non grauat, cum talis recognitio ſtatim fieri debebat, antequam citatus diſcedat à banco Iudicis, data ſibi ſcripta prę manibus, vt videat, & perlegat, & conſideret aliquantulum, quia in ijs, quæ conſiſtũt in facto, non datur dilatio ad recognoſcendum, ex Bart. Roman. & Arnon. probat ibi Caualc. in d. deciſ. 27. quibus accedit optima deciſio Ant. Fabri in eius Codice, tit. de iuriſd. omn. Iudic. definit. 7. quem ſequitur Valaſc. in tract. de priuileg. pauper. part. 2. quæſt. 65. §. 1. num. 146. vbi in ſequẽti probat, hanc recognitionem fieri debere, ne ob contumaciam fori priuilegium amittatur, ſubdẽs, per hoc non probari iuriſdictionem, cũ etiam ab incompetenti Iudice fieri poſſit recognitio, & in hanc ſententiam ex pluribus firmat Reg. Rouit. in pragmat. 64. ſupra citata nu. 41. & ſeq. licet loquatur in laicis ſubditis alicui Baroni, quod erit fortius quàm in Clericis nõ aliter ſubiectis Regiæ iuriſdictioni, & licet negatiuè fuiſſet iudicatum per M. C. V. ad re-

lationem Aloyſij Coreioni Iudicis benemeriti ipſius Mag.Cur. in cauſa prædicta, vt patet ex actis in Banca Saleſe, pendet tamen relatio facienda in S. C. ſed in cauſa D. Nicolai Cugneo cum Ioſepho N. ad relationem Iudicis Arcamone, fuit iudicatum, eſſe cauſam remittendam ad Iudicem Eccleſiaſticum de anno 1637. in Banca Lucinæ.

Remiſſio cauſæ alicuius vaſalli Baronis illã petentis, non obſtante eius renunciatione an erit concedenda, deciſum fuit per S.C. facta in ea relatione per Iudicem Roccam die 23. Ianuarij 1614. in cauſa Caroli Blanchi cum Perpetua Arnone circa remiſſionem petitam per Ill. Principem Cariati, mandando dictæ M.C.V. quod prouideret, quod non obſtante renunciatione ipſius remittatur cauſa, vt refert Baldaſſ. de Angel. in ſuo prato ſuper Codice in l.ſi quis in conſcribendo, num.9.C.de pactis.

Remiſſio cauſæ reconuentionis factæ poſt ſententiam petita per Clericum actorem ad ſuũ Iudicem competentem, concedi an debeat, vt pariter cõtingit altercari in eadem cauſa Abbatis Maczoiæ cum Horatio Palumbo, dum fuiſſet prolata ſententia per S. C. in beneficiũ ipſius Abbatis, comparuit penès acta prefatus reus conuentus, & reconueniendo eundem Abbatem, inſtabat nullatenus procedi potuiſſe ad exequutionem ſententiæ prædictæ, licet per ipſum Abbatem replicatum fuiſſet, non eſſe conceſſum fieri reconuentionem poſt ſẽtentiam, quia tempora non largiebantur, nec de iure conceſſum reperitur, ex adductis ſuperius in verbo reconuentio, ex Linglois deciſ.13.num.6. ſub num.20. verſ.at vbicunque, cum alijs adductis per Franch.deciſ.193.nu.9. ſequitur Carol.de Graſſ. de effectib.cleric. in 1.effect. num.784. Scaccia de re iudic. gloſ. 7. quæſt.4. ſpecial.3. nu.136. præterea quatenus admiſſa ſit reconuẽtio inter Clericum, & laicum coram Iudice ſæculari, vt dicunt DD. in cap.1.de mut.petit. & in Auth. & conſequenter, C. quomodo, & quando Iudex, &c. & ſic ſe habet communis opinio, quam probat ex multis Caroc. in tract.de except.in except.22. quæſt.5.num.6. Carau.in ritu 67.nu.3.vbi Caueni.num.1. Carol.de Graſſ.de effectib.cleric. in 1.effect.num.748. Vrſin.in tract.de reconu. cap.29.Curell.deciſ.16.num.21. Ant.de Amat. variar.reſolut. tom.2.reſolut.86. nu.60. Larrea deciſ.Granat.4.num.11. attamen non poterat procedere lata ſentẽtia, quia videbatur noua cauſa agendi, vnde locus remiſſioni erat ad ſuum Iudicem competentem, propterea quod exercebat reconuentus, cauſam ad ipſum remitti debere, ex traditis nouiſſimè per Io. Baptiſt. Larream deciſ.Granat.4.& 6. licet ex aduerſo dici potuerat, adhuc durare iudicium, quod etſi per ſententiam fuiſſet terminatum, adhuc illius exequutio durabat, nec propterea verè finitum, vt fundatum eſt in d. verbo reconuẽtio, vnde quemadmodum nuncupatur prima, & ſecunda inſtantia, hoc eſt prima, quæ ſpectat ad primum Iudicem, & ſecunda in cauſa appellationis ad ſecundum Iudicẽ, Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.par.3.gloſ.inſtantia, num.10.idem erit dicendum de primo, & ſecundo iudicio, quapropter tunc reconuentio in cauſa appellationis non conceditur, vt fundatum ibi patet, ex quo eſt noua cauſa, vt inquit Caſtill. deciſ.31. num.1. ſic reconuentio petita in ſecundo iudicio, dicitur cauſa noua, Maſtrill.deciſ.136.num.2.& 5. quo caſu locus erit remiſſioni. Cæterum autẽ durante primo iudicio vſque ad realem exequutionem ſententiæ ſemper dicetur primum iudicium, & reconuentio militaret, & conſequenter ceſſaret remiſſio ex rationibus adductis in dicto verbo reconuentio, vbi patet deciſio articuli.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum tertiũ comparentem, penès acta litis alias intẽtatæ contra tertium poſſeſſorem, ſed peremptæ, inde reſtauratæ per inſufflationem ſpiritus, an erit concedenda prætextu donationis ſibi factæ, pendẽte prima lite, ſicuti ex facto occurſo demonſtrabatur, dum ad inſtantiam Io. Hieronymi Pecturuti, & D. Mauritij Galterij fuiſsẽt conuenti iure aſſiſtendi vti tertij poſſeſſores bonorum hypothecatorum Horatius Vitalis, & Hercules de Iannario præteritis annis, & datus terminus in cauſa, nõ fuit vlterius proceſſum, adeò quod inſtantia peremit per decurſum triennij, inde obtenta inſufflatione ſpiritus vitæ, & penès acta litis præsẽtata ſupplicatio, cũ fuiſſet inſtatum, ad vlteriora procedi, & per M.C.V. prouiſũ, vt terminus alias datus curreret, comparuit D.Cæſar de Iannario filius ipſius Herculis donatarius, aſſerendo ipſum poſſidere bona prædicta, & proinde audiri coram ſuo Iudice competenti, & conſequenter cauſam remitti, & pro eius parte dicebatur, quod Iudex ſæcularis non poteſt vllo modo ſe intromittere in cauſis Eccleſiaſticis, aut ſpiritualibus, Borgn.deciſ.28. n.117. part.2. Vrſin.in tract.de reconuent.cap.29.nu. 15. & ſeq. & conſequenter in cauſis Clericorum, præterea quia Clericus nec tacitè, nec expreſsè conſentire poterit in iudicem ſæcularem, cap.ſi diligenti, de foro compet. Abb.in cap.1.num.19.de re iud.Nacta conſ.445.n.17. & 18.vol.3. Borgn.deciſ.45.nu.77.part.1. Reg. Rouit. deciſ.44. num.1. inſuper dum petierat remitti ad ſuum Iudicẽ, remitti debuerat abſq; requiſitione, Scagl.in ritu 46. num.8. eo quia ipſi Clerici ſunt exempti à iuriſdictione Iudicis ſæcularis, d.cap. ſi diligenti, & in Auth. ſtatuimus, C.de Epiſc. & cleric. Andr.Alpher. conſ.70.num.31. Carol.de Graſſ.de effect.clericat.effect.1.nu.1.& ſeq. & tanto magis, quia lis primo loco intentata erat iam perempta, licet poſtmodum reſtaurata per inſufflationẽ ſpiritus, noua videbatur inſtãtia, & locus erat remiſſioni reſpectu ipſius Clerici, ſicuti laicus ſi inſtantia perempta efficiatur Clericus, licet inde per Principem inſuffletur ſpiritus vitæ inſtantiæ iam peremptæ, iudicium terminari debet, & ſequi debet coram Iudice Eccleſiaſtico, latè Anton.de Amat.variat.reſol.tom.2. reſol.86.num.54.vltra Coſtam Sicul.conſil.93. iam etiam iudicio cœpto cum aliquo poterit

tertius compatete pro ſuo intereſſe, & impedire proceſſum iudicij, Matant.in ſingul. incip.iudicio cępto,fol.150. Ex aduerſo dicebatur,litem inſtitutam fuiſſe contra laicos conuentos vti tertios poſſeſſores, & non contra Clericum ſponte comparentem vti donatarium ſui patris,& ſic cauſam à laico habētem, vnde ipſe actor Clericus cogebatur in eodem iudicio aſſiſtere, ſicuti quādo Clericus tertius comparens ad impediendum iudicium, & cauſā haberet à reo laico, & tunc tenetur aſſiſtere coram eodem Iudice, & ſe defendere, alias ſententia ſibi nocebit, ſiuè ſciuerit, ſiuè ignorauerit, ſecus ſi nō haberet cauſam à reo conuento, & vt non defenſor compareret, ſic probat Borgn.deciſ.Fiuizan.5. num.31. & 34. part.4.& contrariæ doctrinæ procedunt, quādo quis vti laicus conuentus fuiſſet, deinde fuerit Clericus effectus, & poſt peremptionē inſtantiæ iterum conuentus fuiſſet, ſecus tamen quando non fuerit aliter conuentus,ſed vti tertius comparuiſſet etiam perēpta inſtantia,quoniam non reus, ſed actor diceretur, vt erat caſus de quo agebatur. Vlterius dicebatur,nullam rationē habendam eſſe de tali donatione ex duobus. Primò, quia facta fuerat à laico Clerico cōtra laicum, & ſic ad euitandum forum,quod eſt etiam de iure canonico inhibitum in cap.1.de alien.Iud.mut.cauſ.vbi Gloſ.& DD.Rota in dec.1.alias 177. in nouis, nu.2. verſ.item præſumitur, de alien.Iud.mut. cauſ.cum alijs adductis per Carau.in ritu 218. in fine, verſic. trigeſimusquartus. Secundò, quia facta fuerat pendente lite prædicta, alias intentata contra laicū, d.cap.1. quæ licet fuiſſet perempta ob lapſum temporis,tamen poſtmodum reſtaurata per inſufflationem ſpiritus vitæ, & in actis productæ, iuxta deciſa per Grammat. deciſ.69.nu.1. & deciſ.103. nu.117. nec officit,quod non fuerat intimata parti talis reſtauratio,quia cum ſit gratia à Principe prouenienS, ita Muſcatell. in praxi S.C. lib.1. part.7.gloſ.ſententia,num.50. non intimatur, & ſufficit,quod ſit facta ab eo,etiam abſque partis citatione, Aſin.in praxi Iud. §.2.cap.16. num.17. nec alia cauſæ cognitione, Reg. de Ponte conſ.142. ſub num.3. vol.2. vltra quod quia Clericus nunquam fuerat citatus, ſed ſpontè comparuerat penès acta, ideo vti reus ſpontaneus ibi aſſiſtere tenebatur, quia actor effectus erat, ex Viuio deciſ.387. num.1. & 2. firmat Ripol.variar.reſolut. cap.1.nu.199. vbi ita deciſum refert, & Clericus quando conſideratur actor, debet iudicium adire ſæculare, probat Larrea deciſ.6.num.10.ſimiliter quando Clericus veniret in iudicio vti tertius,de dominio, & poſſeſſione opponens ad impediendam exequutionem, debet coram Iudice laico comparere,Anton.de Amat.variar.reſol. tom.2. reſol.94.num.29. Et ſic facta relatione in M.C.V.per Iudicem Thomam Locterium, deciſū fuit,ꝙ procederetur ad ea, quæ incumbunt, non obſtāte remiſſione petita, interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium, demum eodem referente die 6.Iunij 1635. fuit confirmatum decretum prædictum penès Secretarium, in Banca Vulturalis, prædicta forſan de cauſa, quia prædictus Clericus erat, & fuit habitus tanquam actor.

Remiſſio cauſæ petita per aliquem ſubditum alicui Collegio artis, an erit concedēda, ſi eo conuento Procuratorem conſtituerit, & pariter dum eadē cauſa prius commiſſa fuerat vni Conſiliario, inſtiterat præuia ſupplicatione coram Spectabili Præſide S.C. priori Conſiliario committi, & non procedi coram alio Commiſſario, cui ad inſtantiam partis fuerat commiſſa, ſed hoc abſq; proteſtatione expreſſa ſui fori, quamuis fuiſſet poſtmodu lis conteſtata,de quo incidit altercari in S.C. in cauſa Auguſtini de Paſtena ſubditi Curiæ Artis Serici, conuenti ad inſtantiam Nicolai Scriptoris, & videbatur ex ijs,cauſā ipſam remitti debere ad ſuum Iudicem competentē, etenim per conſtitutionē Procuratoris non conſentitur in Iudicem, ex Anton. de Butrio in cap.1. col.15. verſ.nota primam gloſ. de iudic. vbi Imol. & Felin. in cap.inter Monaſterium, de ſent. & re iudic. firmat Ill. Epiſc. Ricc. in praxi variar. reſol. cap.55. num.6. vbi adduxit alia cōſimilia corollaria, nempè quod nec per ſatiſdationem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo conſentiri videtur, neque per petitionem copiæ libelli, nec per ſolutionē ſportularum, aut per ſatiſdationem de parendo mandatis Curiæ, nec pariter in iudicem conſentire videbatur ex ſimplici ſupplicatione porrecta Spectab. Præſidi S.C. vt cauſa committeretur alteri Conſiliario,qui fuerat Commiſſarius domus ab eo emptæ ab vltimo licitatore, eo quod cōmiſſa cauſa vero Commiſſario,ab eo poterat obtinere poſtmodum remiſſionem cauſę ad ſuum Iudicem,poſtquam hæc omnia non procedere vidētur de voluntate rei conuenti,ſed ex quadam neceſſitate, ideo ei præiudicare nōn poterāt in ſori declinatoria,ita ex Caſtr.in l.non videtur, & l.ſi fideicommiſſum,§.fin.de iudic. firmat Bernard. Vurmſer. pract.obſeruat. forenſ. tit.de except. cum dilat.dec.1. nam conſentire non videtur. Verum quia cum fuiſſet compertum,nedum conſtituiſſe Procuratorem,ex quo eliciebatur voluntas, Verall.deciſ.252.num.4.part.1. & ſic conſenſiſſe, ſed etiam fuiſſe litem conteſtatā, idcirco amplius remiſſio peti non poterat, ad text. in l.vbi,& l.ſi petitor ff.de iudic. Gloſ.in l.ſi is, qui eod.tit. verſ.iudicium, cū alijs apud Aſin.in praxi iudic.§.13.cap.8.num.4. poſtquā fori hęc declinatoria opponi debet in ingreſſu iudicij ante litem conteſtatam, l.fin. C.de except. d.cap.inter Monaſterium, Muſcat.in praxi S.C. lib.1.part.2.gloſ.competētes, num.4. Zanger.de except. part.2. except.1. num.3. Io. Ferrar. in praxi iudic. pat.1. cap.10. verſ.inter eas, Aſin. in eius praxi §.13. cap.8.num.4. aut in ipſo actu litis conteſtationis,eo quod cum ſit dilatoria exceptio, tunc quia dilatorię etiā opponi poſſunt poſt litē conteſtatam in continenti, Aſin.d.praxi §.13.cap.2.limit.9.num.1. Tiraquell.de retract.conuent.§.1.gloſ.5.nu.4. merito quādo quis eſt citatus corā Iudice ſuo, debet comparendo ſe proteſtari, quod non

inten-

Digitized by Google

intendit in ipſum conſentire iuxta praxim relatam à Marco Mantua in ſua praxi iudic. caſu 67. quamuis autẽ fuiſſent plures exceptiones oppoſitæ, & contra actorẽ, & contra libellum, & contra Iudicẽ, ſemper intelligitur prima exceptio oppoſita contra Iudicem, vt ex Batt. Alex. Imol. & Euer. firmat Petr. Garſia in dicto 58. & ſic prius cognoſcenda erit, niſi dictum fuerit, quæ omnia opponuntur gradatim, cõditionaliter, & ſucceſſiuè; ideo fuit interpoſitum decretum, vt procederetur ad vlteriora petita remiſſione nõ obſtante, & inde confirmatum per S.C. die 5. Septembris 1622. ad relationem Reg. Conſ. Didaci Salinas, & poſtmodum in reclamatione comprobatum die 19. Maij 1623. ad relationem Regij tunc Conſiliarij Scipionis Rouiti, in Banca Sarri, imò poſtea comparentibus Conſulibus eiuſ Artis fuit denegata remiſſio per eundẽ Commiſſarium, & confirmatum decretum per S.C. eodem referente die 30. Iunij eiuſdem anni, etiam in reclamatione facto verbo die 30. Octobris 1623. penès Secretarium.

Remiſſio cauſæ intentatæ in M.C.V. contra exterum degentẽ in aliqua parte Regni vti debitorem defuncti ad inſtantiam alicuius priuilegiati hæredis defuncti an cõcedi debeat, vt accidit cõtrouerti in eadẽ M.C.V. in cauſa Frãciſci Monſolini Ciuitatis Regij conuenti ad inſtantiã Lucretiæ Dartoli hæredis defuncti debitoris, ex cuius parte dicebatur, omnino eſſe procedendum in M. C. V. nedum quia ipſa erat mulier, & proinde vigore priuilegij ſibi iniuncti de iure habet electionem fori, ad text. in l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & in Conſtit. Statuimus, ibique DD. omnes, ſed etiam ex diſpoſitione iuris communis, qua cautum eſt, quod ſicuti electio Iudicis tribuitur actori; quando reus haberet plures Iudices, vt ipſum poſſet conuenire, coram quo vellet, vt inquit Paul. Caſtr. in l. fin. num. 4. C. vbi in rem actio. ſequitur Scaccia in tract. de iudic. tom. 1. cap. 34. num. 44. Anchar. iun. quæſt. 81. num. 33. lib. 3. idemque ſi plures rei eſſent diuerſi fori, coram vno Superiore Iudice conueniri debent, Minſyng. centur. 1. obſeruat. 4. Mauſon. de cauſ. exequut. ampliat. 20. num. 10. ſed pariter quando ipſemet actor plures Iudices diuerſorum locorum haberet, ſiue loci, eſſet in eius electione reum conuenire quo ipſe vellet, vt cenſuit Paul. Caſtr. in l. non vtique, num. 6. ff. de eo, quod certo loco, hinc eſt, quod quis ſortiri poteſt plura fora ex cauſa, & tunc electio eſſet actoris ſortiri quod mauult, & idem quãdo ſunt plures debitores, vt probat Borgn. deciſ. Fiuizan. 2. nu. 1. in fin. & num. 2. part. 1. præterea quia ſicut licitum eſt creditori conuenire debitorem, nedum coram Iudice laico, ſed Eccleſiaſtico ratione iuramenti, vt probat Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 67. ita & hæredi creditori, ſubdit num. 37. Inſuper quia M.C.V. in toto Regno iuriſdictionem in ciuilibus, & criminalibus habet contra omnes Barones in genere, Carauit. in ritu 46. nu. 16. ad quod ſubdit Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 7. num. 4. 5. & 6. quod Tribunal M.C.V. idẽ eſt quod Tribunal Regis, & appellatur ſpeculum Iuſtitiæ, & luminare maius, idcirco iuriſdictionem habet vniuerſalem ſuper omnes Barones, Comites, Duces, & Principes, ac alios cuiuſcunque conditionis, & præeminentiæ fuerint, ſicque tàm ipſa M. C. quàm Regiæ Audientiæ in toto Regno ordinariam habent iuriſdictionem, idem Carau. in ritu 230. nu. 7. Taſſon. in pragm. de antefato, verſ. 3. obſeru. 3. num. 157. nõ mirum ſi caput, domina, & fons aliarum Curiarum Regni dicatur, Cauenſ. in ritu 1. num. 7. & iuſtiſſimè appellari communem patriam, & conſequenter ibidem conueniri potuiſſe non ambigebatur, imò quatenus cognitio ipſius rei conuenti ad alium Iudicẽ ſpecialem pertineret, non poterat derogari iuriſdictioni generali, quã habet ipſa M.C. quia cenſeretur cumulatiuè, non tamen priuatiuè conceſſa, per ea, quæ congerit Scaccia d. tract. cap. 66. num. 6. & 7. hinc eſt, quod Iudex ſpecialis deputatus ad cauſas damnorum datorum, & poteſtas, quæ habet generalem in Ciuitate iuriſdictionem, non prohibetur de illis cognoſcere, nam generali iuriſdictioni derogatum non videtur, ſed ſibi accumulari iuriſdictionem, & erit locus præoccupationi, l. ſi quis poſtea ff. de iudic. notat Caſtr. in l. teſtamenta omnia, num. 6. C. de teſtam. & iuxta hanc opinionem fuit iudicatum per dictam M. C. ad relationem Iudicis Io. Aloyſij Corcione de anno 1635. vt patet ex actis. Ex aduerſo autem in beneficium conuẽti conſiderari poſſunt nonnulla, & Primò, pro ipſo extare regulam generalem, vt actor ſequi debeat forũ rei, ad tex. in l. iuris, C. de iuriſd. omn. Iud. vbi DD. Scaccia vbi ſup. nu. 2. cum alijs apud Barboſ. in princip. iur. lit. A. nu. 29. hinc inquit Caſtr. in d. l. iuris ordinem, num. 2. quod quando quis vult aliquem conuenire, debet ire ad locum vbi reus ſortitur forum, & ſubdit nu. 3. quod reus debet ſortiri forum vbi habet domicilium, & in eo loco conueniri debet, etiã ſi ibi non reperiatur perſonaliter, ſubſequitur num. 4. latiſſimè Ant. de Mattheis in tract. prorogat. fori, num. 30. Borgn. deciſ. 1. nu. 2. part. 1. Andr. Gayll. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 36. nu. 12. ſimiliter & ratione contractus ibi geſti cum defuncto, iuxta communem opinionem Doctorum, vt teſtatur Anchar. iun. quæſt. 14. lib. 1. Euerard. in topica, loco à contract. ad diſtract. num. 3. Ant. de Mattheis d. tract. nu. 63. Borgn. deciſ. 1. n. 3. par. 1. Abb. in cap. dilectus, de offic. deleg. ſub num. 3. Andr. Gayll. vbi ſup. num. 14. talis forus ratione contractus diceretur incommutabilis, vt inquit Scaccia eod. tract. cap. 40. ſub nu. 3. verſ. tertia propter, And. Gayll. vbi ſup. num. 5. non mirum ſi quis conueniri debeat in loco cõtractus, in quo eſt celebratus, licet in alio loco confirmatus, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 39. nu. 28. Andr. Gayll. lib. 2. obſeru. 1. num. 4. Imò etiam ratione æqualitatis ſeruandæ, nam certũ eſt, quod actor, & reus ſunt correlatiua, vt inquit Vit. deciſ. 236. num. 8. taliter quod diſpoſitum in vno, cenſetur diſpoſitum in alio, Euerard. in

topica,

by Google

topica, loco à correlat. num.3, & potiſſimum in iudicijs æqualitas erit ſeruanda, cap.nouit, de iudic. nec ad impatia iudicandū inter eos Viu.deciſ.255.nu.43. quo fit, vt cum hæres defuncti conueniri debeat in foro defuncti, ad text. in l. hæres abſens ff. de iudic. Præſ. de Franch.deciſ.234.num.2.& 3. vbi id probat ex diſpoſitione Ritus 234. ita è contra hęres defuncti creditoris cōuenire debet reum in foro eius defuncti, qui ſi viueret, ita defunctus perageret; adeo quod cum hæres ſit eadē perſona cum defuncto, & illum repræſentet, l. qui in alterius ff. de reg.iur. vbi DD. Barz.deciſ.51. num.10. & ſucceſſor eiuſdem iuris eſt, cuius fuit deceſſor, Anton.Fab.in eius Codice lib.4. tit.7.definit.5. num.5. Benintr.deciſ.12.num.2. non propterea ſucceſſor melioris conditionis eſſe poterit, quam ipſius actor, idem Faber d. Codice lib.9. tit.30.definit.4.num.3. & conſequenter hæres agendo repelli debet, quando nec defunctus agere poterat, ita Barz. dec.64. num.30. & è contra. Nec proinde facienda erit vis in priuilegio proprio mulieris, vt eius intuitu poſſit debitorē defuncti exterum trahere ad M.C.V. nam vltra, quod etiam in muliere Neapolitana nupta extra Ciuitatē Neap. non poteſt trahere exteros ad S. C. ex priuilegio Neapolitanorum, ſed tenetur ſequi forum reorum à ſe conuentorū, vt probat Reg. Rouit. deciſ.75.num.6. imò etiam quia hoc repugnaret diſpoſitioni pragm.2. vbi de delict. quis conuen. deb. ibi nullus ex noſtris Tribunalibus, vel aliquis ex noſtris Officialibus, & Baronum quorumcunque audeat, vel præſumat pro primis cauſis, duntaxat ad inſtantiam cuiuſuis perſonę, quantumuis priuilegiatæ extra diſtrictum proprij incolatus cuiuſcunq; noſtri Regnicolæ aliquem ex noſtris ſubditis diſtrahere, vel illum auocare, &c. ſed etiam ex diſpoſitione Ritus M.C. ſuo priuilegio non vtitur, Franch.d.deciſ.234. hinc eſt, quod ſi hæres ageret remedio reintegratorio nomine proprio, & non defuncti, quando defunctus fuit per prius ſpoliatus in vita, licet probauerit ſpoliatum fuiſſe, non poterit obtinere, Borgn. deciſ.23. num.26.part.2. prætere a cum hoc ſit priuilegium perſonale, non egreditur perſonā, vt in ſimili probat Maur. Aret. de fideiuſſ. ſectio.4. cap.32. nu.3. & licet hæres ſucceſſor ſit non ſolum bonorum, ſed perſonæ, quam repræſentat, vt dictum eſt ſupra, tamen repræſentat perſonam defuncti fictè, §.1. auth. de iureiur.à mor.præſt. Mantic.de tacit.& ambig. conuent. lib.23.tit.9.num.7. & 21. nam rei veritate alia eſt perſona defuncti, alia hæredis, vnde quemadmodum priuilegium perſonale non tranſmittitur, nec tranſit ad hæredes, Anchar.quæſt.43.nu.18.part.1. ita è contra. Neque obſtabit, quod electio Iudicum pertinere debeat ad actorem, cum hoc ſit verum in ſe, ſed electio fieri debet de Iudice competente, non autem incompetente rei conuenti, Scaccia d.cap.66. num.4. & melius cap.10. num.5. & Iudicem incompetentem qui adit, & competentem ſpernit, puniri poteſt, & cadit à cauſa, Thomat.deciſ.114.num. 10. ſicuti Borgn.in verbo actor, incompetentia autem oritur inter cętera ex genere cauſarum, ex Vantio tradit ibi Scaccia, adeo quod ex diſpoſitione dictæ pragmaticæ, pro primis cauſis non debēt Regnicolæ extrahi ab eorum domicilio, ſeù incolatus, dum enim conueniuntur in M. C. nequeunt ab ea cognoſci, ſed eorum cauſæ remittendæ ad Iudices eorum, ex quo reſultare comperitur, electionem inanē eſſe, ac nullam ſententiam inde latam vigore dictæ pragmaticæ, vt aduertit Reg.Rouit. in d. pragmat.2.num.5.ex Andr. & Afflict. ibi relatis. Inſuper ceſſat ratio altera, nempè de M.C.V. quæ eſt omniū Curiarum Regni caput, quod non negatur, ſed reſpectu primarū cauſarum exterorum non debet ſe intromittere vigore dictæ pragmaticæ, niſi in cauſis appellationis, vnde bene aſſeritur, quod S.C. Reg. Cam. Magn. Cur. & Regiæ Audientiæ ſunt Iudices ordinarij competentes appellationum, vt dixit Muſcat.in praxi S.C. lib.2.par.1. gloſ.in forma, num.11. ſed tantum in primis cauſis Neapolitanorum actorum, & conuentorum, etiam exterorum vigore priuilegiorū ipſorum, quare etſi communis patria dici poterit, ita vt quilibet poſſit in ea conueniri, hoc ſanè intelligendum erit, ſi ibi perſonaliter reperirētur, quemadmodum in ſimili de Roma tradit Caſtr. in d.l. iuris ordinem, ſub num. 5. Anton.de Matthæis eod.tract.nu.48. Vltima ratio non afficit, eo quia procederet in Iudicibus ordinarijs æqualiter iuriſdictionem habentibus, vt diſcutit Scaccia loco relato, ſub num.5. verſ. & hæc de iuriſdictione, præuentio enim locum habet vbi Iudices habent parem iuriſdictionem, Præſ.de Franch.deciſ.147 nu.5. cæterum autē quoad cognitionem primarum cauſarum, vt non poſſint Regnicolæ extrahi ab eorū Ordinarijs, eſt certum, quod reſpectu concedentis ſit priuatiuè conceſſa, vt ex Bald.& alijs probat ibi Scaccia ſub num.5. in princ. ſed reſpectu conceſſionarij conſideranda erit, ſi expreſsè, vel tacitè fuerit conceſſa, & quoad expreſſam exemplificat ibi Scacc. num.8. vt ſi expreſsè prohibeatur, ne alij Iudices poſſint procedere, & ſubdit, quoad tacitā conceſſionem apparere factam, quando reſpiceret fauorem perſonarum, quod vtrumque oſtenditur in d. pragmat.2. non mirum ſi omnino exteri ſint conueniendi in primis cauſis coram eorum ordinarijs Iudicibus nec aliter ab illis extrahendi, & vocandi ad M.C. vt ponderat ibi Reg.Rouit.nu.2. Pendet appellatio in Sacro Conſilio.

Remiſſio cauſę pendentis in S.C. ſuper iure paſcendi petita per Fiſcum ad R.C.S. an concedi debeat, deciſum fuit per S. C. negatiuè referente Ferdinando de Haro Regio Conſiliario, penès de Mondellis, nūc Sollazzo, ex quo tale ius non eſt feudale, vt refert And. Capan. in tract.de iure adhoæ, quæſt.49.nu.19. cum ſeqq.

Remiſſio in crimine raptus fieri an debeat Baroni illam petenti, Reg. Tapia in ſuo Iure Regni lib.3. ſuper pragm. vbi de crim. agi oport. num.30. ex Azeued. quem ſequitur Danza in

tract.

tract.de pugna Doctorum, tom.2. rubr.de raptu,num.51. tenet,quod non, quidquid dicat Farinac.qui loquitur in caſu ſuo, & citat Caſtill.deciſ.Sicil.158. aſſerentem, deciſum fuiſſe per illũ Senatum, vt procederetur in M.R.C. Siciliæ, & ita nouiſſimè iudicatum fuit per M.C.V. in cauſa Marchionis Campaneæ cum aliquibus eius vaſallis inquiſitis de raptu mulierum armata manu, &c. ad relationẽ D.Annibalis Moles Iudicis illius,& Reg.Conſil. in Banca Tartagliæ, penès Anellum Sportellum de hoc anno 1636. vt ſup. verb. raptus, & pro comprobatione huiuſmododi deciſionis cõferunt ea, quæ conueniunt in delicto furti, nam ſi fuerit fur captus alibi extra locũ furti, per contrectationem efficitur delinquens illius loci vbi contrectatũ eſt furtum,ob quod videtur eſſe nouum delictum,adeò quod non erit locus remiſſioni, quemadmodum copioſè proſequutus ſum in voto meo 93. vbi deciſiones attuli,& contrarijs reſpondi,poſtquã ex hoc etiam crimine contrectationis iuriſdictio acquiritur, licet incidenter, & territorij mutatione naſcitur noua actio furti ad vindictam publicam, Marta in conſ.187. num.3. idemque conſtitutum eſt in milite deſertore, vt puniri debeat à Iudice loci commiſſi delicti, ex quo deſertor militiæ amplius miles nõ eſt,ideo remiſſioni locus non erit, ex text. in l.deſertorem ff. de re milit. probat Ayala de iure belli, lib.3. cap.8.num.2. Reg.Rouit. in pragmat.16.de milit.nu.19. quos probat Tull. Criſpol. in ſuis caſibus milit. caſu 35. per totum.

Remiſſio cauſæ per aliquem ſubiectum alienæ iuriſdictioni petita, licet denegata ex cauſa, an afficiat petitioni remiſſionis eiuſdẽ cauſæ intẽtatæ per dñum ipſius ſubditi, vt concedi nõ debeat, vel debeat vti exceptio rei iudicatæ, quemadmodũ in facto euenit, cum fuiſſet conuẽtus Antoninus de Paſtena in S.C.ad inſtantiam Nicolai Scriptoris ſuper relaxatione cuiuſdam domus nedum conſtituit Procuratorem penès acta,ob quod videbatur conſenſiſſe in Iudicem, ſed etiam ſupplicationem porrexerat Præſidi S.C. aſſerendo,Commiſſarium cauſæ non eſſe illum, cui ad inſtantiam dicti Nicolai commiſſa fuerat cauſa,ſed alius, ſicuti apparebat ex ſucceſſione per fidem Secretarij,cui poſtmodum commiſſa fuerat,nullatenus ſe proteſtando circa fori priuilegium vti ſubiectus Curię Artis Serici,& eo amplius conſenſiſſe videbatur, & conſenſus facit iuriſdictionẽ prorogare,Io.Fucat.in rit.iudicial. col.9. verſ.ſiquidem ſi ſe ſubijciát,imò fortius paſſus fuerat litem ſecum conteſtari,& dum poſt conteſtationem litis factam petierat,cauſam remitti ad ſuum Iudicem competentem, fuit ei denegata remiſſio ſtante litis conteſtatione,cum tacitè videbatur facta prorogatio, ad tex.in l ſed etſi,in princ.ff.de iudic. Ant.de Matthæis in tract.prorog.fori, &c. ſub nu.12. col.3. verſ.dubium eſt,cum alijs apud Muſcat. in praxi S.C.lib.1.par.2.gloſ.competẽtes,n.17. & ſic fuit confirmatum per S.C.die 5.Septembris 1622. referente Reg.Conſil. Didaco Salinas, & pariter in reclamatione die 19. Maij 1623. referente Regio tunc Conſiliario Scipione Rouito, penès Secretarium, in Banca Sarti. Verum quia comparuerunt Conſules eiuſdẽ Artis,& petierunt,dictam cauſam ipſis remitti,de quo dubitari non videbatur,ſi erat lis cõteſtata, nam Baro petit remiſſionem vaſalli ſui,etiam poſt terminum datum,ex Barb. in cap.ex tranſmiſſa,col.2.de foro compet.tradit Anna ſing.55.vbi ita iudicatum aſſerit per S. C. imò vſque ad ſententiam, non enim vaſallus prẹiudicare poterat eius domino,Capiblanc.in pragm.8.part.2.num.83. de Baron. in vlt.edit.Neap.ſicque Barones ratione ſuorum priuilegiorum habentium clauſulam priuatiuam, ſiuè abdicatiuam, remiſſionẽ cauſarum vaſallorũ ad Iudices ſuarum terrarũ obtinent, vt ſubdit ibi Muſcat. n.50. & ſic etiam practicatur in Conſulibus Artis Serici,ſeù Lanæ vigore eorum priuilegiorum, ex traditis per Franch. deciſ.722. num.18. ac etiam in cauſis Clericorum, latè Capiblanc.d.pragm.8.part.3. de Baron. ita quod ſi fuerit denegata remiſſio ſubdito,vel vaſallo,non per hoc denegari debet domino,& ſic in dies cernimus practicari. Inſuper etiam ſi fuerit res iudicata, quæ tria requirit neceſſaria, vt competat, ſcilicet eadẽ cauſa,eadem perſona, & idem modus agendi, l.cum quærebatur ff.de except.rei iudic.cum alijs apud Conſ. Annam conſ.17.num.1. Muſcarell.d.praxi lib.1.part.4.gloſ.iudicatæ,nu.6. Zanger.de except.in except.ſine cap.17.par.3. num.5. licet eadem ſit cauſa, & modus agendi, non tamen eadẽ perſonæ erant, & ſic vno deficiẽte requiſito ceſſaret talis exceptio,Muſcatell.vbi ſup.nu.8.vltra quod tertio venienti ad cauſam nullatenus præiudicare poterat, vt quoque probat Zanger.vbi ſupra, num.59. ibique num.75.expreſſim tradit de ſententia contra ſubditum lata, vt non præiudicet domino,nihilominus ipſa M.C. licet non deneget dictam remiſſionẽ cauſarum regulariter, ex cauſa tamen ſecus erit,vt ſubdit Muſcatell. in d.gloſ.competentes, num.55. quod etiam in criminalibus procedere dixit Reg.de Pont. de poteſt.Proreg.tit.de elect.offic.§.1.num.19. & 20. & cauſas huiuſmodi recẽſet Capiblanc. in d. pragmat.8. part.2. num.84. & ſeq. in poſtrema edit.Neap.de Baronib.per exempla,ſed verius Andr.Gayll. lib.1.obſeru.32.ipſam exarat materiam,& inter cæteras cauſas, ob quas denegatur remiſſio, illa potiſſimũ ſe offert,ratione continentiæ cauſæ,ad text.in cap.fin.de reſcript.l.1.ff.de quibus rebus ad eundem Iud. Capiblanc.vbi ſup.num.197.cum ſeq. vbi per exempla hoc demonſtrat, ſed cauſa, ob quam remiſſio denegari debuerat, ea deſumebatur ex actis,quia alias venditio domus ad inſtantiam creditorum ipſius Nicolai deducta fuerat in S.C. etiam per perſonas priuilegiatas, hoc eſt per Monaſteria Monialium,& iam vltimo licitatori D. Antonio de Ianuario liberata, ſub præcepto,ne ad illius venditionem procederet, & inde in contemptum præcepti eam vendiderat eidem Antonino, vnde poſtea conquæſtus Nicolaus de tali venditione

nullitet

nulliter geſta iudicium intentauit nedum contra dictum D.Antonium, ac Gratiam de Ianuario ſororem donatariam, ſed etiam contra ipſum Antoninum emptorẽ ſuper reſciſſione venditionis, & ſic inſpiciebatur res in iudicio ſuperiori deducta, adhuc ſub eo ſubeſſe, & in fraudem præſumptam fuiſſe alienationem factam, ad text. in cap.1. de alien.Iud. & toto titulo ff.eodem, nimirum ſi pariter remiſſio etiam denegata fuerat eiſdem Conſulibus, vt procederetur ad vlteriora nõ obſtante remiſſione petita, & confirmatum per S.C. die 30.Iunij 1625. referente eodẽ Regio tunc Conſiliario Scipione Rouito, & iterum in reclamatione comprobatũ die 30. Octob. 1625. eodem referẽte, penès Secretarium, in eadem Banca, & hoc non abſque ratione, ex quo lis domus prius coram S.C. pendebat, & ex hoc inducebatur diuiſio continentiæ cauſæ, quæ de iure diuidi non debet coram diuerſis Iudicibus, vt exemplificando oſtendit And. Gayll. pract.obſeruat.lib.1.obſeru.32. num.6. vltra quod exceptionẽ iſtam non poteſt tertius, qui pro ſuo intereſſe comparet poſt litem conteſtatam opponere, Aſin.in praxi iudic. §.13.c.21. limit.6.ſubl.1.num.1.

Remiſſio petita ad R. C. S. per aliquem Arrendatorem, ſeù Gubernatorem Arrendamenti, aut Caratarium conuentum ab aliqua muliere vidua coram ſupremo Magiſtratu an erit concedenda, & potiſſimum ſi ageretur de reſtitutione dotis, & antephati, dicendum videbatur, eſſe concedendam remiſſionẽ petitam ad R.C.S. vt expreſſim notat Conſiliar.Patin. in ſuo tract.de Iudic.& priuil.mil. inter opera Reg. Rouiti ſub tit.de milit. in pragm.15. ſub num.19. verſ. *y eſte priuilegio es tan comun*, & videtur diſpoſitum eſſe in eorum capitulationibus, quæ fiunt inter Arrendatores, & ipſam R.C.S. vt pro quacunq; cauſa nequeant conueniri niſi in eadem R.C. & ita confirmantur per Collaterale Conſiliũ, vltra diſpoſitionem cap.25. Comitis Ripęcurſij inter priuilegia Neap. fol.67. à ter. Ex aduerſo autem replicabatur per ea, quæ in facto apparebant in cauſa Decij Vitalis conuenti ad inſtantiam Victoriæ Capocefalo eius nurus ob mortem ſui viri Franciſci Vitalis ad reſtitutionem dotis, & antefati, & cũ fuiſſet ex parte ipſius Decij oppoſita exceptio remiſſionis ad R.C.S. prętextu ꝙ eſſet Arrendator Dohanæ Neapolis, fuit tamen ad relationẽ Reg.tunc Conſiliar.Fœlicis de Ianuario per S.C. deciſum, vt cauſa in eo remaneret, & inde confirmatum in reclamatione eodem referente per idem S.C. ſed quia poſtmodum comparuit Procurator Fiſcalis ipſius R.C. inſtando pro remiſſione cauſę prędictæ ad eandem R.C. fuit pariter idem iudicatum per idem S.C. & in reclamatione confirmatum, nihilominus quia ipſe conuentus obtinuerat particulare villetum, ſeù reſcriptum à Sua Excellentia, vt remitteretur cauſa ad R.C. per aliud contrariũ reſcriptum obtentum fuit vt cauſa remitteretur ad Collaterale Conſilium, & inde cõmiſſa cauſa Spectab.Regẽti Scipioni Rouito, facta per eum relatione in eodem Collaterali Conſilio, deciſum fuit, vt procederetur in S.C. verum prolata ſententia in fauorem ipſius Victoriæ remittatur cauſa eidem R.C. circa concernentia exequutionem ipſius de anno 1630. in Banca Carboni, pro iuſtificatione huiuſmodi deciſionis aduertendum eſſet, quod licet priuilegiatus nõ vtatur priuilegio contra ſimilẽ priuilegiatum, vt docet probando Cauenſ. in ritu 71.num.6. Barboſ.in opuſc.princ.iur.lit.P. num.46. neque fori electionem habeat, Carau. in ritu 228.num.3. Attamen in hoc aduertendum erit ad potentius priuilegium, quod quis habet, vt eo vti poſſit, Barboſ. vbi ſupra in fine, & tunc ſuccederet regula illa, quod magis priuilegiatus trahit ad ſe minus priuilegiatum, Muſcatell.in praxi S.C. lib.1.part.2. gloſ.competentes, num.88. & ſic maius dignum trahit ad ſe minus dignum, l. quæ religioſis ff.de rei vendic. cum alijs apud Barboſ. in princ. iuris, lit.C.num.27. in præmiſſo caſu apparebat, hãc actricem viduam eſſe, & ſic duo vincula habebat vti actrix, & vti vidua; quare in conſimili caſu quærit Bartholom.de Capua relatus ab Afflict.in Conſtit.Statuimus, num.21. quid ſi vidua conuenerit pupillum coram Iudice per ipſam electo, & ad eum traheret, & cõcludit affirmatiuè per has rationes, quia vidua, & actrix, quę de iure habet priuilegium l.vnicæ, C. quando Imperator inter pupill. & vid. item quia actoris eſt electio, quando reus haberet plures Iudices, Borgn.deciſ.2.num.2.p.r. accedebat quoque cauſa dotis, quę eſt ſatis in iure priuilegiata, & potiſſimum quia agi debet coram ſupremo Magiſtratu, hoc eſt in Senatu, vt in terminis decidit Anton.Fab.in eius Codice, tit.quando Imper.inter pupill.& vid. definit.1. vbi deciſum tradit, viduam dotem repetentem habere priuilegium ſui Iudicis, etiam ſi contra pupillum ageret, & licet ibi dicat num.1. hoc ex placito illius Senatus procedere, attamen quia hoc iuri conſonum eſſe videtur, poſtquam cauſę viduarum coram Principe agitari conuenit, ad text.in l.1. C.quando Imper.inter pupill.& vid. & in d.Conſtit.Statuimus, ibique DD. illi derogari nõ poteſt, niſi ſpecialiter, Franch.deciſ.187.num.1.& præſertim vbi de cauſa dotis ageretur, poſtquam diſpoſitio generaliter loquens, non comprehẽdit cauſam dotis, Salyc.in l.fin. C.de iure dot. cum alijs apud Nouar. de elect.& variat. fori, ſect.4. quæſt.1.num.10. ſicque in conceſſione talium capitulorum, niſi expreſſa mẽtio cauſæ dotis facta non fuerit, non ſuſtineretur, poſtquam de iure certum eſt, vt in domicilio viri exactio dotis facienda ſit, l. exigere dotem ff.de iure dotium, & conſequenter Iudex ſæcularis cognoſcit de reſtitutione dotis, & ille, qui fuit Iudex mariti, vt refert Ferrer. in Conſtit.Hac noſtra, in tertio tempore, nu.82. & 86.

Remiſſio cauſæ immiſſionis in poſſeſſionem rei emphyteuticæ conceſſæ alicui pro ſe, ſuiſque filijs natis, & naſcituris ex vtroq; ſexu ex ſuo corpore legitimè deſcendẽtibus, petita ad inſtantiã filiæ emphyteutæ, an erit concedenda

conuen-

conuento iam immiſſo in poſſeſſionem prætextu ſui priuilegij, non obſtāte reſeruatione iuriū adiecta in decreto immiſſionis conceſſę per Magn. Cur. ſicuti exemplo demonſtratur in cōceſſione quarundam domorum ſub natura, & pactis emphyteoticis facta Iulio Scaltio, ſuiſque filijs natis, & naſcituris ex vtroq; ſexu ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus à Io.Baptiſta de Mauro, & confirmata aſſenſu Monialium Venerab.Monaſterij S.Petri,& Sebaſtiani in anno 1579. die 10. Aprilis, inde poſt mortem eiuſdem Iulij in anno 1627. de mēſe Februarij Sebaſtianus, D.Franciſcus Antonius,& D.Iacobus Andreas Scaltij filij prædicti Iulij comparentes in M.C.petierunt immiſſionem dictarum domorum conceſſarum, & obtinuerunt decretum immiſſionis in forma ſub die 8. Martij 1627. per M. C. V. quod interponeretur decretum ſeruata forma petitionis, ſaluis iuribus filiabus dicti quondam Iulij, ſi quæ competunt, non obſtante renunciatione, & per aliud decretū idem confirmatum, at cum poſtmodum Antonia Scaltia filia dicti quondam Iulij comparendo in eadem M. C. expoſuiſſet vti comprehenſa in conceſſione immitti in poſſeſſionem dictarū domorum vigore inueſtituræ, aduerſus eam oppoſita fuit exceptio declinatoria fori ex parte ipſius D.Franciſci, eo quod Iudex cōpetens non erat ipſa M.C. Clericorum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum, ex regula cap.1. de foro comp. DD. in cap. at ſi Clerici, de iudic. & Clericus poſſidens, conuenitur coram ſuo Iudice vti legitimus contradictor, cap. ſi quis contra, de foro compet. Menoc.de adipiſc.poſſ. remed.4. num. 476. Ex aduerſo replicabatur, ex pluribus eſſe procedendum in M.C.V. nō obſtante allegata exceptione, & Primò, quia ipſe D. Franciſcus Antonius erat actor voluntarius contra laicum coram Iudice laico, & eo caſu eundem habere debet Iudicem contra ſe ſuper eadem re, ad text. in l. cum Papinianus, C. de ſentent.& interl.omn.Iud. Gloſ.in cap.fin. verſic.cum Papin.de iudic.& in cap.1.vbi Canoniſtæ de mut.petit.eo magis ſtante reſeruatione prædicta, vt infra dicetur. Secundò ratione cōnexitatis cauſæ, quemadmodum ipſa M.C. iudicauit in beneficium Clerici, ſic etiā in beneficium laici, vt æqualitas ſeruetur in iudicio, cap.nouit, de iudic.potiſſimum ad explicationem iurium reſeruatorum, vt habetur in Auth.& conſequenter, C.de ſent.& interl. omn.Iud. & in Auth.de exequutoribus, §.fin. eodem, ex quo eadem M.C. hoc caſu poteſtatem habet etiam contra Clericum, ex traditis per Gloſ.in cap.fin. verbo parem poteſtatem habet, de mut.pet. Tertiò ratione indiuiduitatis cauſæ, nam quemadmodum ipſi de Scaltio petierunt immiſſionē domorum in M. C. coram eodem Antonia petere immiſſionem non prohibetur, ad text.in cap.1. de cauſ. poſſ. & propriet. Ita & fortius dum ipſa M.C. dixerat, ſaluis iuribus prædictæ Antoniæ, quoniā iſto caſu non aliter de nouo iudicio agebatur, ſed de eodem iudicio moto à Clerico voluntariè, ex quo hæc clauſula, ſaluo iure, facit cōtinuare idem iudicium, ex Marta in tract.de iuriſd.part.4.centur.2.caſu 159.num.5. probat Barboſ.in tract.de clauſul. in clauſ.83. num.4. vbi ex eodem Marta eodem loco, num.22. aſſerit, quod ſemper cēſetur ineſſe, & talis clauſula, ſaluo iure, eſt præſeruatiua, non autem noui iuris inductiua, ex Caſtr.Crauet.& Dec. firmat Marta de clauſul. par.1.clauſ.134.nu.1. vbi ita iudicatum Romæ aſſerit,& plenè huic aſſentit Menoch.in reſp.2. cauſæ finar. nu.56. & 57. ſicque qui eſt Iudex in agendo, erit Iudex in excipiendo, cap.fin. vbi DD.de iudic.& ſic Iudex reſeruans iura, non iudicat, neque condemnat, ſed ſolum ius conſeruat, non autem tribuit, Caualc.deciſ.32.nu.53.part.2. Vltimò ex quo agebatur in cauſa ratione continētiæ,& cōnexitatis,& pariter iſto caſu Iudex competens erat M.C. vt habetur in regula allegata in ritibus M.C. quæ eſt ſecunda, in 15. fallent. etenim cauſæ continentia diuidi non debet, latè Cancer.variar.reſolut. part.2.cap.2. num.42. Andr.Gayll.de pace publ. lib.1.cap.6. num.2.& lib.1. pract.obſeruat. cap.32. num.1. Minſynger.ſingul.obſeruat.cent.1.obſeruat.4. num.4. eoque impenſius, quia lis inchoata erat in M.C. propterea nequiuerat actor conuentus actricem conueniente coram ſuo Iudice conuenire, nam alias caderet à cauſa, ad tex.in l.1.in fin.C.de aſſert.toll.& in l.ram collatores, §.fin.C.de re milit.vbi Andr.de Barulo num.2.& Canoniſtæ in cap.1.de mut.petit.ſic etiam accedente regula vulgata, quod vbi cęptum eſt iudicium, ibi finem debet habere, l. vbi cęptum ff. de iudic. Et ſic facta relatione in M.C.V. die 2. Iunij 1636. per Iudicem illius Ioannem Baptiſtam Muſcetrulam, deciſum fuit, quod cauſa remaneat in eadē Mag. Cur. Vic. remiſſione petita non obſtante, vt patet ex actis in Banca Martuccij.

Remiſſio petita aduerſus citationem expeditam ad dicendum cauſam, quare non debet reus ſoluere, vel exequi vigore pacti exequutiui, concedi an debeat, licet prima facie videbatur affirmandum, quoniam remiſſiones cauſarū fieri debent ad proprios Iudices tàm ſi eſſent ordinariæ, quàm extraordinariæ, iuxta diſpoſitionem pragm.2. vbi de delict. quis conuen. deb. vbi diſpoſitum apparet, quod pro primis cauſis Iudex competens erit Iudex domicilij, aſſequitur Grammat. deciſ.30.num.9. & ponderando verba illa, pro quacunq; prima cauſa,&c. quæ ſunt generalia, ſicuti & dictio, quicunque, pariter generalis iudicatur, vt probat Gratus in tract. de dictionib.in dict.206. ideo generaliter erint intelligenda, l.1.§.quod autē ff.de aleator. cum alijs apud Barboſ. in opuſc. princ.iur.lit.V.num.22.& propterea etiam attenta diſpoſitione iuris communis pro primis cauſis quis alibi conueniri non debet, vt probat Reg.Rouit.in d.pragm.2. nu.4. item quia cauſæ exequutiuę habent inſtantiam ſicut cęteræ cauſæ, Cumia in ritu Sicil. 90. item effectus, num.4. Octau.Corſet.in ſuis quæſt.lib.2. quæſt.2.& conſequenter in eis admittitur exceptio incompetentiæ, vt oſtendit Coler. de proceſſ.exequut. lib.4.cap. 1.num.54. & ſic remiſſio

miſſio concedi debet. Nihilominus ex aduerſo replicabatur, iam verſari in pacto exequutiuo, quod ſiuè apponatur in inſtrumentis, ſiuè in oblgationibus ſtipulatis penès acta paratã habet exequutionem, nam etſi ipſa instrumẽta (ſemota iuris communis diſpoſitione) paratam habent exequutionem, vt ex multis probaui in voto 2. num. 15. voto 84. num. 6. cum ſeq. Graſſ. in prælud. tract. de except. in princ. ſimiliter & obligationes ſtipulatæ penès acta, vt ſubdit num. 3. & idem probaui in d. voto 2. num. 13. fortius & pactum exequutiuum in eis adiectũ, cum ſit pars ipſius, vt dixi in d. voto 84. nu. 323. & non mirum ſi pactum dicatur pars intrinſeca rei, contractus, & pretij, Coſta in praxi conuent. par. 1. nu. 110. conſequens erit, vt naturam principalis contractus aſſequatur iuxta vulgatã regulam l. cum principalis ff. de regul. iur. nam turpis pars eſſet, ſi ſuo vniuerſo non congruit, eo impẽſius quia inſtrumentum vigore pacti in eo appoſiti per partes habent exequutionem paratam, ſubdit ibi Graſſ. num. 8. nam etſi ab exequutione incip. non poteſt de iure, l. 1. C. de exeq. rei iudic. cum alijs adductis per me d. voto 84. nu. 318. adhuc à præcepto incipi poteſt, quando ex pacto exequutiuo ſine Iudice fieri põt, ex Gloſ. in §. ſerui Inſtit. de libert. verſ. tranſitu probat Carocc. ſing. 430. quare vigore talis pacti exequi poteſt, cum ex conuentione partium fieri poſſe, affirmant Canar. & Ameſc. ibi relati, nu. 320. vt exequutionem paratam inſtrumenta habeant, & conſequenter vt Iudex valeat ab exequutione incipere, ſicuti ex Galleſ. ibidem probaui, quapropter tunc vigore pacti exequutiui expeditur citatio, quoties inſtrumentum liquidari non poteſt, vt ibidẽ dixi nu. 329. aut obligatio incuſari nõ poteſt fortè per lapſum decẽnij, aut ſimilia, vt ſi promiſſio rei incertæ quantitatis facta fuerit in inſtrumento, vel in obligatione, & eo caſu expeditur citatio, vt compareat ad dicẽdum cauſam, quare non teneatur ſoluere tali tantam pecuniæ quantitatem, vel frumenti, olei, & ſimilia, & hoc per viam mandati pœnalis ad inſtantiam alicuius id prætendentis, vt docet Carauit. in ritu 133. ſub num. 2. & hoc vigore pacti exequutiui, & ſi debitor comparet, decernitur, viſo pacto exequatur, ſin autem non comparet, tunc ſolet in contumacia decerni, quod viſo pacto exequatur, vt ex Foller. probaui in d. voto num. 330. & ſic locus non erit remiſſioni, quia ſi non conceditur in liquidationibus inſtrumentorum, vt diſpoſitum eſt in pragm. 1. de inſtrum. liquidat. Carau. in ritu 166. nu. 73. Galter. in praxi inſtrum. 2. part. tertiæ partis, rubr. 1. num. 18. & dixi in d. voto 84. num. 150. multo magis in talibus obligationibus penès acta ſtipulatis, ſicuti etiam ex cauſa remiſſoria denegaretur remiſſio, quãdo aliquid cõſtaret ex inſtrumẽto, ex multis probat Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 2. c. 2. n. 108. quibus accedit id, quod dictũ eſt de inſtrumẽtis habentibus exequutionem paratam vigore ſtatuti, vt eſt in hac Ciuitate Neap. ex ritu 166. tunc eo caſu ſi incõpetentia Iudicis non fuerit notoria, tunc non obſtante exceptione incompetẽtiæ, vti non notoriè Iudex procederet ad paratam exequutionem, nam cui negatur iuriſdictio, is poteſt de ſua competentia cognoſcere, & procedendo ad vlteriora intelligitur talem exceptionem reijcere, vt probat Coler. in d. part. 4. cap. 1. nu. 56. vnde conſpicitur, non eſſe locũ in ijs remiſſioni, imò & fortius exequutio parata vi pacti, vel ſtatuti ſi coram Iudice loci petatur, non debet impediri per præceptum Superioris, vt ipſemet Coler. eodem tract. part. 3. cap. 8. num. 31. vt cernitur practicari in S. C. vt non dentur ſuperſeſſoriæ dilationes ad impediendas liquidationes inſtrumentorum, & incuſandas obligationes cuiuſcunque Curiæ, vt dixi in voto 15. num. 50. 51. & 52. quod idem ſeruandũ erit in pactis exequutiuis, eo quia exequutio rei iudicatæ, & inſtrumentorũ habentium paratam exequutionem ex vi pacti, vel ſtatuti æquiparantur, idem Coler. d. tract. part. 3. cap. 9. num. 16. & 49. quod adeo verum eſt, vt ſi coram vno Iudice officium eius imploratur pro exequutione, & non fuerit conſequutus ſuum effectum, non prohibetur coram alio Iudice paratã exequutionem petere, idem dict. part. 4. eodem cap. 1. nu. 72. vltra quod cauſa liquidationis eſt criminalis, vt probaui in voto 15. nu. 9. licet non omnino criminalis, dixi in voto 99. num. 50. & tanto magis cum pactũ dependeat ex inſtrumento, erit deneganda remiſſio, prout fuit iudicatum per M.C.V. de anno 1630. in cauſa Io. Antonij Lupi cum Philippo Abenante, & alijs, vt procederetur in M.C. ſtante quod tractabatur de pacto exequutiuo, ſuia relatione Io. Aloyſij Piſcicelli illius Iudicis, viri nobilitate, & ſcientia ſplendidiſſimi, vt dixi ſup. in verbo remiſſio cauſæ, & pariter nouiſſimè in cauſa Damiani Palauicini cũ Roberto Soprano, ad relationem Iudicis de Herrera, & poſtmodum confirmatum per S.C. eodem referente, vt cauſa remaneret in eadẽ M.C. ſicuti percipitur ex actis in Banca Buzaccarini.

Remiſſio facta per aliquem offenſum ſub cõditione, ne amplius accedere debeat reus ad propriam patriam, & ſic perpetuò, an ei ſuffragari debeat pro conſequutione indultus generalis, videtur dicendum in fauorem remittentis, conditionem appoſitam omnino eſſe ſeruandam, poſtquam quilibet cum in re ſua eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mandati, non prohibebatur legem, quam vult ab initio in contractu apponere, ad text. in l. legem, C. de pact. vbi DD. & ſic contractus ex conuentione legem accipiunt, l. 1. §. conuenerit ff. depoſ. Franch. deciſ. 213. nu. 4. quo fit, vt cum ita ſit conuentum ex pacto, congruit enim humanæ naturæ pacta ſeruari, l. 1. ff. de pactis, vulgo enim dici ſolet, pacto conueniſti mecum, Muta deciſ. 45. nu. 15. ſicque omnino pactum tale erit ſeruandum de omni iure, cap. 2. de pactis, & quod pactum, vt offendens perpetuò exulet, ex Gamma deciſ. 63. firmat Ameſc. in tract. de poteſt. in ſeipſum, lib. 2. cap. 18. num. 29. præterea in tantum remiſſio facta militare debuerat, in quantum ſibi obſerna-

ſerueretur conditio in ea adiecta, quæ eſt, ne accederet ad locum patriæ ſuæ, pendente igitur tali conditione, certum eſt, quod actus non dicebatur perfectus, & ſuſpenderet actum in effectum, vel euentum conditionis, l. cedere diem ff. de verb. oblig. poſtquam ipſa conditio impleri debet in forma ſpecifica, l. qui hæredi, & l. Meuius ff. de condit. & demonſtr. quare fruſtra conditio expectatur, cuius euentus nil debet operari, l. ſi quis ita ſcripſerit ff. de hæred. inſtit. l. cum hæres, §. fin. ff. de acquir. hæredit. & ſic deficiente conditione, contractus celebratus cenſetur reſolutus ab initio, l. neceſſario, §. 1. ff. de peric. & com. rei vend. & l. pecuniam, vbi Alex. num. 4. ff. ſi cert. petat. nam conditio reſoluens contractum retrotrahitur ad tēpus contractus, Præſ. de Franch. deciſ. 12. num. 12. denique ſi huiuſmodi fuerit contractus remiſſionis geſtus cum tali pacto iam acceptato, ex quo contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, l. ſicut, C. de actio. & oblig. ſubſequitur, quod ſi non fuerit conditio impleta, contractus claudicaret, dum claudicare non debet, l. Iulianus, §. ſi quis ff. de act. empt. poſtquam contractus, aut totus acceptandus, aut totus repudiandus, l. cum quæritur ff. de adminiſt. tutor. l. nam abſurdum ff. de bon. libert. conferunt etiam prędictis rationes adductæ per Felician. in tract. de cenſib. lib. 1. cap. 8. ex Sarmient. ibi relato, nempè quod homo poſſit ob pecuniam locare operas ſuas, l. qui operas, & l. in operis ff. locati, etiam in perpetuum, ex Gloſ. in l. 3. §. ne tamen, verſ. reuerti ff. de vſufruct. cum alijs relatis ibi per Felic. num. 5. & Ameſc. eod. tract. lib. 2. cap. 19. ſimiliter hominē liberum nexu pignoris teneri poſſe, ad text. in cap. ex reſcripto, de iureiur. firmat Felic. num. 8. demum & ius humanum potuit inducere ſeruitutem, vt maior viginti quinque annis poſſit ad pretij participationem ſe venundare, §. ſerui autem, Inſtit. de iure perſonar. Felic. ibid. num. 6. & Ameſc. eod. tract. d. lib. 2. cap. 17. Ex aduerſo replicabatur, allegatas rationes neutiquam militare poſſe, & Primò, quia ex hoc pacto, ſiue conditione appoſita reſultari comperitur exilium propriæ patriæ, quod pertinet ad Præſides, l. ſi quis fortè, §. fin. ff. de pœn. ibi, aut Ciuitatem auferāt, aut exilium, &c. cū ſit hoc ſpecies imperij exilium dare, DD. in l. Imperiū ff. de iuriſd. omn. Iudic. & iuriſdictio eſt publici iuris, And. Kinken. de iure territ. cap. 2. nu. 117. quo ſit, vt publicum ius non poſſit tolli pacto priuatorum, l. iuris gentium, §. ſi paciſcar, ff. de pact. & l. ius publicum, & l. inter, facit l. Neratius, §. ſi vero ff. de releg. eo magis ſi in perpetuum fuerit interdicta patria ab ipſo priuato vigore pacti adiecti in remiſſione, nam tanto minus valeret, & nullius eſſet roboris, & momenti, prout ita in facti contingentia iudicaſſe S. C. refert Reg. Rouit. in pragm. 8. num. 17. de compoſit. Secundò, quia nemo debet ſua patria priuari, nam cuilibet ſuam patriam dulciſſimam eſſe dicit, Gloſ. in l. qui habebat, verſ. ſcripſit ff. de leg. 3. vnde Poeta

Neſcio, qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui,

& alibi

Dulcis amor patriæ, dulce videre ſuos.

refert Fuſc. ſing. 26. lit. S. vbi plura ad hoc adduxit, & hoc ſiue ſit magna, ſiue parua, Andr. in cap. 1. §. ſi vero, col. 1. de feud. Guard. Fuſcus vbi ſupra. Tertiò, quia homines ex hoc priuari videntur eorum libertate, quę res eſt inæſtimabilis, §. fin. Inſtit. qui manum. non poſſ. Gloſ. in l. 1. verbo grande ff. de bon. libert. l. libertas ff. de regul. iur. hinc Poeta ille concinit:

Non bene pro toto libertas venditur auro.

non mirum ſi ipſa commodo pecuniario præferenda ſit, §. ij, qui in fin. Inſtit. de eo, qui lib. cauſ. bon. adiję. cum ipſa ſit naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi vi, aut iure prohibetur fieri, §. 1. Inſtit. de iure perſon. eo quia ab initio omnes liberi naſcebantur, §. 1. Inſt. de libertinis, & tandem pax ſub conditione facta, quod bannitus intra certū tempus ad patriam redire non poſſit, diſcuſſo articulo hinc inde concludit, non valere Guazzin. in tract. de pace, part. 1. quæſt. 63. & fortius ſi talis conditio eſſet perpetua, quo nam caſu fuit alias nulla declarata, atque inualida obligatio per S. C. in cauſa Nicolai de Lippo, vt refert Reg. Rouit. in pragmat. 8. num. 17. de compoſit. & ſic etiam nouiſſimè iudicatum fuit per M. C. ad relationē Iudicis ſolertiſſimi D. Ioannis de Vera in cauſa Benedicti Giarra, quod reſoluta conditione gaudeat generali indultu de hoc anno 1636. in Banca Ioſephi Sportelli.

Remiſſio inquiſiti delinquentis in alieno territorio petita per dominum iuriſdictionem habentem aduerſus certas perſonas alicuius loci abſq; territorij deſcriptione, ita quod contra eos illam exercere poſſet vbicunque deliquerint, eo magis quia priuatiuè conceſſa videbatur, an cōcedi debeat, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Ill. Principis Hoſtiliani aduerſus Sebaſtianum Cepollarū Caſalis Portici, vt refert Reg. Conſil. Marcell. Marcian. conſ. 58. Sebaſtianus, vbi nu. 5. alia huiuſmodi exempla adduxit.

Remiſſio cauſæ petita ad inſtantiā Scribæ Mag. Cur. licet exteri conuenti in eadem M. C. an erit concedenda Iudici domicilij ſui, quamuis renunciauerit eius incolatui, de quo incidit controuerti in cauſa Simonetti Salerni Catenſis Scribæ M. C. V. in Banca Pulſoni, & conuenti in eadem Mag. Cur. ad inſtantiam Aloyſij de Vino, & cum petijſſet remiſſionem ad Curiam Ciuitatis Cauæ, dicebatur ex ſui parte, eſſe concedendam inſpecta diſpoſitione pragmat. 2. vbi de delict. quis conuen. deb. ibique Reg. Rouit. & quamuis Neapol. reſidere videbatur vti Scriba M. C. ob quod ex diſpoſitione Ritus ipſius M. C. conueniri debebat in eodem Tribunali, vt patet in ritu 232. ibiq; Carauit. vbi Conſtant. Papa in Addit. allegat Cap. Regni ſuper hoc conceſſum, & vltra eos ita etiam de iure clarum eſſe, oſtendit Caſſan. in catalog. gloriæ mundi, part. 6. conſiderat. 30. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 421. Mar. Anton. variar. reſolut. lib. 1. reſol. 75. &

L Curia-

Curiales, qui Curiam ſequuntur, vt Aduocati, & Procuratores matriculati, & veterani, & ſi non ſint Neapolitani, tamen gaudēt fori priuilegio, Muſcat. in praxi S.C. lib.1. part.2. gloſ. competētes, num.75. idem in Scribis procedit, nihilominus quia tali beneficio ſibi conceſſo, ac incolatui expreſse renunciauerat, & non eſt dubiū, quin cuilibet ſit conceſſum renunciare ſuo fauori, ad text. in l. quod fauore, de legibus, & l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, Carauit. in ritu 231. nu.1. etiam ſi ex ſpeciali fauore competeret forum illi renunciare poſſe, tradit Gallerat. in tract. de renunciat. in renunc.140. num.6. replicabatur tamen ex aduerſo, quod dum ipſe erat Scriba ipſius M.C. nedum trahere poterat exteros ad Tribunalia vbi reſidebat, vt dictum eſt ſupra, ne à Curia extraheretur ab alijs, dum Curiæ vacare debeat, argum. tex. in l. vnic. C. ſi curial. rel. Ciuit. ius habit. mal. lib.10. vbi Ioan. de Platea notat, quod Curiales nō poſſunt diſcedere à Curia, niſi ex cauſa neceſſitatis pro Republica, ſed debent in Curia permanere, vt poſſint priuilegijs eis cōceſſis gaudere, Mandoſ. in reg. Cancell.16. quæſt.28. ſed etiam vigore Capitulorū Neapolitanis, & habitantibus cōceſſorum, vt poſſint trahere, & non trahi, vt diſpoſitū patet in ritu 301. vbi Carau. num.5. & reſpectu Officialium, qui trahunt in Tribunali ſuo, ſtatutum eſt, vt ſeruetur ſolitū, vt in cap.41. Magni Capitanei, iterum in cap.54. Regis Catholici, ac cap.12. idem erat iudicandum è conuerſo ex reg. l.1. ff. quod quiſq; iur. ob retorquutionēm iuris iniqui, Afflict. deciſ.66. etenim in iudicijs æqualitas erit ſeruanda, cap. nouit, de iudic. eſt enim tanta vis præſentiæ in Curia, tàm reorū, quàm actorum, vt Iudicibus eiuſdem Curię committantur, nec talibus competit ius reuocandi domo, ex Hoſt. in cap. fin. de foro comp. Rota dec.596. & 829. firmat Vant. de nullit. rubr. de nullit. ex defect. iuriſdict. ſub nu.85. multo fortius in Curialibus. Nec proinde obſtare videbatur renunciatio facta incolatui, aut priuilegio ei conceſſo ob talē cauſam, quia licet quoad ſe validum erat, non tamen quoad alios, & vt percepi ab Expertis, cū alias idem occurriſſet, & fuiſſet petita remiſſio à conſimilibus Scribis exteris degentibus in Magn. Cur. fuerunt ſtatim licentiati ab exercitio Scribæ, poſtquam hoc non procederet in præiudicium aliorum, hoc eſt Superiorum iuriſdictionē habentium, prout in vaſallo exemplificat Carau. in d. ritu 231. nu.2. & in ciuibus Neapolitanis in præiudicium Ciuitatis Neapolitanæ, idem Carau. in d. ritu 301. nu.7. Maſull. ad Capyc. deciſ.9. num.17. & 18. ſic de miſerabilibus perſonis eſſe intelligendum, probat Carauit. d. ritu 231. num.4. idem quoque erit intelligendum de Curialibus Curiæ aſſiſtentibus, qui in præiudicium Curiæ nequeūt foro renunciare. Quocirca dum fuiſſet per M.C.V. ordinatum, vt procederetur in eadem M.C. interpoſita poſtmodum appellatione ad S.C. præuia Regia decretatione verbi faciendi, adhuc facta in eodem S.C. relatione die 5. Septembris 1636. per Iudicem Scipionem Saliturum virum elaboratiſſimum, ſatiſque in iure expertum, & ſummi ingenij, fuit per idem Sacrum Conſilium confirmatum decretum eiuſdem Magnæ Curiæ Vicariæ, eique remittendo cauſam, vt patet ex actis in Banca Gagliardi pro Curia, olim Io. Andreæ Canalis.

Remiſſio petita per aliquem Curialem ſubiectū alicui Curiæ conuentum vti hæredem ſui patris ex eius contractu an erit concedenda, deciſum retuli ſupra in verbo hæres conuentus negatiuè in cauſa Antonij Battimelli Căpionis in Curia Regiæ Siclæ cū D. Franciſco Antonio Battimello, in Banca Fabritij Sollazzi, & fuit in reclamatione confirmatū die 24. Octobris 1637. referente Reg. Conſil. D. Franciſco Merlino, imò poſtmodum comparētibus Miniſtris ipſius Regiæ Siclæ pro remiſſione prędicta, fuit pariter denegata eodem referente die 18. Nouembris 1637. ad quod vide alios Doctores congeſtos per Palmā in eius diuerſ. Iuris cōmunis, & Regni, ſeù mauis praxi p.2. gloſ.16. nu.9. nam hæres ſequitur forum defuncti, nec poteſt proprium priuilegium allegare, l. hæres abſens, vbi DD. ff. de iud. Michael Ferrett. obſeru. Cathal. par.1. cap.38. num.4.

Remiſſio cauſæ rei inquiſiti de homicidio commiſſo in mare propè Caſtrum nouum capti, & carcerati per Caſtellanum, an ei erit concedenda, cum igitur fuiſſet commiſſum homicidium per Io. Nicolaum Pirontum in perſonam N. intus mare propè Caſtrum nouum, & ad clamorē occiſi occurriſſent milites, qui ipſum carcerauerūt, & in poſſe Caſtellani tradiderunt carceratum, inde capta informatione per M. C. fuit ex parte dicti Caſtellani petita remiſſio cauſæ prædictæ ex pluribus rationibus, nam etſi Caſtellanus in Regno dicatur Officialis, ſecundum Alex. in l. Imperium, col.1. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Præſ. de Franch. deciſ.505. num.6. & conſequenter habeat officium, licet largo modo captū ſine iuriſdictione, vt ſubdit ibidem Franch. nu.12. tamen Caſtellanus in Regno nullam iuriſdictionem habet, niſi quatenus eis per literas patentes fuerint commiſſæ, ſubſequitur num.19. & in deciſ.458. vt eſt Caſtellanus Caſtri noui, præſertim de quo agitur, qui habet priuilegium particulare Regis Ferdinandi, in quo conceſſit Rinaldo Săcio Caſtellano dicti Caſtri omnes, & quaſcunque cauſas tàm ciuiles, quàm criminales, & mixtas omnium ſeruientium, ſociorum, ac accordatorū in dicto Caſtro nouo, necnon ſuorum familiarium, & agentium cum clauſula, ita vt ex nunc in antea prædicti ſocij, ſeù ſeruientes dicti Caſtri noui, veſtriq; famuli, familiares, & accordati, ac veſtra negotia quomodolibet agentes non poſſint, nec valeant coram alio Iudice, ſeù Tribunali, pręterquam coram vobis in cauſis prædictis motis, vel mouendis, citari, conueniri, aut aliquo modo vocari, ſed pro omnibus cauſis prædictis debeant ad uos, tanquam ad Iudicem eorum competentem remitti, &c. vt refert ibidē Præſ. de Franch. ſuppoſita iuriſdictione ipſius Caſtellani, dicendum videbatur, ad ipſum ſpectare

ctare talem cognitionem cauſæ ipſius rei capti, nam ſi ſtatutũ dicat, quod ſi quis deliquit in Eccleſia, ſi deliquerit iuxta Eccleſiam, locũ haberet, Io. Andr. ad Specul. rubr. de immun. Eccleſ. & Guido de Suzar. in l. præſenti, C. de iis, qui ad Eccl. confug. notat Bonacoſſ. in eius quæſt. crim. verbo delinquens, Farin. quęſt. 28. num. 56. Secundò, quia quando plures in eadem particula maris habitent, vel pertinent, tunc quilibet poterit cognoſcere, & erit locus præuentionis, l. ſi quis ff. de iud. & præueniſſe intelligitur quantum ad imperiũ ille, qui delinquentem capit in mari, nam per perſonalem capturam intelligitur iuriſdictio eſſe conuenta, ex Io. Andr. in cap. 1. de obl. in nouella, & Angel. in l. ſanè ff. de iniur. perpendit Cepoll. in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 26. n. 21. ſimiliter quando delictum eſſet commiſſum in loco mediano diuerſi territorij, vterque id punire poteſt, attamen vno præueniente, iuri erit ſatisfactum, Bal. in l. lege, num. 2. C. vbi de crim. agi oport. quem ſequitur Andr. Kinken. de iure territ. cap. 3. num. 427. latè Farin. in praxi crim. quæſt. 7. nu. 51. quemadmodum etiam in delicto commiſſo in via pariter idem concluditur per Io. Bidenbac. in quæſt. 12. num. 6. quod etiam ſequitur Conrad. Pincier. in tract. de iuriſd. & imper. cap. 4. num. 17. & deciſum refert Coler. dec. German. 137. & demũ quando deliquerit quis in mari, debet puniri per eum, qui habet iuriſdictionem in territorio adiacenti, & propinquo, tanquam quod delictum ſit in eius territorio commiſſum, Bart. in l. 1. C. de claſſ. vbi Angel. lib. 10. & Cepoll. ibid. quos probat Pręſ. de Franch. deciſ. 142. num. 6. & per aliqua iura ita Arreſto definitum eſſe Pariſijs, teſtatur Rhenat. Kopp. in tract. de priuileg ruſtic. lib. 2. cap. 2. ſub num. 3. Ex aduerſo replicabatur, quod ſi in mare fuerit delictũ commiſſum, quando Ciuitates maritimæ dicuntur habere diſtrictum, ideo delinquẽs ſortiretur forum, vt ex Bart. & Bald. notat Iacob. de Beluiſ. in repet. cap. Romana, §. contrahentes, num. 19. de foro compet. in 6. etenim iuriſdictionem in terra habentes, habent etiam in mari vſque ad centum milliatia tantum, Cepoll. vbi ſup. nu. 18. ſequitur Oſaſc. deciſ. Pedemont. 155. num. 2. & 3. latiſſimè Mura vbi alios citat in pragm. Regni Sicil. tit. 76. num. 2. & Borrell. de magiſt. edict. lib. 4. cap. 4. num. 17. probat, quod quoad iuriſdictionem, & protectionem, quia maria, & flumina ſunt ſub protectione Principum, ideo delicta in eis commiſſa, ſcelera, ac facinora ad eum pertinet vindicare, & punire, ex Bart. d. l. 1. C. de claſſ. conferunt congeſta nouiſſimè per Ioan. Mariam Nouar. deciſ. 38. vbi ex multis probat, quod exulatus à propria patria, cenſetur exulatus à mare adiacenti ipſi patriæ. Sed verius circũſcripta iuriſdictione ipſius Caſtellani comperitur, ipſam eſſe conceſſam in certum genus perſonarum duntaxat, vt expreſsè notat Præſ. de Franch. d. deciſ. 458. num. 3. & non mirum, ſi ipſi facienda erit remiſſio ſui ſubiecti, vt ibi deciſum refertur, non tamen cum territorio, quia Caſtellum, ſiue Caſtrum non habet territorium, nam eſt pars Ciuitatis, vt infra dicam, & ab ea depẽdet, niſi fuerit cum Vniuerſitate quadam deſignante honorem, & diſtrictum, hoc eſt territorium conceſſum, quoniã tunc veniret omnimoda iuriſdictio, l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. Præfect. Vrb. Oldr. conſ. 253. Afflict. in cap. 1. num. 38. de Cap. qui cur. vend. Pacian. & Koppen. relati per Andr. Kink. de iure territ. cap. 1. num. 292. & ſic cum Caſtellanus non ſit dominus territorij, ſed Rex, infertur, quod qui eſt dominus terræ, habet iuriſdictionem in Terra, ex Andr. in cap. 1. ſub n. 4. quid ſit inueſt. notat Andr. Kink. eod. tract. in Encyclopedia cap. 1. numer. 53. & conſequenter in mare adiacenti, vt dictũ eſt ſupra, quod antea dixit Petr. de Rauen. in dictis notab. extrauag. incip. quidam deliquit, fol. 156. & Caſtrum eſt membrum Ciuitatis, vt dixit Afflict. in Conſtit. Caſtra, num. 8. & ſicut membrum caput, ſequitur ita Caſtrum Ciuitatẽ, quo fit, vt eũ iuriſdictio Ciuitatis generalis ſit, & potentior, ipſa debet præualere vti magis digna, attrahat ſibi minus dignã, vt ſpeciatim tradit Io. Bindebac. loco relato, ſub nu. 3. vt iuriſdictio Principis ſuperius trahat ad ſe cognitionem delicti in ea occurſi contra inferiores iuriſdictionem habẽtes, ex Tiraq. de retract. §. 1. gloſ. 7. num. 82. Quocirca facta relatione in Collaterali Conſilio per Iudicem tunc D. Io. de Vera, deciſũ fuit, vt procederetur in Mag. Cur. non obſtante petita remiſſione confirmando decretum ipſius M.C. in Banca Tattagliæ de anno 1634.

Remiſſio cauſæ alicuius vaſalli inquiſiti de homicidio petita per Baronem, an erit cõcedenda non obſtante electione fori Mag. Cur. facta per auum nomine filij infantis occiſi, in occurſo caſu diſcutiẽdo in M. C. poſtmodum in S.C. hæc fuerunt breuiter allegata ex parte Vincẽtij Carpenterij, videlicet, de homicidio quondam Cæſaris Carpenterij de Foteno inquiruntur quamplures; principalis interſector eſt Io. Andræas de Iulijs, qui eſt contumax, & Sebaſtianus pater dicti interfectoris, qui eſt mortuus in carceribus Mag. Cur. & Vincentius Carpenterius de conſilio præſtito, hodie ſolum tractatur de cauſa dicti Vincẽtij, Mercurius Carpenterius pater interfecti expoſuit querelam in M.C.V. contra dictum Vincentium, & alios tàm nomine proprio, quàm vti auus, & legitimus adminiſtrator Cæſaris iunioris filij interfecti, nati poſt mortem dicti interfecti, & prætẽdit ex perſona dicti infantis habere electionem fori vigore l. vnicæ, C. quando Imperator inter pupill. & vid. & in Conſt. Statuimus, la ſeconda, Baro dictæ Terræ Foreni petijt remiſſionẽ ſui vaſalli, ex quo nullum competit priuilegium aduerſario, eligendi forum, vel variandi, Mag. Cur. decreuit, quod cauſa remaneat, Baro appellauit ad S.C. & facta pluries relatione per Iudicem M. C. adhuc cauſa eſt decidenda. Ego puto, debere decerni in fauorẽ Baronis, quod cauſa remittatur ad ipſum, moueor, quia patri ex perſona propria pro nece filij nullum competit priuilegium eligendi forum, quia non eſt perſona

Digitized by Google

priuilegiata, neque ex perſona ſui nepotis, dato quod ſit infans, nam pupillus tantum habet priuilegium auocandi cauſam ad Tribunal Regium, & pupillus is dicitur, qui eſt minor quatuordecim annorum, & non eſt in poteſtate alterius, l. pupillus ff. de verb. ſignif. ſed iſte nepos quamuis ſit infans, tamen eſt in poteſtate aui, vt in tit. Inſt. de pat. poteſt. & in tit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. in princ. ergo cum non ſit pupillus, non poteſt habere fori electionem, & hoc expreſsè tenet Gloſ. in d. l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. in verb. contra pupillos, & D. de Franch. in deciſ. 100. num. 15. vbi dicit, quod de hoc non eſt dubitandum, & Couar. pract. quæſt. cap. 6. nu. 2. apertè declarat, illum tantummodo dici pupillum, & gaudere beneficio d. l. vnicæ, qui ſit minor quatuordecim annorũ, & non ſit in alterius poteſtate. Nec obſtat id, quod in cõtrarium poſſet allegari, quod etiam minoribus exiſtentibus in aliena poteſtate prima, & ſecunda reſtitutio aduerſus omiſſas probationes, quod nos primum, & ſecundum beneficium appellamus, nam reſpondeo, non tenere conſequentiam, cuilibet minori conceditur reſtitutio in integrum, ergo debet cõcedi beneficiũ l. vnicæ, nam ſpecialia non ſunt multiplicanda, l. 1. C. de dot. promiſſ. & ſi hæc conſequẽtia procederet de iure, ſequeretur, quod quælibet mulier etiam maritata haberet priuilegium legis vnicæ, quia cuilibet mulieri conceditur primum, & ſecundum beneficiũ, eſt ergo abſque aliqua difficultate, meo iudicio, decernendum cauſam remittendo ad Baronem, hæc ille. Fuit iudicatum in fauorem Baronis contra infantem, vt percepi ex voto Reg. Conſiliar. D. Ioannis Sanchez de Luna adnotato ſuper dict. alllegat. huiuſmodi videlicet. die 3. Nouembris 1598. fuit votatum per S. C. quod cauſa remittatur ad Baronem, verum procedat in Ciuitate. Ijs adde, quod verum eſt, vt infans habeat fori electionem de per ſe, ſi non ſit in poteſtate alicuius, vt proſequitur Nouat. de elect. & variat. fori, ſect. 2. quæſt. 10. ſimiliter & pupillus, vt ipſemet probat in dict. ſect. 2. quæſt. 66. & 68. ſed ſi pupillus ſub poteſtate aui perſiſteret, priuatus eſſet priuilegio eligendi forum, vt in d. quæſt. 66. num. 6. & 8. probat.

Remiſſio cauſę petita per Clericum ad ſuum Iudicem competentẽ dum fuerat Clericus à laico conuentus coram Iudice laico, coram quo lis inſtituta fuerat, & ab eo Clericus ſuũ creditum iam fuerat cõſequutus ſuper re aliqua immobili, & in eam in poſſeſſionem miſſus, aut adiudicatio facta fuerit, an erit concedenda, exemplo oſtenditur in deciſ. 44. Reg. Rouiti, vbi refertur caſus de Clerico, cui res fuerat adiudicata per Iudicem ſæcularem pro ſuo credito, & poſtmodum illinc ad certos annos conuentus ab alio creditore anteriore primi domini eiuſdẽ rei, ſi remitti debuerat ad ſuũ Iudicem, non obſtante cautione præſtita per eum coram eodẽ Iudice ad tollendum ſequeſtrum factum ſuper fructibus rei ſibi adiudicatæ, vbi refert, ſic per S. C. fuiſſe prius decretum, vt cauſa remaneret in ea, ex doctrina forte Peregrini ibi relata, ꝙ ſi Clericus fuerit immiſſus in poſſeſſionem bonorum à Iudice laico, & inde fuerit ab alio conuentus ſuper dicta poſſeſſione, conueniri debet coram eodem Iudice, & vltra eum ita deciſum tradit Lartea in deciſ. Granat. 6. vbi per multa fundamenta iuris eam probat opinionem, quanquam ipſemet Reg. Rouit. dicat, in reclamatione fuiſſe contrarium deciſum per idem S. C. remittendo cauſam Iudici Eccleſiaſtico, nedum quia in facto apparebat, fuiſſe adiudicatam domum dicto Clerico creditori vltimi poſſeſſoris, licet conuento per alium creditorem anteriorem prioris domini eiuſdem domus, cum quo nil commune habebat, & cum iudicium nouum excitatum fuiſſet, condecẽs erat, illum ad ſuum Iudicem remittere, ſed etiam quia domus libera peruenerat ad Clericum per adiudicationem illius, poſtquam adiudicare eſt per Iudicem dare, ideſt dominium transferre, l. ſi quis putans, §. officio ff. commod. notat Anna in alleg. 104. num. 1. & ſucceſſiuè ſubdit num. 2. adiudicare, verbum importare dominij tranſlationem, vt verbum, aſſigno, Bal. in l. ordo, col. 2. C. de exeq. rei iud. etenim Iudex per adiudicationẽ poterit facere tuum, quod eſt meum, *Hieron. de Monte quæſt. 26. num. 33.* qua de re cum iam dominium tranſlatum fuerat per adiudicationem in Clericum iam effectum dominum irreuocabiliter, & liberè, pro eadem re conueniri nõ poterat coram Iudice laico, qui per ſententiã officio ſuo functus erat, ad text. in l. Iudex poſteaquam ff. de re iudic. & proindè iuriſdictio expirata, ſed coram Eccleſiaſtico agendũ erit ex multis probat Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in 1. effectu, nu. 784. & Franch. in dec. 193. num. 9. & iterum in cauſa D. Perſij Ferrari Curati S. Crucis, qui cum obtinuiſſet decretum deuolutionis per M. C. certi territorij, & capta poſſeſſione illius, ſuperuenit Lucẽta Montella vxor debitoris inſimul cũ alijs creditoribus viri prætẽdentibus moram purgare, obtinuerunt, fieri verbum in S. C. in quo facta relatione per Iudicem Camillum Laratha, fuit remiſſa cauſa eidem M. C. ſimpliciter, per quã fuit dictum, benè iudicatum, in Banca Sixti. Primò, quia in hoc caſu non conceditur purgatio moræ facta caducitate, Coſta de re integra, diſt. 105. num. 9. Secundò, quia res libera peruenerat ad Clericũ dominũ emphyteoſis, & ſic non poterat cogi ad reſtituendũ rem ſibi deuolutam liberè à Iudice ſæculari datã, ſed ſi fortè remanſerit aliquid agendũ, ſecus erit, vt infra demonſtrabitur, hoc eſt, quia nõ fuerat res totalitèr liberè tradita Clerico, ſed fortè ſub aliqua cautione pro cautela creditorũ, quemadmodum etiam ſolet contingi in graduationibus creditorum, & inter eos ſolent interuenire Clerici, Monaci, aut Monaſteria pro eorum creditis, & illis pecunia fuerit ſic ſub cautione liberata de reſtituendo cui, quibus, & quando, vt communiter practicatur, quia pecunia libera dici non poterit, dum manet ſub cautione, ſed potius ſerua, ex adductis

ductis

Digitized by Google

ductis per Præſ.de Franch. deciſ.200. num.13. quemadmodum etiam per cautionem dicetur extare pecuniam, Ginrba deciſ.4.nu.4.Franch. deciſ.75.nu.9. deciſ.621.nu.2.deciſ.643.nu.16. & deciſ.635.num.3. Muta deciſ.66.num.17.& ſicuti debitoris liberatio manet in ſuſpenſo, donec creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione poterit moleſtari ab alijs creditoribus anterioribus, idem Franch. eodem loco, num.6. quapropter conſultũ erit creditori, cui ex facto debitoris pecunia libera nõ fuit tradita, vt poſſit agere, vt ſibi libera tradatur, ſubdit num.13. ita è contra creditori, donec non fuerit integraliter ſatisfactum, nunquam ius pignoris dici poterit extinctum, neque diſtractum, Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.part.3.gloſ. ſeruata, num.27. ſic etiam iudicium in ſuſpenſo manebit, & iuriſdictio Iudicantis, donec non fuerit totaliter reſolutum per liberationẽ ſimplicem pecuniæ, vel adiudicationẽ bonorum irreuocabiliter, & ſic intelligitur regula illa, quod ſolutione eius, quod debetur tollitur obligatio, quãdo irreuocabiliter, ſecus tamen reuocabiliter, vt notat ibi Præſ.de Frãch. num.12. quo fit, vt ſemper dicatur iuriſdictio Iudicis durare, donec totaliter fuerit negotiũ determinatum, hoc eſt per ſententiam, quæ terminat iudicium, Franch. deciſ.364. num.7. & eſt ipſa terminus diſceptationis, idem in deciſ.346.num.2.& eſt finis inſtantiæ, Giurba dec.36.nu.8. & hoc dummodò non remaneat aliquid ad agendum, vt dictum eſt, & non mirum ſi indifferẽter practicetur in noſtris Tribunalibus in concurſu creditorum, quando pecunia liberatur Clericis, Monacis, ac alijs locis pijs ſub cautione prædicta, & poſtea inſurgentibus creditoribus anterioribus intendentibus pecuniam ab eis auocare, quanquã petijſſent remiſſiones ad eorum Iudices, non conceduntur, vt ſæpè ſæpius iudicatum fuit, præſertim in cauſis Creditorum Marchionis Ienzani, in Banca Carbone, iterum in cauſa Io.Vincẽtij Lezzi creditoris Anelli Molignani cum Monaſterio S.Andreæ, & Monaſterio Reginæ Cœlorum, ad relationem Petri Antonij Carauitæ in eadem Banca, & paſſim in alijs cauſis. Nec proinde obſtare videbatur, cautionem ab eis præſtitam fuiſſe, itaut non aliter conſentire videãtur, vt probat Ill.Epiſc. Riccius variar.reſolut. cap.55.nu.6. quod etiã ponderat Reg.Rouit.d.deciſ.num.10. nam licet in caſu ab eo relato militare videatur, eo quia fuerant inde fructus domus ſequeſtrati ad inſtãtiam creditorum anteriorum poſt latam ſententiam, vnde Clericus coactus fuerat præſtare cautionem ad euitandum ſequeſtrũ, quæ eſt remedium peculiare ad illud tollendum, Borgn.deciſ.3.num.22.par.2.Caball.milleloq.645. Minſyng. cent.5. obſeru.35.num.7. non tameo in caſu noſtro, quapropter Iudex ſequeſtrando non intendit aliquem priuare eius poſſeſſione, idem Hieronym.de Monte quæſt.33.num.21. quo fit, vt coactus videatur Clericus cautionem præſtare, ideo conſentire non videtur, & amplius quia licet Clericus etiam volens, non poteſt ſe obligare in Curia ſæculari etiam de reſtituendis bonis, nec in tali caſu cautio perſonæ ſæcularis recipi poteſt, ex deciſione Andr.in cap.1.§.ſi inter duos, nu.76.verſ.niſi duas, de prohib.feud.alien.per Feder. firmat Reg.de Ponte in conſ.156.nu.2. vol.2.ſubdens, quod nec poſſit conſuli per expromiſſorem laicum, quia non tenetur præciſè ad rem, dum nõ eſt in ſua facultate, ſed ſoluendo intereſſe liberatur, & latè Herring.de fideiuſſ.cap.14.num.18. nihilominus hoc procederet, quãdo realiter iudicium finitum fuerit totaliter, cæterum ſi non fuerit finitum, ſed remanſerit aliquid agendum, ſecus erit, nam ſemper in ſuo robore permaneret iuriſdictio, & propterea quando Clericus comparet coram Iudice ſæculari voluntariè, petendo, laicũ ſuum debitorem condemnari, non eſt dubiũ, quin dicatur voluntarius actor, vt ex Viu.deciſ.387. num.1.& 2. firmat Ripol.variar.reſol. cap.1. num.199. & proinde ibidem reconueniri poterit, cap.1.& 2. de mut.petit. cum alijs adductis ſuperius in verbo reconuentio, quæ ſiquidem reconuentio in quacunque parte iudicij fieri poterit, ſed finito iudicio, & lata ſententia nõ poterit amplius Clericus reconueniri, Gloſ. in cap.fin. de iudic. cum alijs adductis per Carol. de Graſſ. d. tract. & effect.1. num.784. ſic ad propoſitum finitur iudicium per ſententiam diffinitiuam, l. terminato, vbi Gloſ.C.de fruct. & lit. expenſ. ſicq; finita cauſa, producit effectũ finitum, Andr.Gayll.lib.2. obſeru.124. num.6. niſi fortè appellatio interceſſerit, aut reclamatio, quoniam tunc ſi fuerit inſtantia finita, non finitur alia, Fontanell. de pact. nupr. clauſ.4. gloſ.10. part.1. num.64. l. quod iuſſit ff. de re iud. vel ſi fortè fuerit interloquutoria prolata, & remanet diffinitiua proferenda, & demum ſi in parte fuerit iudicatum, quia tunc adhuc iuriſdictio remanet, cap. examinara, & cap. penult. de iudic. poſt Vant. de nullit. rubr. coram quo, &c. num.14. Minſyng. cent.5.obſeru.92.num.7. & demum ſi aliquid remanſerit agendũ, hoc eſt exequutio, quoniam tũc finitur iudicium, ſi id, quod extremum iuriſdictionis factum ſit, nimirum exequutio, l. vnic. §. is non videtur ff. ſi quis ius dic. non obtemp. notat Andr.Gayll. de arreſt.cap.11.ſub num.7.verſ.finitur autem, & in ijs caſibus nulla actio noua iuſurgeret, ad text. in d.l.terminato, in fin. ibi poſt abſolutũ enim, dimiſſumq; iudiciũ neſas eſt litem alienam conſurgere ex litis primæ materiæ, vbi Gloſ.in verbo conſurgere, ſimilia allegat iura. Cęterum autem, quãdo pecunia liberatur ſub cautione, vel res cõſignetur ſub obligatione, vt dictum eſt, negotium totaliter diffinitum non videtur, & ſic tàm pecunia huiuſmodi liberata, quàm res aſſignata loco pignoris, vel ſequeſtri videretur liberata, & tunc ſicuti Clericus depoſitatius, vel ſequeſter pro reſtituendo depoſito, vel ſequeſtro poteſt conueniri coram Iudice ſæculari, Carol.de Graſſ.eodem tract.effect.1.nu.855.ita in hoc caſu prænarrato, eo maximè accedente eius eius obligatione, quemadmodum Clericus etiam de debito facto ante clericatum, non poteſt con-

ueniri coram Iudice ſæculari, ſecus tamen ſi lite conteſtata, vel ſententia lata, aut obligatione contracta coram Iudice ſęculari efficiatur Clericus, Borgn. deciſ. 46. num. 29. par. 1.

Remiſſio cauſæ alicuius Clerici inquiſiti de homicidio petita per eum, ſiue eius Epiſcopum an erit concedēda, ſi non aliter fuerit producta Bulla iuxta conſuetum ſtilum Epiſcoporum facta, hoc eſt in carta pergamena, & cum tenore cõſueto ordinis collati, ac ſubſcriptione Epiſcopi, ſed tantum quædam fides facta ex parte Vicarij S.P. in carta bombacina, qualiter fuerat ordo Clerico collatus ſine literis dimiſſorialibus ſui Ordinarij, item quia habebat quandam præſtimoniam Sancti Antonij, demum quia non inſeruierat Eccleſiæ ſibi aſſignatæ per Epiſcopũ, de quo ſatis fuit controuerſum tàm in M.C.V. quàm in S.C. taliter quod cum per M.C. fuiſſet bis deciſum contra Paulum Titolonem, & ſemel contra Epiſcopum Aſculi Ordinarium ipſius Clerici fuit introducta cauſa in S.C. iunctis Dominis duarum aularum, dicebatur ex parte Fiſci, nullam eſſe habendam rationem de dicta Bulla, ex quo erat potius cartula, quia nõ erat confecta iuxta conſuetum ſtilum Epiſcoporum, cuius formam vna cum requiſitis in ordinatione poſuit Rebuff. in eius praxi beneſ. in rubr. forma literarum tonſuræ, & non ab re ſi literis Epiſcopi atteſtantibus, contuliſſe ordines alicui credẽdum erit, probat Grammat. deciſ. 81. num. 1. Ludouiſ. deciſ. Rom. 78. nu. 5. & deciſ. 490. num. 6. Caualer. deciſ. 483. num. 2. deciſ. 502. num. 2. deciſ. 572. nu. 4. & deciſ. 608. num. 2. Genua in tract. de ſcript. priuat. lib. 3. tit. de lit. Epiſc. per tot. Thom. Valaſc. alleg. 22. cum alijs adductis per Carol. de Graſſ. in tract. de effectib. cleric. in pręlud. num. 198. vbi nu. 200. etiam tradit, clericatum probari per ſcripturam de ipſo clericatu cõfectã, ex cap. legimus 2. quęſt. 1. cap. duæ, de cler. pereg. & cap. ſi Iudex laicus, vbi Gloſ. in verbo fecerit, de ſent. excommun. Valaſ. vbi ſup. num. 1. ex quibus concluditur, ſcripturam clericatus, hoc eſt collationis ordinum eſſe originaliter etiam exhibendam, vt infra eodem verbo remiſſio, quæ communiter conficitur in carta pergamena, & quod ſit ab Epiſcopo ordinante ſubſcripta, & ſic non ab alio, prout erat caſus de quo agebatur, dum fuerat producta fides ex parte Vicarij S.P. poſtquam ſi alius nomine Prælati id atteſtaretur, tunc eius literæ non probarẽt clericatum, ex Crau. conſ. 134. nu. 41. firmat ibi Graſſ. num. 199. vbi loquitur in Vicario atteſtante, quod in libro, in quo erat ſolitum deſcribi omnes ordinationes reperiebatur ſcriptum, quod quidam fuit tonſuratus, vbi concludit, quod ex hoc non probatur clericatus, ſiue tonſura, nam hæc eſſet præſumptio potius, quam probatio, ſicuti nobilis non eſt aliquis ex eo, quod ſit deſcriptus inter nobiles, niſi alię adſint coniecturæ, Anna in ſingul. 358. vbi Additionator alios citat, adeo ꝙ ſi quiſpiam affirmauerit, ſe promotum eſſe debet oſtendere literas promotionis, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 76. num. 2. prout diſpoſitum eſt in iſto Regno in ritu 235. ibi cum documentis clericatus, & ſic cum Bullis ordinationũ in forma probantibus. Inſuper quia Clericus pręfatus erat ſubditus Epiſcopo Aſculano, & per dictam fidem præſentatam non apparebat, ordinatum fuiſſe de licentia ſui Ordinarij, meritò corruebat fides producta, ex quo ordines probantur per literas Epiſcopi ſolo ſigillo ſuo ſignatis, & quod de licẽtia ſui Ordinarij alienũ Clericum ordinauit, Mohed. deciſ. 21. tit. de renunc. num. 2. ſeù deciſ. 128. Seraphin. deciſ. 741. num. 1. quoniam clericatus ordo per alienum Epiſcopum conferri non poteſt, niſi cũ literis miſſorijs, Franc. Marc. deciſ. 1004. num. 2. & in terminis in Clerico ordinato à Vicario Vrbis ſine literis dimiſſorialibus Ordinarij, nouiſſimè ꝓbat Paul. Durand. in deciſ. Rom. 117. num. 1. Circa præſtimoniam dicebatur ex parte Fiſci, neque de ea erat facienda vis, etenim præſtimonia non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, ſed quædam ſtipendia, de quibus non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto beneficiali, ex Io. Andr. in cap. vnic. de renunc. in 6. & Oldrad. conſ. 139. alias 143. probat Staphil. in tract. de liter. grat. rubr. de qualit. & ſtatu beneſ. num. 5. neque ipſa veniunt appellatione beneficiorum, ex Felin. in cap. poſtulaſti, num. 8. in 4. declar. de reſcript. probat Mandoſ. in regul. 16. Cancell. num. 7. ideo dicitur præſtimonium, quod præſtat munium, quæ ſunt inſtituta pro ſtudentibus, & pro ſubſidio cõtra infideles, inquit ex Oldrad. Rebuff. de paciſ. poſſeſſ. num. 91. adeo quod ipſa præſtimonia in titulũ beneficij dari nequeunt, Staphil. eod. tract. rub. de quib. mod. lit. ad beneſ. &c. num. 9. obijciebatur quoque, non conſtare de ſeruitio in diuinis in Eccleſia ei deſignata, quod eſt vnum de requiſitis ex Concil. Trident. cap. penult. de vita, & honeſt. cleric. quibus accedit pragmat. incip. quemadmodum, de cleric. & diacon. ſaluat. notat Carauit. vbi ſupra in fine, Fœlicius alleg. 37. nu. 3. part. 1. ſeruitium Eccleſiæ cum frequentia, & perſeuerantia exigitur, Sperell. deciſ. 26. nu. 11. in tantum quod ſeruitium præſtandum erit de pręſenti, ad hoc vt Clericus potiatur priuilegio fori, nec ſufficit præſtitiſſe de præterito, Carol. de Graſſ. eod. tract. in 1. effect. nu. 1178. & ſubdit nu. 1183. quod ſeruitij præſtatio debet eſſe frequens, ad hoc vt Clericus in minoribus dicatur Eccleſiæ inſeruire, & gaudeat priuilegio fori. Sed replicabatur ex parte ipſius Clerici reſpectu primę obiectionis aduerſus fidẽ ordinationis productam, eſſe aduertendum aliter practicari in Vrbe, quam in omnibus Orbis partibus, ex quo in ea non adſunt tot ſollẽnitates, quot in alijs partibus requiruntur, idcirco clericatus probatur per literas Vicarij Papæ, ita Farin. inter deciſ. Roman. diuerſ. tom. 4. deciſ. 602. num. 2. & cum ſit apud eum vſu receptum, non fieri Bullas in pergameno, ſed in bombacina? ſtandum erit ſtilo illius vti ſupremi omnium aliorum Ordinariorum Vicarij, neq; obſtabit, quod ſine literis dimiſſorialibus ſui Ordinarij fuerat ordinatus à Vicario S.P. ex quo Vicarius Vrbis

habet

habet poteſtatem conferendi clericatum exteris, maximè curialibus, prout quotidiè practicatur, ita Seraphin. deciſ. 1292. num. 3. & Vicario Vrbis atteſtanti in literis clericatus ſe aliquem ordinaſſe, & diſpenſaſſe in vim facultatum Apoſtolicarum creditur, etiam ſi ille ſit forenſis, & ordinatus fuerit ſine licentia ſui Epiſcopi, ita Duran. deciſ. prædicta, num. 5. & ratio eſt, quia conceſſio literarum dimiſſorialiũ eſt quaſi delegatio propriæ iuriſdictionis, vt inquit Gratian. deciſ. Marchiæ 98. nu. 9. ex tex. in cap. primatus 71. diſt. Gloſ. in cap. fraternitati, de cleric. non reſid. & in ſpecie quod ſit delegatio ex mẽte Maioli ibi num. 10. probat, ſubdens, quod delegatio cauſæ, & ordinationis à pari procedunt, ſicque delegatio fit à ſuperiore ad inferiorem, ex quo delegatio cauſę poteſt fieri inferiori, Abbas in cap. cum cauſa, numer. 2. de officio delegati, vel ſibi æqualem, non tamen ad ſuperiorem per inferiorem, nam minor in maiorem non habet imperium, l. minor ff. de minorib. cap. inferior, cap. denique, cap. nunc autem, & cap. in tantum 21. diſt. cap. cum inferior, de maior. & obedient. vbi Abb. nu. 1. vltra quod clericatus etiam probatur per literas ordinãtis, licet ordinatio habita fuerit à nõ ſuo Epiſcopo, neque de licentia conſtaret, ſi tamen ex coniecturis pręſumi poſſit, Seraph. dec. 713. num. 1. nec obſtat quod dictum eſt de præſtimonijs, nam etiam in titulũ dari poſsũt, iuxta opinionem Ant. in clem. fin. de offic. Ordinar. quem citat ibi Staphil. in vtriſque locis, nam tunc dicerentur beneficia, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 397. num. 73. & idem Mandoſ. in regul. Cancell. 33. de annat. quęſt. 12. nu. 3. expreſſim tradit, ipſa præſtimonia verè, & propriè eſſe beneficia, eo maximè quando eſſent data Clericis, ſecus ſi laicis concederentur, quia tunc non dicerentur beneficia, nec ſeruire tenecantur, maximè ſi dentur in titulum perpetuum, vt haberent annexum onus ſpirituale, inquit Rebuff. vbi ſup. num. 90. neque obſtabit, quod non præſtiterat ſeruitium, nam licet aliquãdo inſeruiſſe probatum ſit, & hoc caſu non priuaretur priuilegio fori Clericus, quamuis aliquando intermitteret ſeruitium diuinum, & diceretur deſeruire continuo, ſi pro maiori parte deſeruiret, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 440. num. 6. nam ſi non erit continuum, ſufficit eſſe interpellatũ, ſubdit ibi Sperell. num. 26. maximè ſi conſtaret de legitimo impedimento, vt ſequitur num. 29. adhuc tamen quia pro capitali inimicitia contracta nequiuerat inſeruire, vt euitaret periculum vitæ, quoniam eo caſu nec etiam Epiſcopus reſidentiam obſeruare poterit, ita longè probat Hieronym. Gig. in tract. de reſident. Epiſc. cap. 17. & Barthol. Caranza in tract. de neceſſar. reſident. Epiſc. cap. 12. verſ. ſecundum dico. Quinimò facta relatione in S. C. per Regium Conſiliarium Scipionem Theodorum, fuit per idem S.C. iunctis Aulis deciſum, quod remittatur dictus Paulus ad eius Epiſcopum, vt patet in Barca Spottelli in M.C. & in Banca Litti in S.C. licet fuerit reclamatio inſtituta, nihilominus die 18. Februarij 1639. facta iterum relatione, fuit dictum benè prouiſum, & imponatur perpetuum ſilentium, ſub patrocinio V.I.D. Vincentij Piroti eius Aduocati.

Remiſſio cauſę petita per conuẽtos in S. C. ſuper reſtitutione dotis de paragio debitæ ſuper certis feudis, licet quaternatis, ad locum originis, ſeù habitationis ipſorum concedi an debeat, eo quidem præſuppoſito in facto, cum comparuiſſet in S.C. Franciſcus Antonius de Vito A.M.D. petendo condemnari Ioannem Baptiſtam Rapam, ac Roccam de Ninnis matrem, & tutricem filiorum quondam Riccardi Rapę, hæredes quondam Falci Rapę Baronis Terrę Ciuitellæ Prouincię Aprutij ad ſoluendum paragium dotis per eum ſuperlucratæ ob mortem Iacobi Antonij eius filij ex eo procreati cum Leſbia Rapa, ambo petierunt remiſſionem ad Curiam Palenę, aut ſaltim ad Regiam Audientiam Aprutinam, ex eo quia præfatus actor non erat ciuis Neapolitanus, neque perſona priuilegiata, & propterea ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ 2. vbi de delict. quis conuen. deb. remiſſio facienda erat ad locum domicilij, ſiuè originis, latè Grammat. deciſ. 30. num. 9. Replicabatur ex parte ipſius actoris dicentis, non aliter eſſe concedendam petitam remiſſionem, ex eo quia tractabatur de hęreditate, vbi aderãt Terra Ciuitellæ, & feuda Prati, necnon feudũ Petrębundantis, quæ ſunt quaternata, & propterea in cauſis prædictis tum vigore Conſtit. Iuſtitiarij nomen, quam Capit. Item ſtatuimus, quod ſi Comites, & vltimò Regiæ Pragmat. 3. de officio Sacri Conſilij, non poteſt procedi per Curias inferiores, nec per Iuſtitiarios Prouinciæ, ſed eſt procedendum in S. C. vbi inſtabatur procedi, non obſtante petita remiſſione, & cum ita fuiſſet prouiſum domi per Regium Conſiliarium Andræam Prouenzanum die 20. Februarij 1632. vt procederetur in S.C. fuit ex parte ipſius Io. Baptiſtæ ſupplicatum, vt fieret verbum in S.C. & inde facta in eo relatione die 19. Octobris eiuſdem anni per eundem Regium Conſiliarium, per S.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per Magnificũ cauſæ Commiſſarium ſub die 20. Februarij 1632. hoc ſuũ, &c. penès Secretariũ, in Bãca Caroli Strinæ, & quamuis principaliter non ageretur de feudo, ſed de dote, & paragio debitis ſuper feudo, hoc eſt de actione ad feudum pro dote, tamen idem erit iudicandum, Pręſ. de Franch. deciſ. 153. num. 25. & quomodocunque cauſa tangit feudum, eſt feudalis, etiã ſi agatur actione perſonali ad feudum, optimè Maſtrill. deciſ. 117. vbi num. 11. & 14. ad rem inquit, quod cauſa hypothecaria pro dotis reſtitutione ſuper feudo eſt feudalis, & rationem ibi adijcit.

Remiſſio petita per Clericum effectum poſt delictum, & captum vti laicum per ſatellites, & inde de ordine Iudicis laici habilitatum ad omnem, & ſimplicem ordinationẽ de ſe præſentando, an erit ei concedenda, ex facti ſerie percipiebatur, Fabium Brunum fuiſſe per Iudicem Carolum Califanum pro certo delicto

habi-

habilitatus cum cautione de ſe præſentando
vt ſupra in anno 1618. tempore,quo erat lai-
cus, & prætēdebatur commiſiſſe quodam de-
lictum,illinc ad certos annos,& præſertim in
anno 1634. comparuit Fabritius Brunus pa-
ter, & fideiuſſor petendo eximi à tali fideiuſ-
ſione, & præſentauit ipſum Fabium carcera-
tum,verum quia adhuc informatio capta non
erat, fuit poſtmodum ad partis inſtantiam il-
la capta, & quia petierat remitti vti Clericus
ad ſuum Iudicem competentem, fuit in du-
bium reuocatum in M. C. V. ſi temiſſioni lo-
cus erat, dum prius perſiſtēs laicus,& captus,
& arreſtatus per Iudicem ſæcularē, à quo ha-
bilitatus, fideiuſſionem præſtiterat de ſe præ-
ſentando ad omnem ordinem M. C. in quo
dicendum videbatur, neutiquam potuiſſe re-
mitti, & primò, quia tempus delicti inſpi-
ciendum erat,& ſic pattati criminis,ad text.in
l.1. ff.de pœn. Gloſ. in l.1. C.vbi de delict. agi
oport. Graſſ.de effect.cler.in 1.effect. nu.1072.
cum alijs apud Coſtam Siculum conſ.93. n.3.
& melius in terminis Carol.de Graſſ. in tract.
de effect.cler.in 1.effect. n.1071. quo tempore
erat laicus,& ſubiectus iuriſdictioni ſæculari,
adeo ꝙ cum fuiſſet captus,ſeù arreſtatus præ-
uēta fuerat eius perſona per Iudicē ſæcularē,
& tunc clericatus aſſumptus poſt commiſſum
delictum nunquam prodeſt,vbi eſſet pręuen-
ta perſona, latius Carol.de Graſſ. in tract. de
effectib. cleric. effect.1. num.1145. qui in ſeq.
num.1077. probat, quod ſi aliquis ante ſuſce-
ptionem habitus fuiſſet accuſatus,vel denun-
ciatus,vel inquiſitus,pręſumitur habitum in
fraudem ſumpſiſſe, & per conſequens non
frueretur priuilegio fori Eccleſiaſtici, ſed poſ-
ſet puniri per Iudicem ſæcularem,vbi multos
allegat,cum alijs adductis nouiſſimè per Mar-
cell. Vulpe in praxi Iudic. fori Eccleſ. cap. 38.
num.1. & fortius quia fideiuſſionem pręſtite-
rat de ordine Iudicis, de ſe præſentando ad
omnem ſimplicem ordinem M. C. ſeù cauſæ
Commiſſarij, & ſic quodammodo carceratus
dici poterat, dum præſtiterat fideiuſſionem
talem, vt in terminis tradit Farin. in eius pra-
xi quæſt.30. num.80. & poſtquam hac pendē-
te inquiſitione ſe Clericum licet in minori-
bus fieri procurauerat,hoc ſibi ſuffragari non
videbatur, eo quia in fraudem patrati crimi-
nis ad euitandum punitionem Iudicis ſæcu-
laris verſatus fuerat,tunc enim diceretur hoc
in fraudem feciſſe, quando laicus eſſet de de-
licto coram Iudice ſæculare præuentus, ex
Mart. de Fano, Bartol. Brixienſ. probat Alber.
in Auth.cauſa,quæ fit, num.4. C.de Epiſc. &
cler. Bald. in l. idem Vulpianus, §.ſunt ff. de
excuſat.tutor. Placza de delict. cap.35.num.5.
Iul.Clar. quæſt.36.num.44. Gutierr. pract. qq.
lib.1.quæſt.5. Vinc.de Franch.dec.209.Valaſc.
conſult.48.num.8. Decian. Azeued.Seraphin.
quos probat Thom.Valaſc. allegat.17.num.5.
vltra eos Coſta Sicul.conſ.93.nu.18.latè Ma-
ſtrill.deciſ.294.num.4.Carol.de Graſſ.vbi ſup.
nu.1144. Farinac.in conſ.77.tom.2. & hoc ca-
ſu,quando laicus aſſumpſerit ordines in frau-
dem,priuilegio fori gaudere nō debet, Couar.
pract.quæſt.cap.32.num.4.Gutierr.vbi ſupra
nu.3. Viuius lib.1.opin.38. Valaſc.conſult.48.
numer.2. Boſſ. tit. de pœnis, numer.38. Ema-
nuel Suarez in ſuo theſaur. commun. opin.
lit.L.num.112. Cerdan.in viſita de carcer. c.5.
nu.17. cum alijs adductis per Cened. coll.23.
& Cur.Philip.3.part.§.1.num.8. quos citat idē
Thom.Valaſc.vbi ſup. nu.4. latè Farin.d.con-
ſil.77. num.2.tom.1. fortius ſi ſtatim poſt deli-
ctum ſuſcepiſſet ordines, Maſcard. concl.815.
num.4.Vulpe vbi ſup.num.2.eo maximè ſi ſu-
ſcepiſſet ordines minores, vt expreſſim notat
Graſſ.ibid.num.1075.& fortius laicus,qui poſt
delictum exiſtens carceratus ordinatus fuit,
non declinat forum,vt ibi probat Coſta n.15.
& rationem aſſignat num.16. poſt Præſ. de
Franch.d.deciſ.209.num.3. quod profeſſio, &
aſſumptio ordinis ſacri in carceribus nō ope-
ratur remiſſionē ad Iudicem Eccleſiaſticum,
& in hanc partem dum inclinaſſet M.C.V.de-
cernendo,cauſam in ea remanendam fore,
fuit ex parte ipſius Clerici appellatum ad S.C.
& obtentum verbum fieri in eo,ex cuius par-
te dicebatur,fori priuilegio potiri, & propte-
rea remitti debere ad ſuum Iudicem compe-
tentem,quamuis in fraudem ſuſcepiſſet ordi-
nes clericales,poſtquam DD. pro concordia
ambarum opinionū cenſuerunt, quod ſi age-
retur de cauſa ciuili,& eo caſu nulli dubium
eſt,quin forum non mutet, quia præuēta fuit
in eo iuriſdictio Iudicis ſæcularis, ad text. in
l.ſi quis poſteaquam ff. de iudic. vbi DD. &
in cap. propoſuiſti, de foro compet. Couar. d.
cap.32.num.4. Valaſc. d.allegat.17.num.7. In-
trigliol.conſ.23.num.39. ſin autem eſſet cauſa
criminalis, tunc proculdubio eximetur à po-
teſtate Iudicis ſæcularis, ex Specul. in tit.de
reo, num.4. verſ.ſed quid ſi eſt criminalis, Io.
And.in cap.1.de ratioc. Anchar.& Lancellott.
quos ſequitur ibi Valaſc.num.9.& ſeq. ſubdēs
num.11. hanc eſſe opinionem veriorem, &
tutiorem cum alijs apud Farinac. quæſt.8. nu.
101. Carol.de Graſſ. vbi ſup. num.1074. Paul.
Squillant.in tract.de priuileg.cleric.cap.7. ſub
num.33. licet aliqui in hoc ſub diſtinctione
loquentes voluerint, quod quando pœna eſ-
ſet pecuniaria, tunc à Iudice ſæculari impo-
nenda erit,quod ſecus eſſet, ſi pœna eſſet cor-
poralis,vt ex Boſſ.in tit.de foro compet. num.
144. verſ.primo caſu,& tit.de pœnis, num.38.
verſ. & quia regula eſt, quem citat Coſta vbi
ſupra num.14. ſicque quoad pœnam corpora-
lem tantum eo caſu remittendum eſſe, dixit
Præſ.de Franch.deciſ.384.& 709.ſequitur Ca-
mill. Laratha conſ.105. Squill. vbi ſup. Vulpe
eodē loco,nu.7. Facta relatione in Sac.Conſ.
per Reg. Conſ. Io. Franciſcum Sanfelicium
nunc Regiam Cancellariam Regentem anno
1636. fuit per idem Sacrum Conſilium deci-
ſum, vt Magna Curia prouideret, quod cauſa
remittatur ad Iudicē Eccleſiaſticum, in Ban-
ca Spottelli.

Remiſſio cauſæ criminalis rei inquiſiti ciuis
Neapolitani orti in aliquo Caſale Neapol. ex
parentibus vaſallis alicuius Baronis, qui de-
liquerat in Terra ipſius, & originario loco
eorum,

Digitized by Google

eorum, an erit concedenda Baroni illam petenti, ſicuti ex facto per exemplū demonſtratur, cum fuiſſet quidam vaſallus Ill. Principis Roccæ Romanæ prohibitus ordine Superiorum per certum tēpus habitare in Terra Pertæmolaris, & ſe contuliſſet in quodam Caſale Neap. habitare, pendente dicto tēpore eius vxor peperit filium, deinde completo tempore, ad dictam Terram reuerſus vna cum familia perſiſterat, & poſtmodum illinc ad certos annos dictus filius maior effectus ſe declarare feciſſet ciuem Neapol. contingit deliquiſſe in dicta Terra, & pro delicto demum in carceribus M.C. coniectus, dictus Ill. Princeps Baro eiuſdem Terræ, illius remiſſionem petijt, vnde contingit in eadem M.C. difficultari, ſi concedenda erat, poſtquam dictus delinquens iam ortus fuerat in dicto Caſale Neap. & proinde ciuis Neapolitanus dicebatur, ad text. in l. qui ex vico ff. ad municip. vbi Gloſ. dat exempla, etenim ciuium appellatione continētur etiam nati in Suburbijs, Villis, Vicis, & Comitatibus ipſi Ciuitati ſubiectis, Menoch. de præſumpt. lib. 6. prēſ. 30. num. 14. & 15. ſicuti natus Neapol. dicitur de Ciuitate Neapolis, Afflict. deciſ. 384. nu. 8. & melius poſt eum Carau. in ritu 301. num. 16. per iura ab eo relata, ſicuti verbum, Romanus, denotat originem, non ciuilitatem, probat Bouius de ſtatut. Vrb. præſcript. gloſ. 13. num. 2. quo fit, vt cum ex particulari priuilegio conceſſo ciuibus, & Ciuitati Neap. de quo in d. ritu 301. cuius Neapolitani non conueniuntur alibi niſi in Ciuitate Neapol. merito remiſſio erat deneganda Baroni, & amplius quia per priuilegium particulare apparebat, dictū inquiſitū declaratū eſſe ciuem Neapolitanum, & iuxta hāc opinionem decidit M.C.V. vt cauſa in ea remaneret remiſſione petita non obſtante, ſed quia fuerat appellatum ad S.C. ex parte ipſius Ill. Principis petentis remiſſionem, dicebatur, quod licet ipſe reus ortus fuiſſet in dicto Caſali Neapol. & inde occaſione ſui ortus declaratus ex priuilegio, attamē quia eius parentes erant eius ſubditi originarij ipſius Terræ Pertęmolariæ, & per aliquod temporis ſpatium de ordine Superiorum incolatum fecerant in dicto Caſali, & pendente dicto tempore annorum quatuor dictum reum filium conceperunt, & ibi ortum apparebat, ac demū elapſo dicto quadriennio in eandem Terram reuerſi fuerunt, ex quibus colligebatur, filium ortum non verè ciuem eſſe, nam etſi de Ciuitate dici poterat, non tamen ciuis, vt ex Bald. probat ibi Afflict. & ſic attenta originaria ciuilitate, vbi prius domicilium parētes habuerant, & elapſo tempore illud continuauerūt, de hac re punctualiter Affl. in dicta deciſione poſuit caſum in terminis, nempè an dicatur ciuis Neapolitanus, vt gaudere debeat ciuilitate Neap. qui natus eſt in ea, licet habeat domicilium alibi extra eam, & deductis rationibus hinc inde, demum cenſuit, Dominos de Cōſilio fuiſſe in diuiſione opinionum, taliter quod indeciſam altercationem reliquerunt, quamuis ibi Vrſill. auctoritate Felin. in cap. Rodulphus, col. 8. num. 13. de reſcript. concludat, hunc eſſe ciuem originarium, poſſeq; vti priuilegijs conceſſis, alijſque immunitatibus, quocirca Felin. inquit, in ſui perſonam contingiſſe, cum ipſe eſſet originarius Ferrariēſis, & tamen caſualiter natus ex Fęlicia Oppido Rhegienſi, & concludit fuiſſe admiſſum ad Collegium Ferrarienſe, ad quod Reg. Moles in ſuo tract. manuſcripto de regalibus Regni Neapol. &c. tit. de vltimis exituris, quæſt. 15. artic. 5. dum quærit, quid in eo, qui ortus eſt extra Ciuitatem Neapol. in aliqua parte, in qua parentes non conſtituerunt domicilium, ſed erant tranſeuntes, vel ad tempus trahebāt ibi moram. Reſpondit per hæc formalia verba, ex quo non ita præ manibus haberi poſſit dictus Tractatus, placuit ea recēſere, Fuit dubitatum per dictum Bart. in l. filios, C. de muner. & orig. lib. 10. vbi videtur firmare, quod illa origo ſibi non proſit, & per conſequens nō amittit priuilegium originis loci, in quo fuerat naſciturus, ſed è cōtra facit tex. in l. in huiuſmodi, §. legatum, de leg. 1. & ibi Bald. Ang. & Caſtr. & licet ſecundum magis communē opinionem Doctorum firment, quod filius quantumcunque natus extra locum habitationis paternæ efficitur ciuis loci originis, attamen omnes firmant, quod debet gaudere immunitate loci, in quo pater habitabat, ac ſi ibi eſſet ortus, ita Felin. in cap. Rodulphus, extra de reſcript. col. 8. num. 13. & 14. poſt DD. in d. l. huiuſmodi, in §. legatū, de leg. 1. ibi Iaſ. num. 14. Cuman. in l. cætera, §. ſed etſi quis ad opus, circa finem, de leg. 1. Alexan. in l. 1. ff. ad municip. in Addit. ad Bart. & in d. §. legatum, in fine, & Ripa latè in tract. de peſte, in cap. de remed. contra peſtem, num. 183. hæc ille, ſed hoc bene procederet in caſu ſuo, porro dum agebatur de ciuilitate originaria, ac altera natiuitatis, & quæ ipſarum præualere debeat ad remiſſionem ipſam faciendā quæſtionis erat, quocirca in hoc videtur ſuſtineri poſſe prætenſionem ipſius Ill. Principis, ex eo quod tradit Iacobut. de Franc. in prælud. feud. nu. 221. ex Gloſ. in l. ciues, C. de incol. lib. 10. quæ voluit, quod ſi vnus pluribus Ciuitatibus eſſet ſubiectus, & ab vna, & ab altera vocatur ad munera realia, vel perſonalia, vno eodē tempore parendum erit ei, qui habet potētius ius tempore, allegat Ludou. conſ. 47. & alios, hinc cōtingit hæſitari, quę nam magis ſit ciuilitas, an originaria, vel natiuitatis, & certum eſt, quod ciuilitas originis eſt immutabilis, vt inquit Afflict. d. deciſ. 384. num. 2. ibique Vrſill. num. 4. alios citat, ſubditq; Afflict. num. 9. quē ſectatur Menoch. vbi ſup. num. 32. & 33. hoc limitatur, niſi deſeratur, in caſu præmiſſo apparebat non aliter voluntariè diſceſſiſſe à patria eorum, & ſe alibi contuliſſe, ſed neceſſariò viribus præturæ compulſos, & inde lapſo quadriennio ad illam receſſiſſe, & ad hoc vt originaria ciuilitas amittatur, exigitur animus, ad illam non amplius reuertendi, taliter quod quis non dicitur in loco habitare, etiā ſi per mille annos ſteterit, ſi haberet animum redeundi, vt ibi num. 3. probat Vrſill. in tantū

quod

quod exquiritur animus perpetuò habitandi, vt ciuilitate gaudere potuiſſet inſimul cum bonis, & familia, vt fundat Grammat. ad Affl. in d.deciſ.384. adeo quod cum iterum elapſo tempore ad propriam patriam acceſſerant, parentes non amplius dici poterãt habitarores, ſeù incolæ Neapol. & conſequenter ceſſaret priuilegium, quia ciuis non diceretur qui non durauit ciuis, optimè Maxill. ad conſuet. Bari, rubr. de ceſſione bonorum, §. licet cedendo, à num.36. ad 39. & qui habitate tenetur, non ſufficit, ſi ſemel, vel bis habitet, ſed requiritur frequentia, vel perſeuerantia, ita Grammat. deciſ. 87. num.5. notat Menoch. eodem tract. d.lib.6. præſumpt.76. num.39. eaptoptet dum patentes receſſerãt à dicto Caſale, nullatenus domicilium conſtituentes, & in eorum patriã ſe conſerentes, & ipſis, & filio nato præiudicium attulerunt, & fortius reſpectu ipſius rei nati in dicto Caſale, qui vti originarius ciuis habitare tenebatur in eodẽ Caſale vbi ortus fuit, vt commodis, & priuilegijs frui potuiſſet Ciuitatis, ita ex Iaſ. Rimin. & alijs probat Menoch. d.præſumpt.30.num.24. & talis habitatio operatur, vt quis ciuis præſumatut illius loci vbi habitare reperitur, ſubdit num.25. ciuem enim faciunt animus, & habitatio, Bouius in tract. de ſtat. vrb. præſcript. gloſ. 19. nu. 156. & cum ab eo receſſerat, illius ciuis dici nõ poterat amplius, & ſic cernimus in Chriſto Domino noſtro, qui natus eſt in Bethleem, nutritus in Nazareth, paſſus, & ſepultus in Hieruſalem, Gloſ. in cap.1. de Iudęis in extrauag. commun. verbo Terras, & tamen quia ortus fuit in Bethleem, non dicitur Bethleem ciuis, quia ibi obiter natus fuit, ſed Nazarenus vbi nutritus fuit, & habitauerat. Concurrebat demum forum delicti, quia delictum fuerat patratum in dicta Terra vbi patentes regreſſerant, & de iure forũ delicti potentior eſt foro originis, ex traditis pet Præſ. de Frãch. deciſ.37. & iterum deciſ.505. nu.1. vbi nu.11. ſubiunxit, quod licet id verum ſit, tamen non tollit forum originis, ſed in eo caſu ibi relato erant diuerſi Officiales, ſeù Domini, qui concurrebant ad petitionem delinquentis, alter enim erat dominus originis, alter dominus fori delicti, in cuius fauorem fuit pronunciatum, at in caſu præmiſſo concurrebat dominus fori delicti, ac etiã paternæ ciuilitatis, vt erat dictus Ill. Princeps, qui vendicabat dictũ vaſallum non obſtante priuilegio ciuilitatis Neapol. ex ſupra adductis. Sicque facta relatione in S.C. per Regium Conſiliarium Petrum Antonium Carauita, fuit deciſum, eſſe remittendum, vt fuit remiſſus Notarius Ioannes Baptiſta Florillus ad Curiã Terræ Petræmolariæ de anno 1627. penès Petitum Scribã, in Banca Ioelis.

Remiſſio cauſæ petita per conuentum ſubditũ alicui Iudici particulari, aduerſus actorem conuenientem reum coram aliquo Iudice delegato per Principem pro aliqua cauſa ſpeciali, concedi an debeat, prout euenit in cauſa Clerici Ioannis de Auria, qui conueniri fecerat in S.C. Fabritium Mazzarottam ſubditum Curiæ Artis Serici coram Regio Conſiliario D. Gregotio Angulo, vno ex Iudicibus delegatis ſuper Iuncta Bancorum, cui cauſa commiſſa fuerat ordine Collater. Conſil. & Præſidentis S.C. ad ſoluendum certam pecuniarum quantitatem ex cauſa mercimonij Serici inter eos geſta præuia apoca bancaria, ſuper qua contentio erat in modo ſoluendi liberè, vel per retentionem tertij, quod ſpectabat ad Tribunal Regiæ Iunctæ Bancorum ex Principis delegatione, & proinde cum ipſe Fabritius petijſſet, cauſam remitti ad Curiam Artis Serici Iudicem ipſius competentẽ, dicebatur, fore concedendam remiſſionem, nedum ex vulgata regula illa, quod actor ſequi debet forum rei, ad text. in l. actor, C. vbi in rem actio, cap. ſi Clericus laicum, de foro compet. ſed etiam vigore priuilegiorum Regalium cõceſſorum eidem Curiæ ſuper eius ſubiectos, vt notũ eſt, vt in Cap.57. Regis Federici, Cap.59. Magni Capitanei, & Cap.56. Regis Catholici, Præſ. de Franch. deciſ.721. num.18. & propterea Rex nequit ſe intromittere in primis cauſis vaſallorum Baronis, ſecundũ Bald. & alios per me allegatos in voto 93. num.42. vbi pariter probatum patet, Principem non poſſe concurrere in iuriſdictione cum vaſallo in primis cauſis, dum quis ſit inueſtitus de feudo, ſicq; Rex non tollit iuriſdictionem Baronis, Anna in Conſt. Conſtitutionem, num.201. nec proinde Barones iuriſdictione, quam à Rege habent, priuari poſſunt, Reg. de Ponte conſ.53. num.14. vol.2. quos retuli ibidem num.32. in tantum eſt verum, quod Princeps non poteſt exercere iuriſdictionem in Terra Baronis, in cauſis Baroni cõceſſis, cap. paſtoralis, in princ. de offic. ord. cap. Romana, eod. tit. in 6. Natta conſ.580. num.4. Cartar. deciſ.68. nu.26. Anna ſingul.631. quos citat Palma in diuerſor. iuris communis, & Regni, part.2. gloſ.2. num.42. & ſic vndique perſpicitur, eſſe locum remiſſioni petitæ, quemadmodum in dies iudicatum patet. Nihilominus fuit contrarium deciſum per S.C. iuxta decretũ cauſæ Commiſſarij domi latum tàm ad inſtantiã ipſius Fabritij remiſſionem petentis, & interpoſitum decretũ huiuſmodi, die 2. Octobris 1626. facto verbo in S.C. per Magnif. V.I.D. D. Gregorium de Angulo cauſę commiſſarium, &c. per S.C. declaratum eſt, benè fuiſſe prouiſum per Magn. cauſæ Commiſſariũ ſub die 12. Auguſti 1622. hoc ſuum, &c. & iterum confirmatum in reclamatione die 14. Nouembris 1626. facto de prædictis verbo in S.C. per Magnif. V.I.D. D. Gregorium de Angulo Reg. Conſ. & cauſæ Commiſſarium, per S.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per S.C. ſub die 2. Octobris 1626. quam etiam ad inſtantiam Conſulum eiuſdem Artis ſe grauantium de prędictis decretis, quinimmò aliud decretũ fuit poſtmodum interpoſitũ tenoris ſequentis videlicet, die primo Decembris 1626. facto de prædictis verbo in S.C. per Magnif. V.I.D. D. Gregoriũ de Angulo Reg. Conſ. & cauſæ Commiſſariũ, fuit latum decretum huiuſmodi, decreto S.C. prouiſum eſt, quod decretum S.C. latum ſub

die 14.

die 14. Nouembris 1616. debitæ executioni demandetur, hoc ſuum, &c. pariter confirmatum in reclamatione die 10. Iunij 1618. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Mag. V.I.D. D. Gregorium de Angulo Reg. Conſ. & cauſæ Commiſſarium, per S.R.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per idem S.C. ſub die prima Decembris 1616. penes Secretarium, in Banca de Fœlice, & ratio deciſionis eſſe poterit, quia certũ erat, quod delegatus Principis in omnibus repręſentat perſonam Principis, vt deduxi in voto 15. num.24. à quo vti fonte deſcendunt omnes iuriſdictiones, & fluunt, atque defluũt, Grammat. deciſ.46. num.1. Carauit. in ritu 19. num.6. cum alijs allegatis per me in voto 99. num.39. vbi in ſeq. num.40. adduxi Afflict. in Conſtit. Ea quæ, num.9. quod Princeps poterit iuriſdictionẽ nedum ſingularium perſonarum, ſed Ciuitatum ſupprimere, Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de abundant. Ciuit. §.1. num.22. imò ea, quæ ſunt iuriſdictionis ad ſui libitum reuocat, & tollit, idẽ Grammat. d. deciſ.46. num.2. & 3. & fortius iuriſdictiones Magnatum ad ſe auocare, Parlad. rerum quotid. lib.1. cap.3. num.10. neque prętermittendum erit prędictis addere quod ſingulariter refert Iacob. à Calicio in ſua margarita fiſci, dub.8. num.9. quod Princeps poterit eximere à iuriſdictione Iudicis ordinarij aliquem eius ſubditum, & ſub alio Iudice collocare ipſum, ex text. in l. vnic. C. de offic. Comit. ſacri Palat. & refert caſum deciſum Galliæ, & ratio eſt, quia iuriſdictio non eſt priuatiuè ad Principem Iudicibus ordinarijs conceſſa, vt probat Petr. Caliſt. in tract. de lege regia, §.3. nu.41. idemq; erit attendendum in Delegato Principis, qui eſt maior quolibet Ordinario, quia Principis perſonam repręſentat, Reg. de Ponte eod. tract. tit. de aſſenſ. Reg. §.4. num.11. cũ alijs apud Barboſ. in opuſc. princ. iur. lit. D. n.27. ſicuti Delegatus Sedis Apoſtolicæ maior eſt quocũq; Ordinario, Anna in alleg.71. n.10. pariterque Delegatus Epiſcopi in aliqua cauſa maior eſt Vicario, Reg. Valenz. conſ.194. nu.7. tom.2. hinc ſuccedit regula illa, ꝙ maius dignũ trahit ad ſe minus dignũ, l. quæ religioſis ff. de relig. & ſumpt. funer. & ratio eſt, quia Delegatus non debet eſſe deterioris conditionis, quã Ordinarius, quia in cauſa commiſſa maiori fulget prærogatiua, ita Oliban. de iure fiſci, cap.12. nu.6. & non mirum ſi Delegatus Principis ſit de maioribus Iudicibus, vt dixi in voto 15. num.22. tandem pro coronide allego Petr. Rebuff. ad Conſt. Galliæ, tom.1. in tract. de euocat. in præfat. quæſt.3. num.17. vbi fundat, quod per delegationem euocatur cauſa, dum quærit, ſi Princeps delegat cauſã alicui, videtur adimere à primo Iudice, qui cognoſcebat, & auocare tacitè, cap. cæterum, de reſcript. vbi DD. & in cap. paſtoralis, & cap. cum contingat, vbi ſubdit dicendo, & hoc eſt notandum in Francia, quia ſępius Princeps Iudicibus certis cauſam committit, quos Commiſſarios vocant, & illi omnibus alijs præferuntur, quia ſpecialiter commiſſi ſunt, alij generaliter, per cap. paſtoralis, §. fin. de reſcript. & tũc in literis ſolet exprimi verbum, euocamus, tamen ſi non exprimeretur euocatio, tacitè fieri cenſetur.

Remiſſio cauſæ ciuilis petita per Clericum tertium comparentẽ in cauſa vertente inter aliquos vti donatarium rei in iudicio deductæ, an erit concedenda, ſi de rei donatę non appareret poſſeſſionis captura, ſicuti in facto euenit, dum fuiſſet inſtituta lis aſſiſtentiæ ad inſtantiam Lælij Biſulchi aduerſus Aureliam de Priſco, ſe oppoſuit Clericus Scipio Biſulcus filius ipſius Aureliæ, & donatarius eiuſdem iuris obligati, ſuper quo petita fuerat aſſiſtentia, comparendo penès acta, inſtabat, cauſam remitti ad ſuum Iudicem competentem Reuerendiſſ. Epiſcopum Nolanum, præſentando Bullas, & in termino ſibi impartito probando etiam clericatum, licet in minoribus, replicabatur ex parte ipſius creditoris, nullam fore rationem habendã de dicta donatione vti facta in fraudem futuræ litis per eum inſtituendæ ad euitandum forum, quod eſt principale fundamentum requiſitum, ne fieri poſſit talis donatio, ſiue ceſſio, ad text. in cap.1. vbi Canoniſtæ de alien. Iud. mut. cauſa facta, ſed verius non aliter in eadem donatione apparebat, fuiſſe realiter captam poſſeſſionem iuris, vt exquirebatur, alias nulla, atque inualida reputabatur, vt inquit Apoſtill. ad Conſuet. Si quis emit, incip. nota hunc vulgatum, fol.334. vbi declarat allegatum vulgatum prouerbium, hodie emo, & cras dono, & illud notat contra inſtrumenta donationum, permutationum, & obligationum, non enim debent habere firmitatem, niſi res donata, vel permutata perueniat ad donatarium, & acceperint corporalem poſſeſſionem, alias præſumeretur in fraudem congrui, vt dicitur in Conſuet. de inſt. cõfect. per curial. in Conſuet. Inſtrumenta donationum, & ibi Gloſ. in verbo perueniat, quam probaui in meo voto 13. num.67. & ibi nu.68. caſum attuli, de hoc deciſũ in ſpecie, & vltra eum allego Aegid. Tullum in conſuet. Carnut. in tit. de retrarit par puiſſance de fief, art.3. in verſ. de dans l'an, & iour de la poſſeſſion reelle, & actuelle, &c. vbi quærit, ſi ſufficiat traditio poſſeſſionis per cõſtitutum, vbi licet concludere videatur affirmatiuè, nihilominus poſtea ſubdit dicendo hæc verba, quidquid ſit, tene pro certo, quod in caſu noſtræ conſuetudinis non ſufficeret traditio per conſtitutum, locationem, præcarium, retentionem vſusfructus, aut alia ſimilia, ſed opus eſt, quod emptor aut per ſe, aut legitimam perſonam teſtibus præſentibus ingrediatur poſſeſſionem realem, & actualem rei ſibi venditæ, & ibi aliquid agat animo capiendi dictam poſſeſſionem, & illud declaret coram dictis teſtibus, tutius autem eſt, vt ſecũ Tabellionem, aut Natarium habeat, & de ijs omnibus inſtrumentũ ſibi fieri roget hactenus ille, nam poſſeſſio nõ transfertur etiam ſi tranſlato dominio nihil apprehendatur, ex Gloſ. in l. cum duobus, §. idem reſpondit, verb. dominium ff. pro ſocio, & in l. vlt. C. de ſacroſ. Eccleſ. DD. in l. commiſſa ff. de publ. & vectig.

notat

notat Tiraquell. de iure conſt. part. 3. limit. 3. ex num. 38. ſicque poſſeſſio non probatur per inſtrumentum, ſed requiritur dictæ poſſeſſionis apprehenſio, Borgn. deciſ. 23. num. 76. par. 1. & conſequenter ipſa poſſeſſio probatur in inſtrumento ipſius miſſionis in poſſeſſionē, ex Abb. Crauett. Zuccat. & Socin. ſen. probat Menoc. de retin. poſſeſſ. remed. 3. nu. 575. ad quod optimè Maſcard. de probat. concl. 1190. vbi præſertim notat num. 12. quod inſtrumenta, aut inſtrumenti verba nō probant tranſlationem poſſeſſionis, niſi res in conſpectu ſit, & inſtrumentum celebratum, nam talis præſentia, & cōſpectus rei, vbi eius poſſeſſio aſſignatur, operatur, vt vera, & actualis poſſeſſio in accipientem transferatur, ſubdit probando nu. 16. adeo quod verba illa, aſſignauit, non probant poſſeſſionem, vt num. 14. præcedenti fatetur; ad quod optimè Coſta in tract. de clauſul. in 2. clauſul. verborum illorum, vendidit, dedit, tradidit, ceſſit, & vendit, dat, tradit, & c. inquit num. 1. quoties inſtrumentum talia haberet verba, cenſetur dare licentiam ingrediendi, & ſequatur nu. 2. nec per hoc traditio probatur, niſi res ſit in cōſpectu tempore, quo huiuſmodi verba proferuntur, & alia ibi refert ſatis congruentia. Imò & fortius poſtquam agebatur de donatione, ex quo verbum, vendidit, ei non conuenit, ſi fortè reliqua verba adijciantur, hoc eſt, dedit, & tradidit, nō enim ea verba importarent dominij tranſlationem, ſicuti probat Marta de clauſul. part. 2. clauſ. 16. num. 5. & 6. quinimò opus erit reali traditione, eo quod traditio alicuius rei, vel partis per dominum, tunc facit dominum ipſum accipientem, Borgn. deciſ. 19. num. 50. part. 1. & potiſſimum in donatione aduertit Buccer. in tract. de donat. cap. 1. ſub num. 9. dicendo hæc verba, donatio itaque ſimplex abſq; traditione facta, ſed nudo cōſenſu modus acquiſitionis dominij non eſt, accedit quod traditionibus, & vſucapionibus, non nudis pactis rerū dominia acquiruntur, l. 3. C. de pact. quodque non niſi ex vna cauſa dominium alicuius rei acquiritur, l. non vt ex pluribus ff. de regul. iur. ex donationis autem cauſa ſola non comparatur dominium, ſed interueniente traditione, §. per traditionem, Inſt. de acquir. rer. dom. hactenus ille, quæ quidem traditio tunc per inſtrumentum probatur, quando fieret in cōſpectu rei, alias ſecus eſſet, & eo caſu probaretur licētia poſſeſſionis apprehendendæ, l. prædia ff. de acquir. poſſeſſ. cum alijs apud Marcell. Calà de modo articul. Gloſ. vnic. §. 2. num. 1201. & ſic cum in effectu non fuerat capta actualiter poſſeſſio ab ipſo donatario, pernecesse dicendum eſſet, rei dominium reſidere penès donantem, vnde poſſeſſionem habens dicitur habere ius in re, Maſcard. de probat. concluſ. 1200. num. 4. nimirum ſi ex hoc fraus reſultare videatur, nam tunc fraus præſumitur, quando venditor poſt venditionem reperitur poſſidere bona vendita, Maſcard. concl. 815. num. 48. ſic etiam in donatore poſſidente rem donatam fraus percipitur, expreſſim probat Afflict. in tract. de iure prothom. §. 3. nu. 8. & §. 4. num. 16. cum alijs apud Rendell. in eodem tract. rubr. probatum fuerit ſimulatè geſſo, num. 46. & 49. Carol. de Graſſ. de effect. clericat. effect. 3. nu. 36. & 161. ad quod ſubdit Coſta Sicilus in conſ. 58. num. 25. quod donans poſt donationem remanens in poſſeſſione, inducit præſumptionem donationis ſimulatæ, & ſubdit in conſ. 60. num. 8. & magis ſi ſit facta coniunctæ perſonæ, vt erat caſus, de quo agebatur, quocirca illuſtriſſimè cū fuiſſet domi prouiſum per Reg. Conſil. Hectorem Capycium Latro, vt cauſa remaneret non obſtante petita remiſſione in S. C. interpoſita appellatione prætenſa Regia decretatione verbi faciendi obtenta per ipſum donatarium, demum facta relatione in eodem S. C. fuit confirmatum decretum domi latum de anno 1637. die 8. menſis Iunij in Banca Figliolæ, & iterum in reclamatione confirmatum, bene prouiſum per idē Sacr. Conſ. eodem referente die 4. Iulij eiuſdem anni.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum inquiſitū in M. C. ad ſuum Iudicem competentem, concedi an debeat, ſi per eum fuerit doctum de clericatu formiter, ſed reſpectu ſeruitij in diuinis non aliter in Eccleſia ab Epiſcopo deſignata, ſed alibi præſtiti, & obumbrati per prætenſam falſitatem teſtium, eorumque contrarietatem à Fiſco obiectam, an per ſeruitium præſtitum in exequendis mandatis Superiorum ſuorum circa concernentia iuriſdictionem ſuæ Curiæ cōpenſari debeat, ita vt pariter ſeruire videatur in diuinis, licet impropriè, de quo fuit controuerſum tàm in M. C. quàm in Collaterali Conſilio in cauſa Andreæ Sageſij, qui cum expoſtulaſſet remitti cauſam ſuæ inquiſitionis ad Iudicem Eccleſiaſticum, inde impartito ſibi termino ſuper clericatu, ex quo in eo erant illa tria principaliter probanda iuxta diſpoſitionem Conc. Trident. quod incedat in habitu, & tonſura, & inſeruiat in diuinis, ita vt duo ipſorum non ſufficiant, Carol. de Graſſ. de effect. clericat. 1. effectu, num. 1169. Thom. Valaſc. allegat. 24. merito produxerat ante omnia Bullam ſuæ primæ tonſuræ, in qua aſſignatum apparebat, ſeruitium in diuinis fore complendum in Parochia S. Franciſci, & Matthæi, in quo non dubitabatur, eo quia clericatus probatur ex literis patentibus, Farinac. in deciſ. 715. num. 3. deciſ. 605. num. 2. deciſ. 401. nu. 4. deciſ. 699. nu. 1. deciſ. 17. nu. 1. deciſ. 312. num. 1. & deciſ. 523. num. 5. in ciuilibus tom. 2. Caualer. deciſ. Rom. 483. num. 2. & deciſ. 608. num. 2. Ludouiſ. deciſ. 78. num. 5. & deciſ. 490. num. 6. nouiſſimè Ill. Epiſc. Ricci deciſ. 290. nu. 7. part. 4. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in prælud. numer. 198. & potiſſimum dum eſſent exhibitæ literæ originales clericatus, nam copia regiſtri non ſufficeret, probat Anton. de Ballis in tract. crim. de pragmat. Regni tit. 10. nu. 3. ex Bald. ibi relato. Secundò quoque produxerat fidem Magiſtri Actorum Curiæ Archiepiſcopalis circa ordinationem factam, & licet in hoc videatur difficultas oriri, ex quo ſicuti non ſufficiunt literæ Epiſcopi ſignificatoriæ de clericatu, vt aduertit

Digitized by Google

tit ibidem Ballis num.3. Troyſ. in ritu 235. nu.
10. non tamen videbatur, talem fidem Actua-
rij ſufficere, nihilominus quia inſimul cum
alijs ſcripturis fidem facientibus præſentata
fuerat, corroborari videbatur ordo, & ſic ſuc-
cedit regula illa, quod non proſunt ſingula
multa iuuant, l. ſpadonem, §. qui iura multa
ff. de excuſat. tutor. cap. cauſam, quę, de probat.
Tertiò producebatur fides, qualiter gauiſus
erat immunitatibus Clericis conceſſis, vt cen-
ſet Ill. Epiſc. Ricc. deciſ. 66. num. 1. part. 4. & de-
ciſ. 80. num. 3. Quartò adducebatur, qualiter
bis fuerat remiſſus per M. C. ad Iudicem Ec-
cleſiaſticum in anno 1622. & 1623. & ex hoc
ritè, & rectè clericatus probatur per remiſſio-
nem factā de Clerico à Curia ſæculari ad Ec-
cleſiaſticum, poſt Seraphin. deciſ. 713. num. 4.
Ludouiſ. deciſ. 20. nu. 2. Quintò, fuit quoque
per quatuor teſtes probatum ſeruitium in di-
uinis, & de habitu, ac tonſura, & reſpectu ſer-
uitij in diuinis exhibiti in Eccleſia S. Annæ,
& in Eccleſia Sanctiſs. Trinitatis, quāuis au-
tem in hoc diſpoſitū videatur per Conc. Tri-
dent. cap. 6. ſeſſ. 23. de reform. quod Clerici de-
beant alicui Eccleſiæ inſeruire ex mandato
Epiſcopi, &c. vt quoque refert Ill. Epiſc. Ricc.
deciſ. 295. num. 1. part. 3. poſt Felic. Burg. &
Guazzin. infra citādos, ex quo requiritur pro
forma, vt quoque ſectatur Carol. de Graſſ. de
effectib. cleric. in 1. effectu, num. 1170. adhuc
tamen etiam ſi alteri Eccleſiæ inſeruiret, gau-
deret priuilegio clericali, vt fuit declaratum
per Sacrām Congregationem Conc. Trident.
teſte Ill. Epiſcop. Ricc. deciſ. 154. num. 2. part. 4.
& deciſum refert in deciſ. 111. eiuſdem part. 4.
quanquam autem ex parte Fiſci fuerit repli-
catum, nullam fidem eſſe habendā de fidibus
præſentatis à Parocho Sāctę Annæ, ac Vicario
Sanctiſſ. Trinitatis, quia erant cartulæ, nullo
tamen iuramento roboratæ, nam tūc ſcriptu-
ra priuata exequutionē haberet, quando fue-
rit iuramento firmata, Seraphin. de priuil. iu-
rament. in priuil. 77. num. 19. item quia ex fide
Parochi aſſerebatur, dictum Clericum inſer-
uiſſe per menſem, antequam fuiſſet dicta fides
ab eo facta ſub die 15. Iulij 1627. vnde reſul-
tauerat, ſeruitium continuò non fuiſſe præſti-
tum, nam non ſufficit vt bis, vel ter inſeruiat,
ſed exigitur ſeruitium perſeueratiuū, latè Ill.
Epiſc. Ricc. d. deciſ. 111. nu. 5. ex Graſſo ibi re-
lato in d. effect. 1. nu. 1183. Vlterius reſpectu
alterius documenti Vicarij Sanctiſſ. Trinita-
tis obijciebatur, nō eſſe veriſimile, quod dum
ipſe Clericus habitauerat in Burgo Plagæ,
voluiſſet inſeruire in dicta Eccleſia longè exi-
ſtente dum poterat inſeruire Eccleſijs propin-
quioribus, vnde reſultare videbatur fraus. Sed
ijs replicari poterat. & Primò, quia nulla fides
adhibenda erat fidibus ipſorum, non eſſe to-
taliter verū, ſuppoſito quod cum ipſi ſint reli-
gioſi, & viri probi, vt erit videre apud Graſſ.
de effectib. cler. in prælud. per totum, erit illis
credendum fortius, quam alijs, poſtquam de
iure probatum eſt, eſſe credendum viro bono,
vt inquit Præſ. de Franch. deciſ. 296. nu. 3. poſt
Caſtill. deciſ. 188. num. 7. & 15. pariter ſine iu-
ramento, ex quo nō actualiter ipſi tactis ſcri-
pturis iurare ſolent, ſed in pectore. Ad Se-
cundum etiam replicari poterat, benè dicere-
tur probatum officium diuinum, ſi per menſē
ante delictum Eccleſiæ inſeruiuit, ex Caſt. Sa-
lyc. & Maſcard. probat ibi Graſſ. nu. 1180. vbi
dixit, ita ſeruari in illo Regno. Ad Tertium
replicabatur, ſiuè in proximis Eccleſijs, ſiuè
in longinquis ſeruitium fuerit exhibitum, pa-
rum prodeſſet, dum habemus effectum, non
curamus de modo, Barboſ. in opuſc. princ. iur.
lit. E. num. 5. Vlterius per quatuor teſtes pro-
batum apparebat ſeruitium in diuinis, inceſ-
ſus in habitu, & tonſura continuò, & licet ſi
Clericus fuiſſet in poſſeſſione clericatus per
aliqua tempora, & ei ſufficeret probare poſſeſ-
ſionem illius, quamuis per teſtes, vel per lite-
ras non probetur titulus, ex Innoc. in cap. ſu-
per ijs, de accuſ. & cap. innotuit, de eo, qui fur.
ord. recep. firmat Mantua in tract. de ſtilo ſa-
cri Palatij, par. 3. verſ. ſeptuageſimoquarto, vbi
ita ſemper ſeruari conſuetum eſſe teſtatur, ta-
men ſaltim probari debet inceſſus in habitu,
& tonſura per ſex mēſes ante delictum com-
miſſum, vt frui poſſit priuilegio fori, probat
Thom. Valaſc. allegat. 13. num. 253. & aduerſus
teſtes Fiſcus ſe oppoſuit, prætendendo, illos
eſſe nedum contrarios, ſed falſos ex ſequenti-
bus. Primò, quia depoſuerant antequā exa-
minarentur per quatuor dies ante, & ex rela-
tione Alguzerij apparebat, eos fuiſſe citatos
eodem die, quo fuerunt examinati, vnde red-
debatur falſa, ac mendax. Secundò, quia ſunt
teſtes voluntarij, qui depoſuerant ob cauſam
amicitiæ, quam cum eius germano habebant,
quibus de iure nulla fides datur, Farinac. q. 72.
num. 1. & melius Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1.
part. 4. gloſ. iuramenta, nu. 5. & 6. Tertiò, quia
deponebant, reum habitare cum dicto eius
fratre propè Eccleſiam Sanctiſſ. Trinitatis, &
realiter ipſe habitabat in dicto Burgo Plagæ.
Quartò, reſpectu aliorum duorū teſtium de-
ponentium de ſeruitio diuino in Eccleſia
Sāctæ Annæ maxima inter eos exiſtebat con-
trarietas, dum vnus depoſuerat in die 25. &
26. Iulij vidiſſe, alter in die 26. neque depo-
nunt tonſuram attuliſſe, vltra quod tales te-
ſtes erant habitatores in partibus longinquis
ab eius domo, nec propterea deficiebāt teſtes
conuicini, vt potuiſſent illud idem deponere.
Quamuis replicari potuiſſet hæc ex abundāti
fuiſſe verificata, nihilominus quia Clericus
gaudet beneficio fori, etiam ſi nō deferat ha-
bitum, & tonſuram, vt probat Ill. Epiſc. Ricc.
deciſ. 357. num. 1. part. 4. nam etſi iuxta mentē
Concil. Trident. Clericus vt gaudeat priuile-
gio fori, requiratur delatio habitus, & tonſu-
rę; idem Epiſc. Riccius deciſ. 154. num. 8. par. 4.
nihilominus in Clericis in minoribus conſti-
tutis ordinibus nōn beneficiatis ſecus eſſe te-
ſtatur ipſe in deciſ. 290. in princ. & dato, quod
in habitu inceſſiſſet, adhuc quia nō cum ton-
ſura incidebat, non per hoc excludi debuerat
à priuilegio fori, poſtquam hæc duo copulati-
uè exiguntur in Clerico coniugato, ſecus ta-
men in alijs Clericis, ex multis ꝓbat Gratian.

Digitized by Google

diſcept.forenſ.cap.190.num.10. Ballis vbi ſup. num.50. & hoc videtur comprobari ex diſpoſitione Ritus 135. ibi datur terminus ad probandum de clericatu, vbi Carau.num.21. ſubdit, hoc non exprimi in dicto ritu, tamen ſubiunxit, probandum eſſe de inceſſu habitus, & tonſuræ, & quod ſeruiuit in diuinis iuxta diſpoſitionem d. Concil. Trident. & hoc iure vtimur indifferẽter, & alibi ſeruari, vt teſtatur Felicius allegat.37. part.1. latè Burg. de modo proced.ex abrupt. quæſt.65.num.13. & Guazzin.in tract.ad deſenſam, defenſ.20.cap.9. nu.35.& melius defenſ.1.cap.3.ſub num.9.verſic. quinto quoad effectum, vbi docet, hæc omnia eſſe probanda ad effectum remittendi Clericum ad Iudicem Eccleſiaſticum per Iudicem ſæcularẽ, optimè Carol. de Graſſ. in d.effect.1. nu.1169.Gutierr.de iur.confirmat.part.1.c.17. num.13. & contraria adducta per Epiſc. Ricc. procedũt ante Concilium Tridentinum, & in Clerico beneficiato, quate ſi non fuerit de prædictis conſtitum, declaratur, quod cauſæ eorum remaneant in Regijs Tribunalibus, vt aduertit ibi Carau. in fine, & ita in præſenti cauſa fuit iudicatum per M.C.V. ſed interpoſita appellatione ad Collaterale Conſilium, ex quo vltra prædicta fuerunt productæ aliæ ſcripturæ, qualiter ipſe reus conſtitutus fuerat Commiſſarius Ill. & Reuerendiſſ. Nuntij Apoſtolici, & ſimiliter in Reuerenda Fabrica S.Petri de Vrbe, quanquam per Fiſcum replicatum fuiſſet, non per hoc verificari ſeruitiũ in diuinis, nam exigitur, vt inſeruiat Eccleſiæ in diuinis, non tamen in temporalibus, alias nõ gauderet Clericus, ita ex Conar. & Capyc. probat Carol. de Graſſ. d.effect.1. num.1177. quem ſequitur Epiſc. Riccius d.deciſ.111. ſub num.5. attamen replicabatur ex parte ipſius rei, ſatis probatum fuiſſe, inſeruiſſe in dictis Curijs Eccleſiaſticis, adeò quod vti Officialis inſeruiens, in illis fori priuilegio gaudere deberet, cum ſine eis Epiſcopus non poſſet ſuo officio fungi, nec ſuam exercere iuriſdictionem, cap.2.de priuileg.in 6. vt optimè fundat Macerat.lib.1.variar.reſolut.reſol.75.nu.4.vbi expreſſim loquitur de iſtis inſeruientibus in Curijs Eccleſiaſticis, vt ex hoc gaudere poſſint fori priuilegio, per iura, & auctoritates ibi relatas, quapropter facta relatione in Collaterali Conſilio per Reg.Conſil. D. Franciſcum de Ocampo die 6.Septembris 1628. fuit ipſe reus remiſſus ad Ill. & Reuerẽdiſſ. Nuntium Apoſtolicum, apud Tartagliam Mag.Act.

Remiſſio alicuius vaſalli inquiſiti in M.CV. an debeat concedi Baroni, qui feudum emerat, quod antea erat Caſale Neapolitanum, & ex priuilegijs Neapol. conceſſis ipſius ciues trahunt, & non trahuntur, & ob id remitti non debet Baroni ementi feudum iam effectũ per venditionem, de hoc contingit in pluribus cauſis altercari in M.C.V. inter Regium Fiſcum, & nonnullos particulares Terræ Paniſcoculi, cuius Dominus vtilis eſt Io. Antonius Pariſius I.C. qui pro tutela ſuæ iuriſdictionis in iure ſequentia allegauit, quæ operæpretiũ duxi fore imprimenda ob aliorum exemplum ob noui caſus emergentiam, conceſſit Sereniſſimus, & Inuictiſſimus Rex noſter Caſale, ſeù Villam Paniſcoculi cum iuriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum, etiam cum cauſis pendentibus non diffinitiuè per M. C. deciſis, comparuit Baro, & bis obtinuit ad relationem digniſſimi Conſiliarij D. Ferdinandi Mugnoz remiſſionem tàm Ferdinandi de Auterio, quàm Laurentij Cici inquiſitorum de homicidio, & diuerſis delictis ante conceſſionẽ pattatis, habita deinde notitia, quod in M.C. reperiebatur carceratus Ioſeph Magliola inquiſitus de diuerſis delictis commiſſis in Caſale Iuliani vbi habitabat, & quod forum dicti Caſalis vti Neapolitanus originarius Paniſcoculi cum priuilegio declinauerat, ipſã M.C. eligẽdo, comparuit idem Baro, & vigore dicti priuilegij cauſã remitti petijt, & ſimiliter Hieronymi de Auterio inquiſiti de homicidio commiſſo propè Piſcinulam in perſonam alterius vaſalli, prætendit Regius Fiſcus ex traditis per Reg. Conſ. D. Franciſcum Merlinum controuerſ.forenſ.cap.99.& 100.non debere remitti. Quoad Primum, quia tempore delicti Panecoculum erat ſub ditione tantum M. C. vti Caſale Neapol. & ſucceſſiuè Ioſeph erat Neapolitanus, & licet fuerit poſtea ab eius iuriſdictione ſeparatum, & alteri cum iuriſdictione conceſſum, remanent Panicoculenſes vt cæteri vaſalli ordinarij Regni Baronibus conceſſi, non autem Neapolitani, ea ratione, quia pro libito voluntatis Principi priuilegiũ conceſſum reuocare licet, ad quod allegat Gloſ.in cap.decet, de reg.iur. in 6. maximè cauſa ceſſante, num.17.& ſeq. Secundò ex regula, quia mutata perſona tàm ius dicẽtis, quàm vaſalli cauſa priuilegij extinguitur, l.Paulus, vbi Bart.de acquiren.hæred.num.20. nam ſeparata iuriſdictione extinguitur priuilegium in conſequentiam, alias ſine effectu remaneret conceſſio, ex Bald.in l.nec auus, C. de emancip.liber.& Grat. reſpondẽdo per me adductis num.25. & ſeq. Primò, quia in conceſſione non veniunt quæ ſpeciali iure Principi competunt, l.1.ff. de officio eius, & vendito Caſtro non veniunt niſi quæ ſunt de ipſius natura, eique cohęrentia ab eo, quæ dependent, l. ſi mercedem, §.ſi cum fundum, de action.empt.non autem ea, quæ ex priuilegio concedens habet num.26.& ſeq. Secundò ex abſurdo, nam ſi Panicoculenſes idem retinerẽt priuilegium, ad dictæ Villæ Curiæ traherent, & ſic æqualis eſſet M.C. allegar Staiban. conſ.17.num.22. quo vero ad Hieronymum d.cap.100. ſupponit idem Regius Fiſcus non eſſe ſimiliter locum. Primò, quia conceſſio eſt cum territorio, & diſtrictu, & ſic iuriſdictio cohæret, & ſi non habet territorium, ſufficit habere Caſale cum diſtrictu, & eo caſu juriſdictio non eſt in perſonas, ſed in Caſale, & diſtrictu. Secundò, ſi hoc daretur, dignitas, & Proregis Maieſtas læderetur, eiuſque poteſtas reſtringeretur, & priuilegium concedentis perſonam lædere non debet. Tertiò, quia idem Baro ſi in territorio Neapolitano cognitionem haberet etiam delictorum intus

Ciui-

Ciuitatem cognitionem prætendete poſſet. Quartò, quia eſſet prætendere iuriſdictionem extra territorium ſine ſpeciali conceſſione, & vrgebāt aliquæ rationes in allegationibus pro Barone adductis, & præſertim concluſio tradita per Dominum meum Marchionem Belmōtis verbis clariſſimis, vbi aliam tradidit interpretationem, nu. 22. & tandem exempla remiſſionis tradita per D. Iudicem Taſſonum ſuper pragmat. de antephato, obſeru. 4. verſ. 3. num. 63. ad cauſam non facere, & ſic iuriſdictionem concedit intra Caſalis muros, & de delictis extra territorium Neapolis num. 24. Quod ijs non reſragantibus omni iure vterq; ad Baronis Curiam ſint remittendi ijs breuioribus luce clarius oſtenditur. Et ſupponendo concluſiuè Primo, omnium iuriſdictionū Principem eſſe fontem, à quo tanquam riuoli à magno flumine, ſiue mari fluunt, & refluunt, cap. ad hoc, de pace iutam. firm. vbi Iacob. de Beluis. Bald. Aluar. & Afflict. & vlla iuriſdictio quantumuis minima, niſi ab eo mediatè, vel immediatè haberi poteſt, Afflict. in cap. 1. not. 1. quis dicatur Dux, idē Reg. Conſ. Merlin. cap. 13. quę tripliciter concedi ſolet, in officium nempè, ſiuè adminiſtrationem Officialem creando, & iſta ſemper cumulatiuè cōceſſa cenſetur, l. 1. vbi Bart. C. de offic. Præf. Vrb. Bald. in l. 1. verſ. extra quęritur ff. de offic. Conſul. & poſt Angel. Ancharan. Dec. & alios D. Reg. de Curte in diuerſ. iur. ſeud. cap. 10. num. 8. & iſta eſt, quæ ad Principis nutum reuocare permittitur, idem de Curte loco præcitato, & locum haber concluſio per Dominum meum Conſ. Merlinum tradita, quod non eſt in caſu noſtro. Secunda eſt illa, quæ antiquitus in Capitaniā, ſiue gubernium temporale, vel ad certos gradus, vel in perpetuum cōceditur, & nihil prorſus differt à cōceſſione in dominiū, nam idē ſunt, ita notabiliter D. de Curte præcit. cap. 3. n. 16. par. 7. de qua loquitur text. in cap. 1. de ſeud. Guard. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. cap. 2. nu. 59. ꝙ probatur, nam ſicuti habens in dominium Magiſtratus creat, emolumenta percipit, ſucceſſores habet, & ſingulares, & vniuerſales, eamque pro ſe, & hæredibus detinet, ita & habens in Capitaniam, & gubernium perpetuum pro ſe, & hæredibus. Conceditur Tertio in vtile dominium, vt noſtris temporibus vtimur gratuito, vel pretio, & tunc vtroque caſu abdicatiuè, & priuatiuè conceſſa ſemper intelligitur, etiam ſi in inueſtitura nō diceretur, vt ſpecificè in hac noſtra continetur, Abb. in cap. cęterum, col. 3. vbi etiā Dec. de iud. vbi conceſſo Caſtro cum iuriſdictione, ſemper priuatiuè, & abdicatiuè, & quo ad ipsū Principem concedentē, & quoad eius Officiales cenſetur cōceſſa, ita ꝙ nemo alius quam conceſſionarius illam exercere poterit, idem Abb. in cap. ex tenore, de ſoro compet. Frecc. de ſubfeud. author. 9. Anna allegat. 44. D. de Franch. deciſ. 370. & 500. ſequitur idem de Curte præcit. 1. tom. num. 9. & 2. part. cap. 3. num. 17. fol. 95. & nec emolumentorum perceptionem impedire, nec in vaſalli conceſſionarij pręiudicium gratiam facere permittitur, Theſſaur. deciſ. 266. nu. 4. vnde ſequitur, prouiſiones illas pro iſta vice tantum procedatur in M.C. niſi maxima vrgente publica vtilitate fieri non poſſe, & eſſe contra pactū, & promiſſionem, & iuris diſpoſitionem non valere, nam etſi Princeps ſit legibus ſolutus, ſuis tamen contractibus contrauenire non permittitur, poſt Dec. conſ. 528. num. 6. & conſ. 600. Loffred. conſ. 38. in fine, Foller. ſuper Conſtit. Non ſine grandi, nu. 14. idem de Curte tàm cap. 1. quàm cap. 3. num. 18. & ſeq. par. 2. Grammat. deciſ. 30. nu. 11. Theſſaur. deciſ. 131. & poſt Schrad. Cancer. & Roſental. latè Maſtrill. loco præcitato, num. 46. & ſeq. ob quod Secundo dum poſt Regem Carolum non aſſecuratione vaſallorum, ſed inueſtitura conceſſio probatur, ad illam vti legem eſt recurrendum, & in qualibet controuerſia illius verba ſunt attendenda, cap. 1. §. ſin autem, & §. hoc etiam notandum, de ijs, qui ſeud. dar. poſſ. quæ feudi naturam demonſtrat, poſt Frecc. de form. inueſt. lib. 3. idem de Curte par. 1. num. 64. fol. 37. dum in feudis certa regula propter pactorum diuerſitatem dari non poſſit, Andr. in cap. 1. de duob. frat. Spec. in tit. de ſeud. Schrad. de ſeud. part. 1. cap. 5. Intrigl. cent. 1. quæſt. 10. idem de Curte cap. 11. num. 34. & ſeq. part. 1. priuilegiorum tenor eſt inſpiciendus, & ſeruādus, D. de Franch. deciſ. 166. num. 4. cuius verba ſunt: Ex nunc ſeparando prius ſupradictum Caſale Paniſcoculi à iuriſdictione huius Ciuitatis Neapol. etiam reſpectu Monterij maioris pro venatione, & Cauallitij maioris, & paleæ, & à quolibet onere, & ſeruitute aſportādi ligna ad Regium Palatium ex conuentione ſic habita, ſtante ſolutione integri pretij ad maiorē ſummam, qua fuerunt alia Caſalia alienata liberè, & abſque pacto de retrouendendo, vendidit, & alienauit, & ſub verbo, ſignanter cum banco iuſtitiæ, & cognitione primarum, & ſecundarum cauſarum ciuilium, criminalium, & mixtarum, etiam in perſonas, & homines dicti Caſalis, territorio, & diſtrictu tàm habitantes, & habitaturos in eo, quàm originarios priuatiuè, & abdicando eos à qualibet alia iuriſdictione, & foro, ita quod nullo modo poſſint cogi in prima, & ſecunda inſtantia, & à nullo alio Tribunale, etiam à M.C.V. & alijs ſupremis Tribunalibus, etiam ſi delicta eſſent talia, de quibus ſola M.C. recognoſcit, etiam contra viduas, pupillos, Eccleſiaſticas, & alias perſonas miſerabiles, derogando expreſsè dictus Excell. Dominus Vicerex dicto nomine auctoritate dominica, vt ſupra diſpoſitioni l. vnic. C. quando Imper. mero, mixtoq; imperio, & gladij poteſtate, quatuor literis arbitrarijs, poteſtate componendi delicta, pœnaſque commutandi de corporali in pecuniarias, illaſque remittendi in toto, vel in parte, ſatisfacto prius parti læſæ, prouentibus, & emolumentis dictæ iuriſdictionis, & cū officio Magiſtri actorum prædictarum iuriſdictionum, iuriſdictione Portulaniæ, ponderum, & menſurarum, ac illarū prouentibus, & emolumentis, & integro ſtatu, ac cauſis prædictis pendētibus, & non diffinitiuè deciſis in ipſa M.C.V.

& alibi. Nihilominus dictus Excell. Dominus Vicerex quo ſupra nomine, dictæ Regiæ Curiæ in dicto Caſali reſeruans niſi ius exigendi tertiariam Regiæ Curiæ competentem pro venditione vini ad minutum, & onere feudalis ſeruitij, ſiuè adhoa pro ſumma ducatorum trium ex conuentione, omniaq; alia bona,& iura voluit, quod intelligãtur,& ſint vendita dicto Doctori, ſaluo,&c.& alibi. alienauit, & titulo venditionis, & alienationis prędictæ per anulum Regium,vt moris eſt,iure proprio,& in perpetuũ dedit,&c.dicto Doctori,ſaluo præſenti,& acceptanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore legitimè deſcendẽtibus natis iam, & in antea naſcituris vtriuſque ſexus,& pro omnibus,& quibuſcũque vocaris de iure Conſtitutionũ, Capitulorũ,& Gratiarũ huic fideliſſimę Ciuitati, & Regno conceſſarũ in feudum tantum, & ſub cõtingenti feudali ſeruitio, ſiue adhoa Regiæ Curiæ debendis toties,quoties,& quãdo feudale ſeruitium, ſiue adhoa per Regiam Curiam in hoc Regno Baronibus feudatarijs generaliter indigetur ſub ſeruitio, & adhoa prædictis pro ſumma annua ducatorum triũ ſupra dictum Caſale Paniſcoculi,poſitum in pertinẽtijs, & territorio huius Ciuitatis Neapolis cum eius diſtrictu, & territorio juxta fines appoſitos, eiuſque vaſallos, vaſallorumq; redditibus,rendentibus, angarijs,& perangarijs,feudis,ſubfeudis quaternaris,& non quaternaris,nobilibus,& ruſticis, planis,& de tabula, redditibus,& cenſibus quibuſcunque, maſſarijs,iardenis,hortis,oliuetis,furnis,montaneis,vineis,arbuſtis,terris cultis,& incultis, ſeruitutibus,& iuribus ſeruitutum,territorijs, tenimentis, communitatibus, vſibus, iuribus platearum, nemoribus, glandaticis,herbatijs, paſcuis,pratis,querqueris,caſtanetis, fidis,diffidis, franchitijs, immunitatibus, honoribus, priuilegijs, gratijs, aquis, aquarumq; decurſibus, fluminibus,paludibus,pãtanis, fontibus, molendinis, balcherijs,battenderijs, lacubus, riuis,piſcationibus,ferris,venationibus,bonis vacantibus, morticijs,defenſis, foreſtis, montibus, planis, vallibus, campicijs, iuribus patronatus Eccleſiarum,& iuribus præſentandi in eis,ſi qui,vel ſi quæ, aut ſi qua ex prædictis ſunt, & ad prædictã Regiam Curiam ſpectãt, & pertinent,& non aliter,nec alio modo,&c, ex qua quidem inueſtitura infraſcripta deſumuntur, Paniſcoculũ totaliter à iuriſdictione Neap. ſeparatum ſpeciali priuilegio cum iuriſdictione cõceſſum Baroni tàm in primis, quàm in ſecundis cauſis abdicatiuè, & priuatiuè ab omnibus, & quibuſcunque Officialibus,& præſertim à M.C.V. Monterio maiori, Maiordomo Regalis Palatij, Caualleririo maiori, cum cognitione ponderum, & menſurarum, Portulania, & omnibus iuribus,& iuriſdictionibus,nihil ſibi reſeruatis,niſi tantum venditionem vini ad minutum. Vnde ſequitur,quod facta conceſſione aliquorum iuriũ particularium, etiam quod ſint de regalibus, & in generali conceſſione non venirent, ad text.in cap.1, quæ ſint regal. comprehenduntur tamen non expreſſa etiam verbis generalibus expreſſis ſimilia, ita Paul.de Caſtro conſil.63.volum.1,Roman.conſ.27.D.Reg.Lanar, conſ.34.num.5. nam conceſſis omnibus iuriſdictionibus per dictionem vniuerſalem, vti genus conceſſæ intelliguntur, & merum, & mixtum imperium, ac omnimodam comprehendit iuriſdictionem, & omne,quod Rex in re conceſſa, & reſpectu ipſius habet, Gloſ.& Scribentes in l.1.ff.de iuriſd.omn.Iud. & vniuerſalis in conceſſionarium transfertur, ita notabiliter Card. Pariſ.conſ.9. num.4.& ſeq. volum.1. & etiam illa, quæ ſpecialem requirit conceſſionem, Gloſ. in clem. vnic. verbo omnimoda, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Abb.& Felin. in cap.conqueſtus, de foro compet. ea enim, quæ ſpecialem notam merentur, in generali conceſſione, & obligatione veniunt, quando verba ſunt geminata, & prægnantia, vt in caſu noſtro, Gloſ. eſt in l. Baliſta, verſic. quaſi ſpecialiter, & in l.fideicommiſſum, verbo ſpecialiter ff.ad Trebell. ſi enim Excellentiſſimus D. Prorex attento tam magno pretio tam liberaliter concedendo eſt elargitus,propria commoditate non modo Regem inuictiſſimum, verum ſe ipſum priuando, & nihil reſeruando reſpectu dictorum vaſallorum, niſi venditionem vini,non eſt certè vnde dubitari poſſit,cognitionem tam leuem de delictis in territorio Neapol. ſibi iure ſpeciali, vt prætendirur competentem, quod iure merito negatur reſeruaſſe, quibus accedant illa verba,nihil dictus Excellẽtiſſimus Dominus,&c. & ibi,omniaque alia iura voluit, quod intelligantur, & ſint vendita, Facta enim conceſſione aliquorũ regalium, prout ſunt ius ponderum,& menſurarum, & Portulaniæ, ac ſeruitia prædicta, ſequuta poſtea generali conceſſione cum dicta dictione,nihil,cætera omnia, quæ ſpecialem requirunt mentionem, ac ſi ſpecialiter fuiſſent expreſſa veniunt, cap.ſedes,de reſcript.& cap.ad agendum,de procur. l.fin.§.cui dulcia ff.de vino,trit.& oleo leg. l.ſi fugitiui, C.de ſeru.fugit. iuncta gloſ.in verbo alia pœna,nam exceptio eſt de regula,l.nam quod liquidè, de pœn. leg. l. & cum domibus, cod.tit.& l.quæſitũ,§.idem reſpondit,de fund. inſt.& inſt.leg.idẽ Lanar.pręcit.conſ.34.lim.3. Bammac. in repet.ſi de feud.def. quæſt.15. nu. 167.idem Pariſ.conſ.9.num.11.vol.1.& ſic dubitari non poteſt, Principem à ſe ipſo talem poteſtatem eximiſſe, tum verbis generalibus, tum ſpeciali priuilegio,dum nihil ſibi reſeruauit,eo magis dum ſequitur inueſtitura verbis clariſſimis, idem enixè demonſtrans cum declaratione, quod per dictam deſcriptionem corporum particularium, nullum intelligatur fieri præiudicium generali venditioni omnium,& quorumcunque bonorum,introituũ, & iuriſdictionum ad dictam Regiam Curiã ſpectantium, & competentium, ſeù quæ ſpectare,& competere poſſent in dicto Caſali,& duo tantum requiſita reſeruauit,quod illi vaſalli, ſuper quibus exercenda erit iuriſdictio, ſint vel originarij,vel habitantes, & quod de cætero nullum poſſit fieri dubium,quominus

cogni-

Digitized by Google

cognitio permittatur, & dicere, quod per ſeparationem Panicoculenſes amiſerunt priuilegium, & amplius Neapolitanos non haberi, ſed vt cęteros vaſallos Regni, contradicit tex. in l. vnic. C. de Metrop. Berit. lib. 10. erāt enim in Prouincia Feniceę duæ Ciuitates, Tirus, & Berito, quarum Tirus erat Metropolis, mandauit Imperator iuſtis de cauſis, quod diuideretur, & Berito ſimiliter ſit Metropolis, conqueritur Tirus de ſeparatione, & titulo, reſpōdet Imperator, nihil de iure ſuo derogetur, ſit illa Prouincia mater, dictio enim illa, nihil, vniuerſalis eſt, negatiuam, & omnimodā importat excluſionem, Card. Tuſc. concluſ. 316. num. 2. lit. D. ob quod remanet Tiro ſicut ante ſeparationem, & omnia in eodem ſtatu, ac ſi ſeparatio facta non fuiſſet, per quem text. omnes vno ore in diuiſione Caſalium Ciuitatis Neapol. ſic tenuere, & iuriſdictionis cognitio, & exercitium tantum à M.C. ſeparatur, vnde Caſalinenſes, & cæteri Neapolitani gaudent priuilegio, quod extractare à conuicinio honeſtatum perſonatum non teneantur, eſto ꝙ eſſent quoad dictam iuriſdictionem ſeparati, D. de Franch. deciſ. 316. nec etiam ex proceſſu informatiuo torquentur, vt ſic fuit practicatū cum Turri Octaui, Caſale Mileti, & alijs deciſ. 143. Moſſeſ. ſuper conſuetud. tit. de perſon. part. 2. quæſt. 9. num. 7. idem D. Marchio Belmontis deciſ. Sacr. Conſ. 4. quod idem inueſtituræ verba demonſtrāt, dum dicit, ex nūc ſeparando Caſale pręd ictum à iuriſdictione huius Ciuitatis Neap. & verbum nullum de ſeparatione territorij, & alijs, quæ modo Regius Fiſcus prætendit, quod ſimiliter euidenter oſtenditur ex Reg. Lanar. in repet. cap. 1. de ijs, qui feud. dat. poſſ. nu. 122. verſ. tertio principaliter, vbi concludit, quod ſi Baro cum Regis aſſenſu rem vnitam Caſtro ſegregat, & in feudum concedit, & res illa deſcribitur in cedulario, & quinternionibus R.C. nō per hoc non dicitur vnicum feudum, & territorium, cum illa remanet de per ſe feudum tanquam pars diuiſa, per text. in l. is qui, §. ſi quis partē ff. com. præd. Andr. in cap. 1. verſ. & olim, in princ. de ſucceſſ. feud. vbi tenet, quod res illa prout erat ante conceſſionem remanet, & ſub eadem natura feudi quaternati, & adducit exemplum, quando Caſale ſeparatur, & à Ciuitate eximitur, quod non per hoc eadem nō retinet priuilegia, quæ ante ſeparationem habebat, ad quod allegat Caſtr. conſil. 307. vol. 2. nam ſi feudi natura in vno alteratur, remanet tamen in alijs, prout erat, idem Andr. in cap. 1. §. ſed nec alia iuſtior, num. 35. quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitt. & in cap. 1. §. huius autem generis, num. 12. ex quib. cauſ. feud. amitt. hinc Iacob. Ant. Maur. allegat. 4. num. 11. concludit, per ſeparationem iuriſdictionis Caſalium Inſulæ, & Caſapeſennæ priuatiuè quoad Officiales Auerſæ, aduerſantibus ciuibus, nil fuiſſe detractum, ex l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico, nō enim valet Princeps priuilegio alteri conceſſo per aliud tacitè derogare, non facta ſpecifica derogatione, cap. cum ordine, extra de reſcript. l. decurionibus, C. de ſilent. lib. 12. Gloſ. in c. 1. de conſtit. idem Maur. loc. cit. num. 12. quod corroboratur ex Couar. pract. quæſt. cap. 37. num. 7. verſ. 2. poteſt contingere, vbi ſi vicus à Ciuitate eximitur quoad iuriſdictionem intra certos limites ſpeciatim deſignatos, non per hoc homines vici, & vicus communem territorij vſum, prout ante diuiſionem habebant, amittunt, nam vnicum, & vnitum remanet territorium, & ſic ſępiſſimè in Granatēſi Prætorio fuiſſe deciſum, prout in noſtro Senatu S.C. teſte D. de Franch. deciſ. 22. quo caſu fuit diſceptatum, ſi homines Caſalis Belmōtis pro bonis, quæ poſſident in territorio Ciuitatis Amanteæ, à quo erat diuiſum quoad iuriſdictionem, teneantur cum Amantea contribuere, an cum Caſale vbi habitabāt, & deciditur, quod cum Caſale ex quo etſi territorium non habeat indiuiſum, tamen eſt vnitum, & idem permāſit, & hac ratione D. Marchio Belmontis de Iure Regni, pragmat. 1. num. 20. in 7. declarat. vbi de crim. agi oport. firmando concluſionem dicit, quod quando Caſale Ciuitatis Neap. quoad iuriſdictionem ſeparatur, iuriſdictio in perſonas ipſius conceſſa intelligitur, ex quo vnum, & idem remanet territorium, & ſi diſcipulus ille non vti nepos, ſed tanquam filius merito prædilectus aliter hāc notoriam doctrinam intelligere conetur, non credo, verba tergiuerſari poſſe, nam concluſio prædicta rerum iudicatarum auctoritate eſt etiam fulcita, quarum exempla adducuntur tàm in præcitata allegat. Palmerij vol. 2. compend. deciſ. de Thoro verbo remiſſio Turris Octaui, & Caſalium in perpetuam Capitaniā, & gubernium in territorio Neapolitano delinquentes ad Principem Hoſtiliani, ipſorum Dominum fuiſſe remiſſos, ex quo vnicum eſt territorium, & iuriſdictio & ſi ſit ſeperata, cōpetit conceſſionario inſolidum in qualibet parte, ex Caſtr. conſ. 287. col. 2. verſ. hoc ex eo, vol. 2. in terminis, & ſi in deciſione 43. eiuſdem D. Marchionis perfunctoriè dicatur, quod Princeps in eis habet iuriſdictionem in perſonas, ex quo non habet Turris territoriū, & diſtrictum, num. 6. produxi fidem, & territorium, & diſtrictum habere, & quod concluſio prædicta ſit vera, & realis, legantur exempla S. Ioannis ad Teducium, habet Baro in Caſali eiuſdem noſtræ Ciuitatis iuriſdictionem in vaſallos habitantes, & habitaturos in Turri, & maſſaria, & ſic cum deſcriptione territorij, & nihilominus ſemper quod committunt delicta in Villa, quæ eſt Caſale ſimiliter eiuſdem Ciuitatis, fuerunt per M.C. & S.C. ad Baronem remiſſi, de quibus D. meus Conſil. Merlinus nullam in dictis controuerſijs mētionē fecit, & ſic in dies ſeruatur in Caſalibus Auerſæ cum Caſalibus quoad iuriſdictionem diuiſis, nam vaſalli quoad cognitionem attēduntur, non autem territorium, vnde ſolida remanet concluſio per diuiſionem quoad iuriſdictionem vaſallos Neapolitanos remanſiſſe, ſub exercitio tamen iuriſdictionis conceſſionarij, & territorium omnibus commune remanſiſſe, prout antea, & ſucceſſiuè eidem

Digitized by Google

concesſionario, quocunque delinquerint cognitionem competere, nec dicatur, quæſo, Caſale non habere, niſi quod muretenus continetur, ex Medic. conſ. 149. num. 6. nam quod controuertebatur erat, num in conceſſione facta de iuriſdictione criminali per Ducem Nuceriæ in homines Sirignani comprehenderetur territorium, quod erat alienatum, & à dicto Caſale ſeparatũ, & tenet, quod non, & ſic ad rem noſtram adduci non poſſe, ex prædictis oſtẽditur, & indubitati iuris eſt, qui habet iuriſdictionem, habet territorium, dum iuriſdictio territorio cohæret, vulgata l. pupillus, §. territoriũ, de verb. ſignif. ex Socin. conſ. 181. col. 3. volum. 2. Capyc. deciſ. 27. num. 31. Tuſcus in verbo territorium, concl. 49. nu. 11. quod procedit etiam ſi ſimpliciter Caſtrum concederetur, nam venit & iuriſdictio, & territorium, ſi tamen ante conceſſionem aderãt ex improbati nominis authore, Banimac. ad rit. ſi de feud. defunct. milit. quæſt. 10. in fine, & appellatione pertinentiarum territorium venit, Card. Pariſ. conſ. 9. num. 20. vol. 1. prout diſtrictus appellatione totum continetur territorium, vltra Doctores in præcit. §. territorium, clem. Romani, §. ſanè, vbi Card. quæſt. 5. de elect. Aret. conſ. 77. Felin. in cap. Rodulphus, num. 17. de reſcript. Molpheſ. d. part. 2. de perſon. quæſt. 9. nu. 4. circa vero argumentum ab abſurdo de facili diluitur, tum quia per diuiſionem nihil Panicoculenſibus fuit detractum, tum etiam quia iuxta prædicta ſemper ſic fuit ſeruatum, & nunquam neque dictum, neque ſcriptũ reperimus, vaſallos Caſalium ſic diuiſos hoc prætendiſſe, nec potuiſſe, maxima cum ratione, ſiquidem priuilegiũ Neapolitanis conceſſum in ritu 301. deſcriptum mandat, quod extra Ciuitatem non extrahantur, & ſic ciui Ciuitatem, & ſucceſſiuè Magn. Cur. Vicariæ Iudicem ordinarium eligere permittitur, non autem Caſale, ex quo priuilegium conceſſum eſt loco, & ſic Ciuitati, & ad alterum non extenditur, & Staiban. nullo pacto caſui noſtro applicari poterit, dubitatum enim in eo fuit, num ſeparatio Caſalis Longobardorum à Terra Fluminis frigidi per Marchionem Vallis ſubſiſtere poſſet, & tenet, quod non abſque Regis aſſenſu, & poſtea vti neceſſarius fuit impetratus, Secunda vero concluſio ex clauſula illa abdicatiua, & priuatiua, à quibuſcunque, etiam ab ipſa M. C. enixam Regis voluntatem deſumi dictos originarios, & habitãtes penitus à prædictis cognoſci poſſe præter ab ipſo Barone, quę clauſula ſimilis eſt cauſæ clericali, Capyc. deciſ. 122. num. 6. D. de Franch. deciſ. 183. nu. 5. & deciſ. 417. num. 8. & ſic penitus M. C. cum eis ſe intromittere valet, Capyc. deciſ. 9. nu. 15. Grammat. deciſ. 30. num. 8. quod peritiſſimus Dominus meus Conſ. Merlinus non negat cap. 99. & ſic quocunque vaſalli deliquerint, ipſorum cognitio ad ipſum conceſſionarium tantum ſpectat, ex Felin. Rom. & Dec. nu. 22. & non datur præuentio, D. de Franch. deciſ. 142. & 722. Afflict. deciſ. 41. Grammat. deciſ. 30. Foller. verbo audiantur excuſatores, nu. 160. & licet huic motiuo reſpõdere conetur, quod non per hoc caſum noſtrum comprehendit, dum iure ſpeciali Principi cognitio competit, & niſi ſpecialiter expreſſerit, non venit, nu. 25. fuit tamen luce clarius demonſtratum in cõceſſione, ſeù inueſtitura hoc, de quo diſceptatur iuris diſpoſitione comprehenſum, & ſucceſſiuè reſponſionem Regij Fiſci non ſubſiſtere, quod eadem inueſtitura demonſtrat ex conceſſione cauſarum prædictarum pendentium, vt diximus, nec dicatur, quæſo, cõceſſionem eſſe intelligendam, prout ius intelligit, & quod per hoc non comprehendantur delicta ante, & extra Caſale commiſſa, & in territorio Neapolitano, vt ad præſens Regius Fiſcus dicit, nam priuilegij verba hoc non patiuntur, & iuriſdictio tempore delicti nõ modo non erat ſeparata, verum integra penès ipſam M. C. & ſi Princeps hoc voluiſſet, dixiſſet, dum cœta tantorum eminentiſſimorum virorum omnia iura in ſcrinio pectoris habere præſumitur, maximè ſi vna pars priuilegij per alterã declaretur, l. qui filiabus ff. de leg. 1. Franch. deciſ. 499. num. 7. eo quod generaliter conceſſum, generaliter debet intelligi, idem de Franch. deciſ. 458. nu. 2. & ſic aut iſtud priuilegium eſt clarum, vt re vera eſt, & fundatã habemus intentionem, aut dubium, & contra concedentem eſt interpretandum, & eodem expreſsè idem Princeps mandat, & in iuriſdictionalibus, quod ſic interpretari debeat, per text. in l. fin. ff. de conſt. Princ. D. de Franch. deciſ. 116. num. 8. & dum non diſtinguit, an delicta ſint commiſſa in territorio Neapolis, vel extra, comprehendit territorium Neapolitanum, nam priuilegium contra concedentem latiſſimè eſt interpretandum, in terminis idẽ D. de Franch. deciſ. 129. nu. 4. competit etenim cognitio de delictis prædictis in territorio Neapolitano commiſſis, etiam alia duplici ratione, nam M. C. aut hanc habet cognitionẽ ex cõſuetudine, aut iuris diſpoſitione, & dum Princeps cum eadem dictione, etiam de delictis, de quibus M. C. cognoſcit, iuriſdictionẽ Baroni tribuit, proculdubio & iſta cognitio comprehenditur, eo magis ſub iſta clauſula venit etiam cognitio cognoſcendi de delictis contra Officiales actiuè, & paſſiuè, de qua nõ eſt amplius diſputandũ, D. Marchio Belmontis deciſ. 11. S. C. & tamen iure ſpeciali ex ritu M. C. eſt tributa, ob quod ſuccedit regula, cui conceditur quod eſt maius, conceſſum & videtur quod eſt minus, Auth. multo magis, de ſacroſ. Eccleſ. nec dicatur, quæſo, quod iſta clauſula intelligitur de qualitate delictorum, nam qualitas alteratur, & minuitur vel reſpectu perſonæ, vel reſpectu loci, ad tradita per peritiſſimum Dominum meum Conſ. Merlinum controu. forenſ. cap. 66. cuius cauſæ defenſor in Collat. Conſ. Ego fui, & obtinui, & quoad rem noſtram idẽ eſt. Secunda eſt ratio, quia non cognoſcere de delictis in territorio Neapolitano commiſſis, nulla lege prohibetur, imò eſt cõtra priuilegia omnium Baronum Regni, qui iuriſdictionem cum vaſallis habent, tam ſi adeſt clauſula, de delictis extra

tra

Digitized by Google

tra territorium, quàm ſi non adeſſet, nam ſi iuris communis diſpoſitione debetur, D. de Franch. deciſ. 66. & ante ipſum Couar. pract. quæſt. cap. 11. nu. 6. Rota Lucc. deciſ. 41. nu. 16. Theſſaur. deciſ. 90. & tantum ratione reuerentiæ ob Principis præſentiá in Ciuitate Neap. dubitatur, quæ quidem ratio militat etiam in toto Regno, cui præeſt, l. congruit ff. de offic. Præſ. nec iſta cognitio in tanta magnificentia eſt ponenda, nam videmus intus Ciuitatẽ Magnum Admiratum in facinoroſos merum, & mixtum imperium exercere, ſimiliter Tribunal Artis Serici, & Artis Lanæ, & ſimilium, ſi ijs permittere non dedecet, ex quo cauſam habent à Rege, tanto magis extra Ciuitatem Baronibus, qui pretio tàm magno illam obtinuerunt, & confiteor veritatem, hanc prętenſionem in iure fundatam non vidiſſe, & non ſine cauſa magnus ille Præſ. de Franch. hanc tangendo quæſtionem de delictis intus Ciuitatem, & ſi contrarium ſit de iure non remittere cõſueuiſſe, & de delictis in territorio cogitandum dixit deciſ. 129. & dicere, quod ita fuit iudicatum, Doctori atteſtanti non creditur, ex quo iura interpretandi, non autem de conſuetudine teſtandi data eſt, Dec. conſ. 472. & dum dictus Præſ. in conſuetudine ſe fundat, & ipſam intus Ciuitatem reſtringit, in contrarium eſt ius commune, & maxima cũ ratione, nam diſceptãdo DD. ſi text. in l. ſi quis hoc genus, C. de Epiſc. & cler. quo cauetur, irruentes in Eccleſiam, & miniſtros vti ſacrilegos eſſe puniendos, dictam diſpoſitionem locum non habere, niſi tantum per 30. paſſus in circuitu Eccleſiæ ratione reuerentiæ, & agitur de Diuina Maieſtate, quanto magis in caſu noſtro, D. de Franch. deciſ. 402. & 499. Et dum contrarium iudicatum per decreta M.C. & S.C. oſtenditur diuerſis cauſis hoc controuerſo articulo, non modo conſuetudinem pro Fiſco ſic iudicandi non adeſſe, verum contrarium, quibus decretis in re dubia ſtandũ eſſe, nam ſunt tanquã iuris regulæ punctuales deciſiones, Marzar. de fideic. 2. part. quæſt. 8. in fine, & tanquã caſus legis habẽtur, & ſecundũ eas iudicans tutus eſt conſciẽtia, Magon. deciſ. Florent. 66. num. 21. & ſi malè per Baronis Officiales cauſa terminetur, propè eſt M. C. Tribunal, ob quod obſeruato priuilegio iuſtitiæ cultui nil detrahitur, Principis facultas in conceſſione facta non reſtringitur, ipſiuſque contractus largiſſimè in concedentis beneficium interpretãdus, firmus, & ſtabilis permanet, dixit Andr. in Conſt. Regni, Ea, quę ad decus, & in cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. Afflict. deciſ. 128. num. 10. nam Iudici quanto minus poteſt remiſſionẽ denegare permittitur, nam eſſet ius Baroni tollere, l. fin. ff. de conſt. Gizzarell. in terminis deciſ. 24. num. 10. & non ſic de facili, vt video, deneganda eſt remiſſio, niſi præcedente matura diſcuſſione, & cauſa, nam Baro eſt ſuorum vaſallorũ Iudex ordinarius, Andr. in Conſt. Officiorum periculoſa, & in Conſt. Poſt mortem, & in cap. 1. §. hæreditatẽ, de pace tenenda, ſequitur D. de Ponte de poteſt. Proreg. d. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. . . & ſi exemplo relato per Iudicem Taſſonum de remiſſione cauſæ facta per M. C. & S. C. ad Curiam Caſalucis de delicto commiſſo intus Ciuitatem fuerit reſponſum, quod ea de cauſa fuerat remiſſa, quia etſi furtum Neap. fuerit commiſſum, bona tamen Caſalucis fuerãt reperta, & ſic attenditur magis locus contrectationis, quam furti, ex deciſ. Capyc. 104. Animaduertatur, quæſo, quod illud dicitur iudicatum, quod eſt diſcuſſum, & diſcuſſum eſt illud, quod eſt oppoſitum, Bald. in l. receptitia, C. ſi certum petatur, ſed ſic eſt, quod querelans grauatus à remiſſione per M.C. conceſſa, obtinuit ſupplicationem, in qua dixit, non eſſe locum remiſſioni, ex quo furtum intus Ciuitatem fuerat commiſſum, & ſi de iſto articulo fuit diſceptatum, neceſſario ſequitur, hunc articulum fuiſſe deciſum, nam deciſio Capyc. ſi veram iuriſprudentiam attendimus, non eſt vndequaq; tuta. Oritur iſta deciſio ex Bart. in l. ſi dominum ff. de furt. cui contradixit Bal. conſ. 491. vbi dicit, non eſſe receptam, nec ſeruari, & dubiam eſſe aſſerit Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 20. num. 15. & in cap. 11. pract. quæſt. num. 9. eam iure non probari, nec eſſe admittendam cõfirmat, nam vera iniuria, & propriũ furtum ex illa prima acceptatione iniqua naſcitur, & ſi delictum vlterius procedat, & ſic initium eſſe attendendum, & per hoc eſſe remittendam Iudici loci delicti, vbi Reſpublica fuit offenſa, ſequitur ante ipſum Fulgoſ. conſ. 149. Marcus Mantua, & plures citati à Claro in §. fin. quæſt. 38. num. 15. Boſſ. in tit. de furt. num. 18. & ſic ibi ſeruari, & contra Bart. fuiſſe in ſecunda inſtãtia deciſum, teſtatur Maſtrill. deciſ. 147. num. 5. & ſeq. & initium delicti eſſe attendendum, nõ autem vbi conſummatum, & ſic deciſum defendit more ſolito idem D. Conſil. Merlin. cap. 80. & in fortiori caſu, ob quod neſcio qua ratione modo contra me nata ſit hæc tempeſtas, vnde omni iure cauſas præpictorum, & ſimilium eſſe remittendas ad Curiam Paniſcoculi Baro ſperat die 4. Nouembris 1634. Ioannes Antonius Pariſius.

Subſequitur annotatio manuſcripta ipſius Io. Antonij in dorſo allegationum videlicet. Reſpectu Ioſephi Pragliola cauſa nõ fuit deciſa ob eius ſequutam mortem ante cauſę expeditionem in carceribus eiuſdem M.C. quo verò ad Hieronymum iam obtinui, & fuit remiſſus ad Curiam Paniſcoculi de anno 1637. penès Actuarium Tartaglia. Et ex ijs allegationibus per M. C. fuit remiſſus Matthæus Diacus inquiſitus de homicidio patrato in perſonam Iulij Parola Caſalis Caruizzani in territorio eiuſdẽ Caſalis Caruizzani ad querelam partis die 24. Maij 1636. ad relationem D. Antonij Nauarretæ, penès Actuar. Starace, & per eundem Dominum Merlinum generalem Commiſſarium Campaneæ contra facinoroſos fuit de anno 1635. remiſſus Ciccus, alias Franciſcus Taglialatela inquiſitus de homicidio in perſonã Scipionis Taglialatela commiſſum extra territorium Villæ Paniſcoculi in territorio Neapolitano in ſtrata publica Caſollæ, penès Ioſephum Montefuſcolum, Actuar.

Actuar. Campaneæ, in proceſſu Aloyſij Taglialatela, & ſimiliter per eundem Dominum Merlinum vti generalem Commiſſariũ Campaneæ fuit remiſſus Notarius Andræas della Ruſſa, & ſimiliter remiſſus fuit Gabriel Schinelli ambo inquiſiti de furto noctis tempore cum armis in territorio Frattæ ad Officiales Baronis S. Arpini die 30. Auguſti 1632. acta ſunt penès Franciſcũ de Vrſo Actuariũ Campaneæ, & ex eiſdẽ rationibus obtinui remiſſionem Berardini Marcoſſi ad inſtantiam Baronis S. Ioannis ad Teducium, inquiſiti de homicidio in perſonam Petri Lancellæ, non obſtante quod dictus Berardinus replicabat, ex quo prætẽdebat eſſe Neapolitanum ex priuilegio vti in ea ortũ, & ſucceſſiuè M.C. erat Iudex competens, reuocato decreto M.C. per S. C. ad relationem Reg.Conſ. D.Flaminij de Conſtantio die 3.Martij 1636. penès . . . . . & ſimiliter fuerunt remiſſi ad Baronem Pulucchę Carolus de Simone, & Petrus Franceſe nati in loco nuncupato, *Capo de Chino*, propè Neapol. ob homicidium commiſſum in dicto Caſali Puluere die 10. Ianuarij 1636. ad relationem Reg.Conſil.Franciſci Antonij de Angelis, reuocando decretum M. C. quo fuerat denegata remiſſio in S.C. penès Strinam, & in M.C.V. penès Panzeram. In Dei nomine amen. Philippus Dei gratia Rex, &c. Viſa ſupplicatione appellationis Maieſtati noſtrę, & in noſtro S.C. oblata pro parte Baronis Paniſcoculi appellantis à decreto noſtræ Mag. Cur. Vic. interpoſito ſub die 17. Aprilis præſentis anni 1640. quo fuit prouiſum, quod in cauſa Hieronymi de Auterio inquiſiti de homicidio commiſſo in loco, vbi dicitur, *lo Ponte de Fundo de Fratta*, prout in Banca Tartagliæ, procedatur in M.C.V. petita remiſſione non obſtante ad Curiam Caſalis Paniſcoculi. Viſa alia ſupplicatione ſimiliter Maieſtati nrę oblata pro parte Regij Fiſci Patroni dictæ noſtræ M.C.V. petentis confirmationem decreti prędicti, quarum tenor talis eſt videlicet. S.R.M. viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtrã diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſentẽtiamus, decernimus, & declaramus, benè fuiſſe, & eſſe appellatum ad M. noſtram, noſtrumque S.C. pro parte prædicti Baronis Caſalis Paniſcoculi, & proinde cauſam dicti Hieronymi de Auterio, vt ſupra inquiſiti, remittendã eſſe, & remitti debere, prout ipſam præſenti noſtra diffinitiua ſententia remittimus vna cum actis ad Curiã prædicti Baronis Paniſcoculi, ex cauſis, &c. hanc eandem, &c. D. Flaminius Conſtantius. Die vltimo Maij 1640. Neap. præſens ſententia lecta lata, & publicata fuit in Aula S.C. aſſidentibus ibidem pro Tribunali Magnificis Didaco Salinas, D.Flaminio Conſtantio cauſæ relatore, D.Thoma de Carleual, & D. Franciſco Sauio Regijs Cõſiliar. ac Scipione Salituro Fiſci Patrono, & alijs teſtibus in numero opportuno, & conſueto, Iacobus Figliola Actor. Magiſt. Ac etiam fuit remiſſus ad Curiam prædictam Vitus Antonius de Marino eius vaſallus inquiſitus de homicidio in perſonã Angeli de Martino ciuis Neapolitani, ad querelam Neapolitani, ad relationem dicti Reg.Conſil. de Conſtantio, confirmando decretum M.C. à quo quęrulans, & Fiſcus appellauerant die 26. Ianuarij 1636. penès eundẽ Panſeram, in S.C. penès Figliolam, in quibus proceſſibus alia ſunt producta conſimilia exẽpla, ex clauſula priuatiua, & abdicatiua, in priuilegijs cõrenta, tum quia in perſonas vaſallorum priuilegium erat conceſſum, tum quia in eo dicebatur, & ſi quocunque deliquerint, ad Baronem, & eius Officiales ſpectat cognitio, & nõ habet locũ regula, quod Neapolitani trahunt, & non trahuntur, ex quo omnes ſunt Neapolitani, & vnico gaudent priuilegio, & ſic conquaſſantur priuilegia, & remanent ſub diſpoſitione iuris communis, & ſic actor ſequitur forum rei, ex traditis per Afflict. in Conſtitut. Statuimus, num.7. D. de Franch. deciſ. 188. & Palmerium allegat. prædicta per dictum Thorum verbo remiſſio, part. 2. ex qua quidem clauſula priuatiua, & abdicatiua idem Dominus Merlinus vti generalis Cõmiſſarius Campaneæ remiſit cauſam ad Curiam Vagli Antonij Gilij, & aliorum ſociorum inquiſitorum de armatione per Campaneam, homicidijs, & ſcaramuccia cũ hominibus Regiæ Curiæ 17. Iunij 1636. penès eundem Monteſuſcolum, ex quo, vt diximus, ceſſat diſpoſitio d.l. nullũ, C. de teſt. hæc ille. alia exempla traduntur infra eodem verbo remiſſio.

Remiſſio alicuius Baronis delinquentis in Terra alterius Baronis petentis illam concedi an debeat, vel decidenda in M.C. de hac altercatione ſatis, ſuperq; tractatũ fuit ſupra in verbo Baro, ſed quia cum iterum contingiſſet in eadem M.C. in alio caſu pro Regio Fiſco in cauſa Petri Antonij Cardone Baronis Terræ Prignani cum Barone Terræ Agropoli, & in iure pro Fiſco ſequentia allegauit Scipio Saliturus V.I.D. Iudex Magnæ Curiæ in vtraque Aula ciuili, & inde criminali, qui Fiſci partes tuendo de ordine Suæ Excellentiæ interuenit, addendo rationes rationibus placuit eiuſdem allegationes inſerere, quæ ſunt videlicet. Barones vaſallorum habentes iuriſdictionem ciuilem, & criminalem inter Regios Officiales, ſeù Magiſtratus continentur, Maſtrill. de magiſtrat. in prælud. tom. 1. num. 54. quinimò dicuntur Regij Conſiliarij, idem Maſtrill. tomo 2. lib. 4. cap. 2. num. 61. & cap. 13. num. 13. & 56. & cap. 17. num. 19. 20. & 22. nuncupantur etiam perſonæ illuſtres, & ſpectabiles, eodem cap. 2. num. 56. & 57. atq; dicuntur habere dignitatem Regalem, eod. cap. 2. num. 3. & ſeq. dicuntur etiam Regis Vicarij, Regijque Officiales perpetui, Bouadill. poſt multos in Polit. lib. 2. cap. 16. num. 9. & 19. & ex prerogatiua dominij vaſallorum non citantur ſine Regio mandato, cum non ſit alius Iudex, coram quo poſſint conueniri, Auendan. de exequend. mandat. part. 1. cap. 11. num. 4. tantuſq; inter cæteras prærogatiuas Baronibus conſeruatur honor, vt non niſi per alios Barones, ſiuè criminaliter, ſiuè ciuiliter conuenti iudicentur, ex Conſt. Federici Imperatoris, incip.

Vt vni-

Digitized by Google

Vt vniuerſis, & licet Gloſ. in verbo mulieribus putauerit, huiuſmodi ſpeciales Iudices fuiſſe datos, quoties quæſtio eſſet ſuper feudo, vel rebus feudalibus, cæteras vero criminales, & ciuiles queſtiones pertinere ad Iudices ordinarios, facilè tamen Glo. interpretatio reijcitur ex verbis eiuſdem Conſtitutionis, ibi eorum iudicia ſibi inuicē reſeruamus videlicet, vt prædicti criminaliter accuſati, vel etiam conuēti ciuiliter, non niſi per Comites, & Barones, &c. vnde merito à Gloſ. recedunt ibi Andr. in princ. & Afflict. num. 8. & 9. etiam per Capit. Caroli Secundi, incip. Item ſtatuimus, quod ſi Comites, in ordine apud Camp. 113. ibi, & ipſorum cauſæ qualeſcunque fuerint, quod Capitulū, vt aduertit Sebaſt. Neap. in princ. commenti emanauit ad declarationem dictæ Conſtitut. Vt vniuerſis, ſed mutatis temporibus abſque Parium interuētu cauſæ criminales Baronum tractantur in M.C.V. cauſarum criminalium, ciuiles verò in M.C. cauſarum ciuilium, vt ſcripſit D.Reg.Tapia in Annotat. ad d.Conſtit. in princ. vnde hodie M. C. eſt Iudex competens Baronum, vt poſt Frecc. notat Capiblanc. de Baron. ſuper rubr. num. 19. Eaque eſt M.C.V. iuriſdictio in Barones, ſiuè ciuiliter, ſiuè criminaliter conuentos, vt priuatiuè illam exerceat reſpectu cuiuſuis alterius Iudicis ordinarij, & quod iſta fuerit mens Federici Imperatoris in illa Conſtit. Vt vniuerſis, patet in illis verbis ſupra citatis, iudicia ſibi inuicem reſeruamus, voluit enim Baronum cauſas ſeparare, & iuriſdictionem priuatiuè concedere, inhibendo ordinarijs Iudicibus, nè de illis cognoſcere, vel iudicare poſſint, quod ex Bald. & alijs probat Menoch. lib. 2. præſumpr. 18. num. 12. accedunt clariora verba eiuſdem Conſtitut. ibi, nonniſi per Comites, & Barones, illa namque dictio taxatiua iuriſdictionem à quocunque Ordinario adimit, & priuatiuè concedit, idem Menoch. in eadem præſumpt. 18. num. 13. poſt Angel. & alios, confert iuriſdictionem eſſe ſeparatam, & conceſſam in certum genus perſonarum, & hic alter eſt caſus, in quo priuatiuè collata eſt iuriſdictio, Capyc. in deciſ. 9. limit. 6. Præſ. de Franch. aſſerens indubitatum deciſ. 417. num. 7. denique iuriſdictio quoties certo Iudici confertur, fauore perſonarum priuatiuè intelligitur conceſſa quoad Ordinarium, Menoch. vbi ſup. num. 17. & 18. quod autem iuriſdictio in Barones Paribus fuerit reſeruata, ad prærogatiuam, & honorem Baronum, idē Federicus Imperator aſſerit in principio Conſtit. Ibi, vt honor debitus integrè conſeruetur, quare bene ſcripſit Auditor Petra ad Gramm. in deciſ. 60. num. 34. ordinarios Iudices non poſſe recognoſcere Barones, cum ſit prohibitum per Federicum in allegata Conſtitut. & per Carolum Secundum in citato cap. 113. & iuxta mentem Andr. & Affl. neque aliud ſenſit Capiblanc. de Baron. pragm. 12. num. 6. in illis verbis, licet quoad criminalitatem detur remiſſio ad M. C. quæ ſola de ipſis cognoſcit, ergo priuatiuè quoad alios Iudices, & quatenus ſubdit, ſed non priuatiuè ad Ordinarium loci, voluit ſaluare dec. Cap. 59. quam citauerat nu. 3. ea vero Capyc. deciſio quatenus denegauit Baroni Neapolitano auocationem cauſæ à Regia Audientia Calabriæ ad M. C. in nihilo aduerſatur, ibi enim vaſallus Regiā Audientiam adijt proponēdo grauamen ſpolij, & iniuſtæ deiectionis à poſſeſſione rerum ſuarum de ordine, & mediante decreto Capitanei illius Baronis, idem Capiblanc. in citata pragm. 12. nu. 4. fatetur, Baronem delinquentem in Terra non ſua, remittendū eſſe Mag. Cur. licet Iudex delicti præueniſſet, ex Franc. Marc. deciſ. 218. part. 2. qui nihil probat, ſed doctrina eſt vera, eamque defendit Caſſan. D.Reg.Tapia in comment. Conſt. Regni Magiſter Iuſtitiarius, in fin. in 2. lib. Iuris Regni, loquens de Officiali Regio delinquente in Terra Baronis, vt remittatur maiori Iudici, ita vt Baro, eiuſque Iudex ratione delicti etiam commiſſi extra officium, capiat tantum Officialem Regium delinquentem, & poſtea remittat, dum cognitio illius criminis ad Regē pertinet, quod aduertit Auend. de exeq. mandat. Reg. part. 1. cap. 11. num. 9. & poſt Auend. laudat Bouadill. in ſua polit. lib. 2. cap. 21. vſq; ad nu. 127. & ex his defendi poſſunt decreta M.C. & S.C. apud Thorum in compend. p. 2. in verbo Baro exterę nationis, & in verbo ſequenti, fol. 37. 38. & 39. & ſi Barones illi, qui inſtabant pro remiſſione cauſarum contra Baronem delinquentē in Terra Domini ſui, & alterum conuentum in loco originis, plura deduxiſſent fauore Iudicis delicti, & originis, ſed præualuit forus M. C. quæ ſpecialem habet pręeminentiam in Barones, cæteroſq; Regni Magnates priuatiuè quoad omnes alios Iudices, hoc tanto magis abſque hæſitatione aliqua procedit reſpectu Baronis, qui graue ſcelus patrauit in Terra alterius Domini, in qua conductionis titulo iuriſdictionem tenebat, & iura dominicalia exercebat. Nouiter viſus Dom. I.C. Andræas Capanus pluribus medijs eandem probat ſententiam, receptam in ſupremis Regni Prętorijs, Baronē priuatiuè in criminalibus, & ciuilibus cauſis ſubeſſe iudicio M.C. vt in tract. de iure adhoæ, quæſt. 47. per totam, accedit nouiſſimè D.Reg. Tapia in 6. tom. Iuris Regni, tit. 23. quē ſcripſit vbi Comites, & Barones debeant conueniri, vbi inſerta Conſtit. Regni, incip. Vt vniuerſis nouam addit annotationem, fol. 260. aſſerens in principio, hodie cauſarum criminalium M.C.V. cognoſcit de cauſis omnium Baronū, Comitum, & aliorum Titulatorum, Gloſ. etiā vltima in d.Conſtit. allegat text. in l. quoties, §. adeo, C. vbi Senat. vel Clariſſ. & perquam illuſtres perſonæ coram Principe tantum, vel ſacro cognitore, ſcilicet à Principe delegato accuſantur, conſultoq; ipſo Principe puniuntur, adeo vt leges Regni requirentes iudiciū Parium in cognoſcendis cauſis Baronum ſiue criminalium, ſiuè ciuilium, quod poſtea fuit immutatum remanente iuriſdictione in illos ſolæ M.C. originem duxit ex iure communi Romano, vidēdus idem D.Reg.Tapia in ritu M.C. 46. lib. 2. Iuris Regni fol. 268. inde etiam

proceſ.

Digitized by Google

proceſſit, vt Baronibus minoribus ſolus Rex de Balio prouideat, vt in Conſt. Regni, In aliquibus, ver. ſiue maiores, vbi Iſern. & in Conſt. Minoribus, vbi elegans gloſ. in verb. minor, & in Conſt. Regni tit. 17. de Balio feudatario minori dando, eo quod ſolus Rex poteſtatẽ exercet in perſonas Baronum, vt in dictis Iuribus Regni, & per Doctores ſupra allegatos, idque obſeruat Bouad. in polit. lib. 2. cap. 26. nu. 207. & 226. idque referens ſtatutum per leges Hiſpaniæ non obſtat, Barones habere iuriſdictionẽ infeudatã contra quoſcunq; delinquentes in eorum territorijs, & ratione delicti præferri cæteris Iudicibus, quia in generali inueſtitura, & conceſſione iuriſdictionis non fuit conceſſa iuriſdictio contra alios Barones, Comites, & Dominos vaſallorum, quæ erat reſeruata penès Regem, & communicata M. C. V. vt in Conſt. Regni, Capitaneorũ, & in Ritu M. C. 46. vbi Carauit. & D. Reg. Tapia, iuxta notata per eundem Carau. in ritu 49. num. 15. & ſeq. minus obſtat, Baronem delinquentem in territorio alterius Baronis per reatum ipſo iure fuiſſe priuatum priuilegio exemptionis. Primò, quia leges tum Romanæ, tum etiam Regni reſeruant ſoli Regi, eiuſque Delegato iuriſdictionem in Barones delinquentes, & accuſatos pro criminibus, & exceſſibus, vt in citatis iuribus. Secundò, quia per reatum priuatur quis priuilegio, quãdo deliquit cõtra ſuum priuilegium per abuſum, cap. vt priuilegia, extra de priuileg. Surd. in puncto in conſ. 47. num. 33. Tertiò, tunc Baro delinquendo priuatur dignitate, prærogatiua, & exemptione Baronibus conceſſis, quando crimen eſt tale, pro quo inducta eſt priuatio feudi, & Baronis, ſecus tamẽ quando non eſt tale, Surd. in puncto de Barone, qui commiſit homicidium in territorio alterius Baronis, quod non poſſit cognoſci per Iudicem delicti, ſed per ſupremũ Principem in citato conſil. 47. nu. 31. & ſeq. vbi reſpondet l. 1. C. vbi Senat. vel Clariſſ. neque obſtat, Baronẽ delinquendo in territorio alterius Baronis ſe ſubmiſiſſe illius iuriſdictioni, licet par ſit æqualis, ex Caſtr. in l. eſt receptum, nu. 3 ff. de iuriſd. omn. Iud. vbi etiã Socin. nu. 6. allegat Gloſ. in l. apud eum ff. de manumiſſ. Primò, cum huiuſmodi doctrina non ſit vera, confunditur enim per text. in l. Labeo ait, §. tractemus, & l. ſeq. ff. de recept. arb. & in puncto contrarium docuit Bart. in l. inter tutores, in fin. ff. de adminiſtr. tutor. quod prius docuit Gulielm de Cuneo in l. vlt. ff. de rer. diuiſ. & ſequutus eſt Bald. in cap. 1. in fin. qual. deb. iur. vaſall. domin. fidel. & hæc eſt cõmunis opinio, vt Surd. aſſerit in d. conſ. 47. nu. 29. per ea, quæ ſcripſit in eod. conſ. nu. 10. & ſeq. Secundò, etiã ſi velit expreſſè ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius Baronis, non poteſt in præiudiciũ Regis, & ſupremi Principis, cui eſt reſeruata iuriſdictio, & ſuprema poteſtas in Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones habentes feuda, & vaſallos cum iuriſdictione, vt benè probat Surd. in d. conſ. 47. n. 20. & ſeq. quẽ laudat Anton. Sola in Conſt. Sabaud. in tit. de tribun. compet. gloſ. 10. n. 7. & 8. fol. 398. argumentũ de Epiſcopo delinquente in Diœceſi alterius Epiſcopi confunditur per Sot. in 4. ſent. diſt. 22. art. 2. col. 2. poſt alios Doctores, quorum opinio fuit canonizata per S. C. Tridẽt. in ſeſſ. 24. cap. 5. de reformat. vt aduertit Ill. Epiſc. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 211. in fine, & Barboſ. de pot. Epiſc. allegat. 112. in princ. Scipio Salitutus pro Fiſco. Die 22. Septembris 1637. facta relatione per Reg. Conſiliar. D. Annibalem Moles, interuenientibus D. Regente Ioanne Franciſco Sanfelicio, Ioanne Baptiſta de Stephano, D. Antonin Nauarrete, & Reg. Conſil. D. Ferdinando Muñoz, fuit deciſum, quod cauſa remaneat in M. C. V. His addendus eſt Ritus M. C. 46. vbi expreſsè hoc cauetur, vt ipſi Barones ſint ſubiecti eidem M. C. & ibi Carau. num. 16. verſ. ſed hodie iſte Ritus ſolum ſeruatur quoad Barones, qui omnes ſubſunt ipſi M. C. & ciuiliter, & criminaliter ibi citantur, conueniuntur, & carcerantur, hæc ille.

Remiſſio vaſalli alicuius Baronis iuriſdictionem habentis ſuper Caſale Ciuitatis Neapolitanæ in feudum conceſſo, & conſequenter in vaſallos ibi exiſtentes, ſi contingerit extra dictũ Caſale delinquere, hoc eſt in alijs conſimilibus Caſalibus, & per M. C. captus, an erit concedenda, de quo etiã fuit latiſſimè ſupra eodem verbo remiſſio pertractatum, vbi aliquæ fuerunt adductæ deciſiones, & eum fuiſſet per M. C. denegata remiſſio, & per S. C. conceſſa per alias rationes adductas, cõgruit ob nouitatem caſus iura Baronis Paniſcoculi Io. Antonij Pariſij I. C. benemeriti tranſcribere, quæ ſunt videlicet. Dum Notarius Stephanus de Auterio accederet Neap. è Villa Paniſcoculi eius Patria, in Hoſtaria Capimontis fuit pro aſportatione zuffionis ad carceres M. C. aſportatus, comparuit Baro dictæ Villæ, & ad eius Officiales remitti petijt; fuit tamen referente Domino Muñotio per M. C. prouiſum, quod cauſa remaneat: Primò, quia fuit conceſſa iuriſdictio cũ territorio, & diſtrictu, & ſic territorio cohęret, & ſi non habet, cohæret ſaltim diſtrictui, qui murotenus circumſcribitur. Secundò, quia ſi extenderetur ad alia loca, Proregis poteſtas læderetur, quod non eſt ferendum, & ſicut delinquens intus Ciuitatem non remittitur, ſic & in ipſius Caſalibus. Tertiò, quia eſſet prætendere iuriſdictionẽ extra territorium abſque ſpeciale priuilegio, & tandem quia M. C. præuenit in captura. Sed ijs non obſtantibus contrarium in gradu appellationis eſſe iudicandum ſpero ex inueſtituræ verbis, ad quam tanquam ad legem ſemper recurritur, cap. 1. §. ſin autem, & §. hoc etiam notandum, de ijs, qui feud. dar. poſſ. Frecc. de ſubfeud. tit. de forma inueſt. Schrad. de feud. part. 1. cap. 5. Intrigl. centur. 1. quæſt. 10. D. de Curte part. 1. cap. 11. num. 34. & ſeq. D. de Franch. deciſ. 166. num. 1. & quoad Primum volens D. Prorex Catholicæ Maieſtatis nomine Caſale prædictum eiuſdem conſenſu alienare, ijs verbis emptorem de eo inueſtiuit, & nunc ſeparando prius ſupradictum Caſale Paniſcoculi à iuriſdictione huius Ciuitatis Neapol. abſque pacto de retrouendendo vendidit, & alienauit Caſale prædictum cum Banco Iuſtitiæ, cognitione primarum, & ſecundarum cauſarum, ciuilium, criminalium, & mixtarum etiam in perſonas, & homines dicti Caſalis, territorio, & diſtrictu tàm habitantes, & habitatores in eo, quàm originarios priuatiuè, & abdicando eos à qualibet alia iuriſdictione, & foro, ita

quod

quod nullo modo poſſint cogi in prima,& ſecunda inſtantia à nullo alio Tribunali, etiam à M.C. & alijs ſupremis Tribunalibus,etiam ſi delicta eſſent talia, de quibus ſola M.C. recognoſcit. Ex qua quidem inueſtitura deſumitur primò, iuriſdictionem tantum fuiſſe ſeparatam à Ciuitate Neapol. non autem territorium,& abdicatam ab ipſa M.C.etiam priuando à cognitione dictorum vaſallorum,ita quod Excellentiſſimus D. Prorex aliud facere noluit, niſi tantum iuriſdictionē quam, M. C. ipſa habebat ante conceſſionem, ſeù inueſtitutam Baroni concedere,& per hoc ex dicta diuiſione,& conceſſione non dicitur diuiſum territorium, ſed remanet, prout erat inſolidū, ita pūctualiter Caſtr. conſ.187. num.3. vbi dicit,quod iuriſdictio cohæret territorio, l.final. C.vbi,& apud quem, l.pupillus, §.territorium ff. de verb.ſignif. & facta ſeparatione pro rata inſolidum, remanet penès conceſſionarium, qualibet ipſius territorij particula , ſicuti ſeruitus diuiſo fundo remanet inſolidum apud quamlibet eius partem, ff. de ſeru. ruſt. præd. l.viam conſtituit, §.fin. & l.ſi partem, & quæcunq; pars retinet nomen totius,hinc D.Reg. Lanar.in repet. cap.1.de ijs, qui feud.dar.poſſ. nu.122.verſ.tertio principaliter ex Andr.concludit, quod ſi Baro cum Regis aſſenſu terra Caſtro vnitam ſegregat , & in feudum concedit , & res illa deſcribitur in cedulario, & quinternionibus Regiæ Cameræ, nō per hoc dicitur vnicum feudum, & territorium cum illa re diuiſa, & ſegregata, per text. in l.is qui, §.ſi quis partem ff.commun.præd.qua ratione retinet illud Caſale eadē priuilegia, quæ ante ſeparationem habebat,ita Andr.in cap.1.§.ſed nec alia iuſtior,num.35. quæ ſit prim.cauſ.benefic.amitt. quod alia punctuali doctrina fulcitur,Couarr.pract.quæſt. cap.37.num.7. verſ. ſecundo potius contingere, vbi ſi Vicus à Ciuitate eximitur quoad iuriſdictionem intra certos limites ſpeciatim deſignatos, non per hoc homines Vici, & Vicus cōmune territorium, prout ante diuiſionem habebant amittunt, ex quo vnicum, & finitum remanet territorium inſolidum,& ſic ſepiſſimè in Granatenſi Prætorio deciſum, vt eodē in caſu D. de Franch. deciſ. 22.tenet, Caſale Belmontis Ciuitatis Amanteæ quoad iuriſdictionem diuiſum habere vnum,& idem territorium,vt ante diuiſionē,qua ratione,ijs tamen non citatis D. Marchio Belmontis in pragmat.1. num.20. vbi de ctim. agi oport. in 3.declarat. præcitatā firmando concluſionem dicit, quod quando Caſale Ciuitatis Neapol. ſeparatur quoad iuriſdictionem, ex quo vnum, & idem remanet territorium, iuriſdictio in perſonas conceſſa intelligitur, quod etiā apertis verbis fuit conceſſum ibi etiam in perſonas ipſorū,quæ quidem dictio,etiam,caſum auget,& præcedentē extendit,& ampliat, l.2.C.de teſtam. Surd.deciſ.8.num.11. Menoch.conſ.331.nu.7.& conſ. 336. num.17. Franch. deciſ.567.num.1.tom.1. ob quod oſtenditur,iuriſdictionem non territorio, & diſtrictu circumſcriptam, verum vt iuris quocunque deliquerint remittatur, Minad.deciſ.18.vbi conciuis noſter Monac.ibid. addens, ſequitur D.de Franch.deciſ.458.nu.3. D.Marchio Belmontis loco præcitato, Anna conſ.107.num.14.& 15. alias verba nil operarentur, ad tex.in l. ſi quando ff.de leg.1. quod alia etiam ratione corroboratur, nam conceſſa iuriſdictione , intelligitur conceſſum territorium,ex quo territorio,vt diximus,cohęret, d.l.pupillus, §.territorium,Socin.conſ.181.colum.3.vol.2. Capyc. deciſ.17.num.31. D.meus Pariſ.conſ.9.nu.20.vol.1.vbi pertinentiarum appellatione territorium venit , prout diſtrictus appellatione totum continetur,vltra Doctores in d. §. territorium, in clem. Romani, §.ſanè, vbi Card.quæſt.5.de elect. Aretin.conſil.77. Felin.in cap.Rodulphus,num.17.de reſcript. Molfeſ. part.2. de perſon.quæſt.9.nu.4. & ſic expreſſio non reſtringit,quod idem Dominus Prorex declarauit expreſſis verbis , ibi cum declaratione , quod per dictā deſcriptionem corporum particularium nullum intelligatur fieri præiudicium generali venditioni omnium, & quorumcunque bonorum, introituum, & iuriſdictionum ad dictam Regiā Curiam ſpectantium, & competentium , ſeù quæ ſpectare , & competere poſſent in dicto Caſali,nihil ſibi reſeruans,niſi venditionem vini ad minutum , vnde clarè patet , ſi veras iuris concluſiones attendamus, nam primum aſſumptum veridicis Doctorum dictis aduerſatur , & nullo pacto ſubſiſtere poteſt. Secundum vero, quod ex tali conceſſione noo modo Excellentiſſimus Dominus Prorex dictos vaſallos à quolibet alio foro exemit, verum à ſe ipſo, & ab ipſa Magn.Cur. & ſic conſideratio tàm delicata, quod læderetur ex conceſſione Princeps ipſe , non ſubſiſtit, dum expreſſis verbis voluit,declarauit,& mādauit,quod luce clarius etiam oſtēditur, dum vaſallos etiam ademit à Monterio maiore , & à Maiordomo ipſius Regij Palatij,& Cauallerițio maiore,& ſi oppoſitio illa ſubſiſteret,maiori ratione non eſſet etiam permittenda cognitio Officialibus Admiratię,Artis Lanę,Serici,& alijs intus Ciuitatem ipſam exercentibus, qui minori priuilegio,illam vbi vere Dominus Prorex reſidet,exercēt,& ſi permittitur illud , quod eſt maius , tanto magis quod eſt minus, Auth.multo magis,C.de ſacroſ.Eccleſ. Secundò , quia nulla lege prohibetur, poſſe Barones de delictis intus Ciuitatem per vaſallos patratis cognoſcere,imò hoc prętendere, eſſet contra priuilegia, tàm ſi in priuilegio adſit clauſula,de delictis extra territorium, quàm ſi non, ex qua iuris communis diſpoſitione iuriſdictionem habenti competit, Couar. pract.quæſt.cap.11. num.6. Rota Lucenſ. deciſ.41.nu.16.& ſic deciſum refert Theſſ. deciſ.90. D.de Franch.deciſ.67. & tantum ratione teuetentiæ intus Ciuitatem ob Principis præſentiam dubitatur, idem de Franch. deciſ. 129. quæ ſi eſſet de iure vera, militaret etiam in toto Regno,cui præeſt, l.congruit ff.de offic.Præſ.& tamen,vt diximus,contrarium ſeruati videmus in Curia Admirariæ, Artis Serici,Lanæ,& ſimilibus. Accedat prædictis,nam conclu-

concluſio fundata per DD. in l. ſi quis in hoc
genus, C. de Epiſc. & cler. qua cauetur, irruen-
tes in Eccleſiam, & ipſius miniſtros vti ſacri-
legos eſſe puniendos, & diſpoſitionē non poſ-
ſe extēdi extra Eccleſiam, niſi tantum per tri-
ginta paſſus ratione reuerentię, quæ maior eſt
illa, quæ debetur Principi laico, D. de Franch.
deciſ. 402. & 499. ergo, &c. Nec dicatur, quæ-
ſo, hoc eſſe conſuetudine inductum de deli-
ctis intus Ciuitatem, & ſic in cōtrarium eſſet
ius commune, ex quo Fiſco contradicēte fue-
runt per M.C. & S.C, remiſſæ cauſæ ad Curiā
Caſalucis de delicto commiſſo intus Ciuita-
tē, teſtatur Iudex Taſſon. ſuper prag. de ante-
fato, obſeru. 4. verſ. tertio, num. 66. cui exemplo
volens Conſ. Merlin. iterum articulum con-
trouertere in controuerſ. 99. & 100. dicit, ea
ratione cauſam fuiſſe remiſſam, quia furtum
fuerat Neap. commiſſum, & bona fuerunt ad
dictum Caſale Caſalucis aſportata, ob quod
locus ille attenditur ex Capyc. deciſ. 104. nam
lecta ſupplicatione appellationis à decreto
M. C. qua querulans dicit, debere cauſam re-
manere, ex quo delictum intus Ciuitatem, pa-
ret, articulum remiſſionis ſimpliciter fuiſſe de-
ciſum, quod eſt diſcuſſum, Bald. in l. receptitia,
C. ſi certum petatur. Secundo non obſtat re-
ſponſio Domini Merlini, quia deciſio præci-
tata Capyc. non eſt vndique tuta, quæ oritur
ex doctrina Bart. in l. ſi dominium ff. de furtis,
quæ improbatur à Bald. conſil. 491. vbi dixit,
Bart. doctrinam non eſſe receptam, nec ſerua-
ri, & dubiam eſſe aſſerit Couar. variar. reſolut.
cap. 20. num. 15. lib. 2. & cap. 11. pract. quæſt.
num. 9. & eam iure non probari, nec eſſe ad-
mittendam confirmat, ex quo furtum naſci-
tur Neap. & ſic initium, non autem finis at-
tenditur, & per hoc Reipublicæ offenſæ co-
gnitio ſpectat, Fulgoſ. conſ. 149. vol. 2. Clar. in
praxi crim. quæſt. 38. §. fin. num. 13. Boſſ. in tit.
de furtis, num. 18. & ſic ibi ſeruari, & contra
Bart. fuiſſe terminatum, teſtatur Maſtrill. de-
ciſ. 147. num. 5. cuius opinionis forſan non
recordatus eſt, ſequitur idem D. Merlin. con-
trouerſ. 80. vbi ſimiliter ſic deciſum, & ijs con-
ueniunt adducta per Thorum in voto 93. à
num. 9. ad finem, vbi hanc opinionem ſub-
ſtinet declarando deciſ. Capycij ſupra rela-
tam, ita quod in dies remittuntur cauſæ ad
Officiales Sancti Ioannis ad Teducium, &
ad Turrim, dictā, *del Greco*, & nihilominus de-
licta committuntur in territorio Neapolita-
no, prout eodē Domino Muñotio referente,
fuit per M. C. V. ad Officiales Paniſcoculi re-
miſſus Ferdinandus de Auterio eius vaſallus
inquiſitus etiam de aſportatione cultri, captus
intus Ciuitatem, & referente D. Nauarrete
fuit remiſſus Matthæus Bianco inquiſitus de
homicidio in Caſali Caruizzani, & ſunt infi-
nita exēpla, & cum Caſalibus Ciuitatis Neap.
Ciuitatis Auerſæ, & præſertim Iuliani, quæ
conſuetudinem inducunt, l. 1. vbi Gloſ. C. quæ
ſit longa conſuetudo, ob quod hanc habuit
priuilegium à principio interpretationem, &
in hac poſſeſſione reperitur Baro per binas
iudicaturas in caſu proprio, & miror certè de
hoc decreto M. C. dum non modo competit
Baroni remiſſio ex iuribus, & rationibus vt
ſupra adductis, & deciſis, verum alia incon-
uincibili ratione mandauit D. Prorex, quod
remittantur Baroni omnes cauſæ non deci-
ſæ, & pendentes contra eius vaſallos, & habi-
tantes de delictis commiſſis ante venditionē,
& ſeparationem Caſalis, etiam mediantibus
prouiſionibus Regiæ Cameræ, & proculdu-
bio tunc temporis vnitum erat territorium,
& vnica iuriſdictio, nulla facta diſtinctione
diſtrictus, ob quod clarè ſequitur, hanc ha-
buiſſe mentem concedendi in futurum in to-
to territorio, & ſic vna pars priuilegij quando
eſſet dubia, vt non eſt, ſed clara, ab alia inter-
pretationem recipit, l. qui filiabus ff. de leg. 2.
D. de Franch. deciſ. 499. nu. 7. quo verò ad ter-
tium dupliciter ſuperioribus dictis fuit reſpō-
ſum, territorium Neapolitanum non fuiſſe,
nec eſſe diuiſum, ſed tantum iuriſdictionis
exercitium, & verba illa, cum territorio, & di-
ſtrictu, iuris diſpoſitione non circūſcribi loco,
ſed inſolidum Caſalibus cum Ciuitate eſſe
commune, Caſtr. Couar. Andr. Lanar. & alijs
ſupra citatis. Secundò, poſſe Baronem eſto
quod in priuilegio non adeſſet poteſtas co-
gnoſcendi de delictis extra territorium, iuris
diſpoſitione cognoſcere, ex Couar. Theſſaur.
& D. de Franch. & ſic pluries deciſum. Tertio
iuriſdictionem fuiſſe in perſonas conceſſam
tàm de iure, quàm etiam verbis eiuſdem pri-
uilegij, ita quod loco non circumſcribitur, &
tantum eſſe vaſallos, vel habitantes in Caſali
ſufficit Baroni oſtēdere, eo magis dum Caſale
eſt propè M. C. ad quā de facili in caſu graua-
minis vaſalli recurrere poſſunt. Circa vero vl-
timū, in quo forſan M.C. ſe fundauit, fatendū
erit aperto iure, nec etiam ſubſiſtere ſtantibus
clauſulis abdicatiua, & priuatiua à M. C. &
quolibet alio foro, quæ totaliter adimit pote-
ſtatem cognoſcendi de delictis dictorum va-
ſallorum, ita quod eſt Iudex penitùs incompe-
tens ſicuti Clericorum, cui aſſimilatur, Capyc.
deciſ. 22. num. 6. de Franch. deciſ. 186. nu. 5. &
deciſ. 417. num. 8. & cum eis ſe intromittere
non valet, idē Capyc. deciſ. 9. nu. 15. Grammat.
deciſ. 30. num. 8. quo caſu de præuētione nul-
la eſt habenda ratio, idem de Franch. dec. 142.
& 722. poſt Affl. deciſ. 41. Grammat. d. deciſ. 30.
Follet. in verbo audiātur excuſatores, nu. 160.
quod extenditur etiam ſi ſpeciali priuilegio
M. C. cognitio competeret, vel quacunque
alia prærogatiua, vt in caſu noſtro, Cæſ. Barz.
deciſ. Bonon. 15. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex
defect. iuriſd. nu. 51. Surd. conſ. 56. Capiblanc.
latè in pragmat. 8. cap. 35. part. 2. num. 8. & ſeq.
eſtque ratio, quia non eſt in poteſtate vaſallo-
rum, Baronem ſua iuriſdictione priuari actu,
vel conſenſu, & M.C. ex incompetentia habe-
tur vt perſona priuata, & habet locum, etiam
ſi M. C. aures fuiſſent offenſæ, poſt Couarr.
pract. quæſt. cap. 18. Theſſaur. dec. 266. Peguera
deciſ. 60. idem de Franch. dec. 722. Anna con-
ſil. 107. idem Capiblanc. vbi ſupra, & præten-
dere ex dictis D. Conſ. Merlini controuerſ. 99.
cognoſcere de delictis in Caſalibus eſſe de

refer-

Digitized by Google

reſeruatis Principi, & per hoc vti regalia non venire, niſi ſpeciali conceſſione, alias ſundaui ſubſiſtere, ex quo regalia ſunt enumerata in cap. 1. quæ ſint regal. & iſta nec verbis, nec Doctorum interpretatione comprehēduntur. Secundò, quia etſi locum haberet, dum in priuilegio ſunt cōceſſa iura Portulaniæ, ponderum, & menſurarum, quæ regalia ſunt, in generali conceſſione cętera omnia etiam verbis generalibus veniunt, ſi ſunt ſimilia, Caſt. conſil. 63. vol. 1. Roman. conſ. 27. D. Lanar. optimè conſ. 34. num. 5. omninò videndus, maximè ſi verba ſunt vniuerſalia, geminata, & adſit clauſula, nihil ſibi reſeruans, vt in caſu noſtro, quo omnia Principi cōpetentia ad conceſſionariū tranſeunt, Gloſ. eſt notab. in auth. de defenſor. Ciuit. §. ius iurandi, verbo iuriſdictio, eadem Gloſ. & Doctores in l. 1. ff. de iuriſd. omn. Iud. & etiam illa iuriſdictio, quæ ſpecialem requirit conceſſionē, Gloſ. in clem. vnic. verb. omni modo, de cauſ. poſſeſſ. & propr. Abb. & Felin. in cap. conquęſtus, de foro compet. & tandem aut cognitio iſta ad M.C. ſpectat de iure, aut de conſuetudine, & vtroque caſu in conceſſionarium tranſit, dum dato, & non conceſſo, quod conſuetudine competeret, dum priuilegium eſt poſt conſuetudinem quæſitum, conſuetudini derogatū cenſetur, Caſtill. pluribus citatis deciſ. 248. nu. 2. & 3. & ſi aliter voluiſſet Princeps, expreſſiſſet, non expreſſit, ergo pro conceſſionario interpretandum, l. final. ff. de conſtit. Princ. D. de Franch. deciſ. 116. num. 8. & deciſ. 129. num. 4. vnde in Baronis fauorem eſſe iudicandum ſpero, nam denegare Baroni remiſſionem eſt ius tollere, l. fin. ff. de conſt. Princ. vt benè animaduertit Conſil. Gizzarell. deciſ. 24. num. 10. etenim Baro ex cauſa maximè oneroſa eſt Iudex competens vaſallorum, poſt Andr. D. de Ponte de prouiſ. fieri ſolit. §. 1. nu... die 16. Decembris 1637. Io. Antonius Pariſius. Quibus allegationibus viſis, & benè diſcuſſis tàm per doctiſſimos, & eruditiſſimos Dominos Conſiliarios plena Aula, quam per D. Iulium Maſtrillum integerrimum Fiſci Patronum, nunc Reg. Conſiliar. duabus ſeſſionibus fuit, vt infraſcripta ſententia pronunciatum. In Dei nomine, Amen. Philippus Dei gratia Rex, &c. Viſa ſupplicatione appellationis Maieſtati Noſtræ in noſtro S.C. exhibita, & præſentata pro parte Baronis Paniſcoculi appellantis à decreto lato per Mag. Cur. Vic. ſub die 15. Decembris 1637. per quod fuit prouiſum, quod procedatur in M.C.V. in cauſa Stephani de Auterio inquiſiti de aſportatione armorum prohibitorum capti intus Tabernam quondam Spectab. Reg. Rouiti, vt ex actis in Banca Sportelli, non obſtante remiſſione petita ad Curiam Paniſcoculi reſpectu dicti Stephani, cuius tenor talis eſt videlicet, S.R.M. viſis denique videndis per hanc noſtram diffinitiuam ſententiā dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, benè fuiſſe, & eſſe ad Maieſtatem noſtram, noſtrumq; S.R.C. pro parte Baronis Paniſcoculi appellatum à decreto vt ſupra relato, & proinde cauſam ſupradicti Stephani de Auterio vt ſupra inquiſiti remittendam eſſe, & remitti, prout ipſam præſenti noſtra diffinitiua ſententia remittimus ad Curiam Paniſcoculi vna cum actis, taliter decretum Magn. Cur. Vicariæ reformantes, hanc eandem, &c. Don Thomas de Carleual. regiſtrata die 20. Februarij 1638. in regeſtro Mag. Secretarij S.R.C. lecta, lata, & publicata fuit præſens diffinitiua ſententia in Aula S.R.C. corā Mag. V.I.DD. Regijs Conſiliarijs Didaco Salinas, D. Thoma de Carleual cauſæ Cōmiſſario, & Relatore, D. Flaminio de Cōſtantio, Thoma de Franchis, & Franciſco Antonio de Angelis, cum interuentu Magnif. Iulij Maſtrilli Fiſci Patroni, alijſque perſonis in numero copioſo. Datum Neapol. die 20. Februarij 1638. Michael Carbonus Actor. Mag. eiuſdem S.C.

Remiſſio vaſalli degentis in aliquo Caſali Ciuitatis in feudum conceſſo alicui Baroni, & inquiſiti de offēſionibus factis alicui Ciui Neapolitano petita à M.C. per eundem Baronem habentem ampliſſima priuilegia, an erit concedenda, dum ipſi ciues Neapolitani vigore eorū priuilegiorū trahunt, & nō trahuntur, ex facti ſerie percipiebatur, per M.C. fuiſſe carceratū Ioſephū Maiſtrū Caſalis Paniſcoculi inquiſitū de ictu ſcopicti, & homicidio in perſonam Ianuarij Brancatij, & vulnere in perſonam Io. Baptiſtæ Brancatij, pro quo expoſtulabatur remiſſio per Baronem illius ad eius Officiales, quanquam ex parte Fiſci replicaretur, nullatenus eſſe concedendā. Primò, quia offenſi erant Neapolitani, qui trahunt, & nō trahuntur. Secundò, quia ipſa M.C.V. præuenerat in captura. Tertiò, quia delictum ſucceſſerat in Caſali Iuliani extra territorium Neapolitanū, ſed replicabatur ex parte ipſius Baronis, qui infraſcripta in facto, & in iure allegauit, non obſtare primam obiectionem in facto, quia non aderat inſtantia aliqua, neque pars quærulans, vt eligiſſet M.C. & priuilegium, ſeù beneficiū non confertur in inuitum, & de iure quia ex priuilegio fuit ſeparata iuriſdictio Caſalis à M. C. & conceſſa Baroni, & ſic cognitio illa, quæ erat in M.C. fuit in Baronem collata, de omnibus delictis per vaſallos commiſſis, fuit ſecundo ſeparata iuriſdictio, ex quo abdicatiuè, & priuatiuè à M. C. & quocunque foro, & Tribunali fuit conceſſa, quæ clauſula reddunt M.C. penitus incompetentem, ac ſi eſſent Clerici, cui clauſulæ aſſimilantur, Capyc. deciſ. 122. nu. 6. D. de Franch. deciſ. 183. num. 3. deciſ. 417. num. 4. & deciſ. 727. ita quod cum dictis vaſallis penitus ſe intromittere valet, idem Capyc. deciſ. 9. nu. 15. Grammat. deciſ. 30. nu. 8. idem de Franch. deciſ. 142. & 722. Anna conſ. 107. poſt Foller. in verb. audiantur excuſatores, num. 160. & prætendere, Neapolitanos Neapoli ortos; vel priuilegio declaratos, vel notorios non teneri proſequi iudicium in Curia Paniſcoculi eſt cōtra iuris regulas, ex quo priuilegium, quod Neapolitani trahant, & non trahantur, fuit conceſſum abſque vlla diſtinctione tàm Ciuitati, quàm Caſalibus, vt in Ritu M.C. 301.

N & quod

& quod priuilegium eſt vnicum, & æquale, maxima eſt incōtrouerſa, & indubitata, quod non eſt maior ratio in vno, quam in alio, & per hoc conquaſſantur, & remanēt æquè priuilegiati ſub diſpoſitione iuris communis, & alter alteri potior non eſt, Afflict. in Conſtit. Statuimus, num. 7. D. de Franch. deciſ. 188. ob quod tenetur actor ſequi forum rei, vt pluries fuiſſe deciſum teſtatur Palmer. in allegat. pro Ill. Principe Hoſtiliani relata per D. Thorum part. 2. compend. deciſ. verb. remiſſio, circa medium, fol. 585. vt ita nō ſemel abſque difficultate obtinui pro Alexandro Brancatio Barone Miani, & Mianellæ in cauſa ciuili, in Aula D. Sanſelicis, ad relationem Iudicis Donati Coppulæ, & in cauſa criminali pro Barone S. Ioannis ad Teducium die 3. Martij 1636. ad relationem Reg. Conſ. D. Flaminij Conſtantij, vbi fuit remiſſus Berardinus Marcoſſi dicti Caſalis inquiſitus de homicidio, non obſtante quod per Regiam Cameram fuerat Neapolitanus declaratus cum priuilegio, & reuocatum decretum Magn. Cur. per quod fuerat denegata remiſſio, & die 26. Ianuarij 1636. pro D. Fabritio Sanfelice Barone Poluechæ ad relationem eiuſdem Dñi Commiſſarij per Sacr. Conſil. contradicente quærulante, fuit confirmatum decretum Magn. Cor. & remiſſus Vitus Antonius de Marino eius vaſallus inquiſitus de homicidio in perſonam Io. Angeli de Marino ſimiliter Neapolitani, vt in Banca Panzeræ. Hinc videmus, Caſalenſes Neapolitanos gaudere omnibus priuilegijs, quibus cæteri Neapolitani orti gaudēt, quod non torqueantur ex proceſſu informatiuo, D. de Franch. deciſ. 143. quod non poſſint expelli à conuicinio, idem deciſ. 316. Ill. Marchio Belmontis deciſ. 4. Sacr. Conſ. & vulgatum dictum, quod trahant, & non trahantur, procedit quoad cæteros non Neapolitanos. Quo verò ad ſecundum, ſtantibus dictis clauſulis non modo non haber locum præuentio, & nullius eſt effectus, verum nec tacitè, nec expreſsè poterit vaſallus Baroni præiudicare, idem de Franch. deciſ. 142. & 722. poſt Afflict. deciſ. 41. idem Grammat. deciſ. 30. & Foller. loco citato, quod ampliatur, etiam ſi cognitio competeret quocunque priuilegio, vel prerogatiua M. C. Cęſar Barz. deciſ. Bonon. 15. Vantius de nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. nu. 51. Capiblanc. latè in pragmat. 8. cap. 37. part. 2. num. 8. & ſeq. etiam ſi Magn. Cur. aures eſſent offenſæ, Couarr. pract. quæſt. cap. 10. & ſic deciſum pluries refert Theſſ. deciſ. 266. idem de Franch. præcit. deciſ. 722. Circa tertium, & ſi in priuilegio non adeſſet clauſula, quod poſſit cognoſcere etiam de delictis extra territoriū, adhuc de iure cognitio competit, quod hodiè eſt indubitatum poſt Couarr. pract. qq. cap. 11. nu. 6. Rota Lucenſ. dec. 41. nu. 56. & pluries deciſum Theſſaur. deciſ. 90. & in Sacr. Conſil. D. de Franch. deciſ. 66. eo magis, quod iſta oppoſitio eſt iuris tertij non excluſiua iuris agētis, dum alter Baronum compareт, non omittendo, iuriſdictionem fuiſſe etiam in perſonas conceſſam, vt in priuilegio, quę ſemper in Caſali eſſe præſumitur, D. Marchio Belmontis in pragmat. 1. vbi de crim. agi oport. in 7. declar. vnde quocunque delinquant, ſunt remittendi, D. de Franch. deciſ. 458. num. 3. Anna conſ. 107. num. 14. & 15. & per hoc etiam non obſtare oppoſitionem fortè faciendam, quod ex quo plures fuerunt in homicidio ratione cōnexitatis, non eſt locus remiſſioni, ad text. in l. nulli, C. de iudic. nam pœna commenſuratur delicto, & quilibet tenetur de eo, quod fecit, & hac in cauſa certi ſunt percuſſores, qui fuerunt ſoriudicati, ob quod proculdubio diuiſa eſt pœna, ad text. in l. item Mela, §. ſed ſi plures ff. ad l. Aquil. cætera ſuppleant Domini Iudicantes die 20. Decembris 1636. Io. Antonius Pariſius. Facta relatione in M. C. V. die 2. Septembris 1638. per Reg. Conſ. D. Ferdinandum Muñoz fuit cauſa remiſſa ad Curiam Paniſcoculi, penès Staracium Act. Mag. Poſtmodum ſuccedente conſimile caſu decidendo in S. C. in cauſa Io. Franciſci Muſceptulæ Regij Conſiliarij meritiſſimi, viri Patritij benemeriti, ac Baronis Mileti, cum ſubſcriptis eius vaſallis fuit promulgata infraſcripta ſententia videlicet. In Dei nomine, Amen. Pateat vniuerſis, & ſingulis, quod Nos Philippus Dei Gratia Rex Caſtellæ, Aragonū, vtriuſque Siciliæ, &c. Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtrę, noſtroq; S. R. C. exhibita, & pręſentata pro parte Mag. D. Baronis Caſalis Mileti contra Regium Fiſcum, & Honophrium Baſile partem quærulantem ciuem Neapolipolitanum talem declaratum per decretum, & priuilegium Regiæ Cameræ Summariæ ſub die 30. Iunij 1633. regiſtratū in dicta Regia Camera in partium 6. fol. 200. in Banca Franciſci Seuerini in atca pro Mag. Secretario appellantis à decreto lato per M. C. V. ſub die 19. Maij 1637. per quod fuit prouiſum, quod cauſa Frāciſci, alias Cicci Cecere, Antonij Ricopi, & Horatij Baſilis inquiſitorum ad quærelam dicti Honuphrij Baſilis de vulneribus cum enſibus appenſatè, cum ictu ſcopicti noctis tempore, inſiſtentia, & alijs, vnitis captura facta, dicti Franciſci Cecere per militē Campaniæ cum armis prohibitis, iniurijs, & minis erga Gubernatorem dicti Caſalis, & cauſa citationis alapis, cum verberibus, & tentata fuga ex carceribus Curiæ Caſalis prædicti procedatur in M. C. V. petita remiſſione non obſtante ad Curiam Mileti, verum reſpectu ſupradicti Franciſci, alias Cicci Cecere pro capitibus 3. & 5. ſi remanebit locus pœnæ, remittatur ad Curiam Caſalis Mileti, vt in Banca Ioelis. Viſis capitibus inquiſitionis formatis in anno 1269. per Commiſſarium Regiæ Cameræ contra Spectabilē Comitem Leſſani tunc Baronem Caſalis Mileti ad inſtantiam Regij Fiſci Regalis Patrimonij ſub die 20. Decembris 8. indictionis, habuiſſe merum, & mixtum in dicto Caſali in criminalibus, & exercuiſſe iuriſdictionem, ponendo pro tempore Capitaneum, & Officiales, carcerādo, & excarcerari faciendo omnes, & ſingulos eius vaſallos, & alios delinquentes in territorio prædicto, & illos puniendo, & puniri facīedo

per

per eius officiales, & quando vaſalli delinquebant in territorio, & pertinentijs dicti Caſalis etiam capti in Ciuitate Neap. per M. C. V. vel Capitaneos, & alios officiales Ciuitatis Neapolis, dictus Baro, & eius anteceſſores eos vendicabant à manibus, & poſſe Vniuerſitatis, M. C. V. & aliorum officialium faciendo eos ad ſe remittere tanquam habentem merum, & mixtum imperium in vaſallis prædictis vna cum decreto dictæ Regiæ Cameræ etiam in cauſa reclamationis, per quæ decretum eſt, Baronem prædictum ſuper prædictis non eſſe moleſtandum ex priuilegio ei conceſſo. Viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, malè fuiſſe, & eſſe iudicatum per ſententiam M.C.V. & benè fuiſſe, & eſſe appellatum ad Maieſtatem noſtram, noſtrumque S. C. pro parte ſupradicti Baronis, & propterea cauſam prænominatorum Inquiſitorum remittendam eſſe, & remitti debere ad Curiam, & officiales Caſalis Mileti, qui in cauſa prædicta procedant, & iuſtitiam faciant, taliter reformantes decretum dictæ noſtræ M. C.V. hanc noſtras, &c. Thomas de Franchis. lecta lata Neap. die 27. Maij 1638. Vincẽtius Borrellus pro Cioffo.

Remiſſio petita per carceratum vigore literarum exequutorialium alicuius Curię Regni cum imploratione brachij M. C. V. an erit facienda ad ipſam Curiam, à qua prodiarunt dictæ literæ exequutoriales expeditæ ab aliquo creditore degente in Ciuitate Neapolitana, non obſtante, quod ipſe litem habebat cum Officiale dictę Curiæ, ex ſerie facti deſumebatur, qualiter ſub die 20. Iunij 1636. fuerunt expeditæ literæ exequutoriales vigore obligationis incuſatæ ad inſtantiam Philippi Imperialis contra Aſcanium Cauallum Terræ Francauillæ per Curiam dictæ Terræ cum imploratione brachij M. C. V. ob quod fuit carceratus in carceribus ipſius M. C. & licet fuiſſet petitum per ipſum carceratum, qualiter cum fuiſſent expeditę literę prædictæ à dicta Curia, ibi debebat remitti carceratus, quare per ipſam M. C. die 16. Martij 1638. fuit dictum, quod præſtita cautione per Aſcanium Cauallum de ſe præſentando in carceribus d. Terræ Francauillæ infra menſem, excarceraretur, nihilominus porrecta ſupplicatione in S. C. vbi aſſerebatur, talẽ remiſſionem fieri non debere. Primò, ex eo, quia Carolus Imperialis erat balius Marchionis, & litem habebat cum dicto Philippo, lis enim eſt cauſa malorum, & corruptionis principium, Carau. in ritu 10. nu. 5. & ſunt cauſa inimicitiarum, vt proſequitur Vinc. Ferar. in tract. de inimicitia §. 18. vbi plura, & ob id inimicitia ad recuſandum Iudicem cauſatur ex lite, quam quis habet cum eodem Iudice tanquam priuato, Marant. in ſpecul. p. 6. rub. de appellat. num. 47. Secundò dicebatur, præfatum Philippum habitare Neapoli, & ex diſpoſitione Ritus 301. trahunt, & non trahuntur, vt ibi legitur, videlicet, quod Ciues noſtræ Ciuitatis Neapolis, & habitantes in ea, & eius diſtrictu non poſſunt vocari, vel ad iudicium trahi ciuiliter, vel criminaliter etiam ex delegatione extra Ciuitatem Neap. &c. Tertiò, quia ex imploratione brachij conceſſi per M. C. literis exequutorialibus fuerat carceratus Neap & in carceribus M. C. cõiectus ipſe debitor, vnde videbatur differendum, an per hoc iuriſdictio reacquiſita videatur ipſi M. C. V. vt ſe intromittere potuiſſet in cauſa carcerati, ſiuè criminaliter, ſiuè ciuiliter, & omiſſa diſputatione illa, ſi carceratio ſit ſimplicis iuriſdictionis, vel meri, aut mixti imperij, de qua per Bart. in §. audient, Auth. de defenſ. Ciuit. num. 2. eſt enim iuriſdictionis, vt probat Hieron. Muſcor. in tract. de iuriſdict. num. 87. ſemper enim Iudex quilibet ordinarius, qui debitores, atque reos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos perſonali poteſt coerctione coercere, eſt competẽs ad citationem realem, ſiuè capturam decernendam ex Bart. in l. Imperium num. 8. Alex. num. 9. Caſtr. nu. 5. Iaſ. nu. 1. 13. & 15. & Caccialup. in tract. de debit. fug. q. 4. num. 1. firmat Iannin. de citat. reali lib. 1. cap. 1. nu. 1. & iuriſdictio coerctionem habet, Franc. Marc. dec. 189. num. 4. tom. 2. ſine qua illuſioni ſubiaceret, Andr. Kninch. in Encyclop. cap. 2. num. 20. & ſic vbi eſt coactio, ibi iuriſdictio eſt, Grat. cap. 169. num. 17. hoc ſanè procederet in ſuo territorio, cui ipſa cohęret, Franc. Marc. dec. 188. num. 5. volum. 2. Cabed. dec. 10. num. 9. par. 2. Kopen. dec. 48. num. 4. par. 1. Surd. conſ. 437. num. 18. volum. 3. Et ita ſe habet, ſicut nebula ſupra padulam, vt inquit Bald. Andr. Kninch. de iure territ. cap. 1. num. 254. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 14. nu. 4. ex Frecc. & alijs notat Capibl. in prag. 8. par. 1. num. 55. de baron. Marta voto 221. num. 10. Adeò quod iuriſdictio quælibet ſuum territorium requirit, idem Franc. Marc. dec. 361. num. 4. tom. 2. Cæterum extra territorium minimè exerceri poterit, idem Franc. Marc. dec. 80. num 1. & dec. 389. num. 6. tom. 1. Surd. deciſ. 197. And. Kninch. in comment. de Saxon. non prouoc. iur. cap. 3. n. 18. Cancer. var. reſolut. tom. 2. cap. 2. num. 231. Griuell. dec. Dolani 32. num. 11. Bortell. de magiſt. edict. lib. 2. cap. 9. num. 3. Manoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 45. nu. 14. Campag in cap. Diu iam, nu. 10. Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. ſub num. 5. niſi fortè de conſenſu expreſſo domini territorij conceſſum erit, ex Schrad. notat And. Kninch. in tract. de iure territ. tit. de iure ſuperior, &c. c. 4. num. 39. Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 2. nu. 236. ſiuè de licentia, Muta dec. 99. num. 11. & 12. alias excederet Muſcatel. in praxi S. C. lib. 2. p. 3. gloſ. ſeruata, num. 53. Hinc in praxi receptum eſt, in Regno fieri literas hortatoriales pro imploratione brachij, Andr. Kninch. eod. tract. cap 3. num. 444. ſiuè requiſitorię, latius Rebuff. in conſtit. Galliæ tom. 2. in tract. de liter. requiſit. nu. 1. Quando ſuperiori, vel pari illarum brachium peteretur, Muſcat. vbi ſup. num. 120. Et cum hoc ordine conceditur brachium in illis ad requiſitionem factam, ad tex. in cap. 1. de offic. iud. ord. cum alijs apud Iul. Cęſ. Gallup. in praxi S.C. p. 3. cap. 2. num. 3. Ex hac enim conceſſione brachij exequutioni demandantur ordinata per alios Iudices exteros in territorio alieno, per illius apparitores, vt docet Rebuff. loco citato ſub nu. 3. Quo fit, vt ob talem conceſſionem brachij, & ſi nõ totaliter iuriſdictio acquiratur, adhuc tamen inſpecta qualitate circa concernentia exequutio-

pis tàm ante conceſſionem, quàm poſtea acquiſita videtur inter pares officiales, ea propter, an Iudex cui mãdatur exequutio poſſit cognoſcere ſuper obiectis contra exequutionem, & ſub diſtinctione procedẽdo, inquit Minſyng. cẽt. 3. obſeru. 69. nã ſi verſatur circa rem, in qua exequutio erit facienda, proculdubio cognoſcendi facultatem haberet, l. à diuo pio §. in venditione, §. ſuper rebus cum ſeq. ff. de re iud. aut circa exceptiones, quæ opponuntur poſt ſententiam, & tunc ſi reſpiciunt merita cauſæ principalis, nequit cognoſcere, vel eas diſcutere, ſed remittere ad priorem Iudicem, l. pen. ff. de confeſſ. at ſi ſolum tangeret exequutionem, nec impugnaret ſentẽtiam; vt ſi obijceretur exceptio incompetentię, & ſimilia, vtiqua cognoſcere non prohiberetur. Cæterum verò ſi eſſent exceptiones directę aduerſus ſententiam impugnantes, vt puta exceptio falſitatis, vel nullitatis, & ſimilium, has audire, & admittere non prohiberetur, nõ tamen ſuper his pronunciare, ſed illas remittere ad ſuos Iudices; cap. de cætero de re iud. l. ſi prætor, §. Marcellus, ff. de iud. conferunt ijs congeſta per Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. p. 3. Gloſ. ſeruata, benè verum eſt, quod ante conceſſionem brachij animaduertendum erit, ſi ritè, & rectè proceſſerint literæ exequutoriales aliàs non concederetur brachium, vt aduertit ibi Muſcat. num. 58. aut ſi notoriè eſſent nullæ, vt ſubdit num. 60. Inter autem diſpares Iudices, ſeù Magiſtratus aliter procedi videtur, nam ſi loquamur de Superioribus Magiſtratibus mandantibus exequi in alienis iuriſdictionibus, tunc nulla brachij conceſſione opus erit, nam Superior non requirit, ſed pręcipit, Rebuff. ibi num. 31. vt ſunt eſequutores S.C. R.C. & M.C.V. ſiuè Regiarum Audientiarum, quæ ſiquidem Tribunalia generalem iuriſdictionem habent, vt ſubdit ibi Muſcat. nu. 54. ad quæ pertinet etiam de omnibus cognoſcere incidentibus, & emergentibus, ſin autem de Officialibus inferioribus petentibus brachium à Superioribus, vt noſtrum erit pertractare, eſt certum, quod omnem iuriſdictionem in Principem populus tranſtulit, Franc. Marc. dec. 187. num. 1. vol. 1. poſtquam à populo primitus omnis iuriſdictio originem duxit Conrad. Pincter. in tract. de iuriſd. cap. 3. num. 1. & apud Principem reſidet, vt ſcabellum pedum ſuorum, ex multis probat And. Knich. ind. tract. Rub. comment. de Saxon. non prouoc. iur. cap. 1. num. 4. quæ quidem iuriſdictio ab ipſo emanat, Fran. Marc. deciſ. 278. num. 2. tom. 1. Cabed. deç. 9. num. 2. deciſ. 15. num. 2. deciſ. 43. num. 2. p. 2. Suarez allegat. 7. num. 8. Hinc aſt, quod iuriſdictio eſt penès Regem, ſicut apud fontem, vnde fluunt, & refluũt omnes iuriſdictiones, Carauit. in ritu 19. num. 6. poſt Affl. in c. vnico, §. Iudices verò de pace iur. firm. num. 10. Mieres in Cõſt. Catal. collat. 2. tit. de offic. Vicar. ſub cap. 42. num. 27. Quapropter in Regno cum fuiſſent à Regibus Aragonum iuriſdictiones Baronibus cõceſſę, vt tradit Borrell. de Magiſt. edict. lib. 1. cap. 12. nu. 26. Quarum exercitium, & adminiſtrationem eorum Magiſtratus habent, idem in d. tract. lib. 1. cap. 1. num. 104. & eorum iuriſdictio non à Barone, ſed à Principe emanat, Maira voto 142, num. 8. Si contingerit ab eis brachium Superiorum Magiſtratuum expoſtulare, certè videtur iuriſdictio ad eius principium reuerti, nam res facilè reuertitur ad ſuam priſtinam naturam, l. ſi vnus, §. quod ſi in ſpecie, ff. de pact. ita iuriſdictio reuertitur ad dominos vti fontes, à quibus fluũt, & refluunt flumina, Gratian. diſceprat. forenſ. cap. 396. num. 20. Eapropter ſi aliquid ſiniſtrum incidens, aut emergens contingerit aduerſus exequutores alienæ iuriſdictionis cum tale brachij conceſſione, aut contra alios delinquentes aduerſus exequutores, certum erit, cognitionem pertinere potius ad concedentem brachium, quam ad Officialem requirentem brachium, quia literæ requiſitoriæ nõ faciunt quem Iudicem, Rebuff. vbi ſup. num. 32. ſed ad concedentem brachium pertinebit, ex quo inuocato brachio fit exequutio nomine Iudicis brachium impartientis, vt inquit Olib. de iure fiſci cap. 15. num. 46. At cum contingiſſet in anno 1628. fuiſſe factam exequutionem ab Alguzerijs Ciuitatis Auerſæ vigore literarum exequutorialium eiuſdẽ Curiæ cum imploratione brachij M.C. & aduerſus eos per debitores fuiſſet facta reſiſtentia, ob quod inquiſiti fuerunt, de quorum remiſſione agebatur, petita per eorum Baronem, fuit per d. M.C. denegata, ſicuti iniuria illata in perſonam exequutoris mei, ſit mihi iniuria, & cõpetit actio ex deciſ. Guid. Papę. 557. notat Caſſan. in Conſuet. Burguid. tit. des iuſtices, §. 7. num. 40. idem erit ſi nomine meo fuerit demandatum, ex regula vulgata, omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur auctoritas, l. 2. §. omnia, C. de vet. iur. enucl. & ita in terminis decidit Morend. cõtrou. iur. tom. 2. lib. 7. cap. 29. expreſſim agens, ſi ſatellites iuſtitiæ alicuius Magiſtratus, dum exequuntur iuſſu ſui Magiſtratus mandata alterius Magiſtratus percuſſi fuęrint, quis efficiatur Iudex huiuſmodi delicti, & concludit, pertinere ad Iudicem, cuius ſunt ſatellites. Quocirca in præmiſſo caſu ipſius Aſcanij cum fuiſſet præuia relatione facta per Aloyſium Vargas Iudicem M.C. in aula Reg. Conſil. Sanfelicij die 13. Aprilis 1638. prouiſum mandando eidem M. C. vt prouideret, quod exhibitis literis eſequutorialibus iterum relationem faceret, Iude exhibitis iterum facta relatione die 6. Maij eiuſdem anni, fuit decretum, quod viſis ſcripturis M. C. iuſtitiam faciat, poſtmodum die 16. eiuſdem menſis per M. C. V. deciſum fuit, viſis ſcripturis nouiter præſentatis carceratus remaneat in M.C.V. ſuſpẽſo decreto lato die 16. Maij 1638. ſicuti ex actis in Banca Lucinæ patet, quod tamen in capto criminali puto, non eſſe admittendum, nam retinere non poteſt Iudex requiſitus captum, vt probat ibi Rebuff. num. 18. niſi cauſa legitima ſubeſſet.

Remiſſio petita per Baronem cauſæ ſui vaſalli inquiſiti in ſua Curia, qui quærelam espoſuit, & ſe examinauerat contra dictum Baronem in informationibus contra eum captis, ob quod reddebatur ſuſpectus; ſubſequuta poſtmodum remiſſione facta per dictum vaſallum in beneficium ipſius Baronis, concedi an debeat, ex nota facti apparebat, Angelillum Cardillum de Ciuitate Muiconi expoſuiſſe quærelam criminalem contra Marchionem dictæ Ciuitatis eius domi-

num,

rum, quam inde remiſerat; Verum quia fuerat inquiſitus in Curia ipſius Dominus, eo quia non dederat notitiam Curiæ, qualiter Titius cõmiſerat, vt emeret certum pannamentum. Vnde præſupponebatur, eſſe recaptum, poſtquam Titius ipſe erat forindicatus, cuius cauſa fuit carceratus, de quo grauatus recurſum habuit ad M.C. quæ illicò mandauit, illum excarcerari ſub cautione de ſe præſentãdo, traſmiſſis etiam actis contra eũ factis. Inde ipſis tranſmiſſis ad ipſam M. C. V. Marchio inſtiterat pro remiſſione dicti vaſalli ad ſuam Curiam vigore ſuorum priuilegiorum, excipiebat Angelillus, dicendo, non potuiſſe cõcedi talem remiſſionem, ſtante inimicitia contracta cum dicto ſuo Domino, contra quem criminalem quærelam expoſuit, ob quod ſuſpectus reddebatur, etenim ſi teſtis in cauſa criminali ſe examinauerit, inimicitia contrahitur, Innocent. in c. cum P. Manconella de accuſat. latius Ferraroct. in tract. de inimic. in §. 52. num. 2. Quanto magis in eo, qui criminalem quærelam expoſuit contra aliquem, ex Auth. ſi teſtis, verſ. Si verò dicatur odioſus, C. de teſtib. cum alijs apud Farin. de indit. & tort. q. 49. num. 24. Propterea ſtãte tali inimicitia Baro ipſe ſuſpectus efficiebatur, poſtquam inimici Officiales poſſunt recuſari vti ſuſpecti, Ferrar. d. trac. §. 66. num. 1. ita quod non ſolum ſe intromittere non poterat in cauſa d. vaſalli, ſed nec etiam illam delegare poterat, Maſtill. de Magiſt. lib. 4. cap. 12. num. 86. allegat Reg. Tapiam in lib. 3. iuris Regni fol. 178. nu. 5. dicentem, ſic practicari etiam in Præſide S. C. pariterque deciſum in Collaterali Conſ. Reg. Rouit. in pragm. 11. de ſuſpir. offic. num. 1. in fine, ſequitur Iudex Taſſon. in pragm. de antefato obſeru. 3. art. 3. num. 113. in medio, & ſimiliter practicari huiuſmodi Capibl. in 2. tomo de Baron. cap. 13. num. 13. & 16. & in pragm. 3. de Baron. num. 166. in vlt. impreſſ. & 168. Inſuper dicebatur, quod ſi benè Baro dicitur Iudex ordinarius ſuorum vaſallorum, non tamen iudicat, ſed Iudex eius officialis iudicat, Marta in voto 142. num. 10. in fine. Ex parte ipſius Baronis dicebatur, nullam amplius adeſſe inimicitiam inter eos, eo quod dictus Angelillus iam remiſerat quærelam dicto eius Domino, vnde fuiſſe inductam reconciliationem, & veros amicos eſſe apparebat, ex traditis per Giurbam conſ. crim. 60. Sed replicabatur, quia etiam ſi eſſet inimicus reconciliatus, ſuſpectus eſſet, & proinde recuſari poterit, vt inquit Gloſ. in cap. accuſatores, 3. q. 5. fundat Morla in empor. iur. p. 1. tit. 2. de iuriſd. omn. iudic. num. 200. cum alijs relatis per Giurbam ibi num. 8. Et ratio eſt, quia quando extant cauſæ inimicitiæ, vel habere præſumuntur, etiam ſine mentis odio, repelluntur teſtes à teſtimonio, Innoc. in cap. cum I. & A. num. 5. in fine de ſent. & re iudic. Feli. in c. repellantur in fine de accuſat. qui loquuntur in teſte, nam quoad Iudices minor ſuſpitio requiritur ad repellendum Iudicem, quam teſtem, Iaſ. in l. apertiſſimi num. 7. C. de teſt. & ſup. in prima par. noſtri Compendij in verbo officialis recuſatus deciſionem S. C. retulimus, vbi apparet, fuiſſe deciſum contra officialem ſuſpectum, non potuiſſe in cauſa procedere, non obſtante recõciliatione perhabita inter eos, vbi alia adduxi. Secundò dicebatur, in caſu noſtro penitùs adeſſe reconciliationem, nam per remiſſionem factam non inducitur pax, ita ſpecificè notat Farinac. conſ. 98. num. 14. tom. 1. Sed tãtum remiſſio iniuriarum, quæ remiſſio fit ſine interuentu amicitiæ, adeo quòd non ſequitur, Titius fecit remiſſionem, ergo fecit pacem, Farin. conſ. 90. num. 10. vbi alios allegat, quapropter, vt dictum eſt, remiſſio fit abſque interuẽtu amicitiæ, pax autem fit cum interuentu amicitiæ, Bald. Fulg. & alij, quos probat Guazzin. in tract. de pace, q. 3. num. 9. in fine, & iterum q. 8. per totam, vbi fundat, quod remittens ſemper remanet inimicus illius cui remiſit, & alios citat. Neque obſtabit illud, quod dicitur de Barone, qui eſt Iudex inter ſuos vaſallos ordinarius, Muta in cap. 47. num. 61. tom. 3. Mareſ. variat. reſolut. lib. 2. cap. 129. num. 2. & 6. alios citat Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. cap. 9. num. 4. Sed benè non ipſe iuſtitiã miniſtrat, ſed miniſtrare mandat per alios, Præſ. de Franch. dec. 511. num. 1. Vndè videntur eſſe diuerſi Officiales, quinimmo licet ipſe Baro ſit ſuſpectus, non tamen iudicabit, ſed benè ſuus Iudex, qui non eſt ſuſpectus; adhuc tamen, quia Baro, & ſuus Iudex eſt vnum & idem Tribunal, vt inquit Muta in cap. 457. Regis Alphonſi n. 4. Sic ſuſpecto Barone, eius Officiales sũt ſuſpecti, Capiblanc. in pragm. 3. de Baro. n. 165. Sic ſuſpecto eius Officiale, tota Curia erit ſuſpecta, Marta, vbi ſup. num. 7. Sic qui Barones creant eorum Officiales, & Iudices in Terris, Muta in cap. 48. num. 6. tom. 3. Præſ. de Franch. dec. 166. num. 3. Et ex his facta relatione in M. C. V. per Iudicem benemeritum D. Ferdinandum Mexiam de anno 1637. deciſum fuit, quod cauſa remaneat in M.C. non obſtante petita remiſſione, in Banca Roſæ, nunc Staracij, nam ſi ſint ſuſpecti Officiales ex aliqua cauſa, fit auocatio, & deuolutio ad Superiorem, Muta in c. 16. Regis Iacobi nu. 23. tom. 1.

Remiſſio vaſalli de pluribus delictis, & præſertim eo aſſiſtente in delicto emiſſionis ictus ſcopicti per eius ſociũ in perſonam Officialis Terræ iam officio functi, an erit cõcedenda Baroni ſuo Domino, ex facto liquebat, certo die Marcum Antonium de Felice inſimul cum Franc. Mappa, & alijs, incedentibus, obuiam veniendo Bernardus Cappella, olim Capitaneus Terræ S. Georgij armatus ſcopicta, vulgò nuncupato, *zuffione*, quo viſo præfatus Franciſcus de facto verba protulit, dicendo, *vuoime far bone le parole*, & arrepto archibuſcetto, ictum immiſit in eum, ſed non aliter offendit, & cum fuiſſet capta informatio contra omnes, ſuccedente captura ipſius Marci Antonij, licet pro alijs delictis, inter cætera ei obijciebatur contra eum, aſtitiſſe inſimul cum dicto Frãciſco in tali delicto cõtra dictum Officialem, de quo ſola M.C. cognoſcit, ex diſpoſitione Ritus ipſius, Præſ. de Franch. dec. 505. nu. 7. & dec. 326. num. 4. dec. 274. num. 7. Quod iàm actiuè, quàm paſſiuè procedere cenſuit Præſ. de Franch. d. dec. 274. nu. 4. Nec officit, quod fuerat Officialis dictæ Terræ, poſtquam adhuc eius dignitas remanſit officio iam peracto, quemadmodum ſindicandus honorari debet à ſubditis durãte ſindicatu, cum durent reliquiæ dignitatis,

N 3 Bal.

Digitized by Google

Bal.in l.obſeruare,§ proficiſci 79.ff.de offic.præt. Præſ. de Franc. deciſ.407. num.7. quocirca in ambulando in itinere debeiut reuerentia Officiali, Carau.in ritu 5. in fine,& nō ſaluians Officialem ipſum,poteſt puniri arbitrio Iudicis, vt ipſe ſubdit, & ſequitur Cariab in ſing. fin. dic.223. Ex aduerſo ex parte inquiſiti, & pro eo pro parte Lucretiæ Caracciolæ Baroniſſæ dictæ Terræ petentis remiſſionem,cuius iura tuebatur Tarquinius Simonetta V.I.D. dicebatur,prætenſa per Fiſcū nullatenus militare, poſtquam hodie non tractabatur de offenſa facta Officiali intuitu officij,vel in eius exercitio, prout iura volunt, & Ritus M. C. ſed tractabatur de rixa, & offenſa facta extra officij exercitium,& ex cauſa inimicitiæ, & odij particularis,quemadmodum percipiebatur ex depoſitione eiuſdem Capitanei, & tunc nullo modo ipſa M.C. cognoſcere poterat, vt diſponunt Ritus 49.& 51. imò ibi paſſiuè loquuntur .ſ. quatenus Officiales delinquūt, in Ritu 51.ibi. Item quod Curia,& quælibet ipſarum cognoſcunt de exceſſibus Officialiū,ſi deliquerint in officijs eorum, ea exercēdo, & non aliter,in quo caſu nulli dubium eſt, quod ipſa Baroniſſa debet cognoſcere de cauſa prædicta,ſic refert Carau.in d.Ritu 49. num.14. qui adducit tex.in l.Officiales,C.de offic. Rect.prouint.hinc dociſſimè Reg.Rouit.in pragm.5.de abolit. ſub num.28 & 39. cenſuit tempore,quo fœlicis memoriæ Carolus V.refutauit omnia Regna fœlicis memoriæ Philippo II.eius filio, qui tempore captæ poſſeſsionis indultum generale conceſſerat, & inter alios non gaudentes dicto indultu fuerunt delinquentes contra Officiales intuitu officij,& in eius exercitio,ſecus verò ex cauſa priuatæ inimicitiæ,& extra officij exercitium,nec eius intuitu, vt in caſu iſto,ad quod allegat Andr.in Cōſt. Vt participatio, & in Cōſt.Eos tantùm,vbi Affl.in 3.quæſt. Capyc. dec.130.nu.7.& 13.cōferunt congeſta per Farinac. de crim. læſæ Maieſt.q.118.à num. 32.& ſeq. Imò de delinquente intuitu officij, & non aliter punctualiter loquitur Præſ.de Franc.in dec.407. num.7. & 8. poſt Follet.in ſua praxi crim. ſub. audiantur excuſatores num.137.verſ. quid ſi offendatur Officialis Baronis, Baiar. ad Clarum in §. fin, q. 16. Anna Senior in ſing.48. Anna Iunior in conſ.107. col.fin. poſtquam offendens Officialē odio particulari, non punitur pœna offendentis Officialem,idem Præſ.de Franch. dec.326. num. 3. latè Farin.in ſua praxi tit.de crim. læſæ Maieſt.c.12. inſp.3, num.150. cum ſeq. Metend. conſil. 100. num.14. Vltra quod non præmeditatè proceſſum fuerat ad commiſſionem talis delicti, ſed repentè,& excogitatè ipſe Marcus Antonius interuenerat, & eo caſu interueniēs rixæ caſualiter non tenetur de facto alterius, ſed de eo tantùm,quod ipſe fecit,probat Caball. reſolut. crim. caſu 192. num.4. Giurba conſ.4.num.21. Quocirca ex his decretum ipſius M.[illegible], reuocari debuerat, ideireò peracta relatione in S. C. per Reg. Conſil. D. Thomā de Carleual cauſæ commiſſarium die 16.Decembris 1628.fuit prolata ſententia huiuſmodi,benè appellatum per Lucretiam Caracciolam,& malè prouiſum per M. C. V. & proindè remittatur Marcus Antonius de Felice ad Curiam Baroniſſæ Terræ S. Georgij, apud Cioffum Magiſtrum Actorum.

Remiſſio petita per Baronem Dominum cuiuſdam vaſalli inquiſiti de vulnere, & morte inde ſequuta,contra quem præuenerat in captura informationis, & citationis,an ei erit concedenda,vel alteri Baroni prætendenti,delictum eſſe commiſſum in certo loco promiſcuo, vt quoque contingit diſceptari in cauſa Marci Antonij de Fœlicè inquiſiti de vulnere illato in perſonam Antonelli de Felice in rixa illato, & morte inde ſequuta, in quodam loco nuncupato, *lo Cauante*, in Territorio Montisfuſcoli cuius iuriſdictio erat Ill. Principis Venuſij,qui prætendebat,ad ſe pertinere cognitionem dictæ cauſæ delicti prædicti cōmiſſi in territorio Cubantij,quod ſuum eſſe contendebat,poſtquam de iure diſpoſitum eſt, ibi forum ſortiri delinquentem, vbi delinquit,ad text. in l.1.C.vbi de del.agi opor. vbi Doct. Præſ. de Franc.dec,37.num.1. vbi ſubdit, quod forus delicti eſt principalior,ſecundum Io.And. & alios ibi relatos. Theſaur,lib.4.quæſt.forenſ.q.55.n.1, & forus delicti de iure communi potentior eſt foro originis,idem Præſ.de Franc.dec.505.nu.1. Ex aduerſo replicabatur, cuius partes tuebatur Tarquinius Simonetta V.I.D & primo,non eſſe d.Ill.Principem in probatis,prædictum Territorium eſſe ſuum,ſed potius eſſe promiſcuum,non ſolum dictæ Lucretiæ,ac eius Curiæ, ſed omnibus Baronibus Montaneæ Montisfuſcoli cum illius Barone, vt ex teſtium atteſtationibus in facto liquebat. Dicebatur vlterius,ipſam Baroniſſam eſſe Dominam vaſalli tùm origine, tùm etiam domicilij, quapropter & ſi forus delicti potentior ſit, tamen non tollit forum originis, Præſ de Franc.d.dec,505.num.11. Tùm etiam ſtante præuentione in captura informationis, & citationis,licet forus delicti ſit principalior,Spetel.deciſ.17.num.35. adhuc cognitio delicti pertinet ad Iudicem domicilij, & originis, qui præuenit, ſic deciſum refert D. de Franc.deciſ.37. num.3. relata in deciſ.88. num. 5. & deciſ.505. num.3. Sperel. vbi ſup.num.37. Imò etiam ſi Baro non haberet priuilegium cognoſcendi eius vaſallos de delictis extra Territorium commiſſis,quando proceſſerit ad capturam informationis,ad ipſum Baronem fore remittendum cenſuit deciſum præfatus Præſ. de Franc. deciſ.66. poſt Clarum in §.fin.q. 38.in fine,& Capy. deciſ. 27. num, 11. Sicque concurrentibus pluribus qualitatibus in fauorē iuriſdictionis ipſius Baroniſſæ, nulli dubium erit,quin ei remiſſio concedenda veniret,non obſtante decreto lato per M. C. V. ad relationem Reg. Cōſil. Octauij de Piccolellis, quod cauſa in ea remaneat. Et propterea die 16. Decembris 1628. facta relatione in S.C.per Reg. Conſ. D. Thomā de Carleual fuit prolata ſententia huiuſmodi, benè appellatum per Lucretiam Caracciolam, & malè prouiſum per M.C. V. & proindè remittatur cauſa Marci Ant. de Felice ad Baroniſſam S.Georgij,&c.penès Cioffum Magiſtrum Actorum.

Remiſſio militis cuiuſdam Caſtri delinquentis extra Caſtrum, an Caſtellano ſit remittendus, vel generali Auditori exercitus, prout ipſe prætendebat ſibi remittendum fore à M.C.V. Io. Ra-

muna

mum militem Caſtri Baiæ inquiſitum de homicidio commiſſo extra dictum Caſtrum. Primò, quia cum ipſe Iudex ſit militum, ad ipſum ſpectabat cauſæ huiuſmodi cognitio, nã milites habent eorum Iudicem, Ayala de iure belli, lib. 1. cap. 8. in princ. latè Criſpol. in ſuis caſib. milit. caſu 29. num. 13. cum ſeq. dixi in voto 16. num. 4. Caball. reſolut. crim. caſu 294. num. 153. vt etiam probat Caſtill. deciſ. Sicil. 105. num. 5. & ibidem num. 9. ſubdit, militum cauſæ indiſtinctè cognoſcuntur per eorum Officiales, & Officiales ordinarij nullo modo ſe impediunt, ſed illos remittere debent, imò ſubſequitur num. 10. militum cauſæ cognoſcuntur ab eorum Iudicibus, ſtantibus ordinationibus ſuę Catholicę Maieſtatis, nec non Conſil. Patin. in tract. de Iudic. & priuileg. milit. inter opera Regent. Rouit. ſuper pragm. de milit. num. 29. idem affirmat, prout quoque Neap. Auditor Generalis Exercitus cõſtitutus eſt, vt patet diſpoſitum in pragm. 11. de milit. qui procedit contra Officiales, & milites grauis, & leuis armaturæ, & alios, & propterea ad eum remiſſio erat concedenda, poſtquam iuriſdictio militaris etiam in alieno territorio exerceri poteſt, nec ea Domino ordinario quoad ſubditos officit, And. Kinic. de iure Superior. in comm. cap. 4. ſub n. 42. & 43. Secundò, quia ipſe reus iam extra Caſtrum deliquerat, & pro delictis extra Caſtrum commiſſis non aliter Caſtellanus cognoſcere poterat, ex Cap. Regni Caſtellanos, vbi Campag. n. 34. ex Afflict. in Conſt. Caſtellanis, in 1. notab. & in hanc opinionem aliqui ex Dominis inclinabant, remittendo cauſã Auditori Exercitus, quanquã maior pars ipſorũ Iudicũ M.C.V. in contrariam opinionem tendebant, remittẽdo cauſam eidem Caſtellano, nam etſi eis iuriſdictio de iure denegetur, ex diſpoſitione d. cap. Caſtellanos, attamen ibi expreſsè dicitur, niſi forſan aliquid aliud Caſtellanis per patentes noſtras literas committatur, vt exemplo oſtenditur in Caſtellano Caſtri noui, de quo habetur apud Præſ. de Franch. deciſ. 458. & ita pariter in inſtructionibus editis ab Excellentiſſimo tunc Prorege Comite de Lemos ſeniore, ex quibus percipiebatur, inter alia iuriſdictionem Caſtellanis tributam eſſe in ſuos milites delinquentes extra Caſtrum, quo fit, vt cum iuriſdictio conceſſa appateat in perſonas militum, illa extendi debeat etiam ad ſuos milites delinquentes extra Caſtrum, vt in caſu relato ab ipſo Præſide iam deciſo in fauorem Caſtellani, quoniam iuriſdictio in certum genus perſonarum eſt priuatiua, Angel. in l. teſtamẽta omnia ff. de teſtam. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. Magni Camerarij, à num. 24. Paul. Staiban. conſ. 86. num. 10. & propterea ad eas extenditur perſonas in quocunque loco delinquentes. Ex quibus pro Caſtellano aſſerebatur, cognitionẽ cauſæ huius militis ad ſe pertinere ex alijs duobus fundamentis. Primò, quia ipſe erat Iudex primæ inſtantiæ, & præfatus Auditor generalis Iudex in ſecunda inſtantia, congruum erat, vt ipſe prius de cauſa cognoſcere deberet, vt conſuetum eſt ſeruari in omnibus Tribunalibus, quod Iudex ordinatius prius cognoſcit, deinde Iudex ad quem, hoc eſt appellationis, quemadmodum Baro ille dicitur qui merum habet, & mixtũ imperium, omnemque iuriſdictionem in Caſtro ſuo, vt probat Giurba conſ. 27. num. 4. ſic & Caſtellanus in ſuo Caſtro ex diſpoſitione prædictorum Capitulorum, & accedentibus quoque inſtructionibus editis per dictum Ill. Proregem Comitem Lemenſium ſeniorem, quo fit, vt Barones habentes merum, & mixtũ imperium, non debeant turbari in iuriſdictione eorum, etiam per Principem, qui nõ poteſt ſe intromittere, cenſuit Muta deciſ. Sicil. 36. num. 13. & potiſſimum Rex non poteſt ſe intromittere in primis cauſis Baronum, Reg. Lanar. conſ. 52. num. 5. ex quo Baro gerit vices Principis, Maſtrill. deciſ. 145. num. 4. cum alijs apud Mutam in Cap. Regis Iacobi 36. num. 8. & 10. tom. 1. ita quoque Iudex appellationis, ſiue Auditor intromittere ſe nõ poteſt in cauſis primis ſpectantibus ad Iudicem primarum cauſarum. Secundò, quia licet Caſtellanis videatur collata quædã iuriſdictio, vt dixit Muta in pragmat. Sicil. cap. 68. num. 6. etenim Caſtro conceſſo per Regem, intelligitur conceſſa omnis iuriſdictio in ipſo Caſtro, niſi ſit expreſsè reſeruata, Petr. Gregor. de conceſſ. feud. part. 2. quæſt. 2. num. 12. & eo magis ſi expreſsè fuerit conceſſa iuriſdictio meri, & mixti imperij, quemadmodum ex inſtructionibus Caſtellanis conceſſis in præmiſſo caſu percipiebatur, tanto fortius eidem Caſtellano potius, quam Auditori remiſſio concedenda erat, & ita per maiorem partem Dominorum Iudicũ deciſum fuit per M.C.V. remittendo reum eidem Caſtellano, vt patet ex actis in Banca : : : : : : penès Io. Piccolam Scribam.

Remiſſio cauſæ vertentis in S.C. ſuper conſequutione paragij debiti ſuper feudo petita à Barone, cõcedi an debeat ad Curiam inferiorem, quemadmodum in facto contingit altercari, poſtquam dum Iacobus Antonius de Vicis A.M.D. ciuis Terræ Palenæ annis elapſis ſe matrimonio collocauit cum Lesbia Rapa, filia legitima, & naturali Falchi Rapæ Baronis Terræ Ciuitellæ, & aliorum feudorum cũ conſtitutione dotis, mortua illinc Lesbia, pateriq; obijt eius filius Iacobus Antonius natus ex dicto matrimonio, ſuperſtite dicto Frãciſco Antonio patre hærede, ac legitimo ſucceſſore eius filij, poſt obitum dicti Falchi ſuperſtitibus Io. Baptiſta, & Ricciardo eius filijs, qui inde obijt relictis nonnullis filijs minoribus, ipſe Franciſcus Antonius comparuit in S.C. petendo tàm ſuo nomine, quàm vti hæres dicti Iacobi Antonij filij, & nepotis dicti Falchi condemnari dictum Io. Baptiſtam, ac dictos filios, & hæredes eiuſdem Ricciardi ad ſoluendum dotes ſpectantes ad ſe ex perſona dictæ Lesbiæ ſuæ vxoris, & dicti Iacobi ſui filij vſque ad quantitatẽ legitimę, ſeù integri paragij ſuper hæreditate dicti quondam Falchi Baronis eorum patris, vna cum earum intereſſe à die contracti matrimonij, inde ex parte dicti Ioannis Baptiſtæ petita fuit remiſſio

ſio cauſæ ad Curiã dictæ Terræ, quàm ex parte Roccæ de Ninnis matris, & tutricis dictorum filiorum quondam Ricciardi Baronis dictæ Terræ ad Regiam Audientiam Aprutinã, & cum fuiſſet domi prouiſum per Reg. Conſ. Andræam Prouenzanum die 20. Februarij 1632. vt procederetur in Sacr.Conſil. petita remiſſione non obſtante, ſentientes ſe grauati conuenti obtinuerunt Regiam decretationem verbi faciendi in eo, & hoc credo vigore Regiæ Pragmaticæ. Nihilominus pro parte actoris dicebatur, decretum forè confirmandum ex duobus. Primò reſpectu perſonarum, eo quia conuenti erant Barones, & poſſidebant Caſtrum Ciuitellę, & feuda Prati, & Petræ abundantis, quæ ſunt feuda quaternata, & de cauſis Baronum nequeunt cognoſcere eorum Curiæ, neque Præſides Prouinciarum, vt particulariter in Regno diſpoſitũ eſt per Conſt. Vt vniuerſis, & hoc ſiuè cauſa ſit de re feudali, ſiuè burgẽſatica, per Cap.Regni, incip.Item ſtatuimus quod ſi Comites, & Barones, & aduertunt Gloſ. Andr. & alij in d. d.Conſt. præcipuè Afflict.num.9. & Sebaſt.de Neap. in d.cap.Item ſtatuimus, latè Theſſaur. deciſ.192. latiſſimè Fachin. controu.iur. lib.7. cap.46.& 47. Secundò, reſpectu cauſæ, ad hoc ne eius continẽtia diuideretur poſtulata per dictum Io. Baptiſtam ad ſuam Curiam, & per dictos hæredes dicti Ricciardi ad dictã Regiam Audientiam, & pariter quia dum tractabatur de portione legitimę, ſeù paragij in hac hæreditate, in qua maior pars ſunt corpora feudalia, quæ poſſidebantur per dictos hæredes dicti Ricciardi, vt erat Caſtrum Ciuitellę, & feudum Prati, & per dictum Io. Baptiſtam feudum Petræ abundantis fortius de cauſis feudalibus quaternatis, nullatenus in Curijs Baronalibus, aut Regijs Audientijs cognoſci poterat, vt diſpoſitũ eſt in Cõſt.Iuſtitiarij nomen, in Conſt.Statuimus, & in Conſt.Magnę Curiæ, in quibus Gloſ.Iſern. & Afflict.notant per Ritus M.C. 50. & 60. vbi Carauit. imò per Reg. Pragmat.3. de offic. S.C. determinatum patet, quod de cauſis arduis, feudalibus, & magni momenti cognoſcere debeat S.C. idcirco nullo modo prætẽdi poterat remiſſio ad dictam Curiam Baronalem, neque ad Regiam Audientiam. At amplius, quia licet aliqui ipſorum ſint pupilli, & perſonæ priuilegiatæ, vt per Iſern.in d.Conſt.Statuimus, verſ. item quod ſi pupilli, num.60. vbi num.70. rationem reddit dicendo, tamen, quia iſti Iudices ſunt perſonæ priuatæ quantum ad cognitionem feudorum, ita vt nec etiam per conſenſum partium poſſint hoc facere, vt ibi Afflict. num.33.notat, & deciſ.257.nu.3. vbi Vrſill.nu.4. allegat Par.de reintegr.feud. fol.109. idcirco remiſſioni locus non erat, & quod idem procedere debet in cauſis acceſſorijs ad feuda, hoc eſt de fructibus, damnis, expenſis, & intereſſe, ſeù aliquando feudum attingat, quamuis controuerſia non ſit verè, vt dicunt Schrad.de feud.tom.2.part.10.ſect.1.& nu.98. 103.& 123. Carau.d.ritu 50. Reg.Rouit.ſuper d.pragm.3.nu.2.& 3. ita & taliter quod ſi prædicti Iudices inferiores in ijs cauſis feudum quoquo modo tangentibus proceſſerint, proceſſus ſit ipſo iure nullus, vt ex Schrader. vbi ſup. nu.165. & ex alijs probat idem Reg. Rouit. ibi num.3. in fine, at cum paragium competat filiabus tàm ſuper burgenſaticis, quàm ſuper feudis repertis in hæreditate patris, Afflict. deciſ.76. Fuſc.ſingul.105. lit.F. cum alijs relatis à D. Reg.Rouit. in pragm.24. de feud. nu.5.& 6. Larath.conſ.26. Molfeſ.ad conſuet. Neapol.part.4.quæſt.16.num.9. Thor.in compend.deciſ.Regni verbo paragium, & paragia part.1.& in Addit.ad tract. Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit.9. in princ.nu.20. ex quibus reſoluitur, non eſſe concedendam remiſſionẽ petitam. D.Garſiàs Pellicciotta V.I.D. Facta relatione in S.C. die 19.Octob.1632. per Reg. Conſ. Andræam Prouenzanum deciſum fuit, bene prouiſum per cauſæ Commiſſarium ſub die 20.Februarij 1632.hoc ſuum, &c.penès Secretarium, in Banca Caroli Sirinæ.

Remiſſio cauſæ petita per aliquem conuentum vigore pacti exequutiui ad ſuum Iudicem cõpetentem, ex quo erat Officialis extraordinarius Dohanæ Neapol. concedi an debeat, vt accidit in facto, dum fuerat conuentus in M. C. V. Hieronymus de Nicolais Officialis extraordinarius eiuſdem Dohanæ ad ſoluendum certam pecuniarum quantitatem virtute inſtrumenti, & hoc vigore pacti exequtiui ad inſtantiam Raphaelis Riſpoli, fuit oppoſita fori declinatoria ad ſuum Iudicem, ex eo quia ſi benè agebaatur via exequutiua, nec locus erat remiſſioni, quoties ageretur de liquidatione inſtrumenti, iuxta pragmat.1.de inſtrum. liquidat. & ſequitur Galrer. in praxi liquidat.inſtrument.2.par. 3.& vlt.part. rub.1. num.18. ex Carau.in ritu 166.nu.73. Reg Rouit. & Nouar. in d.pragm.1. idem tamen procederet, quoties ageretur alia via extraordinaria, hoc eſt vigore pacti execuutiui, quod erat iudicium licet ſummarium, & in eo cauſæ cognitio reſultauerat ſummaria, & cum ita fuiſſet domi prouiſum, vt procederetur in M.C. petita remiſſione non obſtante, & inde appellatum, & obtentũ verbum fieri in Aula M.C.V. dicebatur ex parte rei, omnino remiſſionem eſſe faciendam ad ſuum Iudicẽ competentem, ex quo in dicto inſtrumento non erat pactũ, vt aſſolet apponi, vt conueniri potuiſſet in omni Curia, & foro, ita vt videretur renunciatum foro proprio competẽti, vt proſequitur Coſta in praxi conuent. part.2. clauſul.144.& idcirco remiſſioni locus erat, inſuper dicta Pragmatica limitatur non procedere, quando priuatiuè iuriſdictio fuiſſet conceſſa, vt inquit ibi Galter. quo nam caſu remiſſio concederetur, vt ibi deciſum tradit ex Reg.Rouit.vt in tali iuriſdictione dictorum Officialium Dohanæ percipitur, & ſic facta relatione in eadem M. C. per Iudicem Aloyſium Corcione die . . Ianuarij 1640. fuit iudicatũ, vt cauſa remittatur ad Officiales Dohanæ, in Banca de Michaele.

Remiſſio cauſæ petita ad inſtantiam Dohanarij Dohanæ Apuleæ, & obtenta, an etiam quoad

alios

alios litis conſortes erit concedenda, quemadmodum in facto occurſo oſtẽdebatur, dum fuiſſet lis inſtituta aſſiſtentiæ contra certos tertios poſſeſſores per Aliabellam Ciameo viduam in forum eligentem S.R.C.& cum fuiſſet per dictos poſſeſſores in Authorem laudatus Petrus Ciamburrus Dohanatus Dohanæ Apuleæ petijt remiſſionem ad eandem Regiã Dohanam, & præcedentibus reſcriptis Suæ Excellentiæ mandantibus, cauſam remitti, vt fuit remiſſa per dictum S.C. ad eandem Regiam Dohanam, contingit difficultati, ſi pariter cauſa ipſorum tertiorum poſſeſſorum remitti debuerat, & dicendum videbatur, nullatenus fieri debere, quemadmodum in fortioribus terminis concludunt Doctores de cauſa Clericorum vna cum laicis contexta, licet Clerici remittantur, laici tamen litis cõſortes nequaquam vt fundaui ex pluribus ſupra eodem verbo remiſſio, & caſum tradidi deciſum in Clerico remiſſo ad ſuum Iudicem, qui etiam inſtiterat pro remiſſione laicorum litis conſortium, & fuit denegata, inſuper ſi Author laudatus ex ſui perſona vti priuilegiata non declinat forum, ſed tenetur cauſam defendere in foro conuenti, l.venditor ff.de iudic.l.1.C.vbi in rem actio, Marant.in ſpecul. part.6.memb.5.nu.10. Muſcatell.in praxi S.C. lib.1.part.3.gloſ.nominet, num.4.multo magis & alios ad ſuum forum trahere. Ex aduerſo replicabatur, ſi cauſa contra tertios poſſeſſores proſequeretur, facilè pronunciari potuiſſet contra eos, prout cum effectu ita pronunciari debuerat, quia erat iudicium aſſiſtentiæ, & ex hoc videbatur ipſe Author laudatus per indirectum lædi, & indirectè ab alio Iudice cognoſci, nã quod poteſt Author meus, à quo habeo cauſam, poſſum Ego, Anna in allegat. 128. num.2. dicebatur etiam, non eſſe ſemper veram opinionem illam, quod Author non declinat forum ex ſua perſona, nam contrariũ deciſum fuit per S.C. potiſſimum in Clerico Authore laudato, ex Graminat.& Capy. relatis per eundem Marant. in addit. Foller. Anna ſingul.45. vbi dixit, fuiſſe poſtea iudicatum in Neapolitanis, qui ſi ſint laudati in Authores in Curijs extra Neapol. non tenetur ibi litigare, ſed remittuntur ad Tribunalia Neapolitana, Muſcatell.loco relato, num.6. & quantum pertinere videatur quoad alios litis cõſortes, dicebatur etiam, locum eſſe remiſſioni, ne cõtinentia cauſæ diuidatur, iuxta deciſa per Andræam Gayll.lib.1.pract.obſeru. in 32.obſeru. numer.2. & quæ nam ſit continentia cauſæ, & cuius ſit effectus, declarat Muſcatell. in d. praxi d.lib.1.part.2.gloſ.Tribunali, num.23. & ita fuit deciſum per S.C. ad relationem Reg. Conſ. D. Flaminij de Conſtantio viri Patrij benemeriti, nunquam ſatis laudati, de anno 1637. in Banca Speræ, nam fuerunt litis conſortes, hoc eſt tertij poſſeſſores, remiſſi ad dictam Regiam Dohanam Apuleæ.

Remiſſio mercedis, ſeù illius partis an erit concedenda Affictatoribus Arrendamẽti, ſeù Datiarijs, Gabellotis, & ſimilibus prætextu terræmotus, quemadmodum contingit diſceptari in R.C.S. in cauſa Leonis Pariſij V.I.D. Affictatoris Arrendamenti Serici Prouinciarum Calabriæ cõtra Regium Fiſcum ex cauſa terræmotus ibidem occurſi, cuius intuitu multa damna reſultauerant, quemadmodum nouiſſimè teſtificatur Lucius de Vrſo in ſuo libello nuncupato, *i terremoti delle due Calabrie*, prolixius omnia diſcribens, qua de re etiam prò eius tuitione ſequẽtia in facto, & in iure propoſita fuere. Dum Doctor Leo Pariſius inſimul cum decem & octo Caratarijs intendebat firmare facere alias caratas pro complemento ad quod tenebatur, & accipere poſſeſſionem Arrendamenti Serici Calabriæ ipſi remanſi pro ducatis 302.mille annuis à primo Iunij 1638. per annos quinque, euenit in die 4.Aprilis eiuſdem anni 1638.denũciatio, qualiter in vigeſimaprima hora Sabbathi palmarũ decimiſeptimi diei Martij fuerunt deſtructæ à terremotu pars Ciuitatis Conſentiæ, nonnulla eius Caſalia cum alijs Terris cõuicinis, idemque fuit confirmatum poſtea per literas diuerſorũ locorum dictarũ duarum Prouinciarum, quod deſtructio nõ ſolum in Prouincia Conſentiæ, ſed in alia Catanzarij, & qualiter terremotus in dies continuabant demoliendo nedum domus, ſed Caſtra, Fortalitia, Monaſteria, & alia loca, reddendo illa inhabilia ad habitandum cum mortalitate infinitarum perſonarum, in tantum quod alij viui remanſi etiam illorum locorum nõ aliter damnificatorũ fugierunt in Campanea, vbi ab illo die vſque adhuc habitant, & ad præſens certa denunciatio habetur, quod totaliter deſtructæ ſint Ciuitates, Terræ, & Caſalia, & alia pro medietate, & cætera in paucis in notadatis, numero ſexaginta, & ideo fuit habitus recurſus ad Ill.D.Locumtenentem R.Cam.repræſentando talem caſum miſeratione dignũ, poſtquam non ſolum non poteſt, nec debet ſtari cõtractui, ſed nec complementum Caratariorum præſtari poterit, qui cũ ſua circũmſpictione, & benignitate dederat omnibus intentionem admirandi cum oculo pietoſo inſimul cũ eadem R.C. miſerabilẽ caſũ in omni eo, ꝙ per diſpoſitionẽ rationis, ac æquitatis erit iuſtũ, dum ſit inopinantiſſimus, & inſolitus, depẽdens nõ ex facto hominis, ſed ex Diuina voluntate. Sicque prouidendum erit, ſi verè contractus eſt reſolutus, ſecundò ſi non ſit reſolutus, debet remitti merces, ſeù extaleũ pro eo, quod importat Terris deſtructis in parte attinentibus, ac deſolatis ob fugam hominum, & quantum, & à quo tempore ad finem vt potuerit pro eo, ꝙ remanet effectiuè dari aſpectus, aut fideiuſſiones pro iodẽnitate Regiæ Curiæ, & tertiò ſi in hoc primo anno nondũ incepto teneri in domanio, vt detur forma annis ſequentibus. Et quantum ad Primum attinet, erit aduertendum ad natiuitatem vermium, qui ſericum producunt, quæ incipit die 25.Martij, quo die celebratur Feſtũ Sanctiſſimæ Annunciationis, & tunc benedicitur ſemen illud, à quo die ponitur ſub calore in pectoribus mulierum, & intus lectus vbi quieſcunt, & cum diligentia recolligitur ſuper

per tallibus ſpinarum, & ſuper illis depaſcuntur, vſque quo maior efficitur, poſtmodũ ſubleuatur, & extenditur ſuper paruulis ciſſolis cum folijs ſicomorum, eo modo, quo poſſunt haberi, vt aduertit Gloſ. not. in l. plenum, verb. folijs ff. de vſu, & habit. ibi, ad vermes, qui pariunt ſericum, demum dilatãtur ſuper cannitijs magnis, & intus domus ære condenſas, & benè clauſas, in tantum quod quando modicum pluit, aut flatus, vel frigus inſpirat intus domus vbi vermes ipſi gubernantur, cum exactiſſima diligentia accenditur ignis in medio ipſarum cannizarum paruularum, & maiorum, vt tales vermes recipiãt calorem, dum inſpecta eorum natura delicata, aquoſa, cum veſte tenera, ſubiecti ſunt elemento aeris frigidi, & flatui, & ideo à natura tẽpus congruũ electum eſt de menſe Aprilis, Maij, & Iunij, qui ſunt menſes ameni, & temperari. Qua de re cum eo tempore contingiſſet caſus iſte inopinatus, inſolitus, improuiſus à iudicio humano, neque præuideri poterat, cum tanta deſtructione integrarum Ciuitatum, Terrarum, Caſalium, & aliarum in partem tactarum, nequiuerat in illis imponere manus gubernio dictorum animalium, vt inde ſericum eruetur, quia non ſolum deficiunt domus, ſed homines, & ſemen, quæ omnia cũ deſtructione prædicta perierunt, neque etiam in conuicinis locis deſtructis, & tactis, ex quo adhuc terręmoti continuabant, iuxta certiorationes habitas, & oculariter nos ipſi Neap. obſeruatum vidimus, tum quia ob timorem atterriti, & in atterritione poſiti, in tantum quod gentes aliud, quam ad dictam induſtriam cogitãt, adeò quod alio tempore, & alijs inuigilationibus vacatur, tractabatur cum Deo irato, nõ dum placato, ſicque ad euitandum mortem exiſtebant homines in Campanea cum velis, & tabulis miſerabiliter, & Deus ſcit, ſi eis panis deficiebat, vt aliàs fertur ſeruatum fuiſſe per Boniſaciũ VIII. quo tẽpore ob terręmotũ repẽtè ſucceſſum cũ tota Curia, ne ruina ædificiorum opprimeretur, caſulam quandam ex tabulatis ſubtilibus in medio clauſtro Fratrũ Prædicatorum prato admodum lato ædificari iuſſit, eoque loco aliquandiù reſedit, ita ex Platina Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 12. num. 34. & hoc non in prouerbijs, quia oculi noſtri viderunt, & manus noſtræ contrectauerunt tempore incendij Veſuuiani occurſi anno 1631. die 16. Decembris, dum extra Ianuam Realem, & in omnibus vacuis Ciuitatis fecerunt capannas tabularum, vt dormire potuiſſent de nocte, & alij aſtabant intus carrugias ante Regiũ Palatium, & alibi, vt & teſtantur Hiſtorici, & præſertim Io. Berardinus Iulianus in ſuo tract. Veſuuij, fol. 79. Pater Recupitus de Veſuuiano incẽdio, fol. 6. Braccin. eod. tract. fol. 38. & 39. ſicque tres reſultant inſpectiones ex hac facti ſerie: Primo reſpectu locorum totaliter deſtructorum. Secundo reſpectu illorum in partem caſmate deſtructorum, & aliorum ſemideſtructorum, & lęſorũ. Tertio reſpectu eorum exiſtentium abſque læſione, ſed derelictorum. Dicunt nunc Arrendatores, & Caratarij, iam contractanimus pro Arrendamẽto Serici duarum Prouinciarum Calabriæ cum Ciuitatibus, Terris, & Caſalibus illæſis, quod intelligitur, rebus in eodẽ ſtatu permanentibus, ad tex. in l. quod ſeruus, vbi Gloſ. ff. de condit. ob cauſ. l. cum quis, in princ. de ſolut. Dominus meus Cardin. Pariſ. conſ. 72. num. 45. vol. 1. congerit Surd. dec. 316. num. 31. & dum in conſignatione poſſeſſionis primo Iunij venturi nequiuerat Regia Curia conſignare, quomodo reperiebantur tempore extinctionis cãdelæ, quod fuit die 22. Martij, clarum eſt, quod locũ habere non poteſt contractus, adeo quod pro eius perfectione tria requiruntur: Primo res, quæ locatur. Secundo conſenſus. Tertio pretium, Carocc. de loc. & conduct. 1. part. rubr. de ſubſtant. locat. c. r. num. 1. & 11. Carpan. ad ſtatut. Mediol. c. 379. num. 10. vbi quod hæc tria copulatiuè requiruntur ad eſſentiam locationis, ita quod ſi res perit, vel deficit locatio, ea namque ratione, quia contractus ſubſtantia deficit, l. vbi ita donatur ff. de donat. cauſ. mort. l. per ſeruum, §. fin. ff. de vſu, & habitat. Gloſ. in l. pacta conuenta ff. de contrah. empt. Valaſc. de emphyt. quæſt. 4. num. 10. in fine, vnde ſi non extat res locata, non datur locatio, prout dicimus in contractu venditionis, cui locatio ſimilis eſt, l. 2. l. ſicut, & l. ſi fundus ff. loc. ita quod ſi res empta nõ adeſt, corruit etiã emptionis cõtractus, §. ſi pretium, Inſt. de empt. & vend. Alex. in l. à diuo Pio, §. ſi pignora ff. de re iudic. & conſ. 18. vol. 1. & quod non poſſit ſubſiſtere locatio, ſi res, quę locatur nõ extat, poſt Caroc. in tract. de locat. & cond. tit. de ſubſtantia locationis, §. venio ad aliam columnam, nu. 9. vt in locatione vectigalium, & gabellarum, ſequitur Surd. conſ. 400. num. 9. & ſeq. & conſil. 507. reaſſumit omnia Maſtrill. deciſ. 299. omnino videnda, ad quod Beſold. in tract. de caſ. fortuit. cap. 8. ſect. 1. ſub nu. 9. inquit, quando enim in ſubſtantia rei damnum accidit, tunc illud ad locatorem, & non ad conductorem ſpectat, prout & refectio, ſæpè d. l. ex conducto 15. §. 1. l. ſi merces 25. §. ſi vicinos 4. & l. cum plures 60. in princ. ff. locat. Narta conſ. 449. non enim præſtanda eſt merces pro re, quæ nõ extat, cenſenturq; partes ſub ea conditione contraxiſſe, ſalua ſcilicet rei ſubſtantia, Bald. in l. licet, num. 4. C. locat. Io. Pet. Surd. conſil. 197. numer. 16. quod procedit, quod ſi quis Inſulam ædificandam locaſſet, & ſolum corruiſſet ex locato, locator tenetur, ex quo conductor vti frui non poteſt, text. eſt in l. ſi fundus, quem ff. loc. l. ſi vno, §. item cum quidã ff. eodem, ac etiam ſi propter peſtem, vel aerem corruptum conductor vti non poteſt, Beſol. vbi ſup. num. 9. in princ. poſt Guid. Pap. q. 630. Corta verb. conductor, Boer. deciſ. 229. cum alijs apud Alphan. collect. 630. & 1790. quibus caſibus ad penſionem nõ tenetur, latè Gomeſ. variar. reſolut. tit. de locat. & conduct. num. 2. verſ. ad tantum, & ſi penſio fuerit ſoluta, datur repetitio, text. eſt in l. ſed ædes, §. ſi quis in annum ff. eodem, Alph. d. collect. 630. ex quo rei defectu oritur hominum mortalitas, æris

infectio,

Digitized by Google

infectio, & bonorum omnium, quæ in domo erant perditio, & non eſt, vndè vermes naſci, nutriri, & conſeruari poſſint, ex quibus ſericum cōficitur, & Gabella exigi poſſit, vt ita in Arrendatore ſalis, nō teneri conductorē ad penſionem ob hominum, & animalium mortalitatem, qui ſal conſumabant, reſpondit Surd. præcitato conſil. 400. & 507. & pluribus citatis ſequitur Maſtrill. ead. dec. 299. Qui quidem rei defectus eſt tantę efficaciæ, quod & ſi in minima tantum parte deficit, etiam pro illa parte datur mercedis remiſſio, Boſſ. eod. tit. num. 107. ſequitur Surd. deciſ. 316. num. 64. circa finem. Nec propterea liberatur locator rem tradendo, niſi pro toto locationis tempore in re locata conductorem vel fruendo ſeruauit, & patiētiam per tractum temporis ſucceſſiuum præſtiterit, Natta conſ. 360. per totum, Rimin. conſ. 92. num. 7. idem Surd. præcitata deciſ. num. 17. etiam ſi conductor omnem caſum fortuitum in ſe ſuſceperit, nam ſi ſubſtantia rei deficit, ceſſat, & renunciatio etiam ampliſſimis verbis, & geminatis facta, ex Boſſ. eod. tit. num. 61. & 85. Surd. d. deciſ. num. 55. latè Maſtrill. loco citato, omninò videndus. Et in terminis, quod non teneatur conductor ſtare locationi, & damno locatoris omnia, quæ modo venerunt cedant, eſt tex. expreſſus in l. ex cōducto, §. 1. verſ. ſed ſi ager, ff. loc. cuius hæc ſunt verba, ſed ſi ager terræmotu ita corruerit, vt nuſquam ſit, damno domini eſſe, oportet enim agrum præſtari conductori, vt frui poſſit, ad quod addo tex. in l. Martius, ff. locat. cuius verba ſunt, Martius domum faciendam à Flacco conduxerat, deinde operis parte affecta terręmotu, cōcuſſum erat ędificium: Maſurius Sabinus, ait, ſi naturali vi, veluti terręmotu hoc acciderit, Flacci eſſe periculum, & quod terręmotus inter caſus fortuitos enumeretur, tradit Menoch. vbi ſup. nu. 29. & eſt locus mercedis remiſſioni, idē Boſſ. nu. 37. ſeptimo caſu, Surd. ead. deciſ. 59. poſt Gloſ. in c. potuit, verbo clade, extra locati, vbi Imol. & Abb. ita vt laudum dicat iniquum, ſi quis condemnatur ad ſolutionem rei, quæ non extat, Pariſ. conſ. 147. Catocc. de locat. p. 2. tit. de reb. dubijs, num. 8. ſequitur Gratian. diſcept. 195. num. 4. tom. 1. & habent hæc omnia locum in re non modo penitùs perempta, vt ſunt Ciuitates, Terræ, & Caſalia in totum deſtructa, diruta, & extincta, ac etiam in eis, quæ fuerunt leuiter attincta, & in conuicinis non attinctis, dum pię timore relictis domibus, & bonis in campaneam exierunt, ibique miſerabiliter morantur, nec ad recuperandum bona accedere præſumunt, mortis corporalis, & animę perditione perterriti, ex quo cum Deo irato res agitur, & in dies ijdem terręmotus reiteratur, ita quod adhuc cauſa timoris durat, & ſic, vbi ſemen pro ſerico faciendo, vbi homines pro illius gubernio, vbi domus, & vbi neceſſaria ad victum? dum per campaneam panem mendicant, & ob corporum, quæ perierunt fœtorem, quæ inſepulta remanent longè à directis locis in palearibus, & capannis habitant, & faxit Deus Optimus Maximus, cuius fleas gentibus clementiam, & miſericordiam imploramus, peiora non eueniant, ob quod tanquam Niniuitę ad Dominum ad iram placandam recurrere debemus, & adhuc periſſe res illa dicitur, cuius facultas haberi non poteſt, l. ſi is, qui rem, §. is, qui, ff. de furt. l. ſi cōſtante, §. ſi vxor, ff. ſolut. mat. & deperdita dicitur res, quæ coli non poteſt, Bart. in l. cum vnus, §. fin. ff. de auth. iud. poſſ. & in l. 1. ad finem, C. de iure emphyt. vbi dicit, quod ſicuti quando res perit tota, liberatur emphyteota, ita & quando eſt in loco, in quo non poteſt coli, ex quo perempta dicitur, ſequitur pluribus exemplis Boſſ. loco cit. num. 104. nam à pari procedunt interitus, & vtendi difficultas, Magon. dec. Lucenſ. 69. num. 19. Quod autem iuſtus timor à mercedis ſolutione intotum conductorem liberet, eſt tex. in terminis in l. habitatores, §. 1. ff. locati, cuius hæc ſunt verba. Item interrogatus eſt, ſi quis timoris cauſa emigraſſet, deberet mercedem, nec ne? reſpondi, ſi cauſa fuiſſet, cur periculum timeret quamuis periculum verè non fuiſſet, tamen non debere mercedem; ſed ſi cauſa timoris iuſta non fuiſſet, nihilominus debere. Et ſi ob lares nocturnos non ſoluta penſione Colono à Domino diſcedere licet, Couar. var. reſol. cap. 6. lib. 4. Cagnol. in reg. contractus, num. 55. de reg. iur. quanto magis, vbi euidenter mortis periculum concurrit. Et ſic articulus his duobus iuribus tantum determinatur, ex tex. nempè d. l. ex conducto, §. 1. verſ. ſi ager, & huius l. habitatores, § 1. quo caſu non habebit locum tex. in l. ſi vno, ff. locat. quod expectetur fertilitas aliorum annorum, quando deficit ſubſtantia rei, Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. num. 33. Nec eſt nouum hoc concedi, nam, vt refert Tacit. dum Auguſti tempore terręmotu duodecim periſſent Ciuitates in Aſia, in quinquennium quantum ærario, aut fiſco pēdebat, & ſeaties ſextertium, Cæſar remiſit lib. 2. Annal. fol. 73. in paruis. Et à toto contractu conductorem recedere poſſe, dum fortuito, & inſolito caſo res perit, indubitati iuris eſt, quod diſſoluatur, tàm ex parte locationis, ex quo patientiam præſtare non valet, quàm ex parte conductoris, Gomeſ. vbi ſup. in princ. Imol. in c. potuit, num. 40. verſ. facit quod habetur, locati, & idem in conſil. 39. vbi etiam ſi res in totum non eſſet perempta, ſed pro parte tantum, maximè quando vnica eſſet locatio, & vnicum pretium, ſequitur latè Tiraq. de retract. conſang. §. 23. gloſ. 8. nu. 3. Brun. in tract. de inter. & perempt. concl. 8. p. fallent. Berous conſ. 140. num. 15. vol. 1. & pro abſoluto tenent Doct. in l. 1. in fine, C. de iure emphyt. & in locatione, parte rei perempta, dixit Surd. eod. conſ. 400. num. 13. & ſeq. congerit alios Borgn. Caualc. dec. 8. num. 5. par. 2. Hieron. Franc. de Leo dec. Valent. 174. par. 2. Et vnica dicitur, & ſi in plures annos ſit facta, licet præſtatio quotannis fuerit promiſſa, & pro tempore ſolutio ſit diuiſa, firmat Bal. conſ. 316. ad euidentiam lib. 3. & conſ. 327. eod. lib. ex quo non multiplicantur obligationes, ſed ſolutionis effectus, & commoditatis, Natta conſil. 548. & vnicus eſt contractus, & vnica obligatio, ſequitur Magon. dec. Lucenſ. 69. num. 15. & 16. & Bart. q. 4. nu. 6. attento enim eo, quod ſæpius fuit obſeruatum, quod vno anno altera Prouincia fertilior eſt al-

tera,

Digitized by Google

tera, ita quod ſterilitas vnius cum fertilitate alterius compenſatur, ad tex. in l. ſi vno anno, ff. locat. & dum Coſentia eſt quaſi deperdita, non eſt, vnde cum altera compenſari poſſit. Accedat & tandem, Arrendatorem ad nihilum teneri, ex quo imminet euictio in limine contractus: quo caſu non modo ſoluere debitos non tenetur, verum ſolutum repetit, l. ſi poſt perfectam, C. de euict. etiam quando euictio ſequeretur in parte, D. de Franch. dec. 555. num. 2. Et eſt tantæ efficaciæ, quod in promptu probata inſtrumenti liquidationem impedit Carau. ritu 173. num. 86. Gram. conſ. 106. in ciuilibus, Vrſil. ad dec. Affl. 171. Anna collect. 167. quæ admittitur tàm per viam actionis, quàm exceptionis, idem D. de Franch. dec. 557. Ex quibus reſoluta remanent & cætera alia duo capita, dum his currenti calamo ob temporis breuitatē notatis cōcludimus, à toto contractu conductorem recedere poſſe, vt petijt, cætera ſuppleant peritiſſimi, & pariter religioſiſſimi Domini hoc in lacrymabili caſu. die 10. Aprilis 1638. Io. Antonius Pariſius. Die 24. menſis Aprilis 1638. Neap. In cauſa in R. C. vertente inter V. I. D. Leonem Pariſium, cui ad extinctum candelę remanſit affictus Arrendamenti ſerici, & croci Prouinciarum Calabriæ Citra, & Vltra, pro annis quinque incipiendis à prima die menſis Iunij præſentis anni 1638. ad rationē ducatorum tercentum, & duorū mille pro quolibet anno, cum Regio Fiſco ſuper excomputu, ſeù emenda ex cauſa terremotus in dictis Prouincijs, & alijs, vt in actis. Viſis actis per D. Militem V. I. D. Scipionem Pappacoda R. C. S. Pręſidentem, & Commiſſarium Arrendamenti pręditi, & facta de prædictis omnibus relatione in d. R. C. coram Ill. D. Doctore D. Alonſo Guillen della Carrera, eiuſdem R. C. Locumtenente, & alijs Dominis Præſidentibus ipſius, auditoque Domino Fiſci patrono, fuit per d. R. C. conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pro exequutione decreti R. C. lati ſub die 15. inſtantis menſis Aprilis 1638. declaratur, deberi excomputum, ſiuè emendam ex cauſa terręmotus pro tempore, & quantitate liquidandum, & nihilominus pro nunc in præſenti anno Arrendamenti prædicti adimpleat pro caratis viginti quatuor, & pro ſumma ducatorum centum mille cum alagio ad rationem ducatorum triginta pro centenario ex effectibus Regiæ Curiæ ad ſatisfactionem R. C. & adimpleat infra viginti dies. hoc ſuum, &c. Scipio Pappacoda, vidit Fiſcus. cōſenſu Bolinus, penès de Ruggiero Act.

Remiſſio petita per Clericum, qui ſe fecerat declarare hæredem ſui nepotis in bonis illius maternis aduerſus ſequeſtrum bonorum factum ad inſtantiam tutoris pupilli filij dotantis, cui hæreditas deuoluebatur, concedi an debeat, ſuppoſita facti ſerie cum fuiſſet nuptui tradita Camilla de Porto N. Sageſe V. I. D. & promiſſi duc. tres mille à Ioſepho de Porto V. I. D. in capitulis matrimonialibus, ſub pacto, *alla noua mantra*, quo iure pater filio ſuccedere non poteſt, niſi elapſo anno 14. interea defuncta dicta Camilla ſuperſtite vnico filio minori, deinde ſucceſſo obitu d. N. & poſtmodum obito ipſius pupilli non tamen completo d. anno 14. Reuer. D. Io. Baptiſta Sageſius vti illius tutor, ac poſtmodum vti proximior ſe declarare fecit hęredem vniuerſalem d. pupilli, interea Io. Dominicus de Porto tutor Franc. Antonij de Porto filij ipſius Ioſephi dotantis procurauit ſequeſtrū dictorū bonorum pertinentium ad dictum pupillum, comparuit penès acta præfatus D. Io. Baptiſta, & petijt, cauſam remitti ad ſuū Iudicem Eccleſiaſticum vti notorius Sacerdos, & Canonicus, replicabatur ex parte dicti tutoris, non poſſe tractari de remiſſione prædicta, ex quo bona ſequeſtrata erant dotalia dictæ Camillæ, quæ ob obitum eius filij intra dictam ætatem pertinebant ad proximiores, iuxta vulgatam Conſuetudinem Neapol. & conſequenter ad ipſum Clericum non ſpectare, & licet ſe feciſſet declarare hęredem illius, non poterat fieri, quia contra dictam Cōſuetudinem proceſſerat, & ſibi præambulum non ſuffragabatur, quia inauditis proximioribus latum fuerat, præterea, quia non fuerat ipſe conuentus ab ipſo tutore, qui procurauerat ſequeſtrum bonorum pro ſua tutela, quocirca dum non fuerat conuētus, nequiuerat opponere talem exceptionem, ſed venit audiri in ſequeſtro, quatenus ſua intereſſet, quo caſu Clericus etiam citari poſſit ex rationibus adductis per Carol. de Gratijs de effect. cleric. in primo effectu, num. 480. ad 483. inſuper quia præambolum erat notoriè nullum reſpectu dictorum bonorum, quemadmodum enim impeditur miſſio in poſſeſſionem hæreditatis vigore remedij l. vlt. C. de edict. diui Hadr. toll. ſi per viam exceptionis proponeretur, licet altiorem requireret indaginem, vt refert Menoch. de Adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 892. ita pariter pręambulum nulliter interpoſitum, cuius nullitas euidenter apparet, & ſic cum fuiſſet domi prouiſum per Reg. tunc Conſil. Felicem de Ianuario, vt procederetur in S. C. oppoſita exceptione remiſſionis petitę non obſtante, fuit eodem referente per Sacrum Conſilium confirmatum etiam in cauſa reclamationis, vt ex actis in Banca Romani.

Remiſſio cauſæ inquiſitionis alicuius rei ſubiecti Tribunali Dohanæ Menepecudum Apuleæ ex cauſa delicti commiſſi in contemptum, ſeù iniuriam alterius Tribunalis, an erit facienda Officialibus dictæ Regiæ Dohanæ, vel alteri Officiali, cuius aures offenſæ videntur ob tale delictum, quod exemplo iam occurſo in facto oſtenditur de quodam Dohanato ſubiecto Tribunali dictæ Regiæ Dohanæ, qui ex Regia Aratia Equorum Regis noſtri, Equos abduxerat, & capta contra eum informatione, eoque in fortijs Regiæ Audientię exiſtente, fuit ex parte Officialium ipſius Regiæ Douanæ inſtatum pro illius remiſſione, cum certum erat, ipſum eſſe deſcriptum, & matriculatum in dicto Tribunali, & pariter exercuiſſe, & exercere ſuum inſtitutum pertinens ad dictum Tribunal, quo fit, vt vnum ipſorum non ſufficiat ad obtinendam remiſſionem, niſi vtrumque concurrat, hoc eſt matricula, & exercitium, iuxta deciſa per Præſ. de Franch. deciſion. 481. quem probāt Doctor,

ctorū relati in prima parte noſtri Compendij, verbo matricula, & vltra eos notabiliter ex Bald. in ſua Margarita, verbo collegiati, notat Mantua in ſuo Teſeo lib. 6. ſub titul. de iuriſdict. omn. iudic. l. per iniquum in 24. notab, vbi cenſuit, quod collegiati nō gaudent priuilegijs Collegij, niſi officium exerceant, nec ſufficit ipſum exercere, niſi inde etiam fuerint matriculati, quemadmodū de Scholaribus ipſemet teſtatur in Authent. habita, C. ne fil. pro patre, præter eos Horatius Lutius de priuileg. ſcholar. priuil. 100. numer. 20. Ill. Epiſcopus Riccius, collect. 1829. Nec proindè dubitandum erit de tali Tribunali Dohanæ Regiæ Monepeducum Apuleæ, cum ipſa Dohana Menepeducum Apuleæ antiquum Romanorum Vectigal in domanio Regis, & pro ipſius corona tenetur, inquit Freccia de ſubfeud lib. 2. in 46. auctorit. numer. 15. latiſſimè Reg. de Ponte de poteſtat. Proreg. titul. de Regalib. impoſit. § 8 numer. 46. & ſequen. vbi multa ad ornatum huius Dohanæ contulit, & præſertim ad rem noſtram num 49. refert, quod Caualarij gaudent fori priuilegio, ſuntque ſub iuriſdictione Regij Dohanerij, cui conceſſum eſt merum, & mixtum imperium ſuper omnes locatos, ſeruientes, & quomodocunque Dohanam inſequentes. Ea parte vero Marcelli Caraccioli præfecti Regiæ Aratiæ dicebatur, remiſſionem talis inquiſiti ad ſe fieri debere, & de eius poteſtate iuriſdictionali non dubitabatur. Sed eius prætenſio adiuuabatur iuris rationibus, poſtquam ſi benè talis inquiſitus erat ſubditus dictæ Dohanæ delictum cōmiſerat extra ſuum inſtitutum in damnum, iniuriam, & contemptum ipſius, abducēdo equos Regios è ſtabulis Aratij; ſuppoſito prius quod furtum ſit iniuria, vt inquit Bartol. in l. licitatio, §. quod illicitè, num. 2. ff. de public. & vectigal. non tamen in perſonam, ex quo furtum non eſt iniuria in perſonam, vt idem Bartol. in l. verum eſt ſub numer. 5. ff. de furt. ſed in rem, quia ex eo damnum ſubſequitur Domino quod dicitur à diminutione, vel deperditione, idem Bartol. in l. damnum, numer. 2. ff. de damn. infect. ob quod nedum damno afficitur, ſed offenſio ex tali furto facto in eius ſtabulo, ex traditis in conſimili per Grammat. deciſion. 107. quare videbantur offenſę eius aures, propter quod cognitio ipſius criminis ad eū ſpectare videbatur, argū. l. nullū, C. de teſtib. & pariter ob locum, in quo delictum fuerat commiſſum, decens erat, vt illic etiam iuri ſubiaceret, Authent. qua in Prouincia, C. vbi de delict. agi oport. & conſequenter dum delinquens efficitur de foro illius Iudicis, coram quo deliquit, Præſ. de Franch. deciſion. 147. numer. 1. Mantua in Eratoſthenſi, conſiderat. 14. et remittendus erat, quinimmò delicti Iudex tantum habet fundatam iuriſdictionem in animaduerſione, Andr. Knichen. de iure territorij cap. 3. numer. 434. nam ratione delicti iuriſdictio fundatur, Conrad. Pincier. de iuriſdict. & imper. cap. 4. num. 12. quo fit, vt cum delicta conſenſu perficiantur, cap. ſed penſandum, diſtinct. 6. Et ſucceſſiuè ex eorum patratione obligationes oriantur, §. 1. Inſtitut. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur, talis obligatio ad pœnæ ſubiectionem tendit, nam pœna ſequitur ſuos authores, l. ſancimus, C. de pœnis, cui ſe ſubiecit delinquens, ad tex. in l. imperatores, ff. de iure Fiſci, ibi ipſi te huic pœnæ ſubdidiſti; hinc eſt, quod Iudex, q. dicitur Dei miniſter, Farinacc. quæſt. 32. numer. 89. ſed etiam legis; & cum ipſa lex pœnam præfixam inferri mandat, Campag. in cap. multorum Dei n. 5. non enim eſt tu qui iudicas, ſed lex, ideò bonus Iudex nil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges, & iura pronunciat, cap. iudicet 3. quæſt. 7. & propterea non conqueri debet delinquens, nec de pœna, quia inquit Gloſ. in l. cum probationis, verbo videtur, ff. de probat. delictum tuum te punit, non ego, nec de Iudice; exercet enim quilibet Iudex delicti iuriſdictionem in delinquentes, præuio eorum conſenſu delinquendo nimirum conſenſus in transferenda iuriſdictione requiritur, Pincier. dicto tract. cap. 3. num. 3. non obſtat ſi dicatur, dicto Præfecto nullam competere actionem, ex eo quia non conceditur alio, qui intereſſe non habet accuſandi furem equi, ex Petr. Iacob. notat Bonac. in tract. equorum, quæſt. 273. quia in hoc agebatur de ſua iuriſdictione tuendæ, quæ eſt publici iuris, non tamen de furto, quod eſt priuatum delictum, vt ibi Bonacoſ. notat. Sicque facta relatione in Collaterali Conſilio per ſpectabilem Regentem Dominum Didacum Zufiam de menſe Maij 1641. fuit per idem Collaterale deciſum, quod Regia Camera Summariæ in cauſa procederet, remittendo ei cauſam prædictam, penès Anaſtaſium à mandatis Scribam in cauſa Ludouici Aprile Dohanati.

Remiſſiones cauſarum criminalium petitę à Baronibus exigunt, vt rei ſint carcerati, alias ſi compertum fuerit, non eſſe carceratos non admitterentur, & ita practicatur, de quo latius ſup. eod. verbo debitor carceratus.

Remiſſus alias inquiſitus ad eius Iudicem, an ſi per mutationem ſtatus quærulantis eligentis alium Iudicem in forum, debeat reus ipſe iterum moleſtari ſuper remiſſione, tradita fuit deciſio ſup. in verbo electio.

Renunciari an poſſit beneficio ſenibus conceſſo, vt non poſſint carcerari, etſi non expreſsè, ſaltim tacitè, prout in facto euenit, nam cum eſſet Anellus Caluagna debitor in annuis ducatis 24 pro capitali ducatorum tercentum hæredibus q. Iacobi Antonij Carolæ, poſt liquidationem inſtrumenti peractam, ſe oppoſuit debitor, de perſona moleſtari non potuiſſe, vti ſexagenarius, ob quod ſaluamguardiam impetrauerat, deinde alio inſtrumento inter eos geſto ſe obligauerat ipſe Anellus ad certum tempus ſoluendi dictum capitale, ſub diſtinctione ratarum ſoluendarum infra certa tempora, & cū defeciſſet à ſolutione, coactus fuit creditor iterū illū citari facere ſuper tenore inſtrumenti, quo dato pro reſciſſo, dum exequi intendebat contra debitorem ipſe creditor, oppoſitum refertur de ſaluaguardia ſibi conceſſa, ne de perſona moleſtaretur debitor, quæ erat eadem ſaluaguardia alias expedita, vnde difficultati cōtingit, ſi moleſtari poterat, vel non,

dicebatur pro creditore, & ſi tale priuilegium concesſum videatur ſenibus, per ea, quæ ſunt relata in 1. par. noſtri Compendij, verbo ſexagenarius, ſeù ſeptuagenarius, vltra adducta nouisſimè de hoc dubio per Angel. Steph. Garon. de iure fiſci ad Conſt. Mediol. lib. 4. tit. 7. num. 47. & 48. vbi meminit de noſtra deciſione ibi adducta, adhuc tamen illi videatur renunciaſſe, & ſi non expreſsè, tacitè, iterum ſe obligando cum iuramento, per ea, quæ tradit in ſimili Minad. in deciſ. 2. verſ. Sed ad hoc de ſocero, qui habet beneficium deducto ne egeat, & ſe obligauerit ſimpliciter, cenſetur illi renunciatum, nam qui poteſt renunciare expreſsè, etiam & tacitè hoc fieri poterit, Giurba in dec. 45. num. 5. & in terminis noſtris de ſexagenarijs, qui cum iuramento ſe obligarunt eo tẽpore, quo eſſent ſexagenarij cum renuncia generali, vt eis non opituletur tale priuilegiũ firmat Carpan. ad Stat. Mediolan. c. 123. nu. 8. quem ſequitur nouisſimè Oldrad. in tract. de reſcript. prælud. 7. num. 70. hinc infertur, quod cum quilibet posſit ſuo fauori renunciare, l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 7. cum alijs apud Barboſ. in opuſc. princ. iuris lit. F. num. 38. ſicuti nobilis renunciare poterit beneficio nobilitati concesſo, ne pro debito carcerari posſit, vt ex Gutier. Couar. Garſia, & Ameſcua probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 318. num. 24. nouisſimè Gallerat. in tract. de renunc. tom. 1. cap. 190. per totum, ita etiam huic priuilegio ſenibus conceſſo Et ita nouisſimè deciſum fuit per M.C. ad relationem Iudicis Tasſoni, vt exequeretur non obſtante ſaluaguardia, ſicut ex actis in Banca Sclani. Sed introducta appellatione ad S. C. vigore Regiæ Decretationis verbi faciendi dicebatur, hoc priuilegium eſſe indultum ſenibus miſerationis cauſa, ne humani ſanguinis creditor forſan ſitibundus in eorum perſonas impiè ſequeretur ex Anchar. conſ. 336. ac alijs probat Intrigl. conſ. 18. num. 1. & huic priuilegio concesſo miſerationis cauſa neutiquã renunciari poſſe aſſerunt Doct. ſicuti in filiofam. renunciare beneficio ſibi à lege concesſo perpendit Præſ. de Frãch. deciſ. 164 Conſil. Paſcal. de vir. pat. poteſt. par. 2. cap. 9. num. 13. prout ita in terminis concludit Grasſis de exception. in præl ud. num. 177. quod huic priuilegio renunciari nõ posſit, allegat Marſil. ſing. 60. & Sarayn. in addit. ad eundem ſing. 108. num 3. Duenas regul. 100. Aſin. in tract. de exequut. §. 2. cap. 7. num. 10. 11. & 12. vltra Bal. in l. 2. C. qui bon. ced. poſſ. Et quatenus procederet ipſorum renunciatio, ſicuti quando renunciatio eſſet generalis, non ſufficeret per ea, quæ concludit Gallerat. loco relato num. 15. ita nec tacita ſufficiens eſſet, vt erat in caſu, de quo agebatur, ſed verius exigitur ſpecialis, imò ſpecialisſima, ſicuti in renunciatione facta à filijsfamil. concludunt Doctor. vt dictum eſt ſup. eod. verbo renunciatio, & quod per Senatum Mediolani fuerit iudicatum in fauorem ſexagenarij non obſtante, quod ſe obligaſſet in ea ætate, retulit ibidem Ang. Stephani, vbi id limitat ex Oſaſc. deciſ. 123. non procedere, quando data opera ſenex ſe obligaſſet huius prætextu, vt ibi per eum. Nihilominus fuit per S.C. confirmatum Decretum ipſius M.C. de anno 1635. vt erit videre in ſequentibus allegationibus editis per Camillum Tambrum V.I.D. ſolertisſimum. Io. Angelus Caluagna in anno 1628. vendidit q. Iacobo Antonio Carolæ annuos ducatos triginta pro capitali ducatorum tercẽtum mediantè publico inſtrumento, quod poſtmodum fuit liquidatum pro capitali, & tertijs, demum poſt ſibi vti ſeptuagenario expeditam ſaluaguardiam, iterum ſe obligauit præuio alio liquido inſtrumento ad ſoluendum capitale, & tertias in tot tannis: & quoniam hæredes dicti q. Iacobi Antonij præfatum inſtrumentum ſecundo loco factum in Magna Curia Vicariæ, iuxta ritum liquidare intendebant, dictus debitor ad effugiendam liquidationem pro euitanda pœna comparuit in eadem M. C. & dando inſtrumentum prædictum pro reſciſſo inſtitit contra ipſum expediri literas exequutoriales realiter, & perſonaliter, quæ iam fuerunt expeditæ, & conſignatæ, vigore quarum fuit carceratus, & opponendo, non potuiſſe carcerari ſtante dicta ſaluaguardia fuit per M.C. ad relationem Iudicis Taſſoni dictum non debere gaudere ſaluaguardia, à quo decreto obtinuit fieri verbum in S. C. & facto verbo prædicto inſurrexit difficultas in eodem S.C. an dictus debitor potuerit renunciare dictæ ſaluaguardiæ, & contra eum facit illa ſatis vulgara regula, quòd quilibet fauori ſuo renunciare poteſt, l. ſi quis in cõſcribendo, C. de Epiſc. & Cler. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. vtrobique Bart. Bald. & ceteri DD. habetur etiam in l. cum vſque adeò, ff. ſi quis à parent. fuer. manumiſ. l. nemo exterus, C. de iudic. & per Paul. de Caſtr. in conſil. 250. num. 2. vol. 1. quæ quidem regula eſt adeò vera, quòd non tantum poteſt quis renunciare fauori ſuo in damnum ſuum, ſed etiam in damnum alterius, vt notabiliter dixit adducẽdo exemplum Hippol. de Marſil. in ſingul. 361. Et licet aliqui ex Dominis Regijs Conſiliarijs dixerint, quod quoties quis non poteſt carcerari ratione dignitatis, ſexus, vel ætatis, neque poterit tali priuilegio renunciare, iuxta ea, quæ dixit Baldus in l. 1. num. 18. verſ. iterum tres ſunt caſus, C. qui bonis cedere poſſ. Carol. de Graſſ. in præludijs ad tract. de except. num. 167. vbi plures allegat, ſed debitor iſte ſeptuagenarius pro debito ciuili carcerari non poteſt ratione iſtius ætatis, vt voluerunt Ancharan. in conſil. 336. num. 2. Prouenzal. in addit. ad Bertach. in verbo ſenes. Intrigl. conſil. 18. num. 1. Grat. diſcept. forenſ. tom. 2. c. 328. num. 12. Carolus de Graſſ. vbi ſup. num. 177. Io. Baptiſta Thorus Dominus, & præceptor meus in Compend. deciſ. tom. 1. in verbo ſenex ſeptuagenarius, & Didac. de Mari in addit. ad deciſ. Grammat. 34. num. 9. quicquid in contrarium dixerit Cacher. in deciſ. 123. ergo huic fauori renunciare non poteſt. Attamen huiuſmodi Doctorum dictum habet nonnullas limitationes, quæ omnes verificãtur in caſu noſtro. Et primò limitatur non habere locum, quoties adeſt iuramẽtum, cum ratione iſtius iuramẽti valeat renũciatio, vt in caſu noſtro, vbi Io. Angelus in ſecundo contractu ſe cum iuramento obligauit ad ſolutionem capitalis, & tertiarum, in temporibus,

&

Digitized by Google

& tannis aſſignatatum, iuramentum enim obligat præcisè, vt per Alex.in conſ.37.vol.2. & cõcludit authoritate pluriũ Antonius Corneus in tract.de abſolut.forenſ.iuram.promiſſ.par.4.caſu 12. verſic. & nihil in hoc contrariæ opinioni fol.mihi 531. nè ergo iſte debitor incidat in periurium, quod diuino, & humano iuri infenſum, varijſque ſupplicijs etiam apud barbaras gentes punitur, & inter atrociſſima delicta connumeratur, de cuius atrocitate plura notatu digna refert Decian.in tract.crim. tom.2. lib.6. tit.9. concludendum venit, potuiſſe renunciare, & licet in caſu noſtro non adſit expreſſa renunciatio, adeſt tamen tacita, quia per contrarium factum tacitè quis renunciat iuri ſuo, vt per Tepat. de renunc. tit.356.in verſ.tacitè, fol. mihi 705. faciens enim actum contrariũ, cenſetur renunciare fauori ſuo, Tepat. vbi ſupra in verbo faciens. Et in ſpecie in ſene, qui ſe obligauit cum iuramento in aliquo contractu, dixerunt Carolus de Graſſis loco ante citato ſub num.177. & per Grat. in d.c.328. num.20. Secundò limitatur, illud DD. dictum non procedere quoties debitor haberet aliud remedium, quo mediante non moreretur in carcere, quia tunc poteſt renunciare omni eius beneficio, & fauori, quemadmodum in ſimili expreſsè concludit D.de Franchis in deciſ.81. vbi tractat illam quæſtionem, an poſſit renunciari beneficio Auth. hoc niſi, C. de ſolut. & cõcludit, quod ſic, ea potiſſimum ratione, quia debitori, nè in carceribus moriatur, eſt conſultum per beneficium ceſſionis bonorum, cui renunciari non poteſt etiam cum iuramento, vt per Bartol. in l.alia, §. eleganter poſt num.14. ff. ſolut. matrim. per Caſocc.in tract. de oblat. par.2. quæſt.2. fol. mihi 160. & per alios adductos à Carolo de Graſſis in d.de except. tract.except.17. n.9. ſic à ſimili in caſu noſtro valet hæc renunciatio tacita, cum taciti, & expreſsi eadem ſit virtus vulgatis iuribus, quoniam debitor iſte, nè moriatur in carcere, poteſt hoc ceſſionis bonorum beneficio gaudere, & vti. Tertiò limitatur, illud Doctorum dictum non habere locum, quoties ſenex debitor tempore contractus adhibuit dolum in contrahendo, & voluit creditorem decipere, nam tunc ratione iſtius doli non poteſt gaudere illo beneficio, nè in carcerem detrudatur, vt eſt in caſu noſtro, vbi debitor iſte tempore ſecundi inſtrumenti habebat ſaluaguardiam, qua voluit decipere creditorem, quemadmodum in ſimili concludunt DD. in eo, qui tempore contractus ſciebat ſe non poſſe debitum ſoluere, quod propterea non debeat gaudere beneficio ceſſionis bonorum, Bart. in d.§.eleganter in fine, vbi cæteri DD. Bald. in §. fin. inſtit. de actionibus, Cardinal. Florent. in cap. lator, col. fin. n.5. & Imola col.4. verſic. ſecundus eſt ſub num.19. de pignoribus. Idem Imola in cap. odoardus col.5. num.22. de ſolut. Angel. in l.4. num.4. ff. de ceſſ. bonor. Plotus in l. ſi quando num.179. verſic. ſic & contrahens, C. vnde vi, eamque communem profert Brunus in tract. de ceſſio. bonor. quæſt.31. quartæ quæſt. principal. num.1. fol. mihi 105. in paruis, & ibidem concludit Regens Rouitus in prag.2. de ceſſ. bon. Quartò limitatur, habere tũ locum, quando quis eſt priuilegiatus, ne poſſit carcerari ob priuilegium clauſum in corpore iuris, ſecus quando priuilegium non eſt clauſum in corpore iuris, vt in ſene ſeptuagenario, qui nõ reperitur in corpore iuris priuilegiatus, vt non poſſit carcerari, vt deducitur ex dictis per Cacheran. in d.deciſ.123. Et tandem ſi debitor non poteſt vti moratorijs pro debito facto poſt illarum conceſſionẽ, vt teſtatur Anna in ſingul.463. Ita pariter iſte debitor non poteſt, nec debet vti ſaluaguardia pro hoc debito ſecundo loco facto poſt illius expeditionẽ. Ex his fuit confirmatum decretum M.C. per S.C. in Aula Regij Conſiliarij Petri Antonij Carauitæ cum interuentu ſpectabilis Præſidis S.C. quod non debeat gaudere ſaluaguardia, in Bãca Sclani pro Anaſtaſio in cauſa Io. Angeli Caluagni cum hæredibus Iacobi Antonij Carolæ, Camillus Tambtus.

Renunciatio facta per filiam dotatam à patre in eius beneficium, an ſuccedente obitu patris, & filij vnico contextu, operetur in beneficium alterius ſororis, vel ei ſuffragari debeat prætextu læſionis, ac metus compulſiui, & quid ſi fuerit tranſactione ſopita accedente aſſenſu, ea non obſtante vti meticuloſa, ac doloſa opitulari debeat eius filio ex propria perſona venienti, prout annis elapſis contingit diſceptari in cauſa Octauiani Piſcicelli filij q. Ferdinandi Piſcicelli, & Portiæ Caracciolæ filiæ q. Io. Andreæ Caraccioli, ac ſororis Pauli Caraccioli, nam cum ipſi pater, & filius quodam ſero fuiſſent interfecti, & dubitaretur, quis eorum prius mortuus fuit, & per teſtes in informatione examinatos appatuiſſet, prius deceſſiſſe d. Io. Andræam Baronem Meſuracæ, & inde dictum Paulum eius filium Marchionem N. & ſucceſſiuè ſuperuixiſſe, vt quoque de iure comprobatum eſt in l. ſi quis duos, §. cum in bello, & §. lucius, ff. de reb.dub. latè Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4. Gloſ.7. par.2. num.42. & ſeq. vbi potiſſimum quærit, quid in materia ſucceſſionis. Et demum ageretur de ſucceſſione ſtatus prædicti, inſurrexit d. Portia aduerſus d. Iſabellã eius ſororem, & pro ea aduerſus Principem Scaleæ prætendendo, admitti ad ſucceſſionem ſtatus, non obſtante dicta renũciatione, neque tranſactione inde ſequuta ex ſupracitatis rationibus, & pro nunc inſpecta renunciatione replicabatur, quod cum ipſa filia fuiſſet dotata à patre, excluditur hodiè, vt tradit Anna in rubric. de vaſall. decrep. ætat. num.393. Reg. Rouit. in conſ.41. num.5. tom.1. & conſ.46. num.5. adeò quod ſemel excluſa, remanet ſemper excluſa Reg. Rouit. conſil.94. num.16. tom.1. & conſequenter ſoror dotata non ſuccedit fratri in Ciuitate Neap. Anna allegat.70. num.45. Reg. Rouit. d. conſ.46. n.25. neque etiam in feudalibus, nam debet ei ſufficere id, quod habuit in die votorum, Gloſ. in Cõſtit. Vt de ſucceſſionibus, & hanc opinionem reſtatur ſequendo Cannet. in extrauag. ſi aliquem in §. diſcutiendum eſt fol.300. quem citat Præſ. de Franch. dec.328. in princ. Et eo magis ſtante renunciatione facta, quæ tamen operatur, renunciantem haberi pro mortuo, & vt faciat locum alijs ſuccedentibus ab inteſtato probat Molſ. in Conſuet. Neap. tit. de renunc. quæſt.2. num.14. Reg. Rouit. d. conſ.46. num.26. Quo fit vt ſi fi-

lia accepta dote renunciauerit in forma, & fratrem alium hæredem extraneum inſtituerit, nequiret admitti ad medietatem ſibi debitam vigore Conſuetudinis Neap. & ſic deciſum per S.C. ex Ant. de Alex. probat Molf. in d. Côſuet. p. 3. q. 9. num. 1. Sed replicabatur ex parte ipſius Portiæ, nullam eſſe habendam rationem de dicta renũciatione ea pluribus, primo ex proteſtatione ante renũciationem prius factam per eam, quæ & ſi clandeſtina eſſet, multum operatur ad oſtentionem ſuæ voluntatis, ad tex. in l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquir. hered. quem ad hoc allegat Bald. in conſil. 165. in fine lib. 1. ſequitur Crau. conſ. 49. num. 8 vol. 1. laté Alex. & Iaſ. in d. §. fin. incip. Celſus poſt Gloſ. ibi, Abb. in c. cauſam matrimonij de offic. del. renunciatio non obligat renunciantem vltra eius voluntatem, Molſ. conſ. 39. num. 5. & de iure non præſumitur quis iuribus ſuis ſponte renunciare, ad tex. in c. ſuper hoc de renunc. quod procedit etiam in renunciatione ter profanæ, Ant. Corſet. in ſing. ver. teſtes, & in verbo mille teſtes in fine, & ex hoc etiam videbatur meticuloſè facta, vt in ſequenti verbo dicetur. Secũdò, quia expreſsè non fuerat renunciatum bonis feudalibus fraternis, licet pugnantia verba ſint appoſita, argum. tex. in cap. 1. §. in generali, ſi de feud. def. mil. conſulunt Angel. conſ. 287. latiſſimè proſequitur Loff. in parat. feud. tit. de nat. ſucceſſ. feud. in 11. col. verſ. quid autem ſi d. filia. Quinimmò & ſi paternis etiam feudalibus fuerit renunciatum, tamen ad fraterna à patre obuenta non extenditur, Andr. in c. 1. ſub num. 7. de nat. ſucceſſ. feud. & in cap. 1. § quin etiam Epiſc. vel Abb. per tex. in l. Paulus, ff. de acquir. hæred. & in l. fin. in fine, C. de inoff. teſt. idem voluerunt Dec. conſil. 3 1. num. 5. poſt Ludouic. Rom. conſ. 166. Curt. Iun. conſ. 101. num. 6 Loffred. d. cap. 1. de nat. ſucc. feud. 10. col. verſ. an filia dotata, ibi, & quia per mortem, in puncto Reg. Rouit. in conſil. 100 num. 5. vol. 1. & ſic ſoror dotata de bonis paternis ſuccedit fratri, licet non habeat, niſi paterna, Anna alleg 117. num. 3. ſic ſoror de bonis patris dotata non excluditur à bonis ad fratrem peruentis à patre, Reg Lanar. conſil. 60. num. 146. latiſſimè Anton. Xibecca inter conſil. diuerſ. ſicul. 49. num. 6. & ſeq. Inſuper quatenus ipſa renunciatio extenderetur ad bona fraterna, non obſtat ex defectu aſſenſus ſuper ea præſtiti, qui non loquitur de fraterna hæreditate, nec de pactis poſtea appoſitis, ſed tantũ ſuit præſtitus renũciationi faciẽdæ, quæ cum ſit ſtricti iuris, probat Molſeſ. in Conſuet. Neap. tit. de renunciat. q. 1. num. 42. Zanger. de except. cap. 26. p. 3. num. 219. Viſcont. in ſuis concluſ. ver. renunciatio, Peguera deciſ. 146. nu. 29. non extenditur de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, Andr. in c. imperialem de proh. alien. per Fed. Molſeſ. d. q. 1. num. 26. 33. & 40. & q. 11. num. 2. Eo maximè exiſtente clauſula illa, quò ad expreſſa tantum, notat Andr. in c. 1. qui ſucceſſ. ten. quæ operatur, vt non extendatur ad pacta extranea, & inſolita, Camill. de Medic. conſ. 149. num. 16. Pariterque dum talis renunciatio continere videatur dolum in ipſa, & metum, vt in ſequenti verbo dicetur. Et in ſumma poſtquam de ſucceſſione ipſius Pauli agebatur, & ipſa Portia ſoror primogenita minimè ex eius bonis dotata fuerat, nam a ſ. hoc vt excludatur à ſucceſſione, debet dotari de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, Reg. de Ponte conſ. 50. num. 28. vol. 1. Franch. d. deciſ. 328. in fine. Ideò præferri debet eius ſorori ſecundogenitæ, & ſi tunc temporis in capillo exiſtenti, primo ex Cõſtit. Regni, Vt de ſucceſſionibus in verſ. coniugatæ autem, iuncta pragm. nuncupata *La Filangeria* incip. Io. 2. vbi apertè diſponitur, ſororem ſuccedere fratri non dotatam de ſuis bonis, & cum ipſa Portia ſucceſſibilis effecta, vti maior nata, attendi debet ipſa Conſtit. eo maximè dum de ſucceſſione agitur, vbi iure francorum viuitur, ibi in verſ. necnon ſorori prædictæ ſecundogenitæ etiam in capillo exiſtenti præferri debuit. Item ſecũdo ponderando verba illa, filię autem, nam ſi filia primogenita de bonis paternis minimè dotata ſecundogenitæ in capillo exiſtenti cum de patris ſucceſſione agitur, ibi præfertur, quia de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur dotata non fuit, eodem pacto, eodẽque iure, & ratione cum de fratris ſucceſſione agetur ſoror primogenita ex eius bonis non dotata ſorori in capillo exiſtẽti ſecundogenitæ præferri debet, etiam ſi in bonis paternis ſuccedere voluerit, Reg. Rouit. in conſil. 44. num. 1. & 2. vol. 1. Præſ. Amat. conſil. 15. num. 4. Et demum huncc aſum conſimilem decidit concludendo Gloſ. in d. Conſt. in verſ. excludunt, quam ibi Afſl. ſequitur ſub nu. 35. poſt Iſern. in Conſt. In aliquibus in verbo maritate, in veritatem contrarium, quod filia primogenita de paternis bonis tantum dotata ſecundogenitam in capillo exiſtentem excludit in materno feudo, quia de bonis maternis dotata non fuit, ita quoque filia renunciando bonis paternis cõtemplatione fratrũ, ipſis mortuis admittitur ſoror ipſa primogenita non obſtante renunciatione, & excludit ſecundogenitam, vt conſuluit Iacob. Gallus conſil. 64. & ſic poſtea deciſum per Collateralẽ Conſ. vt erit videre in voto Reg. mr. Salernit. poſt allegationes impreſſas poſt eius deciſiones, vbi ad hoc multa cumulauit, & ſic renũcians ſuccedit mortuis fratribus ſine filijs, & ita deciſum etiam teſtatur Molſ. in d. Conſuet. in addit. p. 3. q. 9. num. 1. & 2. deciſio autem refertur in verbo tranſactio.

Renunciatio facta per filiam in beneficium patris accedente conſenſu viri, an reſcindi poſſit prætextu metus reuerẽtialis, & compulſiui, ac etiam læſionis, in eademmet cauſa, vt ſupra relata in præcedenti verbo Portiæ Caracciolę pariter dubitari contingit de dicta renunciatione per ea m facta, nedum quia facta fuerat meticuloſè, ſed etiam doloſè, ac cum lęſione, & quantum ad metum dicebatur, duplicitet conſiderari, primo ex cauſa reuerentiæ patri debitæ, ad text. in l. apud Celſum, §. aduerſus, ff. de doli mali, & met. except. ibi ſemper enim reuerentia, &c. Vndè oritur metus reuerentialis, eo quia patri renunciatio facta fuerat, vt conſiderat Socc. conſ. 165. ſub num. 4. verſic. præterea, & num. 3. Curt. Iun. conſil. 141. ſub num. 11. latè Graſſ. in tract. de except. in except. 11. num. 29. Medic. in conſ. 25. num. 8. in terminis renunciationis. Concurrebat etiam metus reuerentialis reſpectu eius viri, qui obtabar

bat talem renunciationem fieri facere, & proterea quod ſola reuerentia mariti inducat iuſtum metum, in caſu, quo mulier contraxit cũ marito, vel ad commodum eius, eſt communis opinio Doct. in l. interpoſitas, C. de tranſact. Graſſ. de except. in except. 11. nu. 32. Mongoll. in tract. de ijs, quæ vi metus cauſa fiunt, cap. 3. nu. 7. quæ fuit pluries approbata per S.C. apud Afflict. deciſ. 69. verſ. vnde ſicut actus, Capyc. deciſ. 159. num. 32. vbi allegat alias deciſiones. Accedebat quoque metus cõpulſiuus: Primo, ob proteſtationes antecedentes, vt conſuluit Aym. conſ. 49. num. 8. quę quidem proteſtationes etiam clandeſtinę factæ, validę ſunt ad renunciationis reſciſſionem, conſuluit Socin. d. conſ. 263. nu. 8. & 9. vol. 2. & conſ. 27. ſub nu. 14. vol. 4. de quo ſatis per Mongoll. in d. tract. cap. 1. §. 3. num. 16. Inſuper & ſecundo, ex minis dictæ Portiæ factis ab eius viro cum euaginatione enſis, qui erat vir terribilis, ſuperbus, ſolitus exequi minas, verberare, ac omnes exteri, ac domeſtici eum timebant, vt probarũ fuerat, prout conſuluit Aym. d. conſil. 49. nu. 1. Mongoll. d. tract. cap. 4. §. 1. n. 9. hæc quoad metum, quo vero ad læſionem certum erat, quod propter paucam dotem renunciauerat tam opulẽtiſſimis facultatibus paternis, & maternis, ac tot, tantiſque hæreditatibus, vt in facto iam probatum fuerat, ex quo maxima lęſio reſultauerat, quæ ſufficiens erat ad reſcindendam dictam renunciationem, ex ijs, quæ conſuluerunt Dec. conſ. 251. ſub num. 2. Curt. iun. d. conſ. 141. num. 6. vbi hanc communem eſſe opinionem teſtatur, & Socin. d. conſil. 263. ſub num. 4. verſ. præterea, vol. 2. Mongoll. d. cap. 4. §. 1. num. 10. Reg. Rouit. in conſ. 44. nu. 4. vol. 2. quæ ſiquidem omnia iunctim, & metus, & læſio ſufficient ad reſciſſionem contractus, Ant. de Alex. poſt alios in d. l. interpoſitas, Aleiat. in cap. cum contingat, de iureiur. Roder. alleg. 24. num. 2. Anna in alleg. 88. nu. 6. Graſſ. de except. in except. 11. num. 18. latè Anton. Xibec. inter conſil. Sicul. 46. nu. 1. & ita in terminis renunciationis Conſ. Theod. alleg. 36. nu. 24. D. Reg. Rouit. in conſ. 85. num. 22. tom. 2. Præſ. Amat. conſ. 41. n. 12. quanquã ex aduerſo dicebatur, nullam habendam eſſe rationem de tali metu, ac dolo, ſeù ceſſione re ipſa, cum illis expreſsè fuerat renunciatum, ſicuti ex contractu percipiebatur, latè Marta in tract. de clauſul. part. 1. clauſ. 228. nec aliter regreſſus dabitur, Peguer. deciſ. 137. num. 6. & ſeq. & dato quod valeret, adhuc læſio in renũciatione exquiritur enormiſſima, Luna in conſ. 46. num. 36. & ſimiliter niſi de ſcientia tempore renunciationis conſtaret, Marta vbi ſup. num. 10. Inſuper quia licet fuiſſet articulatus mẽtus reuerentialis, & demum probatus metus cõpulſiuus, vt ex declaratione Procuratoris apparebat, erãt quippè diuerſa, & ex diuerſis nõ fit illatio, debebat enim ſpecies metus probari, & qualitas ipſius, Graſſ. d. except. 11. n. 45. & 46. Mongoll. d. tract. cap. 10. §. 2. Reg. Rouit. d. conſ. 68. num. 3. poſtquam ſi de metu compulſiuo mariti tractabatur, non obſtat, quia actus factus à muliere in beneficium alterius, etiam in domo viri facit ceſſare preſumptionem metus, ita Xibecc. vbi ſupra, num. 17. Attamen replicabatur primo obiecto, quod data inualiditate, vel reſciſſione renunciationis clauſulæ allegatæ, ac aliæ conſimiles corruunt, vt conſuluerant Aymon. d. conſ. 192. nu. 10. in verſ. 4. Bart. conſ. 90. nu. 1. Curt. iun. conſ. 141. nu. 19. vbi alias reſponſiones adduxit, & talis renunciatio exceptionis metus non operatur, quando contractus eſſet metu initus, Anna allegat. 114. num. 6. & ſeq. Graſſ. de except. in except. 12. num. 32. reſpectu alterius obiecti dicebatur, quod vterque metus ſiue reuerẽtialis ſufficiens erat ad reſcindendum cõtractum, Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quat. rer. act. non det. Anchar. in cap. canonum ſtatuta, col. 91. de conſtit. Paul. Caſtr. conſ. 177. col. 9. Socin. conſ. 263. col. 2. vol. 2. latiſſimè Reg. Rouit. in conſ. 68. num. 5. vol. 2. ſed magis metus cõpulſiuus, Gloſ. & DD. in l. metu, C. quod metus cauſa, quo probato ſubingreditur nullitas contractus, Reg. Rouit. deciſ. 21. numer. 12. quibus omnibus perpenſis cum fuiſſet ad tranſactionem deuentum, inde iterum inſtituta lite per ipſum Octauianum filium dictæ Portiæ prætendentem ex allegatis non obſtante tranſactione vti pariter meticulosè facta cum læſione, in eius fauorẽ eſſe pronunciandum, cuius deciſio refertur infra in verbo tranſactio.

Renunciatio facta à fratre primogenito de ſucceſſione aliorum feudorũ mediante iuramento in beneficiũ eius fratrum, an valeat in prȩiudiciũ filij primogeniti renunciantis, eo amplius ſi aſſenſus non interfuerit, fuit deciſum affirmatiuè, ita Reg. Salern. deciſ. 14. aſſenſus Regius.

Renunciatio officij facta per patruum in beneficium eius nepotis, in quo fuit per Reg. Cam. poſitus, qui inſimul cum eius patre renunciauerunt idem officium dictæ Regiæ Cameræ, & ab ea alteri vendituũ, an reſcindi poſſit prætextu metus, & minoris ætatis, deciſum fuit in beneficiũ hæredis emptoris mortui lite pendente, nil refragante exceptione metus verificata certo modo, & ex alijs dicuſſis per Reg. Salern. deciſ. 53. in cauſa.

Renunciatio facta per debitorem in obligatione, ſeù inſtrumento generali inter cætera, vt non poſſit viſitari, renunciando ferijs, alijſq; in ſui fauorem priuilegiis pro cauſa debiti, an valeat etiam accedente iuramento, videbatur dicendum minimè fieri poſſe, etenim renunciatio proprij iuris eſt quædam donatio, quæ non præſumitur, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 41. num. 2. nemo præſumitur in dubio donare, idẽ eod. tract. lib. 4. præſumpt. 146. num. 13. quia renũciatio ſapit naturam donationis, ad quod Macerat. lib. 1. variar. reſol. in reſol. 23. num. 10. dixit, quod renunciatio ſapit donationem, & fortius ſuperaddita debitoris inopia, tunc enim per exiſtentiam neceſſitatis illius ſubſequitur, quod nullus in neceſſitatibus liberalis exiſtit, ad text. in l. rem legatã ff. de adim. legat. cum alijs apud Barboſ. in ſuo opuſc. prino. vtriuſque iur. lit. H. nu. 9. Inſuper negari non poteſt, quin iſta viſitatio debitorũ

pro cauſis ciuilibus ordinata ſit inducta in fauorem ipſorum, poſtquam debitum ſoluere nequeant, dum viſitantur in viſita generali ſingulis diebus Saturni mandatur, certũ quid ſolui ſingulis menſibus per eos creditoribus, & liberantur, vt tradit Reg.Rouit. in rubr. de viſit. carcer. & conſequenter hoc videtur inductum pietatis cauſa, ne diutius debitores in carceribus detineantur, quo fit, vt ijs, quæ miſerationis, ac pietatis cauſa ſunt conceſſa, renunciari non poſſit, exemplo oſtenditur in renunciatione beneficij l. vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. prout expreſſim teſtatur Theſſaur.deciſ.177.num.5. ſimiliter beneficium conceſſum filijsfamilias, videtur introductum fuiſſe miſerationis cauſa, Franch. deciſ.181.nu.7. ideo illi renunciari non poſſit, vt ibi diſſeritur, Apicell. in ſuo tutam. pauper. tit.4. num.16. paritérq; renunciatio beneficio Auth. hoc niſi eſt contra charitatem, & humanitatem, idem deciſ.81. nu.3. ideo non valet, & ſic de ſimilibus, prout in beneficio ceſſionis bonorum, cui etiam renunciari nõ poteſt, Doctores in l.ſi alia, §.& eleganter ff.ſol.matr. Carau. in ritu 179. num.4. Muſcatell. in praxi S.C. lib.2.part.3.gloſ.detinebitur, num.108. ſequitur Apicell. in d.ſuo tutam.paup.tit.4.n.76. paritérq; & beneficio cap.Odoardus. Ex quibus iudicauit M.C. ad relationem Iudicis Ioſeph de Herrera, in cauſa Octauij, & Iacinthi Mainetta cum Io. Dominico Sixto in fauorẽ debitoris renunciantis, ſed introducta appellatione in S. C. dicebatur contra debitorem nulli dubium eſſe, quin quilibet poſſit renunciare beneficio ſibi conceſſo, l. ſi quis in conſcribendo, C.de pact. Machell.paroc.34. n.8. quapropter etiam ſi extaret particulare ſtatutum in fauorem debitorum, adhuc renunciari poſſit, etenim quis renunciare poteſt beneficio ſtatuti introducto in eius fauorem principaliter, licet ſecundariò reſpiciat vtilitatem publicam, Caualc.deciſ.2.num.12.& 14. par.1. & deciſ.11.num.8.part.4.& in ſumma renunciatio quælibet admittitur per debitores facta, dum ſupererat beneficium ceſſionis bonorum, ex traditis per eundẽ Franch.deciſ.81. quem ſequitur Apicell.d.tit.1.num.187. Nec obſtat, quod interuenerat iuramentum in dicta renunciatione, ita quod renunciatio cum iuramento obliget præciſè ad factum, idem Franch.d.deciſ.81.num.5. nam reſpondet Carauit. ibi ſupra, num.5. dum in hoc concurrat neceſſitas renunciandi, atque inopia, ea excuſatent à periurio, cap.querelam, de iureiur. cũ alijs ibi adductis, neque obſtat, quod hoc beneficiũ videatur conceſſum ratione pietatis, ac miſerationis cauſa, ita quod renunciari nõ poſſit, nam renunciatio in ijs, quæ concernũt pietatem non ſolum ſpecialis, ſed ſpecialiſſima requiritur, probat Nouar. in praxi de priuileg.miſerab.perſon.priuileg.3.nu.2. at cum in facto ſpecificè renunciatum fuerat beneficio viſitationis, merito ei ſuffragari non poterat, quare facta relatione in S.C. ab eodem Iudice die 13. Octobris 1633. fuit per S.C. interpoſitum decretum ſubſcriptum. Per S.C. remiſſa eſt cauſa eidem M. C. quæ prouideat, quod nõ gaudeat generali decreto, hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Palmæ.

Renunciatio facta à filio monaco in beneficiũ patris an valeat, fuit interpoſitum decretum in beneficiũ filiæ nomine eius patris defuncti, in caſu per me relato in voto 82. num.30.

Renunciatio inſinuationis iurata in donatione vltra quingentos ſolidos, an præiudicet futuris creditoribus donantis, concluditur negatiuè, Reg.Rouit.deciſ.48.dum Princeps.

Renunciatio facta per debitorem in inſtrumento cõdito cum creditore beneficio dilationis quinquẽnalis, aut triennalis, vel biennalis, an valeat in præiudicium creditorum illam concedentium, quemadmodum in facto euenit inter cętera debita contracta per Io.Antoniũ, & Franciſcum Antonium Coſta fuerat debitum promiſſum Catharinæ de Vito capitalis duc. . . . & in inſtrumento ſpecificè renunciatum fuerat dilationi prædictæ, modo, & forma vt ſupra, cum igitur poſtmodum per alios creditores ipſorum fuiſſet conceſſa talis dilatio, & inſtituto iudicio contra alios non concurrentes, inter quos aderat dicta Catharina, ſeruatis ſeruandis fuit per M.C.V. conceſſa triennalis dilatio ad relationem Iudicis Ioannis Cioffi, per quem audita reclamatione ipſius Catharinæ opponẽtis, fuiſſe renunciatum dictę dilationi, fuit domi prouiſum, vt non obſtante ſaluaguardia, exequeretur contra eos, à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad S.C. & obtentum de prædictis verbũ fieri, dicebatur ex parte ipſius Catharinæ extare renunciationẽ ſpecificam dictę dilationis, & de iure ęxtat regula, quod quilibet poteſt ſuo fauori renunciare, l.cum pater, §.libertis ff. de leg.2. cũ alijs allegatis per Barboſ. in ſuo opuſc. princip.vtriuſque iur.lit.F.nu.38. ſicuti renunciari poſſit beneficio impetrandi moratorias, Graſſ.de except.in except.32.nu.69. ex eo quia dilatio reſpicit fauorem debitoris, Monac.deciſ.Bonon.40. part.1. num.18. ideo illi renunciare poterit, Cencius de cenſib. part.2. cap.1. quæſt.4.art.3.nu.4. & per iſtam, & alias rationes in terminis ita videtur concludere Apicell. in ſuo tutam. pauper. tit.1. numer.187. idemque aſſequitur Gallerat. in tractatu de renunciat. cap.197. numer.4. ex aduerſo replicabatur, benè hoc procedere reſpectu ipſius debitoris, nõ tamen eius creditorum, quibus præiudicare non poterat in alio inſtrumẽto celebrato cum alio creditore, dum poſt illius celebrationem dilationem conceſſerant, ne moleſtaretur debitor ab alijs, nam eis intererat, ne carcere mancipatetur debitor, ſed potius liber exiſteret, vt potuiſſent ſatisfieri ex laboribus ipſius, nam alteri per alterũ iniqua conditio non debet inferri, ad text. in l. non debet ff.de regul. iur. & ſic renunciatio non valet ad præiudicium tertij, ſed ſolum ipſius renunciantis, Borgn.deciſ.29.num.36.par.2.& ita limitantur prædicta, niſi renunciatio ſit conceſſa gratia tàm ipſius debitoris, quàm creditoris, quia tunc renunciatio non procederet, vt ibi Cencius num.5. ſubnectit, & opi-

nia

Digitized by Google

nio Apicellæ procedit, quando renunciatio fieret per debitorem in fauorem creditorum non concurrentium, nam eo caſu creditores concurrentes illis præiudicare non poſſent, ſimiliter opinio Gallerat. procedit, quando debitor vellet renunciare tali beneficio à lege indulto, eligendo beneficiũ ceſſionis bonorũ, ſed caſus, de quo agebatur erat, ꝙ renunciatio facta fuerat vni creditrici à debitore, quæ non poterat afficere alios creditores, ex regula rubr. C. res inter alios acta, &c. ibique DD. præcipuè Tiraquell. num.2. & ſic facta relatione in S.C. in Aula tunc Regij Conſiliarij Rouiti per eundem Iudicem, fuit confirmata ſententia eiuſdem M. C. eidem remittendo cauſam ſimpliciter, vt ex actis in Banca de Vito.

Renunciatio facta per Baronem habentem priuilegia cum clauſula abdicatiua, etiam quoad perſonas miſerabiles in pręiudiciuṁ vnius ex vaſallis an ſubſiſtat, licet alias negatiuè fuiſſet decisũ apud Franch. dec.541. vt in 1.par. compendij verbo Barones, idem poſtea deciſum fuit in cauſa Marci Antonij de Arminio inquiſiti de homicidio cũ Raynaldo Cęſa quærulante, referente Reg.Conſil. Octauiano Cęſare, & fuit cauſa remiſſa ad Curiam Auellini nõ obſtante renunciatione facta per Ill.Principem Auellini, penès Pintum.

Renunciatio an trahatur ad ea, de quibus non fuit actum, hoc eſt ad ius de futuro, & ſi dicatur omnibus iuribus, quæ quis habere ſperat, deciſum fuit per R.C.S. negatiuè, ita Franc.de Petris conſ.51.

Renunciatio facta patri, an præſumatur facta fauore maſculorũ, & ſi ex verbis appareret, eſſe realem, poſtquam ex diſpoſitione iuris præſumitur perſonalis, decisũ fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa Aureliæ Saracinæ cũ hæredibus Policarpi Taralli, penès de Simeone, vt refert Franc.de Petris conſ.51.

Renũciatio ſucceſſionis promiſſa à muliere nubente, ſiue Monaſterium ingrediente, an pro facta haberi debeat ex ſola promiſſione renũciandi ſolo iuramento firmata, fuit deciſum per S. C. non eſſe opus alia renũciatione, tradit Dom.Conſiliar.Merlin.controuerſ.forenſ. cap.4. præter,

Renunciatio monialis ex diſpoſitione S. C. Trident. ante facta etiam cum iuramento in fauorem cuiuſcunque cauſæ piæ valere nõ debet, niſi cum licentia Ordinarij fiat intra duos menſes ante profeſſionem, nec aliter effectum ſortiri, niſi profeſſione ſubſequuta, alias irrita redderetur, an ſi facta fuerit promiſſio renunciandi multo tempore ante profeſſionẽ, nulla iudicari debeat, cõcluditur, quod ſi agatur de promiſſione renunciationis facta per Monialem, procederet diſpoſitio Concil.Trident. ſecus tamen in promiſſione facta per Monaſterium, quæ nõ ſubiacet diſpoſitioni dicti Concilij, & ſic inter cætera iudicatum per S.C. reſtatur D. Conſil. Merlinus controuerſ.forenſ. cap.8. poſtremò.

Renunciatio matris etiam iurata, & facta pro ſe, & hæredibus, an noceat nepotibus, ne veniãt ex propria perſona ad aui ſucceſſionem, deciſum fuit negatiuè per M. C. & confirmatum per S.C. ita fatetur Conſ.Merlin. controu. forenſ.cap.11.& 12. in calce deciſionis.

Renunciatio reductionis ad arbitrium boni viri, & dicendi de nullitate laudi, an exiſtente enormi læſione, ac etiam nullitatibus imminentibus operetur, reductionem fieri nõ poſſe ad arbitrium boni viri, Magon. deciſ.Lucenſ. 97.num.30. Theſſaur. quæſt.forenſ. lib.1. q.82. Viuius deciſ.380.& Andr.Gayll. pract.obſeru. lib.2.obſeru.150.num.8. Gallerat.in tract.de renunc, cap.177.nu.7. tom.3. hanc quæſtionẽ attingendo examinant, ita concludentes fieri poſſe, qua re ad relationem Regij tunc Conſiliarij Io. Baptiſtæ Valenzuelæ inde Regentis meritiſſimi in ſupremo Cõſilio Italiæ, ac poſtmodum in Conſil.Caſtellę, ac Legionis nouiſſimè Præfecti Conſilij Granatẽſis mei Domini de anno 1616. deciſum fuit, quod ſuſpenſa exequutione laudi audiantur partes, in cauſa hæredum Proſperi Cappelli cum Ciuitate S.Agathæ, in Banca Scacciauenti.

Renunciatio facta per filiam dotatam à patre de bonis paternis, & maternis in genere, non expreſſis bonis, an ſibi præiudicet in bonis maternis, ſuper quibus fuerat prius inſtituta cum alijs ſororibus à matre, & pariter in parte portionis ſororis inſtitutæ prædefunctæ per exiſtentiã ſubſtitutionis reciprocę, quemadmodum in M.C. incidit ventilari in cauſa Notarij Petri Antonij de Tutijs viri Artemiſiæ de Leo cum hæredibus quondam Notarij Octauij de Leo patris ipſius Artemiſię, qui cũ illi conſtituiſſet dotem ducatorum 500. vna cum alijs bonis, & ſupellectilibus, aſſerendo dotaſſe de bonis paternis, & maternis, fuit tandem cõuentus à dicto Notario Petro Antonio genero ad ſoluendũ tertiam partis hæreditatis quondam Pliniæ de Ferrarijs matris ipſius Artemiſiæ hæredis ab ea inſtitutæ cum alijs duabus ſororibus, nec non ad medietatẽ portionis eiuſdem hæreditatis contingentem Aloyſiæ eius ſororis prædefunctæ vigore ſubſtitutionis reciprocæ factæ ab ipſa Plinia, videbatur dicendum, obſtare renunciationem per eam factam in beneficium patris de prædictis bonis, poſtquam renunciatio filiæ in beneficium patris operatur effectum extinctiuum, vt tradit probando Camill. de Medic. conſ.167.num.2.& huic conuenit regula vulgata, quod renunciantibus iura ſua nõ datur regreſſus ad iura renunciata, Molfeſ. in conſuet.Neapol.part.3.quæſt.26.num.8.& conſ.1. num.16.& ijs adſtipulatur, quod ſi filia renũciauerit bonis paternis, accedente iuramento perpetuo, ipſa cum filijs excluſa videtur, vt ex Alex.conſ.180.vol.5.Dec.conſ.181.num.7.& Guid.Pap.quæſt.598. firmat Gulielm.Oncear, quæſt.academ.lib.1.quæſt.34. latius Paul.Gallerat.in tract.de renunc.tom.1.lib.3.cap.2. per totum, & melius lib.4.cap.4. Anton.Faber in eius Codice tit.de iure dot, definit.7.& conſequenter filia renuncians in dotatione portioni paternæ, & maternæ, ſibi præiudicat, & eo amplius ſi conſenſiſſet dotationi prædictæ,

Maſtrill.

Digitized by Google

Maſtrill. deciſ.196.nu.11.& 12. ex Vrſill. probat Gratian.diſcept.forenſ.cap.504.nu.19. Ex aduerſo replicabatur,ſuppoſito prius,quod cũ ipſa renunciatio ſit ſtricti iuris, ſemper debet reſtringi, ne quis ex ea damnũ patiatur, Molfeſ.ad conſuet.Neapol.tit.de renunc. quæſt.1. num.42. Gallerat. in eodem tract. lib.1.cap.9. num.9.quo fit,vt ſi fuerit renunciatum hæreditati paternæ, & maternæ nõ militaret quoad aliorum ſucceſſiones, ita ex Dec.conſ.266. firmat ibidẽ Onciar.in fine, & latè idem Gallerat. d.tract. lib.1.cap.12. & ob id ſi fuerit renunciatum hæreditati paternæ, vel maternæ, cum iam obueniſſent materna filiæ, non noceret,in cuius beneficium pronunciatum eſſe teſtatur Nicol.Valla in tract. de rebus dubijs, in fine,ſub tract.de arreſtis,rubr.aliud iudicatum eſt de renunciatione ſucceſſionis paternæ, & maternæ , cum iam obueniſſent bona materna, itidem erit affirmandũ, cum ea fuiſſent iam obuenta filię,poſtquam exigitur ſpecialis renunciatio,ad text.in l.de ijs ff.de tranſact.in illis verbis,niſi inſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti,&c. ibique Doctores,nam vltra, quod renunciatio non cadit in iure delato,vt dixit Gallerat.d.lib.1.cap.8.num.4. debet tamen ſpecificè fieri renũciatio iſthęc hæreditati maternæ per filiam in beneficium patris, ad quod idem Gallet. eod.tract. tom.2. in 25. renunc. ſub nu.43. verſ.quod ſi agatur, adduxit conſ.Baldi 12.quando pater, vol.3. in hoc caſu vt pater conſtituat dotem filiæ tàm de bonis proprijs , quàm de bonis matris defunctæ, deinde recipiat renunciationem à filia omnium bonorum paternorum,& maternorum in ampla forma, & confiteatur filia, ſe eſſe contentam,& plenè ſatisfactam, & maximè per conſtitutionem dotis factam à patre de bonis paternis,& maternis, nam licet filia renuncians dotetur à patre , nõ tamen excluditur à bonis matris iam defunctæ , quoniam pater præſumitur filiam dotare de bonis proprijs, non etiam de bonis ipſius filiæ , & hanc cauthelam tradit Sylua nuptial. lib.2.num.81. verſ.aduertant ſecundo. hæc ille, quocirca filia non obſtante renunciatione facta in actu dotali poterit agere ad bona materna , ita ex Aret. Afflict. deciſ.179. ita deciſum dixit per Sàc.Conſ.& firmat Maſtrill.vbi ſup. num 16. Carocc. qui plures allegat atteſtans de communi opinione in tract. de patre filiam ſimpl. dot. quæſt.19. Fachin.controu.iur.lib.10.c.39. fuit tandem ita iudicatum , vt dixi ſupra in verbo filia dotata.

Renunciatio facta per filium in beneficium patris mediante albarano teſtibus duobus Religioſis roborato,an operetur totalem excluſionem illius, taliter quod ſi pater alium hæredẽ inſtituerit,poſſit immitti in poſſeſſionem hæreditatis,vel ea non obſtante filius præteritus admitti ad ſucceſſionem , de quo inter cætera cõtingit dubitati in cauſa venerab. Monaſterij Sanctæ Vrſulæ Captiuorum de Neap. & hæredis inſtituti per D.Carolum de Stabile, & venerab.Monaſterij S.Seuerini,& Soſſij de Neap.ex perſona D.Didaci Monaci filij ipſius D.Caroli iam per eum præteriti , & Aſcanij Paganelli ceſſionatij eiuſdem filij mediante publico inſtrumento , de quo ſupra in verbo hæres fuit mentio habita , & in verbo Monaſterium, dicebatur ex parte Monaſterij S. Seuerini,dictum D.Didacum antequã profeſſionem emiſiſſet cum eius patre publicũ inſtrumentũ geſſiſſe , in quo enunciabatur, D.Laurentium de Stabile in ſua vltima voluntate D.Carolum patrem,& D.Didacum filium inſtituiſſe hæredes vniuerſales , ob quam cauſã ipſe D.Didàcus prætendebat portionem eidẽ debitam,ac nonnullas etiam quantitates prętendebat D. Carolus pater ex diuerſis cauſis, ideo ad conuentionem deuenerunt tranſigẽtes omnes prætenſiones exortas ſuper dicta hereditate pro ducatis 4000.& amplius dictus D. Carolus pro legitima paterna , materna, Zierna, & auerna, quæ eidem D. Didaco ſpectare potuiſſet ex nunc pro tũc ſequuta eius morte donauit ducatos mille conſequendos ab eodem , poſtmodum eodẽ die fuit celebratum albaranum inter dictum D. Carolum, & idem Monaſterium , in quo fit mentio de dicta donatione ducatorum mille,& renunciatione ab ipſo facta,& additur noua promiſſio de non moleſtando , nec moleſtari faciendo dictum D. Carolum patrem tàm à dicto Monaſterio S.Seuerini,quàm à quauis alia perſona,firmatum à duobus Monacis dicti Monaſterij , ideo dicebatur, nullam rationem de eo habendam fore , nam duo teſtes fuerant ſubſcripti, qui erant mortui, & pariter Notarius, qui illud confecerat , & ſe ſubſcripſerat, qui erat perſona penitus ignota,& eodem die duo alia inſtrumẽta publica celebrata manu Notariorum , ac cum interuẽtu plurium teſtium, nam etſi videantur correſpectiui , ita vt vnus præſumatur cauſa alterius celebratus,Menoc. de præſumpt. lib.6. præſumpt.12.num.8. attamen quia albaranum contradicebat inſtrumento celebrato cum dicto D. Carolo patre , merito nulla ratio haberi potuiſſet. Sed replicabatur ex parte eiuſdem Monaſterij S.Vrſulæ, dictum albaranum fuiſſe celebratum à viris Religioſis,& dum tractatur inter Religioſos tantæ qualitatis , vt ſunt dicti Patres dicti Monaſterij S.Vrſulæ, omnia ex aduerſo dicta contra albaranum reijciebantur , adeo quod de ſcriptura reperta in hæreditate dicti D.Caroli iam mortui, qui nõ præſumitur fuiſſe immemor ſalutis æternę,& ob inſtitutionem factam in beneficium dicti Monaſterij voluiſſe ſe damnare . Inſuper in eodem albarano conſpiciũtur ſubſcripti pro teſtibus duo Monaci dicti Monaſterij S.Seuerini, & continet veriſimilia,& ſcripturæ atteſtationis ſtandum eſt, niſi contrarium probetur,Maſcard.de probat. concluſ.399.num.7.& crimen falſi non pręſumitur, latè Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt.10.num.14.& ex ijs dum conſtat de renunciatione dicti D. Didaci hæreditatis paternæ omnino erat prætenſio oppoſita impeditiua immiſſionis repellenda, ideo fuit deciſum,vt dixi ſupra verbo hæres.

Renun-

Renunciatio matris in beneficium eius fratrum facta an operetur totaliter excluſionem ſuorum filiorum, quin ſuccedere poſſint hæreditati auunculi ob exiſtentiam neptuum ex maſculo dependentium, de quo etiam inter cætera fuit hæſitatum in cauſa Hieronymi, & aliorum de Follerio cum illis de Rendina, de quo fuit facta mentio ſupra in verbo nepotes, & dicebatur ex parte ipſarum de Rendina filiarum q. Io. Baptiſtæ Rendinæ V.I.D. fratris q. Scipionis Rendinæ V.I.D. ad excluſionem ipſorum de Follerio filiorum q. Lauræ Rendinæ ſororis prædicti Scipionis, eos ſuccedere non potuiſſe inſimul cum eis, obſtante renunciatione eorum matris, quæ in hanc interpretationem recipit, ſi renuncians ſuperuixiſſet ei, de cuius hæreditate agitur, ſicque ei inhæret renunciatio tacita, ſeù annexa conditio, ſi hæreditas ad renunciantem deuoluatur, adeò quod ſi præmoreretur (prout in hoc caſu euenit) minimè ſucceſſio deferreretur, ſicque nō aliter conditione purgata, imò defecta, & euaneſcente conditione expirauit pariterque & ipſa renunciatio, & proindè habetur, ac ſi nunquam facta fuiſſet, quo fit, vt etiam eius filijs, ex propria perſona venientibus obeſſe debet. Sed his replicati contingit, talem renunciationem, veluti factam ſub conditione, quæ non exiſtit, euaneſcere, ad tex. in l. cedere diem, ff. de verb. oblig. ex doctrina Bald. Alex. & aliorum in l. pactum, quod dotali, C. de collat. cum alijs apud Morot. conſ. 22. num. 1. & 2. vbi probat de communi num. 3. & 8. ſubdens, quatar per S.C. Neapolitanum deciſum, prout bis teſtatur Minad. in Conſtit. In aliquibus ſub num. 11. & bis Præſ. de Franch. dec. 67. poſt eum Anna conſ 92. num. 43. Marant. diſput. 10. num 8. vbi alios congerit num. 12. dicens, in hoc caſu haberi pro infecta, & id, quod non eſt, minimè opponi poteſt filijs ſuccedere volentibus, Fachin. controu. iur. lib. 3. cap. 23. & de communi teſtatur Alex. d. l. pactum nu. 7. Minad. conſ. 12. in princ. Ant. Fab. in eius Cod. lib. 2. tit. 3. de pactis defin. 1. & 14. Viuius dec. 211. num. 2. Rolan. conſ. 11. num. 4. cum alijs apud Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 15. num. 58. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. vnica, p. 1. num 65. Couar. in cap. quamuis, 3. p. relect. §. 2. num. 4. Cephal. conſ. 235. nu. 46. ſubdens communiorem, veriorem, æquiorem, & in praxi ſeruandam, cum inualida renunciatio nullum prorſus poſſit producere effectum, Gratian. dec. 87. nu 21. & prædicta corroborat tex. in l. quoties in fine, ff. de nouat. vt ponderat ibi Roland. & his ſe ſubſcripſerunt Ruin. conſ. 204. num. 2. vol. 1. Trentacinq. conſ 49. num. 1. nouiſſimè Reg. de Ponte conſ. 40. nu. 6. vol. 1. aſſerens, ita paſſim iudicatum, vt in prima noſtra parte, verbo filij ſororis renuncians fol. 230. Hinc eandem ſententiam vltra dd. quatuor vices amplexus eſt S.C. in cauſa Marci Antonij Salati, vt teſtatur Frecc. in addit. ad Conſuet. Si moriatur fol. 83. verbo renunciatio, idemque fuit deciſum in cauſa Beneducis, & ſororum de Francolino, natarum ex fœmina præmortua, quæ renunciauerat, admiſſarum ad ſucceſſionem aui ab inteſtato, mortui inſimul cum Ioanna Piccilillo nepte orta ex filio maſculo, idemque deciſum tradit Camill. Salern. in Conſuet. Si qua moriens in verbo ad iſtud verbum fol. 204. ad relationem Regij tunc Conſil. de Altomare, iunctis aulis in anno 1564. & poſtremò determinatum fuit in fortiori caſu in cauſa fratrum de Pironobiliſſimo, illos admittēdos fore in bonis Marchionis Achaiæ, contra D. Vincentium de Montibus, non obſtante ampliſſima D. Corneliæ matris renunciatione, in qua, quod plus eſt, illa promiſerat de proprio teneri, ſi filij ea propria perſona venirent, & illi fuerant illius hæredes, & abſque legis, & inuentarij beneficio, in aula Reg. Conſil. Catanitæ, vt dixi in 2. tomo, verbo ſuccedere, fol. 670. & ſic pariter iudicatum fuit in cauſa prædicta, vt dixi ſupra in verbo nepotes.

Renunciatio facta per filiumfamilias Doctorem ſe obligantem cum patre, ſeù inſimul cum eo beneficio legis, quod cum eo, &c. an erit ſufficiens pro obligatione contracta, vel requiratur ſpecialiſſima renunciatio, præcedente certioratione dicti beneficij, cumque in dies de hoc contingit altercari in omnibus ferè Tribunalibus Orbis, & variè deciſum eſſe refertur, propterea duximus aliqua circa hoc conſideranda, quamquam primo aſpectu videatur concludi poſſe contra filiumfam. iuriſperitum renunciantem in ſpecie tali beneficio, nam quemadmodum quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mandati, ita rei ſuæ quilibet renunciare poterit, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. cum alijs citatis per Gallerat. in tract. de renunc. to. 1. in præfat. num. 3. vbi num. 4. ſubdit, quod beneficio legis renunciari poteſt, i. e. muto beneficium detur, & melius num. 10. probat ius omne, quod priuatim, & principaliter ad nos pertinet, renunciatione noſtra tolli poteſt, quapropter cum ex iuris diſpoſitione conceſſum ſit filijsfamil. ex contractibus celebratis tempore patriæ poteſtatis, inde ſui iuris effectis, aut in adoptionem datis, vel inſtitutis, vltra legitimam ſibi debitam beneficium, vt non poſſint conueniri, niſi quatenus facere poſſunt deducto, ne egeāt, & deducunt, quod debetur alijs creditoribus priuilegiatis, & illud, quod debent, poſtquam facti ſunt ſui iuris, ad tex. in l. ait prætor, ff. quod cum eo, &c. cum alijs relatis per Caſtagn. in tract. de beneſ. ded. ne egeat, &c. quæſt. 6. num. 1. & 8. & ſic pluries iudicatum per S. C. vt teſtatur Molfeſ. conſ. 42. num. 15. & ſeq. adhuc tamen dicto priuilegio renunciare poſſunt filijfam. vt ex Franch. dec. 104. num. 7. Giurba deciſ. 42. num. 8. & 14. Catau. & alijs probat ibi Caſtagn. num. 18. Et magis accedente iuramento, Giurba d. deciſ. 42. num. 16. & 17. Nam habet vim ſpecialis conſenſus, vt probat Caſtagn. d. tract. q. 1. falleot. 16. num. 11. cum ſeq. vbi plura. Tantò fortius erit talis renunciatio iura pro creditoribus, ſi fuerit filiusfam. Doctor, nam & ſi in alijs filijsfam. legum ignaris exquiratur expreſſa, & indiuidualis renunciatio, hoc eſt in ſpecie ſpecialiſſima, vt ex Alber. & Franc. notat Giurba deciſ 45. num. 16. & Mura deciſ. 94. num. 6. Caſtagn. in d. tract. quæſt. 1. ſub num. 39. in 16. fallentia, in Doctore ſecus eſſe videtur, quia præſumitur iura ſcire, & ſic renunciando videtur ex certa ſcientia iuri ſuo renunciare, adeò quod ſibi non debet tale beneficium renunciatum ſuffragari, & non mirum, ſi

præ-

Digitized by Google

preteritis annis deciſum appareat contra Doctorem, vt retuli in ſecunda parte noſtri compendij verbo Doctor, ſed poſtmodum ſuccedente conſimili altercatione determinanda in Sacro Conſilio, replicabatur ex parte alterius Doctoris, & ſi id procedere videatur in renunciatione ſpeciali, non tamen in renunciatione ſpecialiſſima dicti beneficij, prout erat caſus tunc propoſitus, & hac ratione perpenſa fuit in beneficium Doctoris pronũciatum, de quo ſupra in verbo Doctor filiusfamilias. Vnde pro corroboratione præmiſſorum aduertendum duxi, quod licet ſecundum aliquos videatur concludendum, tale beneficiũ fuiſſe conceſſum miſerationis cauſa à iure eiſdem filijsfamilias, Franch. deciſ. 181. num. 7. cũ alijs à Caſtag. d. tract. quæſt. 6. num. 3. licet cõtrarium aliqui Doctores reſoluerunt, vt erit videre apud eundem Caſtagn. vbi ſupra, attamen communiter Doctores ſentiunt, miſerationis cauſa tale beneficium à Prætore indultum eſſe, moto ex æquitate ob reuerentiam debitam à filijs patribus, quibus parere conſentaneum erit de omni iure, quapropter cũ in paterna perſiſtant poteſtate, videntur quodammodo coacti ad ſe obligandum pro illis, quia ita præcipiunt, & ne ob cauſam ipſam detrimentum patiantur, iuſtum ſiquidem cõpertum eſt, ꝙ ſi in vno grauantur, in alijs releuantur filijſfamilias, vt ex ſequentibus clarificatur, eapropter circa huiuſmodi difficultatis enucleationem erit præmittendum, quod filij in poteſtate patris exiſtentes, ne dum tenentur ad eius reuerentiã exhibẽdam, ad text. in l. apud Celſum, §. aduerſus ff. de doli mali, & met. except. ſed etiam ad obedientiam, ad text. in l. veluti ff. de iuſtit. & iure, ibi, vt parẽtibus, & patriæ pareamus, ſubdit Gloſ. in verb. parẽtibus, nota, filium debere patri obedire, vt in Auth. de nupt. §. ſi vero expectet, facit Gloſ. in l. liberorum in fin. ff. de ijs, qui not. infam. vbi notat, quod licet filius cogi non poſſit, debet tamen obedire etiam de iure diuino, vt probat Caſtagn. d. tract. quæſt. 4. nu. 32. adeò quod pro patre fideiuſſionem ſubſtinere, & pro illius debito ſe obligare aſtringuntur, ad text. in §. cauſas autem, in Auth. vt cum de appellat. cogn. ibi, in ſua enim noluerit fideiuſſionem ſuſcipere, vel pro perſona, vel pro debito in quantũ eſſe qui petitur, probatur idoneus, &c. & non mirum, prout inquit tex. in §. item inutilis, Inſtit. de inutil. ſtipul. filij vero familias alijs obligari poſſunt, vbi reſpondit Gloſ. in verb. obligari ex omni cauſa, vt ff. de iud. l. tam ex contractibus, & conueniri inſolidũ durante patria poteſtate, authoritate tamen patris interueniente, ad quod pater compellitur officio Iudicis, &c. de quo ſatis apud Pyr. Maur. Aret. de fideiuſſ. ſect. 8. cap. 2. & optimè Valent. Franc. eod. tract. cap. 2. n. 144. & ſeq. ſuccedẽte inde emancipatione quouis modo peracta, & ſi emãcipatione tollatur patria poteſtas, ea tamen non tollitur reuerentia patri debita, vt inquit Aſcan. Clement. in tract. de patr. poteſt. effect. 3. nu. 4. ſicuti exemptus à iuriſdictione non erit exemptus à iure reuerentiæ, Iacob. de Franch. in rubr. 13. de inueſt. feud. num. 26. adhuc tamen non aſtringitur ad obedientiam, & ſe obligandũ, atque fideiubendum pro patre, eo quod tunc etiam inſolidum teneretur cum patre, & propterea quoties filiusfamilias ſe obligauerit tempore, quo erat in poteſtate patris, nullum ſibi remedium videtur ſuffragari, niſi ob reuerentiam debitam metum reuerentialẽ ineſſe, ad text. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quor. rer. act. nõ datur, Barbob. de filijsfamil. quæſt. 20. num. 52. ob quem inductus videtur filius ad ſe obligandum, & ob id fuit conceſſum filijsfamilias beneficium legis quod cum eo à Prætore, vt ex Franch. deciſ. 181. n. 7. notat Giurba deciſ. 43. num. 18. & hoc ex quadam æquitate potius, quam de rigore, ad text. in l. 1. ff. quod cum eo, &c. ibi, ex bono, & ęquo patitur, & ex alijs probat ibi Caſtag. d. quæſt. 6. nu. 3. & in fine habita ratione reuerentiæ patri debitæ, ac læſione interiecta, & per mutationem ſtatus conceſſum videtur, Giurba deciſ. 42. nu. 11. quia nouus homo efficitur, dum emancipatur, poſt Franch. d. deciſ. 182. & alios Caſtagn. num. 2. in quæſt. 6. tale beneficium competere videtur emancipatione ſubſequuta, ad text. in l. ſed an hic ff. eodem, Caſtagn. ibi in princ. & num. 8. nam tempore patriæ poteſtatis nõ competeret, vt ibi Caſtag. in 10. fall. & in quęſt. 6. nu. 14. Giurba d. deciſ. 43. nu. 22. quo fit, vt dum tale beneficium competere videatur filio ſui iuris effecto, & ſi illi renunciare antea poſſit, vt dictũ eſt ſupra, talis enim renũciatio debet eſſe formata, vt operari poſſit, hoc eſt in ſpecie ſpecialiſſima, vt dictũ eſt, & hoc præcedente certioratione ſui beneficij, alias præſumeretur renunciatio facta de ſtilo Notariorum ſine cauſæ cognitione, & ſine voluntate renunciantis, vt probat Molfeſ. de renunciat. quæſt. 11. num. 3. & ſeq. poſtquam talis certificatio fit, vt ſit valida renunciatio, vt probat Grat. cap. 858. num. 13. quæ etſi in muliere, & filiofamilias procedunt, idem pariter in Doctore procedere videtur, dum ſpecialiſſima huius beneficij requiratur renunciatio, nedum vti filiofamilias, cui debet certiorari, vt inquit Caſtagn. dict. quæſt. 1. ſallent. 16. num. 17. ſed vti Doctori, tum quia illud ſibi competit vti filiofamilias, tum etiam quia vti Doctori ad perfectionem actus obligationis, eo quia tale beneficiũ conceſſum eſt Doctoribus fauore publico, vt doctoratus dignitas conſeruetur, Caſtagn. d. tract. quæſt. 9. num. 54. imò renunciatio in quibus poteſt fieri, requiritur, quod quis ſit de beneficio certioratus, ita Hoſtienſ. in ſumma de fideiuſſor. §. ſi quis, Dec. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 31. de pact. Capell. Tholoſ. dec. 38. Bal. conſ. 319. lib. 2. Cepoll. caut. 251. Alex. conſ. 227. nu. 4. lib. 2. & conſ. 24. num. 22. vol. 6. Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 42. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in præfat. num. 98. & 60. quia videtur renunciare iuri de futuro ſibi cõpetenti, & tali iuri ſimpliciter renunciari non poteſt citra pactũ expreſſum, iuxta communem opinionem Doctorum relatorum per Gallerat. in tract. de renunciat. tom. 1. renunc. 17. num. 16. & 17. & ſi

illud

illud miſerationis cauſa conceſſum videatur, iuxta aliorum opinionem illi neutiquam renunciari poterit, ex traditis per Gallerat. eod. tract.d.tom.1.renunc.17.niſi ſpecialiſſima fuerit facta, ex Franch.d.deciſ.181.nu.8. Cagnol. in proœm.digeſtor. Roman. conſ.269.num.2. quos probat ibi Galler.in fine,cum alijs apud eundem Giurbam deciſ.42. num.19. ſimiliter ſi ob reuerentiam conceſſum ſit, quoniam eidem beneficio minimè renunciari poſſe, probat Gallerat. eodem tract. tom.2. renunc.182. num.3. cum alijs apud eundem Caſtagn. dict. tract.in proœm. ſecundæ partis, num.28. hæc quoad beneficiũ deducto ne egeat, &c. competens filijsfamilias de iure,quo vero ad aliud cõſimile beneficium deducto ne egeat, quod competit Doctoribus,& Aduocatis,ad text.in in l.miles,vbi DD. ff.de re iudic. cum alijs allegatis per eundẽ Caſtagn.in d.tract. quæſt.9. num.1.& 3.vbi num.51.& 55. probat,tali priuilegio renunciari nõ poſſe per Doctores,ſubſequitur, quod dum fuerit renunciatum vni, non cenſetur alteri renunciarum,iuxta conſimilia tradita per Cancer.variat.reſolut.tom.3. cap.15.num.235.& ſi hoc non ſit vſu receptũ, prouenit ex clauſulis adiectis in obligationibus ab eis factis,opus enim erat, vt vtriſque priuilegijs renunciaretur,cæterum ſi hoc non fuerit obſeruatũ,vno ceſſante, remanet aliud, cuius vigore poterit ſe tueri,& propterea cum hæc exceptio opponatur contra inſtrumentũ guarentigiatum,benè procederet,quia contra eius exequutionẽ tenderet, vt in terminis aduertit Cancer.tom.2.cap.3.num.115.cum alijs adductis per eundem Caſtagn. eodem tract. in proœm. ſecundæ partis,numer.82. Molfeſ. d.conſil.42. num.36. preſertim circa exequutionem perſonalem,eo quia habens illud beneficium tutus eſt carcere, Molfeſ. conſil. 42. num. 36.& per conſequens perſonaliter cogi non poteſt, ex Baez.de debit.inop.cap.3.nu.8. Aret. Menoch. & Io.Baptiſt. de S.Blaſio notat Caſtagn.d.tract.in proœm.1.part.nu.16.& 18. quocirca iuſtiſſimè Carau.in ritu 166.ſub nu. 77.praxim circa hoc tradẽdo dixit,Iudex tempore vltimi perẽptorij conſtito ſibi in promptu, quod citatus ſit filiusfamilias, decernet, procedendum eſſe ad liquidationem,verum pro debito,& pœna ſuperſedendũ in exequutione perſonali, donec aliter fuerit prouiſum ſuper nullitate cõtractus, &c. & cum ita fuiſſet prouiſum per M.C.V. in cauſa Fabij Bruni V.I.D. cum Franciſco Lacedonia, interpoſita per eum appellatione in S.C. demum facta in eo relatione die 9. Nouembris 1638. per Iudicem Donatum Coppulam, in Aula Regij Conſiliarij Petri Antonij Carauita,decretum prodijt videlicet, remiſſa eſt cauſa eidẽ Mag. Cur.Vic.verum prouideat,qnod reſpectu perſonæ ſuperſedeatur, donec aliter fuerit ordinatum, &c. penès Secretarium, in Banca Caputi.

Renũciatio facta à patre in beneficium ſui fratris de bonis peruentis ad fratrem ipſum præuia tranſactione inter eos habita, an noceat eius filio, vt ſit excluſus ab hæreditate patrui inde defuncti, vel fratres conſanguinei erint admittendi ad illius ſucceſſionem,de quo incidit pertractari tàm in M.C.V. quàm in S.C. in cauſa illorum de Palma, dum igitur ageretur de ſucceſſione D. Antonij de Palma, qui ab inteſtato deceſſerat, & in eius hæreditate concurrebant D.Carolus,& D.Vincentius de Palma fratres cõſanguinei tantũ dicti D.Antonij, qui prætendebant excludere D.Innicũ de Palma à dicta hæreditate, non obſtante quod dictus D.Innicus ſit nepos D. Antonij ex fratre vtrinque coniuncto D.Io. de Palma eius patre, qui eiſdem fratribus cõſanguineis ex aperta iuris diſpoſitione præfertur, ex vulgato text. in §.ſi igitur defunctus, il ſecondo, Auth. de hæred. ab inteſt.venient. ex quo deſumpta eſt Auth.ceſſante, C.de legit.hæredib. qua de re ex ipſorum parte dicebatur, in primis obſtare dicto D.Innico renunciationem factam per dictum D.Ioannem eius patrem in anno 1625.in tranſactione inita inter D. Aureliam Toraldam tutricem dictorũ D. Caroli, & D.Vincentij,& dictum D.Ioannem,qui interuenerat pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, in qua expreſsè per hæc verba renũciauit ſucceſſioni ab inteſtato dicti D. Antonij. Amplius idẽ D.Ioannes ex cauſa tranſactionis prædictæ in caſu mortis alicuius ex dictis D.Antonio, D.Carolo, & D.Vincentio eius fratribus abſque deſcendentibus legitimis, & naturalibus ex corpore, tali caſu ex nunc pro tunc,& è contra liberè ceſſit,renunciauit,& donationis titulo, &c. donauit illis, ſeù illis ex dictis eius fratribus, & cuilibet ipſorum tunc ſuperſtiti, vel ſuperſtitibus, &c. omnem illam partem,& portionẽ, quæ ad ipſum D. Ioannem ſpectaret, ſeù ſpectare poſſet per mortẽ cuiuſcunque ex prædictis eius fratribus abſque deſcendentibus legitimis, & naturalibus vt ſupra de bonis,& iuribus quibuſcunque vnicuiuſque ſui fratris taliter decedentis vt ſupra tàm vigore Conſuetudinis huius Ciuitatis Neap.& ex Capitulis,& Conſtitutionibus,quam alias quomodocunque, & qualitercunque, &c. ſubſequuntur etiam alia verba,quod nullum ius, neque actio cenſeatur quæſita filiabus dicti D. Franciſci communis patris, ex qua ſiquidem renunciatione prætendebatur,ncdũ fuiſſe excluſum D.Ioannem renunciantem,verum etiam D.Innicum eius filium tunc natum,qui non aliter admitti potuerat ex propria perſona ex ſequẽtibus. Primò, quia iſta renunciatio non eſt ſimplex, quo nam caſu præſupponitur, quod loquuntur Doctores admittentes nepotes ad ſucceſſionem aui, vel patrui, non obſtante renunciatione patris,vel matris, ſed quod in hac renũciatione D. Ioãnes ſtipulatus eſt pro ſe, & hæredibus,& ſucceſſoribus, & promiſit non contrauenire, quibus caſibus teneri filium habere ratam renunciationem factam per patrem,aſſerebatur anthoritate Bald.in l.fin.§.in computatione,num.11. C.de iure delib. Alex. conſil.13. lib.5. eo magis quia teſtator poterat obligare bona hæredis, Afflict. deciſ.26. nu.3. adeo quod D. Innicus videbatur approbaſſe

dictam

dictam renunciationem per actum aditionis, ex eodem Afflict. deciſ. 112. num. 17. Secundò, quia agebatur de ſucceſſione patrui, non autẽ aſcendendentium, & quod omnes Doctores, qui loquuti ſunt in hac materia, quod poſſit filius ex propria perſona ſuccedere non obſtante renunciatione patris, loquuti ſunt in ſucceſſione aſcendentium, quo caſu nepotes ex propria perſona vocãtur ad ſucceſſionem, ſecus autem in ſucceſſione tranſuerſalium, quũ dicto caſu non ex propria perſona, ſed eorum patris, repręſentando veniat, at in caſu iſto nõ poſſit perſonam patris repręſentare dictus D. Innicus, cum ſit per dictam renunciationẽ patris extinctum ius eidem competens ſuper dicta hæreditate. Tertiò, quia hæc renunciatio fuerat facta, tranſigendo ſuper hæreditate D. Antonij interueniente pretio ducat. 4000. fiſcalium prælegatorum D. Vincẽtio ex teſtamento paterno, qui poſt mortem D. Ioannis peruenerunt in D. Innicum eius filium, & hęredem, & proinde ipſe non poſſit venire contra dictam renunciationẽ, ſed teneatur habere ratum factum patris, ex Roman. in l. qui ſuperſtitis ff. de acquit. hęred. Napod. in Cõſuet. Si moriatur, num. 38. & in iis conſiſtere videbantur fundamenta ipſorum fratrũ, quæ ſunt eadem argumenta, quæ deduxit pro contraria opinione Marant. in 10. diſput. à num. 1. ad 8. Ex parte vero ipſius D. Innici conſtantiſſimè inſtabatur pro interpoſitione decreti præambuli dictæ hæreditatis in ipſius beneficium, excluſis prædictis fratribus conſanguineis, nil refragantibus obiectionibus ſupradictis, quibus vnica reſponſione ſatisfacit idem Marãt. d. diſput. 10. num. 13. & ſigillatim reſpondetur, prout reſpondit Marant. ibi nu. 34. ſiquidem talis renunciatio ipſi D. Innico non obſiſtit, poſtquam D. Ioannes pater, qui renunciauit, prædeceſſerat D. Antonio fratri ab inteſtato defuncto, ſuperſtite ipſo D. Innico, qui venit ex propria perſona, licet ſit patris hæres, non obſtante dicta renũciatione patris prædefuncti, quæ illam tacitam continet conditionem, ſi hæreditas eidem D. Ioanni renuncianti delata fuiſſet, cum niſi deferatur, dum agebatur de hæreditate viuentis deferendę, nec renunciari quidem potuerit, nec poſſit dici delata, cum prædeceſſerat pater renuncians, vt docet Bart. & communiter Doctores in d. l. qui ſuperſtitis, & in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. in quibus locis omnes communiter firmant, hanc eſſe communem ſententiã, vt poſt Tiraquell. de primog. quęſt. 40. num. 117. Grammat. deciſ. 57. nu. 39. Surd. conſ. 332. lib. 2. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. nu. 47. Couar. in cap. quamuis. 3. part. §. 2. ſub num. 4. verſ. miſſam tamen hanc opinionem, de pact. Gutier. d. cap. quãuis, verſ. nec redundet, nu. 2. Vaſq. in l. ſi quando, §. illud, C. de inoffic. teſt. num. 56. verſ. tertius caſus, ibi, hæc omnia, quę dicta ſunt, Marant. qui optimis fundamentis tuetur diſput. 10. num. 13. Piſtor. lib. 4. quæſt. 7. nu. 1. Viuius deciſ. 211. Cęuall. quæſt. 101. n. 11. & 75. contra commun. concluſ. Cancer. lib. 3. cap. 15. variar. reſol. num. 44. alios refert Gaſp. Ant. Theſſ. lib. 2. quæſt. forenſ. q. 90. nu. 1. verſ. ſecundus eſt caſus, D. de Franch. deciſ. 67. in princ. Cunſiliar. Paſcal. de virib. patr. pot. p. 3. cap. 7. num. 53. Præſ. Amat. conſ. 15. nu. 12. Sanchez in ſumma lib. 7. cap. 7. nu. 46. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 84. num. 10. Nec huic concluſioni aduerſatur prima oppoſitio, quod prædicti Doctores loquantur in ſimplici renunciatione, non autem quando eſſet facta etiam pro hæredibus, & adeſſet promiſſio de non contraueniendo, & filius hæres acceptaret hæreditatẽ patris, prout contendunt in renunciatione de qua agitur. Tum quia re vera hæc, de qua agitur renunciatio eſt ſimpléx, & ſteriliſſima, nam D. Ioannes non aliter promiſit pro filijs, nec pro hæredibus non cõtrauenire, nec quod dicti filij, & hæredes ad dicta bona renunciata non aſpirabunt, ſed in principio contractus tranſactionis interuenit pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, iuxta communem obſeruantiam omnium contractuum, quę relationem habent ad quantitates eidem promiſſas, ac ceſſas per alteram partẽ, quæ ſimiliter interuenit pro ſe, & hæredibus, ſed in capite renunciationes diſtinctę poſito, verbum nullũ de hæredibus, nec de filijs, nec de pacto de non contraueniendo, ſed tantum in fine tranſactionis continentis plura capita, hinc inde adſunt illa verba ſolita apponi, (promiſerunt vna pars alteri omnia habere rata, & contra non facere) ergo non poteſt dici, quod promiſerit pater pro filijs, & hæredibus, vel quod obligauerit eorum bona, vt pars pręſupponit, quinimò tantum abeſt, quod voluit perſonam filiorum, & hæredum comprehendere, vt dictam renunciationem ad ipſius D. Ioannis perſonam tantum reſtrinxerit, ibi, (omnem portionem, quæ ad ipſum D. Ioannẽ ſpectare poſſet) & ſic verba dirigũtur ad perſonam D. Ioannis tantum, vt in proprijs terminis exemplificat Marant. dict. diſputat. 10. num. 34. Tum etiam quia licet adeſſet renũciatio pro ſe, & hæredibus, & promiſſio quod nec ipſe, nec eius hæredes contrauenirẽt, neque eſſet alicuius momenti, quia adhuc dicto caſu veniret D. Ioannes ex propria perſona ad ſucceſſionem patrui, licet ſit hæres patris renunciantis, vt magis communiter tradiderũt præfati Doctores, & præſertim Bart. in d. l. qui ſuperſtitis, Gorad. dicens magis communem conſ. 75. num. 20. Crauett. conſ. 84. num. 5. in fine, dicens iſtam opinionem in praxi obſeruaram, & latius conſ. 127. num. 1. & 5. & conſ. 703. num. 1. Suarez in l. quoniam in prioribus, limit. 4. num. 7. Cephal. conſ. 103. & 334. nu. 40. & conſ. 326. num. 14. Natta in d. cap. quamuis, num. 56. Couar. eod. cap. quamuis, part. 3. §. 4. num. 7. in fine, latiſſimè Marant. d. diſputat. 10. num. 34. & 41. pulchrè Moror. conſ. 22. num. 4. vbi examinat omnes caſus, & nu. ſeq. & nu. 8. in fine dicit, hanc eſſe communiorem, & veriorem, Fachin. lib. 3. controu. cap. 23. optimè idem Marant. conſ. 204. num. 4. Molin. d. q. 84. num. 17. reddunt rationes, quia quando pater, vel mater renunciat pro ſe, & hæredibus, & promiſit pro ſe, & hæredibus, intellexit, ſi illud

lud ius ipſi renunciãti delatũ fuerit, ſed præmortuo patre renũciante filij veniunt ex propria perſona, non vt hæredes, qui poſſunt venire, etiam ſi non ſint hæredes, neque dicuntur contrauenire, quia non petunt ius patris renunciatum, ſed proprium, cui non fuit, nec pater renunciaſſe dicitur, niſi ius ad eum ſpectans, ſed ad ipſum nunquam ſpectauit, dum fuit morte præuẽtus, & ijs rationibus ſic fuit deciſũ per S.C. duabus vicibus, vt refert Minad. in Conſtit. In aliquibus, not. 3. ſub nu. 11. in cauſa Clementis Gattulæ, & in cauſa illorum de Ieſualdo, in qua ipſe ſubſtinuerat cõtrarium, vt patet in eius conſ. 12. ſic etiam in duabus alijs cauſis refert deciſũ D. de Franch. dec. 67. vbi in tota illa deciſione hunc articulũ proſequitur, concludendo, renunciationem matris pro ſe, & hæredibus, & cum pacto de non contraueniendo cum iuramento factam, non nocere filijs hæredibus, præmortua matre ei, cuius bonis renunciauit, quia intelliguntur verba illa, quod nec ipſa, nec eius hæredes contraueniant renunciationi factæ per matrem hæreditatis, quæ ad ipſam deuolueretur, vt de Franch. ſub nu. 7. aduertit, hanc eandem opinionem ſequitur, ſicque iudicatum per Senatum Barclnonenſe refert Cancer. d. cap. 15. n. 59. & 62. eandẽ etiam opinionẽ in ſupremo Senatu Sabaudię confirmatã eſſe teſtatur Faber in ſuo Codice Fabr. lib. 2. tit. 3. definit. 1. & 14. & pariter hanc opinionem debere præualere, contrarijs ſatisfaciendo, & ſic deciſum pluries per illum Senatum, refert Gaſp. Ant. Theſſ. lib. 2. quæſt. forenſ. d. quæſt. 90. n. 11. & ſeq. & num. 14. & veriorem eſſe profitetur etiam inſignis Piſtor. lib. 4. quæſt. iur. quæſt. 7. num. 7. & verſ. contrarium tamen, vbi eruditè rationes pro hac opinione adducit, & nu. ſeq. contrarijs occurrit, nec obſtare iuramentum, & quid operẽtur illa verba in principio contractus pro ſe, & hæredibus, optimè declarat, & nu. 15. in fin. verſ. 4. ex rationibus ampliat hanc concluſionem, etiam ſi in renunciatione adſit pactum de non petendo, vel alia addita fuerint etiã in forma ampliſſima, ſicuti & in renunciatione ampliſſima loquuntur Viu. d. deciſ. 211. num. 6. & de Franch. d. deciſ. 67. & ſub num. 19. idem Piſtor. verſ. ex quibus ſimul, nec ſufficere probat cauthelam traditam per Marant. d. diſput. 10. in fine, ad hoc vt præiudicet nepotibus dicta renunciatio, cum nec illa vllo iure ſubſiſtat, latè etiã tuetur Lęl. Caput. ad Conſuet. Si moriatur, par. 5. §. 5. num. 5. cum ſeq. Sanch. d. lib. 7. cap. 7. num. 47. Ex quibus liquet quod extra rem ponderatur ex aduerſo deciſ. Afflict. 26. & 111. num. 17. quod poſſit obligare bona hæredis, & quod ex aditione videatur hæres ratificare illam obligationem, cum nec in caſu de quo agitur adſit obligatio bonorum hæredum, nec ſi adeſſet, aliquid operaretur, dum D. Innicus venit ex propria perſona, nec dicetur contrauenire promiſſioni eius patris, nec dicetur hæres adeũdo quaſi contrahere, niſi in ijs, in quibus remanet defuncti obligatio, quæ in hac ſpecie nulla apparet, vt ſupra fundatũ eſt, & bene ponderat Franc. Molin. d. quæſt. 84. num. 17. Nec etiam obſiſtit ſecunda obiectio, quod prædicta procedunt in ſucceſſione aſcendẽtium, ſecus vero in ſucceſſione collateralium, hæc enim cõcluſio vt ſupra probata, eſt communiter recepta, etiam in ſucceſſione tranſuerſalium, & omnes Doctores ſupra relati parificãt vtrunque caſum ſucceſſionis aſcendentium, & collateralium, prout in proprijs terminis in ſucceſſione tranſuerſalium conſuluerunt Aym. Crauett. d. conſ. 127. lib. 1. in princ. Marant. d. conſ. 104. Morot. d. conſ. 22. Reg. Rouit. conſil. 23. lib. 1. à num. 24. qui conſuluit in eadẽ cauſa illorum de Naſtaro, in qua conſuluit pro contraria parte D. Conſil. de Georg. allleg. 30. vbi num. 38. & 39. eandem opinionem conabatur ſubſtinere Aduerſariorum in linea collaterali, & tamen fuit per S.C. deciſum iunctis Aulis contra eius opinionem, & ſecundum opinionem D. Regentis Rouiti, vt teſtatur in calce conſ. 23. Idemque pro indubitato admittit D. de Franch. d. deciſ. 67. num. 1. & Ant. Faber d. tit. 3. de pact. defin. 1. lib. 2. in eius Codice, dum ſubdit, non eſſe diſtinguendum, an de aſcendentium, vel collateralium ſucceſſione quæratur, dum eædem rationes in vtroque caſu militant, & eo maior cum de patrui hæreditate agitur, hæc Ant. Fab. ſolius authoritas ſufficeret, ſi non adeſſent alij eiuſdem opinionis, vt docet Reu. P. Diana tom. 1. in tract. de opin. probab. reſol. 5. Præſ. Amat. d. conſ. 15. nu. 12. loquitur in linea tranſuerſali, vt liquet in figuratione caſus in initio dicti cõſilij. Item deciſiones relatæ per Piſanell. in Conſuet. Si moriatur, ſol. 89. à ter. & 90. loquuntur etiam in linea tranſuerſali, Caput. in d. §. 5. par. 3. n. 2. & ſeq. loquitur generaliter in qualibet ſucceſſione, idem Marant. d. diſput. 10. in princ. ponit caſum in ſucceſſione tranſuerſalium, Viſcont. etiam in lib. concluſ. iur. verbo filia, vel ſoror, ſol. 93. idem firmat, & in ſucceſſione tranſuerſalium fuit ſollemniter deciſum nouiſſimè per doctiſſimos Arbitros, videlicet Cõſiliarios Palatium, Alderiſium, & Rouitum, in cauſa Elionoræ Brancatię cum illis de Pignatellis, quorum laudum fuit deinde confirmatum per S.C. vt teſtatur Caput. d. §. 5. num. 6. & Reu. P. Molfeſ. tom. 2. ad Conſuet. Neap. q. 5. de renunc. poſt nu. 18. vbi nu. 15. & ſeq. & 22. emendat errorem, quem commiſerat, diſtinguendo in eadem quæſt. 5. tom. 1. num. 15. ipſumque etiam corrigit Caput. d. §. 5. num. 9. cuius deciſionis meminit etiã Iudex Taſſon. ſuper pragmat. de antefato, verſ. 5. obſeru. 1. nu. 51. in fine, poſt allegationes ibi impreſſas pro dicta D. Eleonora, pro qua obtinuit non obſtante ampliſſima renunciatione matris præmortuę. Tandem Gaſp. Anton. Theſſ. d. q. 90. lib. 2. vbi num. 24. allegat Georg. d. allegat. 30. num. 35. & ſeq. facientem dictam diſtinctionẽ reſpectu ſucceſſionis collateralium, nõ tamen facit mentionẽ d. conſ. 23. D. Reg. Rouiti, quia tunc nõ erat impreſſum, & quod fuerat iudicatum contra opinionem Conſ. de Georgio, tamen num. 25. idem Theſſaur. admittit hanc noſtram opinionem, vbi nepotes concurrunt

in pari gradu, quod non obſtet eis renunciatio matris facta pro ſe, & hæredibus in ſucceſſione tranſuerſalium, ſicque refert deciſum de anno 1605. quia tunc veniunt ex propria perſona, non repræſentatiuè, & dubitat tantum, vbi nepotes veniunt repręſentatiuè, ſi igitur quando nepotes concurrunt cum alijs in pari gradu, non nocet renũciatio matris, licet ſint hæredes, quanto fortius in caſu noſtro, in quo venit D. Innicus ſolus, nullo alio exiſtente in æquali gradu, qui poſſit cum eo concurrere, dum aduerſarij vti fratres conſanguinei defuncti excluduntur ex iuris diſpoſitione per exiſtentiam ipſius Don Innici nepotis ex fratre vtrinque coniuncto, & ſic nullo modo dici poteſt, quod veniat repræſentatiuè, ſed ſolus ex propria perſona. Ex ijs igitur colligitur, aeream eſſe diſtinctionem, quam aduerſarij conati ſunt verbis, non autem iuribus, nec authoritatibus videlicet, quod nepotes ad ſucceſſionem aui veniunt ex perſona propria eorum patris præmortui, etenim loquuntur contra text. in dicta Auth. ceſſante, C. de legitim. hæred. per quem corriguntur iura antiqua, & vocantur nepotes ad ſucceſſionem patrui, qui ſubingrediuntur locum patris, & ſubintrant locum, & gradum prædictum, ſed ex propria perſona ex beneficio legis eis tradito, quia eſt noua vocatio, dum per iura antiqua erant excluſi, & per dictam Authent. vocantur cum prælatione duplicis vinculi, ita in proprijs terminis docet Marant. d. diſput. 10. num. 9. hinc D. de Franch. poſt alios ſupra relatos d. deciſ. 67. Aret. & alijs dicit, quod quamuis nepotes locum matris ſubingrediuntur, non tamen ſuccedunt ex perſona matris, ſed ſubintrant gradum, & locum matris, & ſuccedunt ex propria perſona, ſic etiam loquitur Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæſt. 84. nu. 11. vbi allegat text. in dicta Authent. ceſſante. Hanc etiam quæſtionem dirimit egregiè Cancer. lib. 1. variar. reſolut. cap. 5. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 6. & fundat, in linea deſcendentium dari repręſentationem, & num. 7. hoc ſundat in linea tranſuerſali per d. Authent. ceſſante, & nu. 8. reaſſumit, ius repręſentationis habere locum tantum in ſucceſſione aſcendentiũ, & patrui, deinde nu. 10. concludit aureis verbis, quod in caſibus prædictis quando filius ſubingreditur locum patris, intelligendum eſt ſuccedere in eius locum quoad gradum, non autem ad perſonam, & ſic nepos venit ex perſona propria, non autem ex iure tranſmiſſo, allegat Zanch. in l. hęredes, §. cum ita, part. 4. numer. 100. ff. ad Trebell. Iaſ. in l. 2. num. 4. C. de ſucceſſ. edict. Ripa in l. in quartam, num. 199. ff. ad leg. falcid. Dec. conſ. 443. num. 20. & Bart. in pluribus locis, quare nulla adeſt differentia inter ſucceſſionem aſcendẽtium, & collateralium, & ſic rectè diximus eſſe hanc aduerſariorum obiectionem. Neque poſtremò reſiſtit tertia, & vltima obiectio dictorum Aduerſariorum, quod hæc renunciatio ſit facta per modum tranſactionis, acceptis ducatis 4000. fiſcalium, authoritate Roman. & Napod. in locis citatis.

Negamus enim primo, dictos ducatos 4000. fuiſſe receptos in hanc cauſã, ſed fuerunt ceſſi dicti D. Ioanni, ex eo quod per quond. D. Frãciſcum patrem dicti D. Ioannis contẽplatione matrimonij contracti cum D. Beatrice Griſone fuerat donatum Caſtrum Iugliani cum omnibus introitibus tam feudalibus, quàm burgenſaticis, titulo etiam particulari emptis, vel aliter quæſitis, nihil penitus reſeruato, cũ alijs ducatis 220. quos tenebat emptos à nonnullis particularibus dictæ Terræ, & ſequuta morte dicti D. Franciſci ſimiliter donauit eidẽ D. Ioanni ducatos 2000. ſuper omnibus eius bonis, vt aſſeritur in dicto inſtrumento tranſactionis, deinde in teſtamento dictus D. Frãciſcus ratificauit dictam donationem, verum declarauit, non includi in dicta donatione introitus fiſcales quos ipſe tenebat emptos ſuper dicta Terra, ex eo quod nõ poterat donare filijs primi matrimonij pluſquã ducatos 2000. quia conſimilem ſummam donauerat filijs ſecũdi matrimonij, qui introitus fiſcales aſcendebant ad ſummam annuorum duc. 513. quos legauit dicto D. Frãciſco, & D. Vincẽtio filio ſecundi matrimonij, & prætendẽte dicto D. Ioãne eſſe ſibi inter alia debitos dictos annuos duc. 513. dictorũ fiſcalium vigore dictæ donationis etiam pro præterito, ac etiã dictos duc. 2000. ſuper omnibus bonis dicti eius patris ſeruata forma dictę donationis, de quibus aderat lis in S.C. deuenerunt ad tranſactionẽ cum dictis fratribus ex ſecundo matrimonio, qui ceſſerunt dicto D. Ioanni pro omnibus prætenſis per ipſum annuos duc. 280. pro capitale duc. 4000. de ſumma dictorum fiſcaliũ ſuper dicta Terra Iugliani, & è contra dictus D. Ioannes renunciauit omnia iura competẽtia ſuper Terra Tollæ vti primogenito, ac etiã tertias reſtantium duc. 3000. donatorum contemplatione matrimonij, vt ſupra decurſas, & omnes portiones ex dotibus maternis, & auernis, ac etiam dictos duc. 2000. donatos poſt mortem ipſius D. Franciſci, hinc igitur liquet, dictos duc. 4000. fiſcalium fuiſſe ceſſos in ſatisfactionem maioris ſummæ eidem debitæ pro cauſis prædictis, non autem ex cauſa renunciationis hæreditatũ dictorum fratrũ, & dicti D. Antonij deuoluendarũ. Dicimus Secundò, quod prædicti duc. 4000. fiſcalium peruenerunt in D. Innicum non vti hæredem dicti D. Ioannis patris, ſed D. Ferdinandi eius fratris, cui fuerunt legati per dictum D. Ioannem patrem. Prætcrea eſto, citra veri præiudicium, quod dicti duc. 4000. fuiſſent ceſſi ex cauſa dictæ renunciationis. & quod perueniſſent in D. Innicum hæredem, adhuc nil eidem D. Innico obſtaret, quin venire poſſit ex propria perſona ad ſucceſſionẽ dicti D. Antonij, cum D. Ioannes renuncians prædeceſſerit, & ſic euanuit illius renunciatio dictæ hæreditatis ſibi deferẽdæ, cum nunquam fuerit eidem delata: vnde poteſt dicere D. Innicus, quod eius pater non renunciauit, dum non habuit effectum dicta renunciatio, ſic reſpondet Marant. d. diſput. 10. num. 13. qui dum num. 5. allegaſſet Napod. pro contraria opinione loco citato,

tato,

rato, deindè num. 38. dixit, eſſe nouam fantaſiam Napod. & quod communis opinio eſt contra ipſum, ipſiuſque rationibus occurrit num. ſequẽtibus, hanc etiam opinionem roboratã Roman. latè tuetur Morat. d. conſil. 22. num. 3. vbi dicit communiter reprobari, Vinius d. dec. 211. nu. 5. Rolan. à Valle conſ. 11. vol. 1. Suarez in d. l. quoniam in prioribus limitat. 4. ſub num. 7. qui dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem, idem ampl. 10. num. 62. vbi additio citat Couar. Guttier. Tiraq. Molin. Gomeſ. Menoch. & alios eiuſdem ſententiæ ſectatores, Molin. d. quæſt. 84. num. 13. de ritu nupt. & quod hæc opinio ſit magis recepta, & communior apud omnes ferè mũdi Doctor. & apud vniuerſa Tribunalia teſtatur Fontanel. tom. 2. de pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. vnica, p. 1. num. 60. & ſecundum eam fuiſſe iudicatum pluries in his ſacris prætorijs, refert D. de Franch. d. dec. 67. vbi ſub num. 7. verſ. & ſtantibus reprobat Rom. & Napod. & illorum ſequaces, prout in ſpecie eum etiam reprobat D. de Ponte conſ. 40. num. 6. lib. 1. & Addentes in dicta Conſuetud. Si moriatur ſub num. 39. licet ex alio Napod. doctrina hic non poſſit applicari; quia loquitur, quando concurrunt cum nepote filij, patris, vel patrui, quibus renunciauit pater d. nepotis, vt ibidem Piſanell. fol. 90. prout aduertit ſimiliter D. Taſſonus d. obſeruat. num. 51. quod non eſt in caſu noſtro. Hanc etiam communiſſimam opinionem reprobatã Romani, & aliorum contrarium ſententientiũ latiſſimè cõprobat Iacob. Cancer. d. lib. 3. tit. 15. de renunc. à num. 47. cum ſeq. Sanch. d. lib. 7. cap. 7. num. 44. in ſumma Caput. d. p. 7. §. 5. num. 3. & ſeq. Caſtill. deciſ. 189. à num. 10. Ant. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 3. definit. 1. & 14. Gaſp. Ant. Theſaur. d. lib. 2. q. 90. num. 11. & 12. Gallerat. de renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 48. D. Præſ. Amat. d. conſ. 15. num. 13. & magis communem dicit D. Reg. Rouit. d. conſ. 23. num. 24. vbi latiſſimè eam tuetur, & ſecundum eam ſemper fuiſſe iudicatum in S. C. refert num. ſeq. ſic etiam deciſum fuit per idem S. C. in cauſa D. Vincentij de Montibus, refert Thorus tom. 2. Compend. verb. ſuccedere fol. 670. vbi ſunt etiam impreſſæ allegationes pro hac parte, in qua renunciatione aderant clauſulæ ampliſſimæ, & promiſerat etiam pro filijs venientibus ex propria perſona, vt colligitur ex allegationibus prædictis doctiſſimi D. Parthenij Pitagnæ. Et tandem pro coronide libet repetere deciſionem in cauſa Eltonoræ Brancariæ, vbi aderat renunciatio matris, dote recepta à fratribus cum promiſſione de non contraueniendo, & quod nec etiam filij poſſint contrauenire ex propria perſona, & ſi contrauenirent, reſtituere omne totum, &c. vt aduertit Molfeſ. d. tom. 2. q. 5. de renunciat. poſt nu. 18. & cernitur ex allegationibus. Illud etiam non prætermittendum, quod etiam ſi viuus eſſet D. Ioan. qui concurreret ad d. ſucceſſionem, nec etiam excluderetur ſtante enormiſſima læſione d. renunciationis: cum d. hæreditas aſcendat ad ducatos 15. mille, iuxta aduerſariorum prætenſionem, & ſic ei nec officeret, vt docet Marant. d. diſput. 10. num. 42. Anton. de Amato var. reſol. tom. 1. reſol. 14. vbi alios refert. Hęc Lęlius Gipſius Aduocatus. Die 27. Nouembris 1632. ad relationem Ioannis Dominici Taſſoni Iudicis M. C. V. fuit pronunciatum in fauorem ipſius D. Innici, & interpoſitum decretum præambuli ex actis in banca Caroli Saccardi, poſtmodum interpoſita appellatione ad S. C. demum facta in eo relatione per Reg. Conſil. Franciſcum Antonium Muſceptulam die 13. Iulij 1635. iunctis aulis fuit confirmatum decretum ipſius M. C. ſicuti percipitur ex actis in Banca Sirinæ, & cum fuiſſet reclamatum aduerſus decretum ipſius S. C. etiam per viam reſtitutionis in integrum, demum die 18. Aprilis 1636. eodem referente, deciſum fuit, non eſſe deferendum petitę reſtitutioni in integrum penès Secretarium de Mercaris in eadem Banca. Prædictis addo Bartol. Muſcol. de ſucceſſ. conuent. & anom. claſ. 1. membro 2. concl. 6. lit. D. à num 247. ad 256. vbi ex actè hunc articulum examinat, an nepos filius renunciantis ſuccedat auo ex propria perſona, & diſcuſſo articulo pro vtraque parte reſidet cum iſta opinione affirmatiua, ad quod allegat, idem iudicatũ in foro Saxonico, & Senatu Sabaudiæ ſub num. 251.

Renunciatio, ſeù repudiatio legitimæ portionis, quouis modo debitæ facta per filium ſuper bonis maternis, an valeat in præiudicium creditorũ filij; ex facti ſerie deſumebatur in anno 1565. Victoriam Caſale ſe matrimonio collocaſſe cum Sabbatino Grande, cui in dotem dederat ducatos 150. qui inde conſtituit pro antefato ducat. 75. ex hoc matrimonio natus fuit Octauius, qui multa debita contraxit diuerſis temporibus, prę ſertim in anno 1615. cum Dominico Buonhomine pro ducatis 50. vltra alios ducatos 50. prius debitos dependentes ex inſtrumento, & cum alijs creditoribus in graduatione contentis, qui bona fide contraxerant cum eo, confiſi bonis, quæ poſſidebat, & præſertim bonis maternis, ac iuribus dotalibus aſcendentibus ad ſummam ducatorum bis centum vigintiquinque, illinc contractis debitis, prædictus, cum Victoria præfata in vltimis conſtituta eſſet de anno 1616. ſuum vltimum condidit teſtamentum, & hæredem vniuerſalem inſtituit Victoriam Grande filiam dicti Octauij, & voluit, quod dictus Octauius interueniret pro conualidatione teſtamenti, vbi hæc verba leguntur, *Et acciochè queſto teſtamento è diſpoſitione ſia valida è detto Ottauio ſuo figlio ne altro poſſa pretendere eſſer nulla per hauerle pretermeſſe quà preſente detto Ottauio Grande ſuo figlio ſponte cede, e rennuntia*, & quatenus opus eſt, *dona à detta Vittoria Caſale ſua madre preſente, & accettante, &c. ogni parte, e portione, e legitima, e paragio, e ogni ragione, e attione, che hà, e li ſpetta, e compete, e può hauere, ſpettare, e pretendere, e competere ſopra ſua heredità, e beni, & doti, e ragioni dotali, con l'integro ſtato di quelle, di modo, che in vita, & in morte mò, & ſempre ſe ne poſſa diſponere come meglio li pare, e piace, etiam ad eſtranei, perche non ci ſi reſerua coſa alcuna ſopra detta heredità, e futura ſucceſſione, e promette queſta ceſſione, renunza, e donatione ſempre hauerla rata, e ferma, e non reuocarla per qualſiuoglia cauſa, e vole, che s'intenda*, irreuocabiliter inter viuos, &c. Cum autem eſſet vendita domus, & illius pretium peruentum, ac depoſi-

tum in S.C. & tractetur de illius liberatione, cõcurrunt creditores ipſius Octauij, ac etiam ipſa Victoria hæres ipſius Victoriæ teſtatricis, ac neptis, & filiæ dicti Octauij. Ex parte dictorum creditorum concurrentium pro eorum creditis, & ipſa hæres pro dote ducat. 150. ac pro antefato ducat. 75. Creditores primo loco prætenſerunt, ducatos 75. nõ fuiſſe comprehenſos in donatione, quam Octauius fecerat dictæ Victoriæ matri, & inde cumulando huic inſtantiæ Vincentius Buonhomo creditor petijt, declarari nullam d. donationem tempore teſtamenti etiam reſpectu dotis cum reſtitutione fructuum, imò quod dicta diſpoſitio, renunciatio, ceſſio, ſeù donatio facta per dictum Octauium eius matri, fuit in fraudem ipſorum celebrata eodem tempore, ac momento, & in eodem contractu Octauius cadit, renũciat, & donat Victoriæ, & ceſſionariam hæredem inſtituit filiam donantis, quocirca nulla ratione habita actuum prædictorum colluſiuè geſtorum depoſitum liberari debere ipſis creditoribus Octauij, qui cum eius filia idem erant, & ſic ceſſerat, vt ipſe acquireret fraudando creditores, in quorum præiudicium operatus fuit, quo nam caſu donatio non valet, Maxilla in Conſuet. Bari tit. de iure dotium, num. 142. & 143. in fine, quando actus duo fiunt eodem die, eodem loco, & tempore, vnus actus videtur celebratus contemplatione alterius, Bald. in l. petens, C. de pact. Socin. conſ. 273. num. 1. lib. 2. Dec. conſ. 245. num. 5. vol. 1. vndè dicitur correſpectiuus, Gratian, cap. 14 num 4. Bellon. de poteſt. eorum, quæ in contin. fiunt lib. 2. cap. 14. ſub n. 1. latius Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 12. actus, qui in continenti ſequitur, oſtendit, & declarat voluntatem in actu præcedenti, l. ſi ventri, §. fin. ff. de priuil. cred. tantò magis quando actus eſſet factus in eodem temporis momento, tunc quia actus vicinitas inducit eandem diſpoſitionem, Lazar. Fanucc. in tract. de momento temporis cap. 27. num. 1. Vndè fraus præſumeretur ex incontinenti ſequutis, Bellon. in d. tract. lib. 1. cap. 82. num. 3. & cap. 102. num. 5. & amplius ex breuitate temporis, idem lib. 2. cap. 49. num. 5. Quare euidens coniectura habetur, quod Octauius ceſſit, donauit, & renunciauit, eo prætextu quod Victoria mater eius filiam in tali teſtamẽto inſtituerat, per ea, quæ fundat Dec. d. conſil. 245. num. 5. vol. 1. qui paulò poſt probat, quod quando aliquis renũciat, tunc ſimiliter actus dicetur correſpectiuus, quando intra breue tempus fit, Menoch. ibi num. 28. cedit, ſiuè donat in fraudem alterius, talis ceſſio, renunciatio, ſiuè donatio non valet, & quod fuerat totũ ab Octauio geſtum ad excludendum creditores apparet euidentiſſimè, quia bona illa materna ad creditores erant peruenienda, ex Bal. Anan. & alijs comprobat ibidem Dec. num. 6. & fraus committi poteſt etiam aduerſus futuros creditores, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 38. num. 6. nimirum ſi à prætore conſtitutum inſpiciatur, eis licere in fraudem alienata reuocare, l. 1. ff. quæ in fraud. cred. § in fraudem inſt. de action. Mantic. vbi ſup. in princ. præſertim num. 10. vbi de donatione facta in fraudem creditorum agit. Ex aduerſo pro parte filiæ inſtitutæ dici poterat, nulli dubium eſſe in ipſo actu teſtamẽti fuiſſe factam renunciationem expreſſam legitimæ per dictum Octauium, quoniam talis renunciatio legitimæ expreſsè fieri debet, Merlin. in tract. de legitima, quæſt. 26 num. 3. ſub lib. 1. titul. 2. & in deciſ. 31. num. 20. Gallet. de renunc. lib. 2. renunc. 47. & fieri poſſe talem renunciationem legitimæ ante mortem patris, ex Gozad. conſ. 97. tenet Conſil. Anna conſ. 76. num. 4. Et data tali renunciatione expreſſa, conqueri non poſſunt creditores, quoniam filius poteſt renunciare legitimæ in præiudicium creditorum, idem Merlin. eo. tract. lib. 3. tit. 2. q. 29. num. 20. imò etiam ſi filius renũciaret iuri agendi ad ſupplementum legitimæ, etiam in fraudem creditorum valeret, neque ab illis reuocari poſſet, ex deductis per Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 38. num. 19. ſimiliter repudiare poteſt debitor etiam in fraudem creditorum, probat Gallerat. in tract. de renunc. lib. 1. cap. 2. num. 13. vbi num. 33. dixit, quod repudiare eſt nolle acquirere, & ſubdit num. 55. quod repudians, non dicitur alienare in fraudem creditorum, aſſequitur Giphan. de reg. iur. lib. 2. cap. 5. & ideò repudians hæreditatem non dicitur in damno, nec poteſt à creditoribus conueniri, Molfeſ. in Conſuet. Neap. p. 4. tit. de renunc. q. 6. num. 6. 30. & 47. & q. 6. num. 47. ſubdit, quod creditores non dicuntur damnum pati, ſed non facere lucrum, ſi eorum debitor hæreditatem ſibi delatam repudiet, ex adductis per Præſ. de Franch. dec. 101. cum alijs adductis per Galleratum in d. tract. lib. 1. cap. 2. à num. 52. ad 56. Præterea de iure probatum extitit, ex generali regula illa, non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis minuitur, ff. de reg. iur. ex quo diſpar ratio eſt lucri, & damni, vt innuit ibi Cagnol. num. 1. & tunc fraus creditoribus facta intelligitur, ſi diminuitur proprium patrimonium debitoris, non etiam ſi id agat debitor, ne locupletior fiat, Mantic. d. tract. d. lib. 13. tit. 38. num. 13. Inſuper quia actus in dubio non præſumitur correſpectiuus, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 548. num. 22. Et propterea acquiſitio momentanea ad effectum ſtatim renunciandi non conſideratur, & valet abſque ſollemnitatibus, Gratian. cap. 568. nu. 65. quemadmodum renuncians hæreditati alterius cenſetur prius illam adire, & poſtea illam in alium trãsferre, Molf. in Conſuet. Neap. p. 4. de renunc. q. 1. num. 14. ſimiliter cedens videtur prius acquirere, & poſtea cedere, Præſ. de Franch. deciſ. 14. n. 16. hinc idẽ Præſ. de Franch. d. dec. 14. deciſum retulit, quod acquiſitio momentanea ad finem cedendi, vel renunciandi non aſt in conſideratione, nam regulariter acquiſitio momentanea non eſt in conſideratione, Cagnol. in l. non videtur num. 2. & l. cum prætor, ff. de regul. iur. Quamquam autem correſpectiuitas eliciatur ex actuum vicinitate, adhuc tamen fraudis conſilium non præſumitur ex vicinis actibus, Mant. vbi ſup. num. 31. vbi in præcedenti num. 20. tradit, fraudem commiſſam in perniciem creditorum dilucidè eſſe probandam, quæ non poterat conſiderari in facto iſto, ceterum de iure quærendo agebatur, & non quæſitu, quocirca niſi damnum, & conſilium, id eſt animus, & dolus debi-

toris

toris concurrant, in fraudem dici nō poſſe oſtendit Giphan. d. tract. lib. 1. cap. 7. verſ. iam vero, fol. 84. & in hoc caſu procedere videtur Præſ. deciſ. vbi fraus omninò ceſſauerat. Idcircò facta relatione in S.R.C. per Reg. Conſil. benemeritum, ac I.C. præſtantiſſimū, feudorum interpretem in almo Gymnaſio Neap. Andream Marchesium die 9. Februarij 1641. deciſum fuit, poſſe repudiari legitimam, ac portionem debitam vigore Conſuetudinis ab Octauio Grande filio, & proindè validam fuiſſe diſpoſitionem factam à Victoria Caſale in beneficium Victoriæ Grādæ eius neptis, & ſuo loco eſſe graduandam, vt patet ex actis in Banca Michaelis Carbone.

Renunciationis contractus ex quibus cauſis reſcindatur, & ſi per vim, & metum reſcindi potuiſſet, adhuc quia in facto fuerant examinati quatuor mulieres affines, & coniunctæ ſuper d. metu, non fuit de eis habita ratio per R.C.S. Reg. Salernit. in dec. 53. in cauſa, à num. 2. ad 8.

Renūciationes factæ per filias, el ſorores nubētes, aut monaſterium ingredientes, an reales videantur eſſe, & proindè omnimodæ, ac perpetuę, deciſum refertur per S.C. affirmatiuè, teſte D. Franc. Merlino controuerſ. forenſ. cap. 5. ſi promiſſa.

Repetitio teſtis ad reuelationem excommunicæ concedi an debeat poſt concluſum in cauſa in Tribunali ſiſtente inde inferiori, deuoluta ad ſuperius Tribunal per viam vnionis, ſiuè pendentiæ cauſæ eiuſdem patrimonij ad inſtantiam aliorum, vt accidit controuerti in S.C. dum fuiſſet mota lis reſtitutionis dotis, & anteſati per Brigidam Caſollam relictam quond. Ioannis Baptiſtæ de Alexandro in M.C.V. aduerſus curatorem hæreditatis illius, & compilato proceſſu fuit ad inſtantiam creditorum deuolutus ad S.C. vbi pendebat proceſſus creditorum illius; cumque fuiſſent nonnulli teſtes examinati ad reuelationem excommunicæ ad inſtantiam curatoris Io. Antonij Mareſchæ V.I.D. promulgatæ, & inter eos reuelauerat Angela de Alexandro filia d. Brigidæ, & Io. Baptiſtæ, inſtabat ipſe curator, vt repeteretur, & videbatur fieri non poſſe, cum tempora non largiebantur poſt didicita teſtificata, præſertim ex allegatis per Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. p. 1. Gloſ. citati num 6. Ex aduerſo dicebatur, talē repetitionem d. teſtis fieri potuiſſe, cum non culpa aduerſæ partis contingerat, repetitionem non fuiſſe factam, & eo caſu teſtes poſſunt recipi poſt publicatum in cauſa, quando culpa, vel malitia examinatoris, ſeù Iudicis fuit omiſſum recipi teſtes, iuxta deciſa per Franch. dec. 371. & in eadem cauſa fuit inſtatum repeti poſt citationem ad dicendum peractam in S.C. cum fuiſſet interrogatus in aula curator prædictus, ſi acta vidiſſet, & negādo vidiſſe examen inſtabat pro repetitione teſtium prędictorū. Tandē ad relationē Regij Cōſil. Hectoris Capycijlatro die 3. Iunij 1636. fuit interpoſitū decretum huiuſmodi, decreto S.C. prouiſum eſt, quod ſtante declaratione facta per curatorē liceat eidem repetere Angelā de Alexandro tantum, hoc ſuum, &c. penès Secretarium in Banca Strinæ.

Replicari an liceat aduerſus exceptionem pragmaticæ editæ Thori de defectu voluntatis illorum Regum, quaſi quod ex falſa cauſa diſpoſuiſſent, ea non apparente vera diceretur, voluntatem diſponendi defeciſſe, fuit deciſum negatiuè, Reg. Salern. deciſ. 37. exceptio Regiæ Pragmaticæ.

Reponi, an debeat reus extractus ab Eccleſia ſuaſionibus, & blanditijs Iudicis, deciſum fuit affirmatiuè per Collat. Conſ. facto verbo per M.C.V. refert Don. Anton. de Marinis quotid. reſolut. c. 178. nu. 5.

Reponi ad Eccleſiam an debeat reus homicidij ab ea violenter extractus, & in carcerem coniectus, ſi poſt extractionem, ac carcerationem probata fuerit qualitas aſſaſſinij, ob quod ex diſpoſitione iuris communis gaudere non debet aſſaſſinus immunitate Eccleſiaſtica, vt contingit in cauſa Petri Picellæ inquiſiti de homicidio in Terra Foreni, qui cum fuiſſet à ſatellitibus in domo obſeſſus, & iter per medium illorum arripiens in Eccleſiam propinquiorem ſe contuliſſet, dum milites intrare intendebant, arrepto ſcoppicto, quod ſecum ducebat, ictum intulit in eos inanem, cuius rei cauſa extractus, & in carcerem ductus, inde milites cogitantes eſſe locum repoſitioni inſimul cum eius inimicis procurauerunt examinari facere quoſdam teſtes deponentes, vidiſſe Fabritium de Iulijs, & Iulium Cęſarem Ferrentem ipſi Petro certam pecuniæ partem ſoluiſſe in cauſam homicidij committendi; de quo ignarus Petrus repoſitionem petierat, à qua fuit tàm per Iudices primarum, & ſecundarum cauſarum, quàm per M.C. & S.C excluſus, & ſic datis defenſionibus poſt torturæ illationem fuit condemnatus ad remigādum per quinquennium; ſed interim pendente appellatione cum fuiſſet petita repoſitio ab Epiſcopo Auellinij: Hæſitatum fuit, ſi poterat iure legitimo reponi, eo quod in actu extractionis non conſtabat de qualitate aſſaſſinij, vt debuerat ante omnia verificari ex infraſcriptis, quamuis poſtea ſuperueniſſet illius probatio, adhuc locus erat repoſitioni ex infra dicendis, & videbatur ex prima facie dicendum, non eſſe locum repoſitioni, ex traditis per Reg. Conſt. in ſuo reſponſo, quod nouiſſimè ſectatur Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. cap. 176. num. 1. dum aſſerit, eas ſufficere probationes, quæ Iudicis animum mouere poſſint, atque ad ita credēdum inclinare, ſcilicet adeſſe qualitatem in delicto, qua delinquens eccleſiaſtica immunitate gaudere non poſſit, cum de iure communi illę ſufficiant ad reum extrahendum, & hoc auctoritate deciſionis Luſitaniæ apud Gammam dec. 179. & licet huic argumento reſpondi potuiſſet cum eodē Regēte in d. ſupplicatione circa finem, vbi de conſuetudine cenſuit, in Regno reponendi poſt torturam, ea quidem ratione, quia poſſunt probabilia argumenta ſuper aſſaſſinij qualitate tribuere iuriſdictionem Iudici laico cognoſcendi reum ab Eccleſia extractum, donec contrarium non probetur, iuxta notata in l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic. & ideò cum in facto reus iſte tortus fuiſſet, & non confeſſus, illicò reponendus erat, vt docet Iul. Clar. in §. fin. q. 30. num. 19. in fine, ſed verius excogitato negotio replicabatur, hanc denegationem eccleſiaſticæ immunitatis contra aſſaſſinos eſſe intelligendam iuxta eius qualitatem,

P 3 poſt-

poſtquam exigitur in hoc qualitas aſſaſſinamenti principaliter, cum ipſa qualitas ſit iuriſdictionis fundamentum, l.2. § ſed ſi dubitatur, ff. de iudic. Benint. dec.18. num.3. Gayl. lib.1. de pace publ. cap 13. num.12. & ſeq. Peregr. de immun. eccleſ. cap.3. ſub nu.5. verſ. tertiò qualitas, poſtquam dum qualitas iſta ſit appoſita in delicto, debet illa par Curiam probari, ex Ang. in l.1. §. ſi quis negei, ff. quemadm. teſt. aper. Veron. conſil 59 Alex. conſ.11. vol.1. Marſil. conſ.54. probat Ciazzius diſcept. forenſ. crimin. diſcept. 36. num.20. & maximè quando illa qualitas tribueret iuriſdictionem, proculdubio erit verificanda, vt probat Maſtril. in deciſ. 288. num.10. prout in qualitate homicidij appoſtati, vt poſſit procedi modo extraordinario debet probari ipſa qualitas, vt ex Maſtrill. de indult. c.29. nu.19. Farin. c.28. Vallat. dec. Lucenſ. diuerſ.41. verſ. non obſtat, Anch. quæſt.72. num.28 lib.3. Ludouic. concl. 14. illat. 185. Farin. conſ.10. num.26. probat Maur. Burg. de modo proced. ex abrupt. c. 23. n.41. ita pariter in crimine aſſaſſinij, nam vbi qualitas aſſaſſinij tribuit iuriſdictionem, priuſquam iuriſdictio exerceatur conſtare debet de qualitate, ne Iudex ſit incertus de ſua iuriſdictione, probat Ant. de Ball. in tract. crim. lib.3. tit. de iur. diſpenſat. caſ.1. q.3. num.30. & maximè ſi cõtra clericum aſſaſſinum ageretur, prout ex Reg. Tapia in Auth. ingreſſi, tit.2. num.15. de ſacroſ. eccleſ. firmat ibi de Marin. num.5. addo Felic. allegat.3. num.40. & 41. par.1. quod idem dicẽdum erit in materia immunitatis eccleſiaſticæ non concedendæ aſſaſſinis, niſi prius de dicta qualitate conſtiterit, vt ex pluribus firmat Giurba conſ. crimin.50. num.17. Sed dubium erat his præſuppoſitis, an prius conſtare debeat de dicta qualitate, vel ſufficiens eſſet, ſi illius probatio ſuperuenerit, licet dicendum videatur, ſufficere, ſi inde ſuperueniet probatio qualitatis, nam qualitas ſuperueniens delinquenti poſt delictum conſideratur in quocunque actu præcedente ſententiam, ſicut in ipſa ſententia, Caball. reſol. crimin. caſ.147. num 24. Nihilominus qualitas in actu aliquo requiſita ſufficit, vt tempore actus geſti verificetur, Maſtrill. deciſ. 268. num.1. Ricc. in praxi eccleſ. tom.4. reſol.230. num.7. qui in deciſ.291. num.34. cẽſuit, quod qualitas in delictis ante omnia probari debet, & ſi nõ probetur, omnia corruũt, Thegius in tract. crim. p.8. num.30. & ſic non erit ſufficiens, vt ſuperueniat, & probetur, vt communiter Doct. relati ab eodem de Marin. vbi ſup. num 6. probant, nempe Remig. de immun. eccleſ. quæſt. fin. Decian. in tract. crimin. lib.6. cap.27. poſt num.2. verſ. & inſurgit, & cap.29. num.2. Epiſcopus Genuenſ. in praxi Archiep Neap. cap.17. num.6. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib.1. cap.6. § 2. num.26. Maſtril. dec.169. num.14. Farin. de inquiſ. cap.2. num.51. & c.22. num.353. & in tit. de carcer. & carcer. quæſt.28. num.75. & conſ.76. num.3. Suarez in praxi eccleſ. par.1. tom.1. cap.3. §.3. num.16. Gratian. diſcept. forenſ. tom.3. cap.596. num.11. & præter eos notabiliter Marius Giurba in d. conſ.50. nu. 13. ex Bellug. Remig Paz, & Bouad. lib.2. Polit. cap.14. n.94. & Villadieg. in Polit. cap.3. n.236. hanc eandem firmat opinionem, vt ſi Iudex iniuſtè reum extraxerit ab Eccleſia; quia qualitas immunitatis excluſiua probata non ſit, eo cognito illum Eccleſiæ reſtituere cogitur, vt nec ſuperuenienti probatione reconualeſcat extractio, ſubdens tum quia erit reſtituenda Eccleſia ſpoliata, c. conquerente, & c. item cum quis, de reſtit. ſpoliat. tum quia actum à principio nullum, nec reconualidat habilitas ſuperueniens, c. ſi eo tempore, de reſc. in 6. Remig. d. tract. q.17. à nu.2. ad finem, hinc Abb. in c. de vxore, de ſepult. colum.2. in princ. verſ. ſed circa primam concludit, quoties ius aliquod prohibet, non ſolum attento effectu, ſed etiam attento initio, tunc non ſufficit, vt ad tempus habile, conferatur, ſed initij tempus inſpicitur, & ſic erit facienda prius reſtitutio Eccleſiæ ſpoliatæ, ad tex. in l. præſenti, C. de his, qui ad eccl. confug. c. inter alia, de immunit. eccleſ. cap. minor, & cap. & ſi frater 17. q.4. & ſic concludunt præter relatos Doct. Bellug. in ſpec. Princip. rub.11. §. ſed quia loquimur, nu.21. Iul. Clar. d. §. fin. q.30. num.1. vbi Baiar. num.26. Couar. var. reſol. lib.2. cap.20. num.2. Guazio. de defenſ. reor. in defenſ.1. cap.29. num.1. & cap.30. in fine, Ambroſ. de immun. eccleſ. cap.1. num.5. tum quoque, vt ſubdit ibidem Giurba, quia bulla expreſsè cauetur, quod ſine Epiſcopi licentia ſæculares ab Eccleſia nequeunt extrahere, etiam in caſu permiſſo, niſi Epiſcopus licentiam dare recuſauerit, vt per Farin. d. q.28. num.76. quemadmodum etiam Doct. cenſuerunt de cõfeſſione emanata in tortura per reum, quæ eſt nulla, ſi poſſit iuſtificari ex ſuperuenientia inditiorum, & certum eſt, non poſſe, Dec. in cap poſt ceſſionem, col.10. de prob. nec pariter per torturam præcedentem conualidari, Bald. in l. fin. C. de accuſat. Marſil. in l. penul. nu.31. ff. de quæſt. vbi citat Cyn. in l. iuſiurandi, C. de teſt. idemque firmat Marſil. in repet. l. fin. C. de prob. & in praxi crim. verbo diligenter, col.2. verſ. quæro poſtremo, Boer. deciſ.259. num.1. & 2. Et ſic facta relatione in S.C. iunctis aulis per Regium Conſil. D. Thomã de Caſtelual, fuit deciſũ eſſe reponendum, & inde in reclamatione confirmatum de menſe Martij 1628. præuia relatione Reg. Cõſil. D. Gregorij de Angulo, vt ex actis in Bãca Tartagliæ penès Grimaldum Scribam.

Reponi an debeat ad Eccleſiam reus ab eo nulliter extractus, ſi eo exiſtente carcerato intus carceres aliquem in rixa caſualiter vulnerauerit, ita quod inde mortuus extitit, vt contingit pariter de hoc pertractari in cauſa eiuſdem Petri Picellæ inquiſiti de homicidio, & licet fuiſſet condemnatus per M.C. ac S.C. pendente appellatione in S.C. de quo in præcedenti verbo, dum cum quodam reo altercaretur, alium, qui ſe medium iniecerat pro ſedanda rixa fortuito ictu parui cultri interemit, vndè dubitari cõtingit, ſi repoſitioni locus erat, licet videatur negandum ex his, quæ retuli in ſecunda parte noſtri Compendij, verbo repoſitio, ex Franch. & Gamma ibi relatis, attamen his congruenter ibidem apparet reſpõſum, ac etiam in pluribus cauſis deciſum retuli, eſſe locum repoſitioni etiam pro delictis commiſſis pendente lite repoſitionis, & in caſu, de quo quærebatur ex pluribus dicebatur, eſſe faciendam repoſitionem petitam primò, quia ſi de hoc ſecun-

do

Digitized by Google

do delicto agnoſceretur, vtique cauſa repoſitionis faciendæ pro primo delicto vulnerata cõſpiceretur, vt in ſimili loquutus eſt Præſ. de Franch. deciſ. 590. num. 4. ex tex. in l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. Secundò, non eſt dubitandum, quin per Iudicem ſæcularem extrahẽtem iure illegitimo fuiſſe commiſſam vim expulſiuam reo, & ſpoliatiuam Eccleſiæ, & ob id tàm ipſe reus, qui confugit ad Eccleſiam, ſi inuitus extraharatur ab illa agere poſſet, & petere, vt priſtinæ libertati reſtituatur, ita ex Remig. Syluest. Angel. Abb. Bart. & Old. probat Peregr. in tract. de immun. eccleſ. cap. 3. num. 13. Cartarius dec. Mediol. crim. 74. num. 5. quam etiam ipſa Eccleſia ſpoliata ſuo iure quæſito ex perſona rei, & ei competit interdictum, vndè vt in fauorẽ ſpoliati, vel expulſi, l. 1. § ſi fundus, C. vndè vi, ſeù verius competit interdictum de libero homine exhibendo, ita ex Bart. in l. 2. C. de his, qui ad eccleſ. conf. & Abb. in c. inter alia, num. 26. de immunit. eccleſ. firmat Genuenſ. in praxi Archiep. Neap. cap. 17. num. 6. & non mirum ſi ante omnia Eccleſia ſpoliata erit reſtituenda, c. conquerente, & c. item cum quis, de reſt. ſpol. Maſtrill. dec. 169. num. 12. Tertiò, nam quoties quis vtitur actione alterius, vti debet cum ſua cauſa, ac cum ſuis vitijs, l. pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. poſſ. l. in omnibus, §. non debet, ff. de re iudic. l. vitia, ff. de acquir. poſſ. & propterea dum Fiſcus in iſto ſecundo homicidio vtitur actione prioris capturæ, & carcerationis, nam ſi Petrus in carceribus non fuiſset poſitus, non potuiſſet ibi recõmendari, ergo vtitur actione vitioſa, & ſic reponi debet tàm vigore ſecundæ recõmendationis, quàm primæ carcerationis. Quartò, non eſt dubium, quod ſi non fuiſſet captus, non potuiſset recõmendari, & tale fundamentum venit deſtruendum, cum ſit purgata qualitas aſſaſſinij, ſuper qua inhærebat per tormenta, & quidquid ſit ædificatum venit deſtruendum, & ſic corruit iſta recõmendatio pro ſecundo homicidio, l. atthæus, §. fin. cum l. ſeq. ff. de aqua pluu. arc. l. egi, ff. de except. rei iudic. Quintò, quando quis recõmendatur pro aliquo delicto arreſtatur in eo loco, in quo capi, et carcerari poteſt, ſed extractus ab Eccleſia per vim, ſemper præſumitur eſſe in ea, ad text. in l. ſi is, qui pro emptore ff. de vſucap. igitur quando recommẽdatur in carcere, idẽ cenſeri debet, ac ſi in Eccleſia fuiſſet recõmendatus ex fictione iuris. Sextò, certum eſt iſtam recommendationem eſſe inſeparabilem à prima captura, nam ſi ipſa non fuiſſet facta, non poterat ſubſequi recommendatio, & in ijs, quæ ſunt inſeparabilia, vtile per inutile vitiatur, l. 1. §. item quæritur ff. de aqua quotid. & æſtiu. l. Pedius ff. de recept. arb. ad notata in l. pecuniæ ff. de vſur. l. quemadmodum, C. de agric. & cenſit. lib. 11. Dyn. in cap. vtile, de regul. iur. in 6. ideo quatenus ipſa recommendatio vtilis fuiſſet, per inutilem primæuam capturam, à qua ſeparari nequit vitiabitur, & poſtremò data inualiditate primeuæ carcerationis ex ijs, quæ fuerunt deducta ſupra in præcedenti verbo, ſubſequitur inualiditas ipſius recommendationis, nam deſtructa prioritiua, deſtruitur deriuatiua, Afſl. deciſ. 96. num. 4. & ſic captus nulliter non poteſt recommendari, refert Michael Ferrer. obſeru. part. 3. cap. 109. & cap. 457. Bart. & DD. in l. ſed eximendi, §. 1. ff. ne quis eum, Alex. in l. turpia, col. 2. ff. de leg. 1. Boſſ. in tit. de captura, n. 9. Nec proinde Fiſcus prætendens de ſecundo homicidio cognoſci debere, eo quod ſi pro primo repoſitio fieret, ſuo loco, & tempore cognoſci poterit, etenim immunitate gauiſus, & ad Eccleſiã reſtitutus, ſi poſtea capiatur, poſſit puniri de delictis commiſſis ante extractionem, & declarationem, idem Ferrer. cap. 254. num. 1. ſed de alio delicto in carceribus commiſſo, ita vt ſic ſuſpendi debeat repoſitionis altercatio, donec de huiuſmodi ſecundo crimine quæratur, adhuc replicatur, omni iure eſſe faciendam repoſitionem, ex regula ſpoliatus ante omnia erit reſtituendus, cap. reintegrandæ 3. quæſt. 1. & eo magis cum ita DD. communiter aſſeuerent, non poſſe Iudicem ſæcularem reum extractum ab Eccleſia, iterũ delinquendo punire, prout ex Mario Ital. & Genuenſ. comprobat Peregrin. eod. tract. c. 15, num. 25. Ex quibus omnibus fuit deciſum in fauorẽ rei extracti, ſcilicet eſſe reponẽdum Eccleſiæ, vt dixi in præcedenti verbo reponi.

Repræſaliæ concedi an debeât exteris habitantibus in Hiſpania cum familia, caſu quo exactio eſſet iniuſta, & ipſi incolatum cauſa mercimonij haberent, reſolutum fuit, eſſe prius adeundum Iudicem Dominũ gabellę, vt iuſtitiam faceret, ita Reg. Tapia deciſ. Senat. Italiæ 22. num. 18.

Repulſa teſtium ſi fuerit in replica citationis teſtium reſeruata, licet deinde ſurdo aure proceſſus compilatus ex parte aduerſa, malitioſè procurando compilationem illius, & viſionẽ, an propterea concedẽda erit obſtantibus partis impedimẽtis, ex facto apparebat, talem repulſam fuiſſe reſeruatam in citatione teſtium deinde petitam, ſed quia non procurabat reus examen, fuit facta publicatio cum reſeruatione, & poſtmodum concluſio ad inſtantiam actoris cum eadẽ reſeruatione, ſed quia alius terminus impartitus fuerat reo pro examine prædicto, demum eo elapſo citauerat ad dicẽdum in forma, & poſt dictam citationem proceſſus cum examine fuit accomodatus Procuratori rei die 9. Maij, die vero 10. fuit accomodatus Procuratori actoris, ſicuti ex fide Scribæ percipiebatur, & cum petijſſet, repulſæ terminum ſibi concedi die 21. eiuſdẽ, per quatuor dies ante terminum ſtabilitum à Regia Pragmatica dierũ quindecim. Fuit per Mag. Cur. Vic. denegatum, & iuſſum, quod procederetur ad vlteriora in cauſa, non obſtante petita repulſa, & fortè quia tempora non largiebantur, quia facta erat publicatio iuxta diſpoſitionem pragmaticæ curſu dilationum, de ord. iud. Marant. in ſpecul. part. 6. in 13. actu in princ. & iuxta praxim S. C. vſque ad concluſionẽ concedi ſolet, & pluries iudicatum ex Muſcarell. in praxi S. C. gloſ. momentum, num. 3. & gloſ. repulſæ, num. 5. tenet Imbrian. in tract. de repulſa, conſid. 1. nu. 122. quod minimè poterat militare, cum eo tempore teſtes

non

non fuerant examinati, ſed poſt in alio termino conceſſo, in quo fieri debuerant publicatio, ac concluſio, & non ſimpliciter malirioſè citando ad dicendum, nondum viſis teſtium depoſitionibus, adeo quod ſi tempus alterius termini conceſſus conſideretur, proculdubio in termino petita videbatur, & ſufficit ſemel petitã fuiſſe, adeò ſi Iudex ad eam ipſum petentem admittere noluerit ex ſuo motu, tunc etiam poſt ſentẽtiam peti poterit, ita ex Boer. conſ. 11. notat Imbrian. d. conſid. 1. num. 148. fortius quando per partis impedimenta, & verſutias fuerit protelata conceſſio illius. Facta relatione in S.C. die 27. Septembris 1629. per Iudicẽ Io. Aloyſium Piſcicellum fuit prouiſum, vt concederetur repulſa petita, in Banca Buzaccarini, in cauſa Saluatoris Vitaliani cum Fabritio Spetie.

Repulſa concedi an debeat aduerſus teſtes examinatos ad reuelationem excommunicæ, licet repetitos in Curia ſæculari, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Anelli Giuuo cum creditoribus Ioſephi Giuuo, penès Figliolam, vt dixi in meo voto 17. num. 85. & ita alias deciſũ fuit per S.C. apud Grammar. deciſ. 86.

Repulſare impunè an liceat litigatoribus teſtes contrarios tanquam turpes, prodigos, ſcurras, mendicos, baſtardos, aut aliter indignos, eoſdem ijs redarguendo, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa Antonij de Iſa, ſicut refert Franc. de Petris conſ. 16.

Requiſitoria, quæ fieri ſolet in M.C.V. in cauſis liquidationum inſtrumentorum præſertim an ſubſcribi debeat à Iudice, ſicuti citatio, in quo erit prius aduertendum, quod poſt citationem factam ſuper tenore inſtrumẽti ſolet contingi, facta vocatione debitoris in vltima contumacia, & de ſero comparendo, pœnam contumaciæ contractæ euitabit, ſed benè in ſequenti Curia comparere compellitur, & cõparendo actus interrogationis expletur, creditore tamen inſiſtente, ſed eo abſente debitor præcedẽte inſtantia licentiabitur, alias ea omiſſa remaneret condẽnatus, ad occurrendum tamen creditoribus contra licentiatos debitores ſolent fieri requiſitorię, vt debitor licentiatus prima die iuridica compareat cum continuatione ſequentium dierum, nulla cõtumacia incuſanda, nec triduo expectato, & ea intimata proceditur ad liquidationẽ inſtrumenti, vt docet nouiſſimè Galter. in ſua praxi inſtrum. 2. part. tertię partis, rubr. 1. nu. 5. (hæc pro tironibus, atque exteris dixiſſe ſufficiat) hinc orta fuit dubitatio, ſi ipſa requiſitoria ſimiliter ſubſcribi debeat à Iudice, quemadmodum & ipſa citatio ſubſcribitur, vt idem Galter. in eadem praxi, in 3. part. principali, rubr. 2. ſub num. 31. aduertit, & videbatur ita affirmandum eſſe, poſtquam certũ erat, quod citatio primo loco facta erat actus principaliter geſtus, & requiſitoria ſubſequẽs ab eo dependẽs ex cauſa ſupra expreſſa, & ideo acceſſorium ſequitur naturam principalis, ad text. in l. cum principalis, vbi Dec. num. 1. ff. de reg. iur. eo maximè dum eadẽ ratio eſſet, ſubiunxit num. 5. vbi Cagnol. num. 14. quemadmodũ de appellatione etiam dictum eſt, quæ cum ſit acceſſoria ad cauſam principalem, Franch. deciſ. 370. num. 18. ideo cauſa eiuſdem eſt naturæ, cuius eſt cauſa principalis, idem deciſ. 520. num. 1. vbi ex Angel. perpendit, exiſtente cauſa principali sũmaria, ita pariter erit cauſa appellationis, latius Palma in ſuo diuerſor. iuris, &c. ſeù praxi, part. 1. gloſ. 9. num. 52. ea propter cum fuiſſet dictum de nullitate liquidationis inſtrumenti liquidati ad inſtantiam Ill. Principis Biſiniani contra Ill. Marchioniſſam Corleti, & inter cætera de tali obiectione nullitatis replicabatur ex parte ipſius Ill. Principis, non eſſe neceſſariam ſubſcriptionẽ Iudicis in requiſitoria, eo quia non eſt tam ſubſtantialis, ſicuti citatio formiter facta, quæ eſt fundamentum iudicij, §. omnium, Inſtit. de pœna tem. litig. Gayll. lib. 1. obſeruat. 48. cum alijs adductis per Auguſt. Fauſt. in Addit. ad praxim Panciroli, par. 1. fol. 7. §. officio functus, verſ. in primis enim, vbi probat, ab eo exordiũ iudicij incępiſſe, Marant. in ſpec. part. 6. membro 1. num. 1. & propterea erit neceſſaria ad iudicia inchoanda, Suarez in eius praxi Eccl. tom. 1. in 3. tempore, tit. de citat. num. 3. & ideo iudicium à citatione principiũ ſumit, Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. rub. de nullit. ex defect. citat. num. 1. vbi num. 48. ſubſequitur dicendo, quod citatio debet in ſe continere nomen, & cognomen Iudicis citantis, ne fiat dubia, vel æquiuoca, & pręſertim hoc erit attendendum in citationibus ſuper tenore inſtrumentorum, vt viſo prius inſtrumento præſentato per Iudicem expediantur citationes, ne fortè indebitè citati vexentur per illiquiditatem eorum, vt diſpoſitũ eſt in pragm. 9. de offic. Mag. Iuſtit. & pragm. 4. de liquid. inſtrum. & ſic vſu communi receptũ eſt, tales citationes firmari manu Iudicum, vt conſuetum eſt indifferenter, quod ſanè in requiſitorijs procedere erit neceſſe, nam hoc ideo citatio fit, vt in notitiã citati perueniat, Minſyng. centur. 5. obſeru. 50. nu. 2. ad hoc vt comparere poſſit, & ſe defendere, Andr. Gayll. lib. 1. de pace publ. cap. 5. nu. 13. & tunc citatus ad duo, tenetur .ſ. comparere, & in termino, Carau. in ritu 123. num. 7. Minſyng. centur. 5. obſeru. 86. num. 2. & ideo cum iſta conuenta citata fuiſſet, & in termino comparuiſſet, vtique de iudicio moto ſcientiã habuiſſe nõ dubitabatur, ita vt de nouo citari potuiſſet formiter, ſed benè requiri ſimpliciter ad perficiendum actum liquidationis cęptæ, & propterea ſi denunciatio requiratur ad ſimplicẽ ſcientiam habendam, tunc nõ oportet, quod fiat ſcienti, cap. eum, qui certus, de regul. iur. in 6. l. 1. in fin. ff. de act. empt. notat Bart. in l. qui vxori, §. quid ergo ff. de adulter. ſicque non erit neceſſaria, ſi ille antea ſciret, Alex. conſ. 24. num. 4. & 5. lib. 4. Capra de communi atteſtans reg. 58. num. 5. cum alijs citatis per Syluium Spannoc. in tract. de noui oper. nunt. lib. 9. num. 275. vbi alios Doctores contrarium tenentes adduxit, quibus congrua reſponſio ibidem refertur. quandoque autem fit denunciatio, non ad ſolam ſcientiam, ſed aliquid faciendum, & tunc non ſufficit ſola ſciẽ-

tia,

ria, vt in d.§.quid ergo, vbi Bart. etiam notat, tunc erit neceſſaria denunciatio ex ratione adducta per Additionem ad Gloſ.in l.empror, C.de euict. quæ ſiquidem denũciatio quouis modo fiat, ſufficiẽs erit, vt fiat à Notario, quia is habetur loco Iudicis, Gloſ. & DD.in l.rem nõ nouã, C.de iud. quos probat ibid. Spañoch. num.297. & ex ijs rectè proceſſiſſe videtur deciſio facta in caſu allegato per M.C.V. ad relationẽ Iudicis Donati Coppulæ de hoc anno 1630. & menſe Maij, quod remaneat condẽnata, vt ex actis in Banca Sixti, & fuit decretum confirmatum per S.C. ad relationem Iudicis Ioan. Aloyſij Piſcicelli die 5. Iunij 1630. penès Secretarium.

Res empta à tutore, ſeù curatore de pecunia pupillari non ad emptionem deſtinata, neque expreſſum, pecuniam illam eſſe pupillarẽ, ſed ſuam propriam, an ex hoc vendicatio competat pupillo, ita vt ob talem emptionem dominium, & hypotheca tranſeant in eius beneficium, cuius rei cauſa actiò ſibi competere videatur aduerſus creditorem tutoris pro illius reſtitutione; fuit de hoc valdè cõtrouerſum in S.C. in cauſa vertente inter Io. Philippum Ragium, & D. Helenam Iuſtinianã Duciſſam Teleſæ, poſtquam Ill. Dux Bouini dum eſſet debitor Benedicti Iuſtiniani patris ipſius Duciſſæ in certa pecuniarum quantitate ſingulis annis debita, demum pro multis tertijs decurſis apocam Banco faciẽdo Dux Stephano Iuſtiniano Procuratori etiam dicti Benedicti, ſoluit dictam quantitatem ducatorum 4000. & eodem die dictus Stephanus emptionem fecerat cum eodem Ill. Duce pro eadem ſumma ducatorum 4000. capitalis pro annuis ducatis 280. aſſerendo, eſſe de proprijs pecunijs ipſius, nec mentionem faciẽdo eſſe ipſius Benedicti, quo tempore erat illius curator, & cum poſtea iudicium aſſiſtentiæ ſuper dicta emptione inſtituiſſet Ioan. Philippus Ragius hæres quond. Raphaelis creditoris eiuſdem Stephani pro capitali ducatorum 2000. vna cum tertijs decurſis aduerſus ipſam Duciſsã in minori tunc ætate exiſtentem ſeruatis ſeruandis ſententiam in ſui fauorem reportauit, illinc ad certos annos à ſententia prædicta reclamando Duciſſa, litem inſtituit contra dictum Io. Philippum ad reſtitutionẽ emptionis exequutæ, quia realiter erat de pecunia pupillari, & in eius dominium tranſierat, non obſtante quod tutor hoc non expreſſerat in inſtrumento, pro cuius iurium probatione in termino conceſſo produxerat bilanciũ Banci, in quo apparebat, non realiter pecuniam interueniſſe, nec ex parte Ducis, neq; ex parte Stephani Iuſtiniani, ſed fuit ſimplex apoca, vulgo *paſſatera* nuncupata, cuius vigore Stephanus pecuniam ipſam in emptionem dederat dicto Duci, Secundo producta fuerat copia cuiuſdam decreti S.C. in cauſa Familiæ Iuſtinianæ lati, ex quo apparebat decretum, quod dicti duc. 4000. debiti à Duce Bouini dicto Stephano ſepararẽtur ab hereditate ipſius, vti ſpectantes iure proprio ad ipſum Benedictũ, non vti heredem Stephani. Tertio producebatur fides, ex qua apparebat, dictum Stephanum declaratum fuiſſe tutorem, & pro tempore curatorem per Curiam Anconitanam dicti Benedicti ſui nepotis ad eius petitionẽ, & inuentarium fecerat. Vltimo altera producebatur fides Baptiſmi eiuſdem Benedicti, ex qua apparebat, tempore contractus celebrati inter dictum Stephanum, & Ducem, quod ipſe erat annorum quatuordecim, & menſiũ duorum, dum natus erat die 8. Octobris 1581. & cõtractus celebratus fuerat die 11. Decembris 1599. ex quo clarificabatur, eo tempore ſub cura perſtitiſſe Benedictum. Licet autem ex aduerſo fuiſſet productum inuentarium ab Adminiſtratore hæreditatis quondam Bernardi patris ipſius Benedicti, non aliter legitimè confectum ex pluribus, & proindè teneri, videbatur, Duciſſam vltra vires hæreditarias vti hæredem dicti Stephani per intermediam perſonam dicti Benedicti, vt apparet diſcuſsũ ſupra eodem verbo inuentarium 1. & 2. nihilominus ad excluſionem prætẽſionis pupillæ plura in iure deducebantur pro confirmatione ſententiæ dicti Io. Philippi, & Primo, quia Actrix carebat actione vigore illius regulæ, ementem ſuo nomine rem ex aliena pecunia, ſibi, non Domino eam acquirere, ex l.ſi ex ea, C. de rei vend. l.ſi patruus, C. communia vtriuſq; Iudic. l.multum ff. ſi quis ſibi, vel alteri. Ceterum quando ex pecunia pupillari res empta fuiſſet, ſuppoſita illa diſtinctione, an fuerit empta à tutore, ſiue curatore, & tunc in arbitrio erit pupilli, ſi nõ velit rem ſibi acquiri, & vtilem tunc haberet vendicationem, l.3. C.arbitr.tutel. l.2. ff.ſi ex fact.tutor. vel pecuniam à tutore conſequi vellet, prout in allegatis iuribus, & eo caſu res illa erit pro conſequutione pecuniæ tacitè obligata, ad text.in l.3, ff.de rebus eorum, l.penult. C.de ſeru.pign. dat.man. Sed ſi ab extraneo empta fuerit res ſuo nomine de pecunia pupilli, & in hoc caſu Doctores videntur inuicem contradicere, nam aliqui aſſerunt in d.l.ſi vt proponis, C.de rei vend. & in l.ſi patruus, C.communia vtriuſque Iud. in l.Titium, §.altero ff. de adminiſtr.tutor. & præſertim Bart. & Caſtr. in d.l.ſi vt proponis, vt in ſubſidium teneatur, & ob id pupillo vtilem vendicationem dari, quod ſequitur Gomeſ.in l.53. Tauri, ſub n.36. Viſcont.in ſuis concl. verbo res empta, quamuis Bald. & Salyc. in eadem l.ſi vt proponis, non aliter vtilem vendicationem ad quærendum dominium admittant, ſed tantum hypothecam in ea re, & contra hypothecariam ad recuperandam pecuniã, quod eſt magis apud DD. communiter receptum, Ripa in l.1. n.14. ff.in quib. cauſ. pign. tac. contrah. Barboſ.in rubr.ff.ſolut.matrim.part.3. ſub num.84. & 85. Card.Mantic.de tacit. & ambig. lib.11. tit.14. num.1. Roderic.de ann.reddit.lib.3.quæſt.10. num.8. Burſat. conſ.56.num.23.lib.1. Cuman. in d.l.3. ff.de rebus eorum, & l.2. ff.quando ex fact.tut. Neguſ.de pignor.part.2.memb.4. nu. 158. Bald.in l.fin. C.de ſeru.pign.dat. Ant.de Amat.variar.reſol. lib.1.cap.3.num.56. ex quibus colligitur, triplicem actionẽ oriri, nempè

realem,

realem, hypothecariam, & perſonalem, quæ actrici competere non videbantur, & Primo reſpectu vtilis vendicationis directò competere non videtur, nec in ſubſidium, poſtquam Stephanus non vti curator, ſed vti Procurator hoc geſſerat, nam etiam Procurator à Benedicto conſtitutus fuerat, & ſic vti Procuratori ſolutum à Duce fuerat, & quatenus prætendetetur, ipſum Stephanum curatorem fuiſſe vigore decreti Anconitanæ Curiæ, tale igitur decretum ex duobus non officit: Primo ex tẽporis defectu, nam certum eſt, non dari curatorem pupillo, ſed adulto poſt pubertatem, & eo petenti, Inſt. de curat. in princ. vbi Angel. Aret. ſub nu. 6. & in §. permiſſum, Inſt. de tutel. num. 6. Dec. in l. quæ tutela, §. nemo ff. de reg. iur. ex text. in l. curator ff. de tutor. & curator. Paul. Montan. de tutel. cap. 29. num. 16. & 31. Gutier. de tutel. lib. 1. cap. 19. nu. 18. nec talem dationem approbaſſe videbatur Benedictum, cũ ipſum Procuratorẽ conſtituerat. Secundo ex defectu loci, etenim curator datur bonis, non perſonæ, l. in copulandis, C. de nupt. Socin. conſ. 97. num. 6. lib. 1. ideo dum à Curia prædicta datus fuerat, nequiverat pro bonis in Regno exiſtentibus exercere, etenim ab eo Iudice dandus erat, in cuius territorio bona ſita erant, Alex. conſ. 44. num. 17. lib. 5. Crauett. conſ. 271. in princ. lib. 1. & idem Montan. eod. tract. cap. 29. nu. 7. Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 14. ſub num. 2. ſic Iudex illius Prouinciæ vbi bona ſita ſunt, Io. Fab. Inſt. de Attil. tutor. ſub n. 3. Montan. d. tract. cap. 4. ſub num. 24. & propterea vel erat confirmandus, vel iterum dandus per M. C. V. Sed dato, & non conceſſo, quod vti tutor, ſeu curator id geſſerat, adhuc illa acquiſitio ſufficiens non erat, poſtquam non ita indifferenter pupillaris pecunia operatur acquiſitionem dominij rei emptæ ex ea, ſed dumtaxat illa, quæ ad vſum aliquem, ſiue minoris vtilitatem deſtinata fuerit, ad text. in d. l. 3. C. arbit. tut. & ad id punctualiter ponderant Eſcobar. de ratioc. admin. cap. 14. num. 32. & Gutierr. de tutel. lib. 3. cap. 1. num. 83. & concordat cum tex. in l. tutor, §. ſi poſt ff. de adminiſtr. tutor. & l. ita ff. eodem. Præterea neque vendicatio in ſubſidium vrgebat ex duobus. Primo, ex quo verior eſt ſententia, vt non detur ſubſidiaria acquiſitio rei emptæ pupillo, qui pro expenſa pecunia habet rem emptam ſpecialiter hypothecatã, l. idemque ff. qui pot. in pign. hab. & hæc ei ſufficere debet abſque ſubſidiaria, ita Bald. & Salyc. in d. l. ſi vt proponis, Ripa, Barboſ. Lopez. Mant. Roder. Burſat. Cuman. Neguſant. Amat. vbi ſupra à num. 43. nouiſſimè Gaitus de credito, cap. 4. quæſt. 11. à nu. 1526. Secundo, quia in caſu iſto dari non poteſt, dum hæreditas Stephani erat ſoluẽdo, & opulenta, vt in facto probatum apparebat. Nec proinde decretum S. C. obſtare videbatur ex tribus. Primo, quia non fuerat dictum annuos ducatos 280. ex duatis 4000. quæſitos Benedicto, ſed partitam duc. 4000. ſpectare ad eum iure proprio, & hoc verum eſt in eo ſenſu, quod ſibi debentur dicti ducat. 4000. inre proprio. Secundo, quia tale decretum factum fuerat in diſcuſſione inuentarij inter hæredem, & legatarium, non tamen inter hæredẽ, & creditorem, quod ſatis erat notandum, an hæres habeat ius excluſiuũ, dependens ex eo, an iure dominij, vel ſpecialis hypothecæ, vel potius actionis perſonalis debetur. Tertio, quia fuerat res inter alios acta, nec præiudicare poterat, eo amplius, quia inde per S. C. ſuper deciſione illa decreuerat, quod audirentur partes. Neque Secundo, alia actio hypothecaria ſibi competere videbatur. Primo, quia vti hæres tenebatur factum defuncti ſeruare, ex regula l. cum à matre, C. de rei vend. nam illud præciſè tenetur ſeruare, ex Gloſ. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib. Caſt. Corn. Fulg. Ruin. Alex. Bologn. quos citat Phanuc. de inuent. part. 6. quæſt. 242. num. 69. Dec. in l. ex ea perſona ff. de regul. iur. Arius Pinell. in l. 1. 3. part. ante num. 82. C. de bon. matern. Valaſc. conſult. 52. num. 44. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 1. à nu. 17. Barboſ. in l. Lucius Titius, à num. 18. ff. ſolut. matr. de Franch. deciſ. 83. & in puncto in hærede petente ſuum creditum Surd. conſ. 7. nu. 31. lib. 1. de Franch. deciſ. 355. num. 7. Cancer. lib. 3. cap. 2. num. 175. ideo ſuper alijs bonis experiri debebat, nõ ſuper dicto credito, eo quia in hæreditate remãſerat alia ſũma vltra ſummã duc. 4000. quos de ſuo prærẽdit expẽſos à Stephano. Secũdo certum eſt, ex contractu negotiorum geſtoris pupilli de illius rebus acquiri illi actionem, non tamen directò, ſed in ſubſidium, caſu quo ille ſoluendo nõ eſſet, l. filiæ ff. ſolut. vbi Bart. n. 3. Caſtr. ſub nu. 2. Imol. in princ. Alber. in princ. DD. in l. 1. & l. ſi patruus, C. ſi quis ſibi, vel alt. & idcirco poſtquam actio quæſita pupillo eſt ſubſidiaria, ita erit hypotheca, cum ſit acceſſoria ad perſonalem, & eius pediſſequa, Gloſ. in l. item libetatur ff. de pignor. Nouell. de dote, 7. part. princ. priuileg. 31. Conſil. de Georg. alleg. 41. nu. 15. de Franch. deciſ. 581. nu. 3. Surd. d. conſ. 203. num. 10. & deciſ. 174. num. 20. ergo ſequi debet naturam principalis, imò & Tertio comptobatur, nam cum ipſa hypotheca minori conceſſa in re empta ex ſua pecunia ſit tacitè à lege inducta, d. l. idemque, Neguſ. eodem tract. 4. membr. 2. part. nu. 163. antequã contra tertium poſſidentem agatur diſcuſſio fieri debet, ad tex. in Auth. hoc ſi debitor, C. de pignot. DD. in Auth. ſed hodie, C. de actionib. §. ſed neque, Auth. de fideiuſſ. quod tamen in legali hypotheca exigitur, Bart. in l. ſi conſtante, in princ. ff. ſolut. matrim. Alex. ad eum in l. 4. C. commun. de leg. Neguſ. dict. tract. part. 8. membr. 1. ſub num. 21. verſ. & ideo, Caroce. de excuſſ. bonor. part. 2. q. 27. quod etiam in tacita priuilegiata, Carocc. d. part. 1. q. 25. de Franch. deciſ. 270. Theſſ. deciſ. 51. & 53. imò & ſpeciali, d. §. ſed neque, Coraſ. in §. item ſi quis, nu. 7. de action. Ludouic. deciſ. Peruſ. 45. num. 1. Theſſ. deciſ. 51. num. 4. Carocc. d. part. 2. quæſt. 69. Et demum neque perſonalis actio ei conceditur, nedum quia non contra creditorem, ſed contra hæreditatem Stephani agere debuerat, vbi diſcuſſio inuentarij aderat, verum etiam quia Ragius pro ſua actione hypothecaria præfertur,

Digitized by Google

tur, l. eos, C. qui pot. in pign. Rodriq. de concur. credit. lib. 2. artic. 4. num. 8. refertur deciſio in ſequenti verbo.

Res empta de pecunia pupillari non aliter ad rem emendam deſtinata vendicari an poſſit à pupillo, prout præcedenti verbo fuit diſcuſſum in fauorem conuenti, quamquam autem ea aduerſo replicaretur, ante omnia eſſe certiſſimum pecuniam ipſam eſſe de hæreditate Stephani, & debitam Benedicto minori eius filio, quemadmodum probatum extitit, & propterea tutor contrahendo de re ſpectante ad pupillum, præſumitur nomine pupilli contrahere, & agere, ad tex. in l. qui negotiationem in prin. ff. de admin. tut. ſicut ex Bal. Corn. & Alciat. firmat Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 49. num. 5. multos colligit Borgn. in tract. de tutore, num. 243. quò fit, vt licet tutor, aut curator, non minoris, ſed ipſius curatoris nomine emat, dominium tamen nó ſibi, ſed minori quæritur, ad tex. in l. 2. C. arb. tut. Gloſ. in l. ſi vt proponis, in verbo non negabit, C. de rei vendic. poſtquam res empta per tutorem proprio nomine ea pecunia pupilli, efficitur pupilli, probat Manent. deciſ. Mantuæ 33. num. 12. & conſequenter ſibi vti domino actionem competeret ſuper dicta emptione facta de eius pecunia, per ea, quæ diſcutit Montan. d. tract. de tutel. cap. 34. effect. 4. Nec proindè officit videbatur ſolutio eidem Stephano facta, non vti curatori, ſeù tutori, ſed vti procuratori conſtituto à Benedicto, & ita vti extraneo, taliter quod d. minori vendicationem competere videtur contra d. emptionem in ſubſidium, vt tradunt Thom. de Forl. Bart. & Bald. in d. l. ſi vt proponis, num. 3. verſic. aut non erat tutor, Gomeſ. d. l. 53. Tauri, num. 36. Mantic. eod. tract. de tacit. & ambig. tit. 16. lib. 6. num. 20. vel ſaltim ſpecialem hypothecam, ex Gloſ. & Bart. in l. idemque, ff. qui pot. in pign. hab. Neguſant. d. tract. memb. 2. p. 5. nu. 19. Gutier. cap. 1. de tutel. p. 2. num. 85. Barb. in rub. ſol. mat. p. 3. ſub num. 84. verſ. quamuis, & Molin. de iuſt. & iur. tom. 2. tit. de contract. diſp. 536. num. 9. Nam aduertendum eſt, in facto prædictum Stephanum petijſſe tempore mortis d. Io. Philippi declarari tutorem, & pro tempore curatorem d. Benedicti, tunc minoris, & ita obtinuiſſe per Curiam Anconitanam cópertum eſt, ita quod tempore dictæ emptionis Benedictus vix exceſſerat annum decimum quattum, & tunc ipſum ſub cura dicti Stephani extitiſſe certiſſimum eſt, qua de re ceſſare etiam videbantur aliæ difficultates ca hoc oriç, quarũ altera fuit reſpectu tẽporis, dum fuerat datus curator pupillo, qui non niſi adulto poſt pubertatem petenti conceditur, etenim rectè talis datio proceſſerat, dum prius tutor datus fuerat, & pro tempore curator ad petitionem ipſius tutoris citra conſenſum pupilli, qui expreſsè repudiare non poterat, ſed ſub tutela, & cura illius ſtare cogebatur, ſic ex aduerſo dicta procedunt in fieri, non in facto, vt poſt antiquiores aduertit Gutier. d. tract. p. 1. cap. 19. num. 18. ſicque etiam quod non fuiſſet petitus à pupillo, vel per tutorem inſtatum, adhuc Iudex ex officio poterat dare minori curatorem Montan. de tutor. & curat. cap. 17. num. 9. ſimiliter & altera obiectio reſpectu loci corruerat, dum præſupponebatur à Iudice, in cuius territorio bona adulti ſita ſunt curatorem dari debere ex aliquorum opinione ſupra citatorum, qui non negant, pariter à Iudice originis dari poſſe curatorem, ex tex. in l. vnica, C. vbi pet. tut. vel cur. & ibi Bal. & Salyc. ex quo etiam ceſſabit conſequentia, quod curator datus ab illo Iudice non adminiſtrabit bona extra iuriſdictionem Iudicis dantis, etenim hoc procederet in curatore bonis ſolum dato, ſecus in curatore dato bonis generaliter, & ſic perſonæ pro rebus, ſic punctualiter Old. conſ. 59. num. 3. verſ. ſed & alias diſtinguit, & propterea dum nedum tutor, ſed curator erat, & omnia bona adminiſtrare poterat, ſubſequitur ex debito ſui officij illam pecuniam in emptionem implicare in beneficium minoris, Bald. in d. l. ſi vt proponis, nu. 3. & in l. 1. ſub num. 2. C. ſi quis ſibi, vel alt. Gomeſ. in d. l. 53. ſub num. 36. verſ. ſecundus caſus, ex tex. in l. ita autem, ff. de admin. tut. & latiſſimè Eſcobar. de ratiocinijs admin. cap. 14. num. 3. & ſeq. ſed poſtquam in ſui beneficium, non autem minoris pecuniam exactam in emptionem conuerterat, præſumit lex, id potius ex errore proceſſiſſe, quam ex dolo, ſi ſuo nomine illã curator feciſſet, Bart. in l. Titium, §. altero, verſ. tertio caſu, ff. de admin. tut. Maſcard. concluſ. 38. num. 1. Guttier. eod. tract. par. 2. cap. 1. num 8. Barboſ. in 3. p. rub. ff. ſol. mat. ſub num. 84. verſ. & eſt ratio, & hoc ad excluſionem delicti diſcutit Surd. cõſil. 9. num. 4. Et quatenus prætenderetur, quod non vti tutor, ſeù curator, ſed vti pupilli procurator, & ſic vti extraneus emptionem feciſſet, in ſui beneficium cedere debuerat, cum procurator contrahens non expreſſo nomine procuratoris, ſuo nomine contraxiſſe videtur, tradit ibi Menoch. num. 18. nam tunc vltra quod minori denegatum eſt conſtituere procuratorem ad exigendum, quod tantum minori non habenti curatorem conceſſum reperitur apud Bartol. in l. 3. ſub num. 1. vbi Gloſ. hic poteſt, ff. rem rat. hab. quemadmodum nec ad negotia illum conſtituere poterit, idem Bart. in l. neque tutores, num. 12. C. de procur. ob quod nullum mandatũ conſpiciebatur, quatenus appareret; attamẽ negari non poterat, quin pecunia exacta pupilli dicatur realiter, ita quod res empta pecunia minoris, efficiatur ipſius, licet emptor emiſſet nomine proprio, Montan. d. effect. 4. num. 7. poſtremo ceſſabit altera dubitatio de eo, ſcilicet quod dicta pecunia non erat deſtinata ad emptionem faciendam, nam & ſi tex. in d. l. 3. C. arb. tut. det minori electionem, vel vendicare rem emptam cum fructibus, vel ad pecuniam cum intereſſe, Borgn. vbi ſup. num. 253. non tamen tex. excludit venditionem rei emptæ ex pecunia minoris non deſtinata ad emẽdum, cum ſit generaliter à lege prouiſum, omnem emptionem de pecunia pupilli factam effici illius minoris, cui recta via dominium quæritur, ad tex. in d. l. 2. ff. quando ex facto tut, vndè deſumitur regula, quod dominium recta via minori acquiritur, quoties curator de illius pecunia emptionem ſuo nomine facit, Gloſ. in d. l. ſi vt proponis, verbo non negabit, & ibi Bald. num. 3. Gomeſ. d. l. 53. ſub num. 36. verſ. ſecundus caſus eſt, Greg. Lopez par. 5. tit. 5. l. 30. ver. huerfano,

nec

Digitized by Google

nec vnquam dici poterit, pecuniam minoris exactam non eſſe deſtinatam ad emptionem introitus, cum ſtatim ex ſui officij neceſſitate tenetur, vt dictum eſt, pecuniam pupilli conuertere in emptionem prædiorum, Montan. d. tract. cap. 32. reg. 9. num. 192. Borgn. eod. tract. num. 113. & tantò magis ſi eſſet ſumma notabilis, vt erat in facto iſto, ad tex. in l. ita autem, ff. de adm. tut. Bal. in l. 1. num. 2. C. ſi quis ſibi, vel alt. Rom. conſil. 28. num. 1. Dec. conſil. 177. ſeù 178. in cauſa, ſub num. 1. verſ. tertio tenetur, & conſ. 191. ſeù 192. in caſu, ſub num. 2. verſ. eod. poſt Rolan. Decian. Iaſ. & alios Gutier. d. tract. par. 3. cap. 4. num. 80. nam ſi eſſet modica, non teneretur ad lucrum dare, Gutier. d. p. 2. cap. 9. num. 25. aliter ſi pecuniam ad lucrum non dediſſet, nedum ſuſpectus redderetur, idem Gutier. ead p. 2. cap. 18. num. 24. ſed teneretur ad intereſſe, Montan. eod. tract. c. 32. reg. 9. num. 195. Gutier. d. p. 2. cap. 9. num. 16. & 17. & in ſumma ſi ſecus eſſet, vt ei cedere deberet emptio facta de pecunia pupilli, videretur illam in proprios vſus conuertiſſe, quo nam caſu ipſo iure ad duplum teneretur, & ad damna, & expēſas pupilli, Borgn. d. tract. num. 116. vna cum legitimis vſuris, Montan. ibidem num. 207. demum ex facultate à iure conceſſa pupillo, aut pecuniam cum intereſſe expetere, aut rem emptam ſua pecunia vendicare vigore hypothecæ cum prælatione, iuxta communem ſententiam Doct. relatorum per Borgn. d. tract. num. 252. & ſeq. Et tandem facta relatione in S.R.C. de hoc anno 1629. & menſe Iulij per Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſ. Io. Baptiſtam Apicellam, fuit per S.C. deciſum in fauorem ipſius Duciſſæ Teleſiæ, penès de Felice Act. Magiſtrum.

Res furto ſubtracta reperta penès aliquem bonæ famæ, an faciat inditium ad torturam, relata fuit deciſio ſup. eod. verbo inditium.

Res burgenſatica, vel feudalis erit iudicanda exiſtentibus infraſcriptis coniecturis, ea quibus prætendebatur, eſſe feudalē, quinimmò feudalem rē eſſe præſumptionibus, & coniecturis demōſtrari poſſe affirmat Menoch. de præſumpt. prēſūpt. 91. n. 39. ideò ex ſequentibus oſtendebatur. Primò, quia erat fondus poſitus intra fines feudi Barone poſſidente, ea his, quæ tradit Andr. in c. 1. in addit. de controu. int. maſc. & fœm. de benef. Affl. in dec. 267. in princ. vbi Vrſill. in addit. Crauett. conſil. 54. num. 9. Paris de reintegr. feud. in cap. incip. res feudalis in dubio num. 8. fol. 157. incip. reperitur iuxta vulgatam regulam illā, quidquid eſt intra fines feudi, feudale præſumitur, ex Andr. Reg. Lanar. conſil. 2. num. 1. latè Maſcard. de probat. concl. 401. Secundò, ea fide cataſtri Caſalis Merinæ, in quo nō reperiebatur deſcriptus fundus ipſe donatus, & clarius ea fide Syndicorum d. Caſalis affirmantium, nunquam exactam fuiſſe collectam ex eo tanquam feudalis, & ſic probatum, Pariſ. d. tract. cap. qualiter probetur rem eſſe feudalem, incip. quoniam circa finem. f. l. 87. colum. 4. ad quod Menoch. de prēſumpt. lib. 3. præſumpt. 91. num. 51. dixit, quod allodialis, & libera non prēſumitur res in ēſtimo Ciuitatis non deſcripta, in quo alia deſcribi conſueuerūt. Tertiò oſtēndebatur ex teſtimonio teſtium affirmantium, de fructibus d. fundi tanquam feudalibus immiſſos per Baronē in Ciuitatem Licij, nec pro illis ea acta data, ſicuti ex alijs fructibus aliorum fundorum eiuſdem exigebantur, And. in c. 1. § & plauſtorum, col. 3. verſ. hoc non poteſt dici feudatario, vbi Affl. & cæteri, quę ſint regal. Loff. in c. 1. §. ſi vero, de controu. inueſt. Luc. in l fin. C. de fund. limit. & l. ſi quando, col. 2. C. de bon. vac. & ſic feudalis res præſumeretur, ſi de ea concurreret fama, & eſſemus in antiquis, Maſcard. de probat. concl. 209. num. 7. & 8. Quartò adeſt fides releuij, iuxta notata per Andr. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſt. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 3. auctor. vſque ad n. 5. at. & hoc ſufficit ad probandum qualitatem feudalem, probat nouiſſimè Andræas Capanus patritius Neap. feudalis materiæ profeſſoris in tract. de releuio p. 3. q. 17. num. 3. Bene tamen ex aduerſo replicabatur, donatorem fundum donaſſe tanquam burgenſaticum, & ſic aſſeruiſſe in contractu, quæ verba fidem faciunt inter partes, l. optimam, C. de contrahen. & com. ſtipul. & in terminis Maſcard. de probat. concl. 209. num 2. adeò quod dum ille poſſideretur per prædeceſſores vltimi poſſeſſoris conuenti, quædam mulier obtinuit ſententiam, per quam conuenti fuerunt condemnati ad certam ſummam, vel ad conſignandam tantam quantitatem d. fundi, & per ea, quæ in iure circa hoc reſoluuntur ante omnia extat regula illa, quod res quælibet præſumitur libera, & allodialis, niſi probetur contrarium. Ang. in l. ſi quis ędes, ff. de ſeruit. vrb. præd. ita And. in cap. 1. verſ. item ſi ſit, & in addit. num. 6. de cont. int. maſc. & fœm. in c. imperialem, §. illud, num. 63. circa medium, de proh. feud. alien. per Fed. Bal. in cap. cęterum, de iudic. quod nulla res præſumitur feudalis, niſi probetur, & in c. ſignificauit, de reſc. Reg. de Ponte conſ. 30 nu. 19. tom 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 89. num. 4. & copioſè in d. præſumpt. 91. Maſcar. de probat. concluſ. 766. num. 2. concl. 209. nu. 1. Anna d. alleg. 6. num. 3. Andr. Gayl. lib. 2. obſeru. 69. num. 4. Minſyng. cent. 5. obſeru. 25. Reg. Rouit. conſ 26. num. 14. tom. 2. adeò quod dum allegaretur, eſſe feudalem, probari debuerat, c. vaſallus, ſi feudum, ſi de feud. def. mil. cont. & cap. fin. de leg. cont. allegantis erat fundamentum ſuę intentionis rem feudalem eſſe, Alexan. conſ. 136. num. 2. volum. 1. quamuis autem principaliter ex aduerſo produceretur, quod in inſtrumento donationis fuiſſet reſeruatus aſſenſus, qui in contractibus tantum feudalibus apponitur, vndè prēſumendum erit, eſſe fundum feudalem tamen replicabatur, quod cum erat in eo aſſenſus, ille fruſtra appoſitus videbatur, & nihil operaretur, ac ſi dixiſſet, arma, virumque cano, quę verba nil addunt, arg. l. quæ extrinſecus, ff. de verb. obligat. And. in c. 1. § ſed nec eſt alia, num. 38. quæ ſit prima cauſa ben. amitt. Reg. de Ponte in lect. feud. 1. num. 76. & Reg. Rouitus conſ. 26. num. 5. to. 2. etenim dum quando burgenſatica alienantur bona, aſſenſu non indigent, ſed ſi interuenerit, non mutaret naturam ipſius alienationis, per ea, quæ non ſunt de ſubſtantia ſi apponuntur, nec reddunt contractum nullum, vt probatur in l. ſi ergo, ff. ſi cert. pet. quem tex. ad hoc expendit Afflict. in cap. 1. in antepen. col. verſ. nam quando

qual.

Digitized by Google

qual. vaſal. iur. deb. fidel. & idem eſſet ſi non fuiſſet appoſita, & appoſita non operaretur, arg. l. fin. ff. de falſ. l. nec vllam, ff. de pet. hær. præterea ſi ex illa reſeruatione aſſelus induceretur præſũptio qualitatis feudalis, quilibet poſſet efficere ad libitum, ponendo d. clauſulam in contractu rei burgenſaticæ, vt feudalis efficeretur, quod eſt prohibitum ſine Regis conſenſu, And. in c. 1. §. ille tamen, nu. 13. de cont. feud. apud par. term. & ſic hoc in priuato non procedit, neque in Barone, aut Comite, idem in cap. 1. § ſi vero contingerit, num. 50. de pace iur. firm. quia feudum dat nobilitatem, c. 1. quis dic. Dux, quod eſt denegatum priuato nobilitatẽ per feudum dare, quam non habet, l. traditio, ff. de acqu. rer. dom. l. nemo plus, de reg. iur. idem ſequitur Capyc. in d. c. imperialem, §. callidis, col. 3. verſ. limita 2. de prohib. feud. alien. per Fed. ibique Camer. fol. 29. col. 3. lit. N. vbi etiam And. 2 col. & in c. 1. §. domanſo, num. 15. de cont. inueſt. & c. 1. de feud. non hab. nat. feud. in fin. Replicabatur inſuper ad id, quod ponderabatur, eo quod cum ipſe eſſet poſſeſſor fundi, præſumendum erat eſſe feudalẽ, tũ quia vti Baro, Anna allegat. 6. num 4. & etiam ex regula in c. omnes baſilicæ 16. q. 7. Doct. in cap. fin. de offic. Arch. Abb. in cap. ſi diligenti, de præſcript. facit l. ædes, §. 1. ff. de contrah. empt. And. in cap. 1. de controu. int. maſc. & fœm. in parua addit. Gloſ. in Conſtit. Si dubitatio, in hoc erat aduertendum in facto, poſtquam Ferdinandus de Noha in anno 1545. cui fundus donatus fuit primo loco à Vincentio Maria de Noha, illum poſſedit, deindè donatus per eum q. Cecchæ eius matri, qua exiſtente in poſſeſſione d. Vincentius pater Iulij Cæſaris nunc Baronis de facto ſpoliauit illam, & retinuit fundum violenter, ita quod eius poſſeſſio eſt violenta, l. ſi quis in tantam, C. vndè vi, Doct. in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur. in tantum quod ipſe poſſeſſor nequiuerat ſe iuuare poſſeſſione violenta ſui patris, & ipſe videbatur eãdem continuare, potiuſquam de nouo acquirere, §. ſui, inſt. de ſucc. ab int. l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſ. ſicque tali iniuſta exiſtente poſſeſſione malo modo ad eum peruenta, l. nullus, C. de iud. l. ſi pacto, de pact. And. in d. cap imperialem, §. illud quoque, num. 70. meritò ea ſeruari nequiuerat; pariterque reſpectu alterius ſubiacti, quod ratione poſſeſſionis rei exiſtentis intra fines feudi onus debebat eſſe petentis, ſi erat burgenſaticus, præter quod iniuſtum poſſeſſorem lex non iuuetur, nè contra legem fiat, l. cum ſponſus, §. ſi talis, ff. de publ. c. peruenit, de cẽſ. ſemper diceretur poſſeſſor eſſe in delicto, vt condemnetur, l. in re furtiua, § 1. ff. de cond. furt. And. in c. 1. §. ſi autem non fuerit, de controu. inueſt. hoc præſuppoſito infertur, quod de iure tollitur præſumptio ipſa, Hoſt. in c. nimis, da iureiur. quia nõ ſequitur eſt intra fines feudi, ergo eſt feudale, Paul. Caſtr. conſ. 163. Affl. in cap. 1. de cont. int. maſc. & fœmin. Par. d. tract. c. pone, quod petitur, fol. 8. idem voluit And. in d. c. imperialem, §. illud, & ſequitur in cap. 1. qual. vaſ. iur. deb. fid. & in Conſtit. Si dubitatio, requiritur enim ſpecialis probatio, vt fuit iudicatum per S. C. refert ibi Affl. & in dec. 67. Accedat prædictis quod dixit Andr. in Conſtit. Ab Officialibus, quod hæc quæſtio eſt contra Proceres, & Aduocatos Fiſci, dicentes, omnia, quæ ſunt infra Regnum eſſe Regis, & in c. 1. qual. vaſ. iur. deb. fidel. circa finem, quod ea, quæ ſunt infra fines Regni, non ſunt in diſpoſitione Regis, ſed tantum in iuriſdictione, ſicque regula prædicta, vt quidquid ſit infra fines feudi, conſeri debeat de feudo, procedit in iuriſdictione, hoc eſt, vt dominus feudi habeat iuriſdictionem, non diſpoſitionem, & ita intelligitur tex. d. cap. omnes baſilicę, & hoc ſequutus fuit Specul. in tit. de feudo, §. quoniam, verſ. decimoquarto, Aym. conſ. 54. num 9. vol. 1. And. & Affl. in d. cap. 1. de cont. inter maſc. & fœm. Gloſ. in d. Conſt. Si dubitatio, verſ. cõmuni iure, Abb. in c. nimis, da iureiur. Felin. in cap. cum venerabilis, num. 7. de except. latè Brun. conſil. 1. & Curt. Iun. conſ. 68. Anna d. alleg. 6. ſub num. 3. & quod dicitur in Rege, idem in Barone procedit vigore argumenti de toto ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vendic. l. qui ſcit, ff. de vſuf. conuenit prædictis doctrina Bal. in cap. 1. §. è contrario, de inueſt. de re alien. fact. quod non præſumitur eſſe feudum quod eſt iuxta feudum, & ratio eſt, quia de iure omnis Eccleſia, quæ eſt infra diœceſim conſtat eſſe ſubiectam Epiſcopo, cap. reintegrari d. c. 1. q. 1. cuius contrarium eſt in iſto caſu, niſi appareant in feudum data, dixit Hoſt. in cap. ſi diligenti, de præſcript. cum allodialis præſumatur res etiam feudali vicina, & cõtigua, Menoch. d. præſump. 91. num. 10. præterea d. regula procedit, quando maior pars eſſet feudalis, & tunc procederet quando tractaretur de præſcribenda illa re, quæ aſſeritur feudalis, And. Gayl. d. lib. 2. obſeru 69. ſub num. 6. vel quando eſſet vnum integrale, & vnus manſus feudalis, nam tunc quia res præſumi debet ab eo, quod plurimũ poteſt, l. domum, ff. de contrah. empt. l. cum, qui ædes, ff. de vſuf. l. vxori, ff. de leg. 3. ſecus tamen quando eſſent diuerſa prædia in pluribus locis, poſt Iacob. Beluiſ. Bald. in cap. 1. de controu. int. maſc. & fœm. in fine, Pariſ. d. cap pone, quod petitur, fol. 9. demum talis regula procederet quando poſſidens prædium infra fines feudi conſueuiſſet illum tenere in allodium, vendendo, alienando ſine aſſenſu, tunc enim allodiale, vel feudale præſumeretur ſecundum Conſuetudinem, And in d. cap. 1. in addit. & in d. cap. imperialem, § nec Dominus feudi, num. 48. verſ. item præſumitur, adeò quod cum tale prædium pluries venditum fuiſſet vti burgenſaticum, & ſic tentum per prædeceſſores, & indè donatum vt burgenſaticum, neutique feudale præſumendum, cum per binas alienationes inducta ſit conſuetudo, l. 3. C. de Epiſc. Audient. cap. venerabilem, de elect. ita in terminis Reg. Rouit. in d. conſ. 26. num. 13. Nec ſecunda ratio obſtare videbatur, nam & ſi res deſcripta in cedulario præſumatur feudalis, ſimiliter & res deſcripta in cataſtro præſumatur burgenſatica, vt dictum eſt, bene procedit, tamen non per hoc, quod res, ſiuè feudalis, ſiuè burgenſatica non fuerit deſcripta, ergo non erit feudalis, vel burgenſatica, nam poterit eſſe immunis à ſeruitijs, datijs, gabellis, & ſimilibus, etenim per immunitatem res ad primum ſtatum reddeentur, quo res ſunt liberę, Feſtaſ. in tract. de ſtudio, & collect. q. 21. num. 63. iuxta regulam allegatã, quod quælibet

libet res pręſumitur libeta, Maſcard. Minſyng. vbi ſupra, & Menoc. quæ conueniunt pro reſolutione alterius tertiæ obiectionis, ſed quãtum pertinere videatur ad reſolutionem poſtremæ obiectionis, quod fuerat ſolutum releuium pro dicta maſſaria, replicabatur, quia non eſt conſequens neceſſarium, quod ſoluatur releuium, ergo eſt feudum, cum facilè in fraudem fieri poſſit, contingere enim poſſet, quod aliqua res donetur, vel vendatur per prædeceſſorem, & inde ſucceſſor denuntiando Curiæ introitus illius rei, quæ aliquo vitio ad hæredem peruenerit, ſoluendo releuium ſe excuſaret à petitione illius, ſic mutãdo cauſam, vel naturam, quæ fieri non poteſt in præiudicium tertij, Andr. in cap. 1. §. & licet, verſic. item quid ſi ſine, an agnat. Capyc. in inueſtit. fol. 196. col. 1. verſic. amplia, inſuper hæc argumentatio à ſignis accidentalibus non arguit dę neceſſitate, vt portatio anuli nõ arguit matrimonium, cap. illud, de præſumpt. & inſtrumenta dotalia non arguunt matrimonium de neceſſitate, l. neque ſiue, C. de nupt. l. quia difficile ff. de contrah. empt. l. Modeſtinus ff. de decur. l. 1. ff. pro tut. Innoc. in d. cap. illud, de præſumpt. nec retẽtio feudalis ſeruitij arguit, rem eſſe feudalem, ſicut nec præſtationes ſeruilis miniſterij faciunt quem ſeruum, l. 2. C. de ingen. l. liberos ff. de liber. cauſ. l. non epiſtolis, & l. non nudis, C. de probat. per quæ ita dixit Oldrad. conſ. 159. ſicque ſolutio releuij illius fundi *delli Morrari* ſeparatim denunciati, apparet à feudo *de Marine* ſeparatum, vnde incumbet eidem Baroni particularem cõceſſionem ſibi factam à Rege de illo, aut ſpecialem probationem habere reſtringentem ad illum, ad tex. in l. prædijs, §. Titio ff. de leg. 3. ad quod facit ſimile traditum à Bald. in l. emptorem, C. locati, & licet contentum ſub continenti includatur, l. certo generi, §. ſi locus, & §. ſi totus, ff. de ſeru. ruſt. præd. l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. oblig. non procederet, quando quid ſpecialiter denominatur à genere, tunc videtetur diuiſum, & ſub generali non veniret, l. quæſitum, §. fin. vbi Gloſ. ff. de fund. inſtruct. & ſic non præſumitur feudalis, ſed burgenſaticus, eo magis quia in regeſtris nõ apparet, dictum fundum eſſe præſcriptum inter feuda, quo caſu pro donatario erit interpretandum, Andr. in cap. 1. in addit. in fine, ex quib. cauſ. feud. amitt. nec præſumendum eſſe feudalem, Reg. Rouit. d. conſ. 26. num. 11. imò ſuccedente obitu trium prædeceſſorum Baronum non apparet releuium ſolutum ex tali fundo, ſed fuit data certa liſta ſimpliciter poſt litem motam ab actoribus, & licet pro dicto fundo fuerit ſolutum releuium, tamen hoc præiudicare non poterat eiſdem, vti in fraudem, l. fin. C. de litig. poſtquam res allodialis non poteſt recognoſci vti feudalis in præiudicium tertij, probat idem Capan. in d. tract. de releuio, par. 1. quæſt. 9. num. 13. & dicta liſta tunc admitteretur, vt feudalis res cenſeretur, quoties fuerit antiqua, & præſentata in cauſa feudali, & ita decisum per S. C. ex Anna oſtendit Capanus d. tract. d. par. 1. quæſt. 10. num. 14. & 18. Quibus omnibus diſcuſſis in dicta cauſa Ioannis, & aliorum de Noha cum Barone Caſalis Nohę, & Merinę, fuit per eandem R. C. S. deciſum vt infra, ſicut patet in voto manuſcripto Regentis Salernitani interuenientis, in cauſa huiuſmodi fuit iudicatum, dictam maſſariam fuiſſe burgenſaticam, & ideo benè fuiſſe iudicatum per M. C. V. hæc ille.

Res poſita in liſta releuij an feudalis erit iudicanda ex hoc, ſi realiter fuerit burgenſatica proueniens ex manu Eccleſiæ, penès quam libera reputari debeat, videtur primo aſpectu concludi, eſſe feudalem, dum in liſta introituũ feudalium deſcripta reperiatur ad releuij ſolutionem, quemadmodum feudalis præſumitur res in cataſtro feudalium deſcripta, vt inquit Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 91. num. 52. ita pariter liſta antiqua, & præſentata probat, rem deſcriptam eſſe feudalem, & deciſum ita teſtatur Andr. Capan. in tract. de iure releuij, part. 1. quæſt. 10. num. 14. & 18. Ex aduerſo replicabatur, eſſe de iure diſpoſitum feudalam rem in dubio nõ præſumi, ſed liberam, & allodialem, idem Menoch. eod. tract. d. præſumpt. 91. ſicuti etiam res ſi reperitur deſcripta in inuentario bonorum pupilli, non præſumitur pupilli, nec dicta deſcriptio habet nocere domino rei eam vendicanti, nec tutori, qui eam deſcribi fecit, idem Menoc. eodem tract. lib. 4. præſumpt. 97. num. 9. ſic pariter res in dubio cum præſumatur allodialis, non tamen feudalis, idem Capanus eod. tract. d. p. 1. quæſt. 14. num. 5. ex quo liſtæ præſentatio neceſſaria eſt in ſolutione releuij, idem Capan. d. part. 1. quæſt. 10. nu. 4. contingere poſſet, errorem in deſcriptione interueniſſe, quo probato non aliter res feudalis efficeretur, ſubnectit num. 11. & ſic ſola releuij ſolutio feudalẽ rem non facit, ſed tantum non præiudicat, ob quod poterit tertius de confeſſionis prædictæ errore contrarium oſtendere, rem eſſe burgẽſaticam, & ſucceſſiuè priſtinam naturam deducendo prius, vnde res ad Baronẽ prouenit, ſi ab Eccleſia fortè prouenerat, penès quam erat libera, prout iuris etiam præſumptione præſumitur, vt dictũ eſt, ex Andr. Capyc. Frec. Reg. de Ponte conſ. 30. num. 19. ibique etiam ex Reg. Loffred. deciſum teſtatur, quod ſi Rex de re aliqua aliquem inueſtierit pro ſe, & hæredibus ex corpore, & deinde conceſſionarius releuium ſoluerit, ſeù ſeruitium pręſtiterit, nõ per hoc feudale conceſſum erit, ſed burgenſaticum. & in cauſa Regij Fiſci cum Galeatio de Tarſia fuit iudicata erronea confeſſio, poſtquam confeſſio ipſa in releuio non modo nõ pręiudicat, verum poterit reuocari, & contrarium oſtendi, prout aſſenſus impetratus ſuper aliqua re, ſuper qua non requiritur, non operatur, nam illa verba vti ſuperflua eſſent, & diceretur: Arma, virumque Cano, ita dixit Andr. in cap. 1. §. ſed nec eſt, poſt num. 58. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. ſequitur ad rem noſtram idem Reg. de Ponte conſ. 95. nu. 8. & 9. & in terminis ita fuit iudicatum per R. C. S. in cauſa Ill. Principis Conchæ cum Regio Fiſco, nam non data liſta releuij per mortem

Iulij

Digitized by Google

Iulij Cæſaris ſenioris, inter alia fuerat annotata Taberna cum paſſu Cayanelli in anno 1592. ſed quia oppoſitum fuerat, dictam Tabernam, ſiue locum vbi erat ſita, perueniſſe à Monaſterio S. Dominici cum annua ſolutione ducatorum quindecim, diſcuſſo negotio deciſum fuit, quod liſta reciperetur pro paſſu, pro Taberna vero relaxetur, vt ex copia decreti præſẽtati in proceſſu Ill. Principiſſę Geſſi D. Sueuæ de Aualos cum Ill. Principiſſa Conchæ, & Caſpolis, in Banca Strinæ.

Res empta cum pacto de retrouendendo infra certum tempus ab aliquo, ſi eo pendente alteri fuerit vendita libera ab emptore, an venditore inſtãte pro reſtitutione illius erit ipſe audiẽdus, vel repellendus, vt cõtingit in cauſa Antonini de Paſtena, qui emerat quandam domum à D. Vincẽtio de Ianuario liberè, qui antea illam emerat ſub haſta, & inter ipſum, & Nicolaum Scriptorem aderat pactum de retrouendendo per quinquennium mediante albarano, & eo pendente tempore illam liberè vendiderat, & de euictione promiſerat, videbatur rectè potuiſſe illam vendere liberè, eo quia dum fuerat prius vendita domus prędicta ad inſtantiam Creditorum eiuſdem Nicolai Scriptoris, cuius perſonam reprẹſentabat Iudex, vendẽdo eius bona, vt inquit Pręſ. de Franch, deciſ. 200. num. 4. quæ ſiquidem venditio iudicialis voluntaria dicitur reſpectu initij, quando debitor contraxit debitum, cuius occaſione fit executio, & venditio per Iudicem, ſubſequitur Conſ. de Georg. alleg. 6. num. 26. & dum Iudex non aliter pactum redimendi non appoſuerat in dicta venditione ſub haſta, non poterat inde apponi extraiudicialiter per contrahentes, & ſic appoſitum in albarano non tenet, adeo quod liberè illam vendere poterat inuito debitore. Nihilominus Bar. in l. in diem ff. de aqua pluuia arcend. num. 2. mouet quæſtionem notabilẽ per hæc verba dicendo: tota die contingit, vendo tibi rem pacto appoſito, quod eam tenearis reuendere pro eodem pretio mihi intra certum terminum, interim tu obligas rem, poſtea reuendis mihi, an ad me transferatur illa res ſine onere obligationis, an cum onere, & hæc lex facit, quod non tranſeat cum onere, quia debuit requiri conſenſus venditoris, & idẽ Bart. in l. 2. in 3. quæſt. C. de reſcind. vend. ſequitur Bald. in l. 6. §. ſed & Marcellus ff. de in diem addict. & l. 4. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. & in cap. 1. §. rurſus, quib. mod. feud. amit, Decius conſ. 88. num. 3. conſ. 238. num. 5. & conſ. 239. in fine, Socin. iun. conſ. 20. num. 30. vol. 1. Socin. ſen. conſ. 80. col. 2. vol. 3. idẽ Socin. iun. conſ. 95. num. 46. vol. 3. Crauett. conſ. 202. nu. 4. Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. gloſ. 1. nn. 9. & 10. ſequitur Carocc. ſing. 142. tota die, quapropter emptor cum pacto de retrouendendo conſtituens ſeruitutem, vel pignus in re empta, reſoluitur, ſi res peruenit ad priorem dominum, & idem in vaſallo dicitur, Andr. in cap. 1. an agnat. quos probat Mangrell. ad Bart. in d. l. in diem. Quapropter per S.C. ad relationem Regij tunc Conſiliarij Scipionis Rouiti præuia ſentẽtia lata die 9. Iunij 1625. fuit condemnatus præfatus Antoninus de Paſtena ad reſtituendum domum vna cum meliorationibus eidem Nicolao, & conſequenter Gratia de Ianuario venditrix ad reficiendum omnia damna, & intereſſe prædicto Antonino, vt apparet in proceſſu exiſtente in Banca Sarri, ſeu Romani.

Res ſubiecta reſtitutioni prætextu fideicõmiſſi an poſſit alienari ob refectionẽ illius, ſi aliundè refici non poſſit, relata fuit deciſio ſupra in verbo bona fideicommiſſo.

Reſciſſio contractus ob alienationem corporis ſpecialiter obligati an militet, ſi fuerit per creditorem recepta ſolutio tertiarum, ita quod ex hoc videatur remiſiſſe reſciſſionem, de quo incidit diſcuti in S.C. in cauſa hæredum Matthęi Senarega cum Ill. Principe Roccæ Aſpidis, contra quẽ ex eorum parte fuerat petita reſciſſio prędicta ex cauſa, vt ſupra, de qua ſupra eodem verbo pactum, & primo aſpectu videbatur concludendum affirmatiuè, nam per receptionem cenſus inducitur ratificatio contractus, ex multis probat Reg. Lanat. conſil. 25. à num. 14. ad 21. cum alijs adductis per Intrigl. ſingul. 155. lib. 2. Muta deciſ. 77. nu. 12. & creditor recipiens vſuras licitas, paciſci videtur de non petenda ſorte durante tempore ſolutæ vſuræ, Coſta de port. ratę, quæſt. 124. nu. 18. ſicuti dominus emphyteuſis recipiendo penſionẽ videatur tacitè remittere caducitatem, ex Iaſ. in l. 2. num. 124. C. de iure emphyt. probat Hieron. de Laurent. deciſ. Auen. 28. num. 5. cum alijs adductis nouiſſimè per Cartar. deciſ. Genuæ 91. num. 1. & 2. & Bellac. inter commun. opin. lib. 4. tit. de iure emphyt. num. 250. vbi alios ſequentes hanc communem opinionem allegat, & ſub num. 251. Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 138. num. 5. Magon. deciſ. Florent. 145. nu. 1. 14. 16. & 23. & deciſ. 61. num. 10. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 23. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 112. nu. 1. Feder. Tilem. diſput. iuris, diſput. 15. §. 27. Farinac. deciſ. poſthum. 167. num. 6. tom. 2. & licet aliqui Doctores voluerint, in hoc ſub diſtinctione eſſe procedendum, quod ſi penſionem ex præterito receperit poſt caducitatem ſimpliciter, & procedit allegata concluſio, vel cum proteſtatione, quoniam tunc non cenſeretur remiſſa caducitas, vt teſtantur Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quęſt. 10. eum ſequitur Suarez, & Phicar. inter dictas communes opiniones, num. 249. ante eos Franc. Marc. dec. 613. Surd. dec. 317. nu. 24. Bellac. vbi ſupra, nu. 251. Mantic. vbi ſupra, Menoch. de pręſumpt. lib. 3. præſumpt. 112. num. 1. Sin autem pro tempore futuro receperit penſionem, eo enim caſu ſiuè proteſtatus fuerit, ſiuè non, ſemper cenſetur remittere caducitatem, ex multis probat Bellac. ibid. ſub nu. 251. verſ. aut dominus recepit penſionem pro tempore futuro, vltra Iul. Clar. loco citato, Amat. deciſ. Ancon. 70. num. 43. Mantic. ibi, & Menoch. loc. cit. nu. 19. Nihilominus aliter dicendum videbatur in noſtro facti themate, nam quamuis receptio tertiarum præteritarum, non tamen futurarũ,

apparuiſſet poſt caducitatem incurſam vigore pacti reſciſſorij, ob quod videbatur remiſsâ fuiſſe caducitatê, ex ſupra relatis, ſicuti quando poſt declaratam caducitatem penſionem receperit dominus, ex ijs, quæ cógerit Magon. deciſ. Lucenſ. 35. ſub num. 1 1. & melius Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 138. nu. 5. vbi id ampliat multifariam, & præſertim nu. 6. etiam ſi proteſtetur, ſe canones recipere ſine præiudicio deuolutionis, ſicuti etiam recipiês cenſus pro præterito, & futuro, etiam præcedente proteſtatione facit, nullius eſſe roboris dictam proteſtationê, Præſ. de Franch. deciſ. 482. nu. 4. Adhuc tamen procederet quando ſciêter hoc feciſſet dominus, quemadmodum recipiens nomen debitoris ſciêter, ſibi imputari debet, Franch. deciſ. 108. num. 2. de quo latiſſimè per Dominum Regentem Fabium Capycium Galeotam controuerſ. iuris, lib. 1. controuerſ. 32. ſecus ignoràter, vt optimè Hieron. de Laurent. d. deciſ. 28. num. 5. & 6. quod ante probauerat Bellac. vbi ſup. ſub num. 251. verſ. aut receperit ſolutionem temporis præteriti, Maſcard. de probat. concluſ. 881. num. 6. Alex. Raudenſ. in reſponſ. 19. nu. 25. vol. 2. ex Franc. Marc. dec. 580. Et ob id in facto noſtro ignorantia caducitatis clariſſimè apparebat, nedū quia in dubio regulariter ignorantia præſumitur, probat Maſcard. d. tract. concl. 1 1c. nu. 3. & 162. n. 19. concl. 444. n. 13. & concl. 1357. n. 9. & ſemper præſumitur, niſi ſcientia probetur, idem Maſcard. concluſ. 879. num. 1. vbi nu. 2. rationem reddit, Borgn. deciſ. 19. nu. 2. part. 2. Viuius deciſ. 289. num. 32. & deciſ. 505. nu. 19. Sed etiam quia iſti hæredes creditores abſentes erant, & pupilli, & punctualiter hoc tangit Raudenſ. vbi ſup. ſub nu. 24. reſpectu qualitatis hæredis, idem notat Muta deciſ. 67. ſub num. 1 1. Nam reſpectu abſentiæ certum eſt, quod ignoràtia præſumitur in abſente infirmo, & forenſe, etiam de ijs, quæ publicè fiunt, Maſcard. concluſ. 879. num. 19. Borgn. deciſ. 17. num. 38. part. 1. fortius de ijs, quæ in ſecreto fiunt, ſimiliter ignorantia faciliùs præſumitur in muliere ruſtica, & minore, Grammat. deciſ. 76. num. 10. quo fit, vt ignorans factum, nunquā ratificare dicatur, l. tres fratres ff. de pact. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 86. & ignorans, ac errans non cenſetur conſentire, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 83. num. 7. & conſequenter ignorans non præſumitur ius ſuū remiſiſſe, Caſtill. deciſ. 74. nu. 21. & fortius quia per intermediam perſonam Procuratoris receperant tertias præteritas, & nullo pacto ipſis pupillis præiudicare poterat, vt fundat ibidem Menoch. nu. 16. niſi ad hoc ſpeciale mandatum habuerit, vt probat Mantica eodem loco, num. 9. quidquid in contrarium tenuit Anna alleg. 89. num. 7. nam hoc in fortiori caſu procedere videtur, ſi creditores alienationi etiam præſentes fuiſſent, ex Gloſ. notab. in l. Caius ff. de pignor. action. Denique facta de omnibus relatione in S.C. per Reg. Conſiliar. Scipionem Theodorum cauſæ Commiſſariū die 10. Iulij 1629. deciſum fuit, quod reſciſſo contractu Ill. Princeps condemnetur ad reſtitutionem capitalis, & præſtetur aſſiſtentia ſuper bonis in iudicio deductis in Banca Martini, & cōfirmatum in reclamatione, eodem referente die . . Ianuarij 1630. cum interuentu Præſidentis S.C. ac duorum aliorū Conſiliariorum.

Reſciſſio contractus dationis inſolutum factæ per hæredê legatario creditori in annuis ducatis 180. de certa maſſaria valoris ducatorum mille, an fieri debeat prætextu actionis de dolo, eo quia præſupponebatur, hæredem fuiſſe dolo inductum ad talem dationem, ſimiliter prætextu læſionis, etenim legatum prædictum durante vita legatarij non poterat æſtimari plus, quam ducat. mille, ac 1500. in ſatisfactionem, & dicta maſſaria erat valoris ducat. 3000. Sed ijs reſolutis in facto, & in iure fuit per S.C. conuētus abſolutus, ita cenſuit Reg. Rouit. conſ. 28. iudicium, tom. 2.

Reſciſſio contractus ob alienationem corporis ſubiugati, quemadmodum permiſſa ſit, an etiam permitti debeat, ſi debitor corpus ſubiugatum alienauerit cum onere ſoluendi debitum ſuo creditori, & illi correſpondi, ſicuti ipſe debitor ſuo creditori correſponderat de annuis introitibus, prout accidit in facto diſcuſſo in Magn. Cur. in cauſa liquidationis inſtrumenti via ritus peractę ad inſtantiam Ludouici Mariæ contra Matthæum de Maria ob alienationem cuiuſdam domus ſitæ *alla Conigliera*, factam Fœlici Pignellæ ex cauſa eius crediti ducatorum quinquaginta capitalis, pro quo ſubiugauetat domum ipſam, & licet alias in pluribus cauſis deciſum fuiſſet per Sacrum Conſilium, talem reſciſſionem legitimè fieri poſſe, & ſi aliud corpus fuerit promiſſum loco illius ſubrogati, vt diximus ſupra in verbo pactum reſciſſorium, tamen in allegato caſu ipſa M. C. decreuerat, eſſe procedendum ad interrogationem præuia relatione Ioannis Cioffi Iudicis ipſius ſub die 17. Decembris 1650. in Banca Sixti, nihilominus ex parte ipſius Matthæi replicabatur, non ita ſimpliciter alienaſſe, ſed cum conditione ſoluendi dictum creditum ipſi Ludouico, idemque onus acceptâdo emptor, taliter quod tutus erat creditor de ſuo credito, poſtquam ſolutio capitalis prædicti erat in facultate debitoris, quandocunque fieri vigore pacti de retrouendendo, quod eſt poſitum in beneficium debitoris, Giurba deciſ. 69. num. 3. adeo quod ſi reſciſſio ipſa militaret, videretur ipſum coarctare ad ſoluendum capitale contra formam pacti expreſſi, eoque impenſius dum fuerat onus iniunctum emptori ſoluendi annuos ducat. 4. pro dicto capitale, & quandocunque illud capitale ſoluere, & ſic etiam ipſi creditori conſultum erat, poſſe cogi facere emptorem ad conficiendum inſtrumentum de facie ad faciem, iuxta deciſa per Præſ. de Frāch. dec. 615. vel contra eum agere, vt ſibi correſponderet. Sed replicari potuiſſet ex parte creditoris, quia ipſe non tenebatur mutare debitorem, ex deductis per eundem Præſ. de Franch. deciſ. 202. vltra Hippol. de Marſil. in rubr. de fideiuſſ. quæſt. 30. num. 250. quem ſequêdo dedu-

xit

Google

xit in dicta deciſ.615.ſub num.6. ita nec debitor mutare creditorem, cum ipſi ſint correlatiui,& ad paria iudicari debent, vt dixi in voto 2. num.28. Inſuper quia ſi in venditione dictum fuerit, illam vendere cum onere ſoluendi certum cenſum alieui, iſta venditoris aſſecuratio non probat,eam rem teneri ad dictum cenſum tertio, Cancer. variar. reſolut. tom.3. cap.1. num.32. quam opinionem ſuſtinet Felician.de cenſ. lib.3.cap.fin. numer.6. ex Guid. Papa deciſ.24. Præterea talis alienatio proceſſerat abſque conſenſu ipſius creditoris, quocirca in iure probatum eſt, quod debitor non poteſt liberari à ſolutione crediti abſque voluntate creditoris, idem Franch. deciſ.273. num. 2. & refert Franc. Hieronym. de Leo deciſ.Valent.1.num.29.volum.1. deciſum fuiſſe per illum Senatum, quod debitor, qui ſpecialiter rem hypothecauit in primo contractu cenſus,non poteſt abſque licentia dicti primi creditoris alij ſpecialiter obligare, & ſic etiam videtur concludere Negufant. in tract.de pignor.1.membr.6.part.num.35.dum quærit, ſi debitor, qui obligauit omnia bona ſua creditori pro debito,poſſit vendere, & dominium transferre, ex mente Bart.in l.Celſus ff.de vſucap. inquit,quod quando debitor ſe conſtituit poſſidere nomine creditoris, qui ciuilem poſſeſſionem haber, adhuc transfert dominium reſpectu naturalis poſſeſſionis, & ſic videtur ex hac venditione fieri mutationem perſonarum contra voluntatem creditoris, & fortius concludunt Doctores in emphyteuta alienante emphyteuſim cum proteſtatione,ſaluo,& reſeruato conſenſu Domini, nam quod nil operetur talis probatio pro releuatione alienantis, quæ eſt contraria facto, vt dixit Iul. Clar. in §.emphyteuſis, quæſt.13. num. 5. ita quod nulla redderetur domino ita volente,Camill.de Medic. conſ.78.num.2. nec officcit,quod potuiſſet agere contra illum emptorem,quoniam procederet quando Notarius pro illo tertio non interueniente ſtipulatus eſſet, adiecto iuramento, vt probat Cancer.tom.3.cap.7.num.264.& ſeq. & cap.1. num.29. & tandem ex ijs, quæ concludit Gutierr. in tractatu de gabell. quæſt.41. vbi examinat quæſtionem illam, ſi debeatur gabella ex contractu,in quo fuit factum pactum, ne dominium tranſiret,quod ſi nullus alius contractus fieri poteſt, intelligitur præterquam venditio,tunc quia pactum vitiaretur,& venditio valeret, ideo gabella debetur. Sed replicari poſſe non verebatur, debitorem non ita ſimpliciter alienare non poſſe rem alteri obligatam, ex quo dum naturaliter poſſidet, & creditor ciuiliter, ita alienado videtur alienare ius, quod habet in tali re hypothecata, Camill.de Medic.conſ.134.num.3.& conſ.96. num. 8. ita etiam obligans rem, cenſetur illam obligare pro iure, quod habet ſuper illa re, ex l.qui tabernas ff.de contrah. empt. probat Cencius 2.part.de cenſib. in Addit.part.1. quæſt.1.artic.7. num.4. & quando de euictione hoc caſu teneatur, latè Mangil. de emct. quæſt.162. vbi num.7. tradit,quando non expreſſiſſet ius,quod haberet, quod exprimere tenetur, vt ſubdit num.16. & iam fuerat expreſſum ius, quod habebat, quia vti dominus vendiderat,Idem in quæſt.46.num.6.& mentionem fecerat de tali debito, & ſic videtur vendere ius naturalis poſſeſſionis ſibi competens,non tamen ciuile ius apud creditorem reſidens, imò creditor, qui non habet rei dominium, licet habeat hypothecam, non dicitur habere plenum, ſed ſemiplenum ius in re, Paul.Staiban. conſil.26.num.14. Sed dato, & non conceſſo, quod talis venditio non ſubſtinetur, adhuc ipſa venditio non ita ſimpliciter facta fuerat, ſed cum onere ſoluendi annuos ducatos quatuor pro dicto capitale ducatorum quinquaginta, debitorum eidē Ludouico cum pacto expreſſo, quod dominium non tranſeat,donec pretium fuerit ſolutum, iuxta terminos l. cum manu ſata, §.fin. ff.de contrahend.empt. cum alijs adductis per Annam in ſingul. 372. vbi optima Additio alios citat, Ill. Epiſc.Riccius collectan.508.& quod tale pactum valeat,proſequitur Magon.deciſ. Florent. 31. latè Cancer. variar. reſolut. lib.1. cap.13. num.4. adeò quod cum alienare propriè dicatur,quando dominiū transfertur, ad textin cap.1. §.noui vero, per quos fiat inueſtitura, cum alijs adductis per Rodoan. in tract. de rebus Eccleſ. non alien. quæſt.6. de locat.rerum Eccleſ.num.10.fol.345. Propterea cum fuerit illud reſeruatum vigore pacti prædicti, ſubſequitur, adhuc eſſe in poſſeſſione venditorem rei venditæ, cum in emptorem non fuerat dominium tranſlatum, quamuis fuiſſet pars pretij ſoluta, Cancer. vbi ſupra num.5. & conſequenter alienatum non diceretur illud,quod in dominio noſtro remanet, l.alienatio ff.de verb.ſignific. Rodoan.d.tract. in princ. rubr. de ſignificatione verbi alien. num.2. ſed benè ſuſpenſiuè tranſlatum,quod fieri poſſe non ambigitur, Regens de Ponte conſ.147. num.8. volum.2. & hoc eſt ſub illa conditione, donec pretium ſoluatur, ſicque dominium pendente conditione eſt penès grauatum,idem Reg.de Ponte conſ.14.nu.51. eodem volumine, poſtquam tunc contractus conditionalis iudicabitur impletus, adimpleta conditione, ac ſi purus indicatus eſſet, Camill.de Medic. conſil.101.num.2.& conſil.32. num.7.& tunc verè diceretur alienatio,cuius cauſa reſciſſioni locus erit contractus. Sed poſtremo accedebat deciſio Sact.Conſil. & in fortiori caſu peracta, dum prætendebatur reſciſſio contractus iuxta formam Ritus Magn. Cur. ob alienationem corporis, & ob defectum ſolutionis tertiarū,quanquam per Mag. Cur. fuiſſet proceſſum ad reſciſſionem, adhuc interpoſita appellatione in Sac.Conſ. in Aula Reg.Conſ.Petri Antonij Carauitę,fuit per idē Sacr.Conſ. deciſū,quod M.C.V. reſpectu alienationis corporis prouideret, vt audirentur partes, reſpectu tertiarum ſimplicìter fuit eidem cauſa remiſſa, in cauſa Iulij Cæſaris Capycij Latri cum Andræa Salazar Comite Vaglij, in Banca Vulturalis.

Digitized by Google

Reſciſſio contractus an fieri poſſit cum vno ex hęredibus citato, vel cum omnibus hæredibus, videtur dicẽdum, quod cum ipſa reſciſſio ſit actio perſonalis reſpectu obligationis principalis, ex traditis per Grimbam dec. 103. num. 23. & 24. & in hæredes traſmiſſa reſpectu obligationis ex parte obligati, Bart. in l. 4. §. cato, ff. de verb. oblig. in fine, pen. quæſt. quem ſequitur Iacob. Veneri in tract. de annua præſt. par. 2. q. 30. vbi plura ad hoc, ita vt quilibet pro eius rata cõueniri poterit, ad tex. in l. 2. C. de hæred. act. vbi Doct. Reg. Lanar. conſ. 31. num. 2. Affl. dec. 113. Franc. dec. 203. num. 1. Coſta de portion. ratæ, quæſt. 189. num. 1. ex eo, quia ſicuti hæres repræſentat perſonam defuncti, & vna eadem perſona repræſentat, §. 1. auth. de interdi. à morient. præſt. cum alijs apud Barz. dec. 51. num. 10. exiſtentibus tamen pluribus hæredibus quilibet hæres repræſentat perſonam defuncti pro rata, pro qua eſt hæres, pro reſiduo iudicatur, vt extraneus, Coſta de port. ratæ, q. 45. num. 6. Phaoucc. de inuent. p. 7. num. 3. Addent. ad Franc. dec. 39. nu. 2. quos probat Cencius de cenſib. 2. tom. in addit. ad p. 3. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 32. Bellus conſ. 165. nu. 5. a huc tamen quando verſatur in re indiuidua, licet omnes inſolidum videantur teneri hæredes, vt multis exemplis oſtendit, Minſyng. ſingul. obſeru. lib. 2. obſeruat. 14. Attamen quilibet ipſorum conueniri poterit in iudicio, maximè quando petitur id, quod eſt diuiſum ipſo iure, Maſtrill. dec. 108. num. 15. quemadmodum hypotheca, quæ eſt indiuidua, & inſolidum contra vnum ex pluribus tertijs poſſeſſoribus agi poteſt, Mura deciſ. 90 num. 5. In contrarium, quod omnes debent in iudicio conueniri apertius demonſtratur, ex indiuiduitate contractus in inſtrumento contenti ob indiuiduitatem rei, & voluntatis, ac clauſularum adiectarum inſolidũ, vt pleriquc fiunt in emptionibus annuorum introituum, venditionis enim natura indiuidua eſt, l. cum ex cauſa, ff. de verb. oblig. cum alijs citatis per Gayl, vbi ſup. num. 2. Polyd. Ripa in tract. de diuid. & indiuid. ſect. 18. num. 53. & 71. & hoc ratione rei, quæ venditur .ſ. domus, vineæ, fundi, & ſimilis, quæ ſunt indiuidua, vt ibidem proſequitur Ripa, imò etiam ſi eſſet venditio plurium rerum vnico pretio, & contractu, vnica diceretur venditio, Anna alleg. 9. num. 11. quemadmodum in conceſſione plurium rerum firmat Conſil. de Georg. allegat. 5. num. 34. hinc ſubdit num. 60. quod venditio plurium corporum vna oratione, ſi non valet reſpectu vnius, non valet reſpectu aliorũ, ita & emptio ipſorum annuorum introituum, poſtquam contractus emptionis, & venditionis eſt indiuiduus, ſicuti cæteri omnes, Cencius de cenſib. par. 2. cap. 1. q. 1. art. 6 num. 20. quod ſanè procedit ex obligatione vtriuſque .ſ. emptoris, & venditoris vnius rei venditæ inſolidum, quonam caſu indiuidua exiſtimantur, probat ibidem Ripa in 2. quæſt. num. 9. ſimiliter ob hypothecam, quæ cum ſit realis, & per ipſam ius in re acquiritur, ſiuè ſit generalis, ſiuè ſpecialis, Oſaſc. dec. 156. num. 1. & 3. indiuidua eſt, latè Ripa in d. tract. ſect. 22. n. 4. eo quod ita ſe habet in re, ſicut antiphona ſuper Pſalmos, Affl. in Conſtit. Super inciſionibus ſub nu. 2. & eſt tota in toto, & tota in qualibet parte rei, Ripa d. tract. ſect. 4. num. 45. & 46. ſicque inter hæredes pariter eſt indiuidua, vt nu. 44. probauit, nam hypotheca in re immobili conſtituta, & ad rem immobilem competens, pro re immobili ipſa habetur, Doct. in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſ. cum alijs apud Schiffer. lib. 2. quæſt. 2. num. 1 & 34. & demum ſtipulatio contractus, quæ cum ſit ſuper re indiuidua appoſita, pariter indiuidua iudicabitur ratione ſubſtantiæ, & ratione operationum, atque multiplicationis, Ripa eod. tract. d. ſect. 4. num. 7. ſimiliter & contractus eſt indiuiduus, Cencius d. tract. d. art. 6. num. 20. imò quia dependet à voluntate indiuidua, Conſil. Georg. ibi num. 59. ideò eſt quid indiuiduum, Anna alleg. 9. num. 7. vbi optimè n. 9. ſubdit, quod etiam quoad reſciſſionem indiuiduus reputatur contractus, hinc eſt, quod reſciſſo actu à toto receditur, nec poteſt diuidi, Muta dec. Sicil. 84. num. 16. & conſequenter attenta tali indiuiduitate debiti, non poterit inter hæredes diuidi in præiudicium creditoris ob inſolidum obligationẽ defuncti, quo fit vt licet inter hæredes diuiſa ſit præſtatio canonis, vel cenſus, tamen vno ipſorum non ſoluente ſuam portionem committitur pœna pro tota ſumma quoad alios, latè Anna alleg. 3. per totam, quemadmodum ſi eſſent plures hæredes, omnes deberent ſimul agere, vel vnus nomine omnium ad totum, ex Dec. Boer. Tiraq. Alex. Bart. & Crauett. probat Borgn. dec. Fiuiz. 23. ſub num. 66. verſ. & ſi ſunt, p. 2. Maſtrill. d. dec. 108. num. 11. ſed hoc procederet quando vnus ageret alijs cohæredibus tolerantibus, ſecus contradicentibus, Coſta in d. tract. q. 23. num 8. ita è contra omnes conueniri debent, eo maximè quando eſſet obligatio indiuidua, eo quia indiuiduorum ea eſt indoles, vt omnes inſolidum teneantur, ſaluo recurſu contra Correos, Coſta d. tract. q. 138. nu. 6. & 7. quapropter hæredes in totum repræſentant defunctum, & ſi ſunt plures hæredes, omnes repræſentant illum inſolidum, Borgn. dec. 29. num. 18. par. 4. Idcircò facta relatione in S. C. per Reg. Conſil. Io. Baptiſtam Apicellam in cauſa Scipionis de Martino V. I. D. cum Ioſeph. Faſulo, deciſum fuit, quod auditis omnibus hæredibus prouidebitur circa petitam reſciſſionem contractus de anno 1630. penès Secretarium, in Banca Io. Andreæ Figliolæ, quæ ſiquidem ſententia videtur probari in l. in executione, §. inſolidum, ff. de verb. oblig. ibi, nam autoris hæredes inſolidum denunciandi ſunt, omneſque debent ſubſiſtere, & quolibet de eis fugiente omnes tenebantur, quem probat cum alijs, Caballin. in tract. de euict. §. 3. num. 135. cum ſeq. ibique cenſuit ob defenſionis ius, quod eſt indiuiduum, & defenſio pariter indiuidua, & per hanc indiuiduitatis rationem, vt ſup. probatum eſt omnes teneri videntur, vti hæredes vnanimiter perſonam defuncti repræſentantes inſolidum, ac aditionis hæreditatis, quæ pariter indiuidua eſt, Ripa d. tract. ſect. 22. num. 1. & ſic tàm ſi eſſent plures hæredes cõuenti ſuper reſciſſione contractus, vt omnes conueniri debeant, practicatum vidi, præſertim in cauſa Io. Dominici Siſti, cum Bartholomæo, & Onophrio Maiorana, in Banca Canalis,

&

Digitized by Google

& hoc indifferenter ſic pariter quando eſſet vnicus hæres. Sed quid in hæreditate iacente, quæ pariter repræſentat perſonam defuncti, l. hæreditas, ff. de acquir. rer. dom. cum alijs relatis per Ioſeph Ludou. in ſuis concluſ. tit. de hæred. concluſ. 1. verſ. infertur 50. propterea ei curator dari oportet, Franc. Macc. dec. 111. num. 1. Borgn. deciſ. 30. num. 6. par. 2. Oſaſc. dec. 33. num. 21. And. Gayl lib. 2. pract. obſeru. in obſeru. 130. num. 2. ad hoc vt iudicium reſciſſionis inſtitui poſſit, & condemnatio ſubſequi, vt fuit iudicatum per S. C. referente Regio tunc Cõſil. Scipione Rouito die 11. Aprilis 1614. nam fuit condemnatus curator hæreditatis iacentis Sebaſtiani Palmerij reſciſſo contractu ad ſoluendum capitalia cum tertijs decurſis, & præſtita aſſiſtentia in forma, vt ex actis in Banca Cioffi in cauſa Io. Dominici de Porto cum d. Sebaſtiano.

Reſciſſio conceſſionis rei emphyteoticæ Eccleſiæ alienatę, vt præſumebatur, abſque ſolemnitate, ſi fuerit alienatio antiqua non debet permitti, niſi data notabili læſione Eccleſiæ, prout ita ſeruari in Parlamẽto Pariſienſi, teſtatur Rebuff. in tract. de alien. rer. Eccleſ. num. 102. eo quia aſſenſus præſumitur ob temporis antiquitatem, latè Iacob. Gallus conſ. 102. & 103. Coſta in eius praxi conuent. p. 1. num. 63. Reperi apoſtillam manuſcriptam Conſil. Felicis de Rubeis ſic dicentis, quod etiam obſeruari vidi ab aliquibus Regijs Conſiliarijs Neap. quando conceſſio, vel alienatio non eſſet de recenti, ſed antiqua, quia tunc ſollemnitates præſumuntur, c. peruenit, vbi Gloſ. de empt. & vend. Soc. conſ. 15. vol. 1. Dec. conſil. 36. Alex. conſ. 17. vol. 3. Crauett. de antiq. tẽp. fol. 126. num. 25. & fol. 116. num. 1. Berous conſil. 84. num. 1. vol. 3. & in anno 1570. S. C. in cauſa Montis Oliueti, quamuis aſſenſus S. P. demõſtraretur ſubreptitius, noluit conceſſionem reſcindere ex antiquitate temporis, ſed cenſum auxit, habita conſideratione ad tempus conceſſionis, & valorem tunc temporis. Actuarius Caro, idem fuerat obſeruatum prius in cauſa eiuſdem Monaſterij cum Pappalardis. Actuarius Io. Portius in anno 1542. hæc ille.

Reſciſſio contractus non exiſtente debitore viuo, neque hærede, ſed hæreditate iacente, an fieri poſſit cum curatore, relata fuit deciſio ſup. in verbo contractus, & infra eod. verbo reſciſſio.

Reſciſſio contractus diuiſionis inter partes facti, an fieri poſſit, ſi læſio non exceſſerit dimidiam iuſti pretij, deciſum fuit per M. C. iunctis aulis illius, non quamlibet læſionem ſufficere, ſed excedentẽ dimidium in cauſa Andreæ Fornarij, & Ianuarij Bottone, vt teſtatur D. Franciſcus Merlinus controuerſ. forenſ. cap. 58 communionis.

Reſciſſio contractus annuorum introituum an fieri debeat, ſi per multos annos debitor exegerit d. introitus ab aliquo corpore redditirio p cũ electo iuxta facultatẽ in cõtractu expreſsã, vt fuit in S. C. difficultatum in cauſa Alphonſi Antinori hæredis q. Hieronymi Antinori V. I. D. cum Ill. Comite Conuerſani hærede q. Ducis Neritonis, pro cuius Actoris tutela, per ea, quę in facto, & in iure conſiderata, probata, & allegata patent à ſolertiſſimo I. C. Io. Baptiſta Sabatino ſub breuiloquio referre non dubitaui, competitur enim in anno 1584. die 26. Ianuarij Ill. Ducem Neritonis Io. Berardinum Aquauiua vendidiſſe annuos ducatos 210. pro capitali ducatorum 3000. eidem Hieronymo ſuper fructibus aliquarum poſſeſſionum oliuatũ, & ſuper omnibus eius bonis cum poteſtate variandi, cum expreſſa poteſtate conceſſa eidem, quod ſit in eius electione, ac ſuorum hæredum, ſi eis placuerit, exigere d. annuos ducatos 210. aut exigi facere à quolibet Affictatore ſuorum bonorum, & poſtea ſubdit. Nec nõ ẽt ſuper introitibus, quos prædictus Dux tenet ſuper functionibus fiſcalibus, & iuribus foculariorũ, & ſalis Neritonis, & Terræ Stãnetеæ, & quod pro exactione licitũ ſit facere omne id, quod poterat facere d. Dux, & quod electione vnius ex prædictis, vel plurium prædictorum ſemel, vel pluries facta per prędictũ Hieronymũ non videatur eis eſſe in aliquo derogatum circa dictam electionem, ſed quotieſcunque elegerint, poſſint variare etiam vſque ad ſententiæ exequutionem, præfatus Alphonſus ob defectum tertiarum non ſolutarum, & ob alienationes corporum, in quibus fuit facta venditio petijt reſciſſo contractu condemnari Comitem Conuerſani hæredem ipſius Ducis ad ſoluendum tertias decurſas, & decurrendas, & præſtari aſſiſtentiam in forma ſuper certis bonis, & ſignanter ſuper Terra Staracteæ, non obſtante quod tàm d. Hieronymus, quàm ipſe Alphonſus per certum tempus exigiſſent aliquas pecuniarum quantitates à Fiſcalibus prædicti Neritonis, ſed compilato proceſſu ſuper expeditione cauſę pretendebat ex duobus abſolui, Primò, quia in anno 1584. præfatus Hieronymus Antinori elexit exigere d. annuos ducatos 210. ſuper d. Fiſcalibus Neritonis, & obtinuit prouiſiones à R. C. & ideò præſupponit, quod iſta electio exigẽdi cum decurſu annorũ quatraginta ſex impediat actori variationem, & quod illa poteſtas, aut facultas ſit extincta, & quod ſit ſatisfactus à Comite, dum acceperat d. aſſignationem, quæ in eius capud irreuocabiliter pertranſit. Secundò, qualiter Actor non debet conſequi tertias, dum in eius capud ſunt tranſlati Fiſcales introitus Neritonis. Sed ijs replicabatur, & primò, poſtquam in inſtrumento ſtipulato inter d. Ducem Io. Berardinum, & d. Hieronymum clarè loquitur de poteſtate variãdi, videlicet, ita quod ſẽper ſit in electione d. Domini Hieronymi, & eius hæredum, & ſucceſſorum, ſi voluerint, & non aliter d. annuos 210. annis ſingulis in dictis tribus tertijs cõſequi, & exigere, ſeù exigi facere tàm à d. Domino Duce, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus, quàm à quibuſcunque affictatoribus dictarum exactionum, præſentibus, & futuris, nec non etiam ſuper introitibus, quos prædictus Dux tenet ſuper functionibus fiſcalibus, & iuribus focularioſum, & ſalis Ciuitatis Neritonis, & Terræ Sternatiæ Prouinciæ Terræ Hydrunti, dictiſque Vniuerſitatibus, & hominibus d. Ciuitatis Neritonis, & Terrę Starnatię, & vnicuique ipſorum pro recuperatione, & exactione dictorum annuorum ducat. 210. ſuper d. functionibus Fiſcalibus fieri facere exequutionem, & reptæſalias, prout Regia Camera vtitur, & ipſe Dominus Dux facere poteſt pro ipſius Domini Hieronymi

nymi arbitrio voluntatis, & quod electione volus ex prædictis, vel plurium prædictorum ſemel, vel pluries facta per d. Hieronymum, non videatur eis eſſe in aliquo derogatum circa dictam electionem, ſed quotieſcunque elegerint poſſint variare, etiam ſi vſque ad ſententiæ exequutionem, non tamen ſolutionem peruenerint, dummodo, quod vnica ſolutione facta per quẽlibet ex prædictis de dictis annuis introitibus d. Dominus Hieronymus debeat remanere contẽtus, &c. quia ſic, &c. vbi largè omnia cerni poſſunt. Neque in prouiſionibus R.C. quas expediri fecit d. Hieronymus fecerunt aliquam nouationem huic contractui, & inſtrumento, quia fuerunt conſequutiuæ illi, imò in eis fuit inſertum inſtrumentum, & cernitur, qualiter Hieronymus nouam inſtantiam in eadem Camera non fecerat, ſed abſolutè præſentauit inſtrumentum, cuius voluit exequutionem, & inſeritur in prouiſionibus, & poſtmodum R.C. inſeruit inſtrumentum, dicens, *Da parte del quale Magnifico Geronimo, mi è ſtata fatta inſtanza ne faceſſimo ſpedire le debite prouiſioni per poſſer fare eſigere li ſupradetti ducati 210. che li veneno, vt ſupra venduti dalla ſumma delli pagamenti Fiſcali, &c & poi ſoggionge, & volendomo debite prouedere in eſecutione delle preinſerte cautele vi dicemo, & ordinamo, che della ſumma che d. Ill. Duca tiene, & eſige in feudum delli pagamenti Fiſcali ordinarij di fochi, e ſali della Città di Nardò debiate permettere, che dette Magnifico Geronimo Antinori, ſeù ſuo legitimo procuratore ſi poſſa eſigere, e fare eſigere li ſupradetti annui ducati 210. ad eſſo, vt ſupra venduti terza per terza, la rata in li tempi e termini debiti, e ſtatuti, incominciando dal predetto dì 26. di Gennaro proſſimo paſſato del preſente anno 1584. incluſiue in antea; atteſo iuxta la preinſerta fede, e ſodiſfatto fine al detto dì, e tanto mance hà da eſigere, &c.* Sicque iſta prouiſio loquitur de exactione tertiarum ſecundum conuentionem, & ſecundum inſtrumentum, quomodo tractari velit de datione inſolutum, & de ſatisfactione capitalis, adſunt regulæ dictãtes, quoties tractatur de aſſignatione fructuum, & nõ de re principali, non transfertur dominium, l. Lucius Titius, ff. de alim. & cib. leg. vbi legitur, quod fundus deſignatus pro obſeruantia legati alimentorum ſi augeatur, aut diminuatur, tranſit in beneficium, aut damnum hæredum, & non legatariorum, vbi Doct. omnes, & latè Coſta de clauſul. in 4. clauſ. adeò quod talia aſſignamenta ex eorum natura non important translationem dominij, adhuc ſi eſſent ceſſiones nominum debitorum, aut debitum, idem ad fauorem creditoris, & nunquam ſunt tantæ vis, quod ſatisfaciant, ex Gloſ. in l. legaui, ff. de lib. leg. vbi Bald. & Ioſeph Seſſe dec. 135. nu. 3. Dec. conſ. 99. nu. , & nũquam creditor dici poterit ſatisfactus, ſi non fuit obſeruata requiſita, l. delegare, ff. de nouat. & l. 1. C. eod. & ex hoc clarificatur, qualiter dum Antinorus expediri feciſſet prouiſiones, & in eius caput talis exactio redacta, non poterit appellari ſatisfactus, quia non adeſt nouatio, adeò quod prouiſiones non ſunt incompatibiles contractui, ſed pro exequutione illius, Seſſe in dec. 133. n. 12.

quia conuentum in inſtrumento, & prouiſiones habent vnum finem, & vtrumque non aliter reſultauerat, niſi pro faciliori exactione, quo caſu rationes Antinori non ſunt extinctæ contra Ducem, nec fuit vnquam liberatus, quia Alphonſus non exegit, Imol. in l. facta, §. ſi hæres, num. 4. verſ. vel forte, ff. ad Trebell. vbi hæc verba poſuit, vel fortè poteſt ſubtiliter dici, quod ibi nomen non fuit datum inſolutum, ſed fuerunt ſimpliciter mandatæ actiones, vt ex pecunia, quæ exigeretur, poſſit exigens ſibi ſatisfacere, & ſic ſolum tranſiuit exercitium directarum, vt ibi voluit Iacob. Butrig. qui dixit, hoc caſu differentiam eſſe intercedere, & mandare: quia quando ceditur, tranſit exercitium directè, & ſic videtur fuiſſe ſimpliciter procurator ad exigendum, ideò tunc non ſpectabat ad eum periculum inopiæ nominis debitoris, præſentatis ſcripturis per Comitem, qualiter in capite Io. Alphonſi actoris in libro cartorum ſolutionum Fiſcalium capitis Hydrunti adſunt prædicti ducati 210. & hoc non negatur, quia Alphonſus eſt hæres Hieronymi, & quando Hieronymus obijt, neceſſe fuit inteſtare ad eius beneficium, ſicuti ex eadem ſcriptura clareſcit, quam pars præſentat, & quod pecunia reſidet in caput Alphonſi eodem modo, quod nummi inteſtantur, qui conſequuntur per viam iuris luendi, aut per viam emptionis, aut aliter, ſicuti duo Rationales teſtantur, hoc non releuat, quia ſufficit, quod in inteſtato Alphonſi non adſint verba præiudicialia ſuis prouiſionibus, & contractui, & quando adeſſent, non poterunt præiudicare Alphonſo, qui expediri fecit ſuas prouiſiones quomodo procedere debuerant, & inde abſque eius ſcientia in libro patrimonij aliter notaſſent. Inſuper Alphonſus quando Curia retinuit tertios receperat aſſignamenta, & illis venditis non ſuffragabatur Comiti, quia de iure erat in eius arbitrio dirigere ſuos greſſus contra Comitem in damnum illius, cui tertium debebatur, ex l. 12 ff. de alim. & cib. leg. & per id, quod Imol. ibidem tradit, & ex hoc clareſcit, quod nunquam Antinorus fuit ſatisfactus, neque pecunia Neritonis fuit irreuocabiliter tranſlata. Addendum his congruit, quod pecunia Antinori fuit data cum pacto de retrouendendo, quod exercitari non poteſt à creditore, ſed à debitore, ſicque iſtæ prouiſiones nequiuerat afferre ſatisfactionem capitalis, quia creditor eas expediri fecerat, qui non poterat, neque in ſuo arbitrio reſidebat ſatisfactio capitalis ex natura contractus, & amplius ex lectura fidei inſtrumenti intus prouiſiones inſertæ apparet ſatisfactum eſſe pro tertijs, quod facit ceſſare motiuum, quod pars prætendere potuiſſet, fuiſſe factum caſum reſciſſionis ex eo capite. Et denique hæc pecunia Neritonis eſt feudalis, quomodo authoritate propria poterat Alphonſus capitale accipere ſuper eo, abſq; aſſenſu Regio in feudũ, vt dicũt ſcripturæ regalis patrimonij, ex aduerſo productæ, nec aſſenſus hoc operatur, quia expeditus ſuper venditione annuorum introituum cum poteſtate exigendi annuos ducat. 210. ſuper iſtis Fiſcalibus Neritonis, nec poteſt extendi ad alium contractum, ſicuti eſt iſte ſatisfaciendi capitale ſuper corpore feudale. Pro prætenſione præ-

Digitized by Google

præſcriptionis à parte obiecta poteſtatis variandi, meminiſſe oportet in facto, qualiter conuentio fuit variandi ſemper quod placuerit, & hanc conuentionem practicando Antinorus, eiuſdem virtute fuerunt expeditæ prouiſiones, & fuit facta inteſtatio exigendi ducatos 210 à Ciuitate Neritonis. Hoc igitur facto præſuppoſito duę voluntates requiruntur in præſcriptione, vna ſaltem ficta, & præſumpta illius, contra quem præſcribitur, & lex præſumit, quod per curſum tanti temporis ille, qui patitur præſcriptionem, & tacet ſteriſſe cum ſua voluntate, altera expreſſa, & vera, ac clara in beneficium illius, cui præſcriptio attribuitur, quod ipſe voluit acquirere rem, quam præſcribit cum bona fide cum alijs requiſitis, fuit doctrina Bart. in l. fin. nu. . verſ. item oppo. in quibus cauſis in integ. reſt. & in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter num. . ff. ex quib. cauſ. maior. ſequutus à Bal. in Auth. ad hæc, C. de vſur. num. . ex tex. in l. alienationis, ff. de verb. ſignif. ibi via eſt enim, vt non videatur alienare qui patitur vſucapi. Iſtę voluntates non adſunt in iſto caſu; quoniam nec Dux, neque Antinorus cogitauerunt nunquam hanc rem, imò contrarium, ſicut apparet ex inſtrumento, & ex prouiſionibus, idcircò id, quod non eſt alienabile, non eſt pręſcriptibile. hoc eſt capitale feudale, imò et quod Dux voluiſſet alienare, nequiuerat pati quod præſcriberetur, & ſi Alphonſus non poterat emere, quomodo poterat aſſerere, quod præſcripſiſſet. Inſuper facultati aliquid faciendi præſcribi non poteſt, l. viam publicā, ff. de via public. id, quod reſidet in poteſtate mea, habet ſemper modū facultatis, quod nō poteſt præſcribi, Bald. in conſ. 324. num. 2. vol. 1. Et quando aliquis facere poteſt aliquid ad ſui libitum, quia nō facit, amittit illam facultatem, nec contra illam præſcribitur etiam per ſpatium centum annorū, Gloſ. in cap. vt priuilegia, in verbo ſemel in anno lit. E. extra de priuil. Calder. conſ. 1. de præſcript. Dec. in cap. cum acceſſiſſent, num. 17. verſ. 3. concluſ. 1. de Conſt. & eo magis Antinorus inteſtando d. annuos ducatos 270. fuit pro conſeruatione rationum, quas habebat, & hoc caſu non admittitur præſcriptio, quia eſt merę facultatis, ſicuti è contra quando aliquid agitur pro acquiſitione nouę rationis admittitur, & currit pręſcriptio, Bart. in l. 1. ff. de cōdit. ex lege, cōcomitantur iſtę rationes cum auctoritate rerum iudicatarum relatarū per Hodiernā in addit. ad Surd. dec. 266. num. 21. cum ſeq. pluries per S.C. fuiſſe deciſum & per alia exempla producta in proceſſu, qualiter Scipio Mazza creditor Fabritij, & Hieronymi de Tufo de anno 1593. & 1603. receperant aſſignamentum ſuper Regia Dohana Neap. in anno 1633. per S.C. fuit præuio decreto declaratum, licere Claudio Vrbano hæredi Scipionis variare, vt in proceſſu fol. 128. lit. B. & ſupplicatio extat fol. 126. aliud exemplum fol. 231. vſque ad fol. 237. illorum de Sanges. Et in hac cauſa vertente inter Antinoros, & Comitem Conuerſani in aula Domini Conſiliarij D. Thomæ de Carleual ad relationē Ill. Ducis Cagnani Alonſi Vargas, cum interuentu Domini Præſidentis, D. Andreæ Marchaſij, D. Arias de Meſa, D. Thomæ de Aquino ſub die . Nouembris 1640. fuit deciſus idemmet articulus, dum fuiſſēt oppoſitæ eędē rationes, & obiectiones, vt ex proceſſu prædicto fol. . . Ad ſecundum quod Antinorus non debet conſequi tertias, vtinam ſi ita fuiſſet, quia non eſſent titę lites, debet conſequi Alphonſus ſaltim pro tertijs duc. 1500. & nil exigi poteſt, propter quod ſupplicationem porrexit. Et denique aduertendum erit, qualiter hæc fiſcalia exiſtunt ſuper Ciuitate Neritonis, cuius Dominus eſt Comes Conuerſani conuentus, & ſi talia fiſcalia Antinori ſunt amiſſa, pro d. Domino Comite ſunt meliora, quod ſi eſſent in pecunia numerata, dum eſt Dominus illius, ideò quando arbitrium ineſſet, deberet S.C. Antinoro attribuere, vt practicari potuiſſet deciſio Affl. 373. In fine, quod Iudex debet illam viam eligere, per quam vtrique parti conſulatur, vndè ex his ſupplicatur pro reſciſſione cōtractus, exiſtentibus tot præceptis per S.C. & domi interpoſitis. Die 11. Decembris 1640. iunctis Conſiliarijs duarum aularum ad relationem Regij Cōſiliarij D. Franciſci Sauij, fuit per S.C. declaratum, contractum annuorum ducatorum 210. pro capitali ducatorum 3000. reſcindendum eſſe, & reſcindi debere, & propterea Ill. Comitem conuentum condemnandum eſſe, & condemnari debere ad ſoluendum ſupradicto Alphonſo capitale ducatorum 3000. vna cum tertijs decurſis, & intereſſe ipſarum, vſque ad diem litis conteſtatę, & deinde in antea ad intereſſe ad eandē rationem tertiarum liquidandis omnibus tempore exequutionis, verum ſi infra duos menſes ſoluerit, ſuperſedeatur, ſalua prouiſione facienda ſuper petita aſſiſtentia, vt patet ex actis in Banca Fabritij Sollazzi Magiſt. Actorum. Prædictis addenda ſunt quæ longè proſequitur Statil. Pacificus de Saluiano interd. inſpect. 3. c. 3. à nu. 78. & ſeq. quod ad ſui libitum creditor eligere poterit quam velit ex rebus ſibi hypothecatis, ſiuè ſpecialiter, ſiuè generaliter, & conſequenter electa vna, redire ad aliam, maximè vbi adeſſet inſtrumentum cum guarentigia, & haberet executionem paratam, prout deciſum tradit Romę num. 87. & his concordant tradita per Borgn. dec. 1. num. 15. 30. & 31. p. 1. & amplius ſi ſpecialiter fuiſſet conceſſa facultas variandi creditori, & hoc caſu non caderet præſcriptio, cum præſcriptio non procedat in his, quæ ſunt facultatis, Cancer. var. reſol. p. 2. cap. 2. num. 109. Creditori enim donec non fuerit integraliter ſatisfactum, numquam ius pignoris dici poterit extinctum, nec diſtractum, Muſcat. in praxi S.C lib. 2. par. 3. Gloſ. ſeruata, num. 27. hinc optimè Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, in 6. limitat. num. 8. ff. de verb. ſignif. probat, quod ſi eſſet conceſſa poteſtas creditori accipiēdi pecunias ad cambium, non reſtringitur ad primam vicem, ſed generaliter intelligitur, donec creditori ſit ſatisfactum, ſicuti etiā debitoris liberatio manet in ſuſpenſo, donec creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione poteſt moleſtari ab alijs creditoribus anterioribus, Præſ. de Franch. dec. 200. num. 6. & propterea non obſtat deciſio relata à Gaſp. Ant. Theſaur. lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 7. vbi articulum illum examinat, an exequutione facta ſuper bonis debitoris per leuationem de gagio, li-

citum

citum ſit creditori variare, & ad alia bona
redire, vbi refert deciſum negatiuè, & benè,
quia ibi in ſuo caſu creditor exequi fecerat
certa bona debitoris, & præuijs ſubhaſtatio-
nibus deuentum fuit ad deliberamentum bo-
norum, vnde amplius res integra dici nõ po-
terit, cęterum autem illis ceſſantibus non im-
pediretur ad alia bona redire, & cõferunt ra-
tiones ibi adductæ à num. 1. ad 5.

Reſcriptum obtentũ à Sua Excellentia, ſeù Col-
laterali Conſilio per bannitum, vt potuiſſet
guidari, non facta mẽtione ordinis ipſius Ex-
cellentiſſimi Proregis mandantis, ne ipſe po-
tuiſſet guidari, an ob talem ſubreptionẽ exi-
ſtentem, ſi contingerit eius captura, erit ſer-
uandum, exiſtente conceſſione guidatici ob-
tenti vigore dicti reſcripti etiam à Iudice non
habente poteſtatẽ guidandi, fuit deciſum per
Collaterale Conſilium in beneficium rei in-
quiſiti, capti, & aſſecurati, ſic atteſtante Reg.
Conſ. D. Franciſco Merlino controu. forenſ.
cap. 54. aduerſus.

Reſeruatio alicuius rei particularis venditæ ali-
cui in generali venditione feudi, an proſit illi
tertio, vt ei nouũ ius tribuat, vel non, aut pro
non facta cenſeri debeat, ita vt omne ius in
emptorem tranſlatum cẽſeatur, de quo ac-
cidit diſcutiendum in R.C.S. in cauſa Ducis
Eboli cum Regio Fiſco, quamuis in eius be-
neficiũ deciſum fuiſſe fertur, & inde per in-
terpoſitionẽ reclamationis indeciſum, cum-
que in alijs cauſis idem deciſũ eſſe appareat,
placuit hæc pauca verba allegationis editæ
pro dicto Ill. Duce inſerere, vt de omnibus
notitia habeatur, cum ſit vtile, ac neceſſarium
in caſu occurrenti; verba igitur ſunt hæc, non
contingit dubitari, iuſtè reintegratos modios
octuaginta Terræ conceſſæ Hieronymo Ba-
raptucio, vt ipſorum conceſſio vti domania-
lium, cum aſſenſum requirat, ex Conſtit. Con-
ſtitutionem diuæ memoriæ, is, quem obtinuit,
non prodeſt tanquam & difformis, & reſolu-
tus per non exequutoriationem vigore Regię
Pragmaticæ, etiam quod ſi dicatur, validam
conceſſionem fuiſſe, ex eo quod legitur in vẽ-
ditione Terræ Eboli facta ſub die 7. Auguſti
1522. eſt verum, quod nec verba illius cõtra-
ctus proſunt, ſiquidem ſunt reſeruatiua tan-
tum in hunc modum, videlicet. Aſſeruit Dux
Hatriæ habere Terram Eboli liberam, & fran-
cam, excepto à quibuſdam venditionibus an-
nuorum introituum cum pacto de retrouen-
dendo, & reſeruatis modijs 1600. alienatis di-
uerſis perſonis, quæ verba de iure tertio non
dant nouum ius, ſed ſi quod habent, reſeruãt,
nec ſi adeſſent verba inducentia nouum ius,
prout ſunt in capitulatione, proſunt ex defe-
ctu aſſenſus ſuper tali conſtitutione noui iu-
ris, ſiquidem in aſſenſu D. Caroli de la Noij
ſuper venditione Eboli nulla fit mentio de
reſeruatione prædictorum modiorum 1600.
in quibus ſunt incluſi ij modij octuaginta,
vel de ipſorum noua conceſſione, quo caſu
qualitas aſſenſus, eo quod eſt ſtricti iuris, non
trahitur de cõtractu venditionis Terrę Eboli
Principi Salerni ad validitandũ conceſſiones
modiorum 1600. territorij factas diuerſis per-
ſonis, cum eſſet dare extenſionem de contra-
ctu ad contractum, de re ad rem, & de perſo-
na ad perſonam, eo caſu magis militat, dum
adeſt clauſula, quoad expreſſa tantum, cuius
clauſulæ vis quanta ſit in aſſenſu, contentus
ero allegatione ſolius Frecciæ in ſuo opuſc. de
ſubfeud. in 3. quæſt. num. 7. lib. 2. iterum in 15.
quæſt. in fin. eod. lib. & tandem in 11. quæſt.
num. 9. eod. lib. Reſtat hinc ſola difficultas,
quod ſi reſeruatio modiorum 1600. non proſit
particularibus conceſſionarijs, vel quia verba
reſeruationem tantum antiqui iuris, non cõ-
ſtitutionem noui inferãt, vel quia ex defectu
aſſenſus, nouum ius conſtituere non potue-
rint, ſaltem proſit, ad finem vt ij modij 1600.
remaneant penès Ducem, ita vt aduerſus Du-
cem Eboli veniat hic particularis eo iure,
quo poſſeſſor vincere ſolet, & in hoc rogo at-
tendatur, quod teneo, iſtam reſeruationem
prodeſſe tantum conceſſionarijs, quibus qua-
tenus prodeſſe non poſſit ex ſupra dictis, non
per hoc cedit cõmodo Ducis Hatriæ reſeruã-
tis, ſed reſeruatio habetur pro non facta, &
proinde omne ius tranſit in Principem Saler-
ni, & ſucceſſiuè ad Fiſcũ, iſtud determinauit
text. in l. minor, §. qui ſeruum ff. de euict. vbi is,
qui vendit ſeruum, reſeruauit illius vſumfru-
ctum Seio, ſi Seio vſusfructus non deberetur,
non per hoc remaneret penès reſeruantem,
vel ſi fuiſſet Sempronij, ageret de euictione
empti Sempronio petente, talis eſt caſus no-
ſter, in quo ſunt reſeruati modij 1600. aliena-
ti diuerſis, ſi ij non fouent ius, non remanet
per hoc territorium penès reſeruantem, ſed
quia reſeruatio habetur pro non facta, tranſit
in Principem Salerni, ratio huius tex. fuit du-
plex, alia, quod reſeruatio illi tertio nil de no-
uo tribuit, ſed ius, ſi quod habet, reſeruat, ꝙ
ſi nullum adeſt, habetur reſeruatio pro non
facta, dixit tex. in l. ſi quis legauerit, ibi, ſi nul-
læ vineæ erunt, legato nihil decedet ff. de le-
gat. 1. & in l. pacta conuenta. §. fin. ibi, nec ven-
ditori proderit exceptio, quæ non habuit locũ
ff. de contrah. empt. vnde Doctores ſumũt pro
regula, quod reſeruatio habetur pro nõ facta,
ſi non aderat ius, quod fuit reſeruatum, quem
& omnes Ciuiliſtæ in d. l. ſequuntur indiſtin-
ctè, tum etiam conſulentes, videlicet Oldrad.
conſ. 114. Carol. Ruin. conſ. 40. num. 7. & con-
ſil. 99. num. 7. lib. 1. Bart. Socin. conſ. 287. vol. 1.
Marian. Socin. conſ. 65. nu. 81. vol. 1. conſ. 134.
num. 88. conſ. 146. num. 25. & conſ. 126. nu. 40.
volum. 3. Aym. conſ. 15. num. 21. conſ. 29. nu. 8.
conſ. 33. num. 2. conſ. 70. num. 6. conſ. 127. nu. 7.
& conſ. 144. nu. 15. & alij relati per prædictos.
Hinc naſcitur ſecunda ratio, quod ſi reſerua-
tio non prodeſt illi, in cuius fauorem non eſt
facta reſeruatio, quia habetur pro non facta,
non opitulatur reſeruanti, qui nõ ſibi, ſed ter-
tio voluit prodeſſe, cui cũ non poſſit prodeſſe,
tranſit cum ipſa re in emptorem iſtud elegan-
tiſſimè tenet Paul. de Caſtr. in l. fundum mihi,
in fin. ff. de action. empt. ſub ijs verbis, ſed ſi
vendis fundum ſimpliciter, licet dicas, vſum-
fructum ad Titium pertinere, ſi non pertinet

ex vi

ex vi verborum totus fundus cenſetur venditus,quia exceptio,quæ non repetitur, non diminuit,id tenuit Io. de Imola in l.ſi quis legauerit, qui cum ſequatur opinionem Iacobi de Arena in eadem l. quod vendito fundo cum fructibus ſalua parte,vel iure coloni, ſi nullus adſit colonus, nil dicitur reſeruatum, ſed integri fructus ſunt emptoris, dicit, quod ratio huius deciſionis eſt,quia dum eſt ſeruata portio ſimpliciter, erit reſeruantis, ſi aliud non adſit, ac vbi eſt reſeruata portio, vt portio tertij,ſi nõ repetitur ius tertij,reſeruatio nil operatur,& proinde nec reſeruatio prodeſt, cuius opinionẽ optimè refert,& ſequitur Alex.conſil.28. num.4. & 5. vol.1. & Felin. in cap.inter Monaſterium, poſt nu.3. de re iud. ita vt hinc liqueat, quod cum illis particularibus non proſit reſeruatio,minus prodeſt Duci Hatriæ, qui dum voluit reſeruare hos modios 1600. non reſeruauit ſimpliciter, ſed ſub vnica oratione,vt alienatos diuerſis,& proinde illis reſeruatio non prodeſt, quia non potuit Dux prodeſſe, ſibi nõ prodeſt,quia noluit ſibi prodeſſe, imò quod noluerit ſibi prodeſſe per hãc reſeruationẽ Dux Hatriæ, rogo attẽdatur hoc motiuum DD. dum tractarunt quæſtionem Iacob. de Arena dixerunt, quod ſi non adſit colonus, cui ſit debita portio, nõ poterit eam retinere venditor, quia dicitur noluiſſe ſibi proſpicere, poſtquam non poterat venire appellatione coloni, eo quod non poterat eſſe colonus ſui ipſius, & ita elegantiſſimè tradit Angel.in dict.l.ſi quis legauerit, & ſequuntur eum alij, talis eſt caſus noſter, in quo Dux Hatriæ hos modios 1600. conceſſerat in ſubfeudum diuerſis perſonis, dum transfert in Principem Salerni Terram Eboli, eſt clarum, quod etiam transfert dominium vtile horum modiorum 1600. ſubalternũ,reſeruando vtile infimum ijs particularibus iure ſubfeudi, ſi talis reſeruatio ipſis particularibus non prodeſt, non poteſt prodeſſe Duci, qui poſtquam ſubfeudatarijs voluit prouidere,liquet ſemetipſum noluiſſe includere ſub hac reſeruatione, poſtquam ſubfeudatarius ſui ipſius non poterat eſſe,& in iſtis terminis loquitur l.mercedem, §.fin. ff.de act. empt. ſi bene ponderatur,& hinc datur reſponſio ad iura,quę videntur obſtare, quia cum ſit voluntatis quæſtio, an tertio voluerit prodeſſe tantũ, an ſibi in defectum tertij, l.ſi in venditione,§.hoc ita ff.com.præd. l.ſub conditione, verſ.cæterum ff. de viuſruct. quæ coniectura ſumitur,quod tertio tantum, & ſic non pro nobis, quando reſeruatio nõ fuit in genere,ſed fuit ſub vnica oratione reſtricta ad certam perſonam,& iſtud voluit dicere Gloſ.in l.minor, ſub verbo Seium, & dixerũt ſupracitati Doctores, ſumitur etiam pro nobis, quando non poterat in perſonam reſeruantis adeſſe illa qualitas, ſub qua fuit facta reſeruatio in fauorem tertij, & ita dicunt Doctores procedere d.l.ſi in venditione ff.com.prędi.talis eſt caſus noſter,in quo in principio venditionis, & ſemper reſeruant hos modios 1600. vt alienatos tertijs, & in ipſo Duce Hatriæ nõ poterat ſubeſſe qualitas ſubfeudi, ſub qua fuit facta reſeruatio in fauorem tertij. Reſtat hinc, vt cum reſeruatio habeatur pro non facta, nec tertijs, nec Duci Hatriæ proderit, prout alias hic idem pũctus pluries extitit determinatus per Regiam Cameram,& in cauſa Marci Antonij Frecciæ, & in cauſa Lucretiæ de Olibano. Cætera,&c.

12 Reſeruatio dominij in contractu venditionis quid operetur in beneficium venditoris, donec pretium ſoluatur, deciſum fuit per Sacrũ Conſiliũ, quod illa ſimplex reſeruatio dominij in contractu vẽditionis ſequuta traditione nihil aliud in effectu operetur in beneficium venditoris, niſi vt venditor præferatur cæteris omnibus creditoribus eiuſdẽ emptoris in pretio eiuſdem rei venditæ pro conſequutione ſui pretij,ita Reg.Ronit.deciſ.7.lata ſententia.

Reſeruatio iurium facta in ſecundo contractu quid operetur, fuit latè deductũ ſupra in verbo fideiuſſor,ibiquè perquiras.

Reſeruatio iurium fieri an poſſit in pręiudicium eius,cum quo fuit tranſactum liberè abſque vlla reſeruatione,exemplo oſtenditur ex facti ſerie occurſi, etenim cum in cauſa Ill. Ioſephi Longhi Marchionis S.Iuliani fuiſſet deciſum, quod depoſitum ducatorum quatuor mille cum intereſſe factum per quondam Io. Angelum Grimaldum Candidum vti ceſſionarium iuris luendi Ill. Marchionis Lauri, qui à tali ſentẽtia reclamauerat in forma, qua pendente deuenerunt ad tranſactionem cum renunciatione reçlamationis, & dum intẽdebat, depoſitum in ſui faciem retroceſſum deſcribi facere à Banco, impetrauit à cauſæ Commiſſario, vt citra præiudicium ſuorum iurium ſibi liceret fieri facere deſcriptionem prædictam, de quo ſentiens ſe grauatum ipſe Marchio inſtabat, ſine alia reſeruatione faciendam eſſe talem deſcriptionem, ex quo iam interceſſerat inter eos tranſactio ſimpliciter ſine reſeruatione celebrata, & ſic reſeruando ſua iura videbatur illi contrauenire,quaſi quod reclamationi incumbere intendebat poſt peractã retroceſſionem depoſiti deſcribendi in eius faciem, eò quod reſeruatio de ſui natura licet non cauſet ius aliquod de nouo, ius tamen ante confirmationem conſeruat, vt inquit Regens de Ponte conſ.131.num.96.volum.2. ad quod Conſil.de Georg.in allegat.21.nu.21. ſubſequitur, quod reſeruatio non tribuit nouum ius,ſed conſeruat reſeruanti illud ius, quod habebat ante reſeruationem, ſequitur Muta deciſ.Sicil.74.nu.3. Barz.deciſ.53.nu.23. quo fit, vt licet reſeruatio nil ponat in eſſe, Reg.Lanar. conſil.69.num.17. Borgn. deciſ.3. num.53. part.2. adhuc ius conſeruat, non autem tribuit, idem Borgnin. deciſ. 32. num. 53. part.2. Surd. deciſ.8.nu.25.& deciſ.163.nu.17. &.ſic ad alia non extenditur, niſi ad ea, quæ competere poſſunt, Matta in tract.de clauſul. part.1.clauſ.239. Maur.iunior alleg.80.nu.11. Imò etiam iurium reſeruatio nedum conſeruat iura in actibus dependentibus à voluntate proteſtantis, qui ſequuntur poſt proteſtationem, ſed potius in actu, qui fit ſimul cum reſer-

reſeruatione, Camill. de Medic. conſ. 1. nu. 61. eo quod talis reſeruatio actus conſeruatiuum effectum operatur, ac ſi eodem tempore geſtus fuiſſet, quamuis poſtea fiat, Iacob. Gallus conſil. 56. nu. 12. non mirum ſi in fauorem reſeruantis interpretari debeat, idem Gallus conſil. allegato, num. 8. Ex quibus colligebatur, vanam fuiſſe tranſactionem initam, attenta tali reſeruatione poſthabita, vnde ſperabatur reclamationis proſequutio in damnum ipſius Marchionis, & per retroceſſionem depoſiti deſcribendi in faciem deponentis ſubſequebatur, nullum ius ſibi ſuffragari, ex quo omnes contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, l. ſicut, C. de action. & obligat. vt ex reſeruatione iurium inducatur proteſtatio declaratoria voluntatis, Camill. de Medic. conſ. 1. num. 63. fieri non poterat niſi ab initio, non poſtea, licet replicari poterat ex parte ipſius Ioannis Angeli, hanc reſeruationem ſibi forè neceſſariam, & non aliter in damnum Marchionis vertere, vnde regula ſubſequitur, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè erit concedendum, l. ſi cui, C. de ſeruit. præterea quia cum ipſi facta fuiſſet ceſſio iuris luendi ab Ill. Marchione Lauri, cuius fretus vigore depoſitum fecerat, ipſum in authorem, & defenſorem laudauerat, proteſtando de omnibus damnis, & intereſſe cōtra ipſum occaſione litis inſtitutæ per dictum Marchionem S. Iuliani, & hoc ſibi præiudicare non poterat in proſequutione reclamationis contra eum inſtitutæ. Sed replicari potuiſſet, hoc nil officere tàm dicto Marchioni Lauri, quàm ipſi Marchioni S. Iuliani, eo quod per ſententiam Sacr. Conſ. fuerant ambo abſoluti ab impetitis pro parte ipſius Ioannis Angeli. Quinimò facto verbo in Sacro Conſilio per Regium Conſiliarium D. Franciſcum Sanium die 11. Auguſti 1629. fuit interpoſitum tale decretum: Per Sacrum Conſilium declaratum eſt, benè fuiſſe prouiſum per cauſæ Commiſſarium ſub die 2. Auguſti 1629. verum reſeruatio iurium non intelligatur facta reſpectu contentorum in tranſactione inita inter hæredes quondam Io. Angeli Grimaldi, & Ill. Marchionem S. Iuliani, &c. penès Secretarium, in Banca de Felice, inde Verruſij.

Reſeruatio exceptionis oppoſitæ ad merita cauſæ quando ſit diſcutienda, notat Afflict. in Conſtit. Exceptiones filiationis, num. 9. quem ſequitur Anna in ſingul. 446. vbi refert, quod in cauſa Vniuerſitatis Lauri fuit prouiſum, ꝙ procedatur in diſcuſſione exceptionum, & in cauſa principali vſque ad cauſæ expeditionē excluſiuè die 18. Martij 1569. Actuarius Carlonus, & ibi vidi adnotatam quandam Apoſtillam ſolertiſſimi I. C. Petri Philippi, dicētis, ad hoc ſingulare faciunt notata infraſcripta, vt infra, & vide allegat. 48. num. 27. eiuſdem Authoris contra hoc ſingulare 446. fuit deciſum per Magnam Curiam, & confirmatum per Sacrū Conſiliū in cauſa Frāciſci Antonij, & Donati Scoſſa cū Antònia Boſco, in Banca Seraphini, Guardus Scriba ſub die 25. Maij 1633. in Aula Reg. Cōſ. D. Gregorij de Angulo, qui tempore relationis Magn. Cur. interuenit tantum Reg. Conſ. Angulo, & Reg. Conſ. Apicella cum oppoſita exceptione periurij, & ad merita reſeruata ante omnia inſtabant illi de Scoſſa procedi ad eius diſcuſſionem, vſque ad ſententiam excluſiuè, & fuit dictum, oppoſitis non obſtantibus procedatur ad expeditionē cauſæ per Magn. Cur. ad relationem Iudicis Mexiæ, vt ex actis in Banca Seraphini, & confirmatum per dictum Sacr. Conſ. vt ſupra, à quo decreto cum fuiſſet per illos de Scoſſa reclamatum, & iterum facta relatione in Sacro Conſilio in Aula prædicta per Mag. Cur. ſiuè per Mag. Iudicem Mexia, interueniente Spectab. Præſide Sacr. Conſil. Iordano Vrſino, Reg. Conſ. Andræa Marcheſio, ac Reg. Conſ. Io. Baptiſta Apicella, fuit reuocatum prędictū decretum Sacr. Conſil. me patrocinante poſt longam diſcuſſionem, & ſic determinatum, prout in d. ſingul. 446. Io. Baptiſta Sabbatino V. I. D. Aduocato contrario, & forma decreti eſt talis videlicet. Die primo Iunij 1633. audita relatione Mag. Iudicis Magn. Cur. Vic. V. I. D. D. Ferdinandi Mexiæ, per Sacr. Conſil. prouiſum eſt, quod ſuſpenſo decreto lato per Sacr. Conſil. ſub die 25. Maij 1633. remiſſa eſt cauſa eidem Mag. Cur. quod prouideat ſpecificè ſuper exceptione periurij oppoſita iuxta ordinem datum per Spectabilem Præſidem, ordo erat in proceſſu dicti Spectab. Præſidis, quod dicta Magna Curia ſpecificè prouideret ſuper dicta exceptione periurij oppoſita, & fuit magna deciſio, per omnes Doctores, qui interuenerunt in aula acclamata, ſtante quod vnuſquiſque credebat, dictam exceptionem non determinari vnico contextu cum cauſa principali, ſed confundebant terminos, cum aliud ſit reſeruare exceptionem ad merita, & aliud in calculo ferendæ ſententię, vel in fine litis, vel in deciſione cauſæ. Primo caſu debet explicari, prout in d. ſingul. 446. etiam iuxta dictam nouam deciſionem Sacr. Conſil. Secundo caſu debet explicari vnico cōtextu, iuxta notata per Afflict. in Conſtit. incip. Exceptione filiationis, nu. 9. Petrus de Philippi. hæc ille, & ijs conueniūt tradita per Reg. Rouit. in deciſ. 21.

Reſeruatio fructuum maturatorum ante matrimonium contractum ſi facta non fuerit per mulierem, an ſuccedente matrimonio per dotis conſtitutionem cenſeantur etiam in dotē dati, ita quod cedere debeant in beneficium viri, eiuſque hæredum, ac eius creditorum, vel potius ad ipſam mulierem pertineant, quemadmodum contingit dubitari in S C. in cauſa Pauli Strambone V. I. D. aliquando Regij Auditoris in Prouincia Principatus vltra, & Terræ Bari cum Iuditta Pottio vxore q. Pompei Landulphi, quē inſimul cū eius fratribus conuenire feciſſet in M. C. V. d. Paulū ad ſibi ſoluendum certam pecuniarum quantitatem ei debitam vigore publici inſtrumenti, ad quam fuerat inde cōdemnatus, in cuius ſatisfactionem ipſe Paulus acceperat in partem ducatos octingentum debitos ſuper certa Gabella eidem

deni

dem Paulo ſolutos, inde defuncto d. Pompeo præfata Iudicta conueniri fecerat eundem Paulum ad reſtitutionem dictorum ducatorum octingentum, prætendendo illos eſſe peruentos ex fructibus ſuæ dotis promiſſæ, iam maturatos ante matrimonium contractum, qui eo tempore percipi non poterant, adeò quod cum viro non pertinebant, ex quo iam non erat maritus, rationabiliter maritus nō poterat fructus dotis percipere, ita Fōtan. de pac. nup. clau. 5. Gl. 2. p. 1. n. 32. Præterea ex his, quæ diſcutit Nunt. Pellicc. in Conſuet. Auerſæ, cap. 3. num. 262. & ſeq. patet, eſſe veram opinionem illam nempè quod mulier non cenſetur omnia eius bona dediſſe in dotem, cum nulla lege hoc caueatur, ex Gloſ. in l. mulier, ff. de iure dot. facit tex. in l. fin. C. de diuort. eo quia matrimonium ſine dote eſſe poſſit, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 6. num. 19. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 99. num. 9. quamuis mulier ſit diues, & habeat bona, idem tenet Bart. in quæſt. incip mulier habens, & per alias rationes ibi traditas, quibus adhęret Menoch. vbi ſup. num. 54. in tantum eſt verum, quod mulier habens bona, & nubens nulla facta mentione de dote, creditur ſine dote nupta, Barzius deciſ. Bonon. 126. num. 6. & ſic mulier ſimpliciter nubēdo non videtur omnia bona ſua in dotem dare, Curt. Iun. conſ. 163. num. 4. communem eſſe opinionem dixit, quam ſectatur Vezzin. inter commun. opin. tit. de ſecund. nupt. num. 28. Gamma dec. 320. num. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 583. num. 10. & cap. 143. num. 28. latiſſimè Surd. in conſ. 94. vol. 1. Et quamuis aliqui Doct. tenuerint partem affirmatiuam, vt omnia ſua bona mulier in dotem dediſſe videatur, l. dotem, & l. Diuus, la prima, ff. de iure dot. l. cum maritus, §. Titius, ff de pact. dot. quod etiam comprobatur ex dicto Ariſtotelis, & Ciceronis relato per Gloſ. in l. mulier bona in princ. ff. de iure dot. & alijs relatis per eundem Pellic. vbi ſup. num. 261. Menoch. ibidem in princ. latius Ioſeph. Ludou. d. dec. 99. num. 1. Gratian. d. cap. 143. num. 10. vbi ita Romæ iudicatum refert. Nihilominus ibidem Menoch. reſpondet, nedum allegato dicto Ariſt. & Cicer. num. 62. ſed etiam alijs iuribus in contrarium adductis reſidendo cum d. opinione negatiua, adeò quod fructus percepti ante matrimonium in dotem non conuertuntur, ſi inter virum, & vxorem ita conuentum ſit, vt probat Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 29. num. 7. Bene verum eſt, quoad creditores mariti concludi poſſe, quod fructus dotis, qui superſunt deductis oneribus matrimonij ſunt mariti, vt inquit Fontan. in d. tract. p. 6 Gloſ. 2. par. 2. num. 21. latè Præſ. de Franch. deciſ. 617. & conſequenter creditores habent ius ad fructus dotis reſtantes, deductis oneribus matrimonij, vt ex illis ipſis ſatisfiant in ſuis creditis, vt ex Bart. in l. ſi conſtante num. 104. ff. ſol. mat. cum alijs apud Præſ. de Franch. in deciſ. 617. vltra Barb. in d. l. ſi conſtante, num. 47. Surd. de aliment. tit. 1. q. 36. n. 13. Molf. conſ. 11. probat Fontan. vbi ſup. num. 20. quibus etiam conſentit Giurba dec. 16. num. 18. vbi alios allegat. Idemque dicendum erit in fructibus maturatis ante cōtractum matrimonium, ſi nō fuerint reſeruati per eam in contractu matrimonij, vt eleganter tradit Ripa in rub. ff. ſolut. mat. ſub num. 46. verſ. iſta deciſio per hæc verba, nam fructus percepti ante matrimonium bene cenſentur dotales, quia cenſetur mulier, quæ non reſeruauit ſibi fructus, eos etiam in dotem tradidiſſe, arg. l. inter ſocerū, §. cum inter ſup. de pact. dotal. nam mulieres, vt plurimum ſolent ſibi aliquam quantitatem ab initio matrimonij contracti reſeruare, ex Franc. dec. 636. in fine, & Caſtil. dec. 97. probat Anton. de Amaro var. reſol. in reſol. 45. num. 7. & ad hæc Socin. Sen. in conſil. 27. vol. 4. ſuo num 3. verſ. ſecundo principaliter inquit, quod ſtante pacto expreſſo in inſtrumento, quod fructus dotis eſſent vxoris, tunc non aliter fructus ante matrimonium in dotem conuertun ur, ſed remanebunt vxoris, de quibus poterit ad libitum diſponere, vt ſubdit ſub num. 5. ver. quinimò ſtatutum, ſimiliter fructus dotis deſignatæ pro muliere nubenda ſponſus lucratur, ſi ita actum ſit, al as ſecus, ita ex Iaſ. in conſ. 237. vol. 2. probat Veggius conſ. 42. nu. 9. per tex. in l. dotis fructus, § 1. & § quid ergo, ff. de rur. dot. ſequitur Natta in conſ. 75. num. 4. idemque tenet Gozad. in conſ. 33. num. 7. Cæterum vbi non adeſſet ſpecialis reſeruatio fructuum, ſiue conuentio, aut pactum, tunc quia augerendotem, ad maritum pertinerent, ad tex. in l. ſi ante nuptias, ff ſol. mat. vbi Doct. omnes, eo magis ſi onera matrimonij portarentur, atque exacti, facit dec. de Franch. 636. Cæterum ſi fructus ante matrimonium non fuiſſent exacti, inde ſoluto matrimonio ad vxorem pertinerent, vt deciſum tradit Anton. Fab. in eius Codice, tit. de iure dot. definit. 20 Idcircò facta relatione in S. C. per Iudicem Ioſephum Brandolinum, inde Regium Conſ. in aula Regij tunc Conſil. Ferdinandi Brācię, nunc meritiſſimi Regentis Regiam Cancellariam mei Domini ſingulariſſimi cum interuētu olim Præſidis Io. Baptiſtæ Valenzuela Velazquez fuit mandatum M. C. V. vt prouideret, ne moleſtaretur prædictus Paulus, & liberaretur ab impetitis, vt patet ex actis in Banca Natalis de Bono.

Reſiſtentia facta ſatellitibus volentibus reum capere per eundem reum reſiſtentem qualiter puniatur: loquendo tamen de reſiſtentia facta per cooperationem manuum, alias nō diceretur, ſi non deuentum fuerit ad manuum cooperationem, vt poſt Ant. de Ballis in tract crim. lib. 3. tit. de liter. diſpenſat caſu 7. nu. 32. Giurba conſ. 29. num. 28. quamuis de hac reſiſtentia ibidem Ant. de Ballis plura dixerit, nihilominus quatenus ad rem noſtram pertineat, nil refert, quocirca in caſu, de quo agebatur dum ſatellites intenderent quendam inquiſitum capere, ipſe contra eos reſtitit, ne caperetur, gladium adeinando, & eos proſequendo: vndè incidit dubitari, qualiter puniri debuerat, ad quod in terminis, Caball. reſolut. crimin. caſu 8. num. 37. & ſeq. quem ſequitur Guazin. in trac. ad defenſam reorum. in defenſ. 5. cap. 4. ſub num. 4. aſſeuerat citra pœnam mortis plectendum eſſe acrius pro qualitate vulnerum, & reſiſtentiæ, etiam ad triremes in perpetuum, vel ad tempus, quod in nobili eſſet pœna exilij, ſeù deportationis, & ſic in cauſa Titæ Carafæ ob reſiſtentiam factam Alguzerijs Guardiæ, fuit

Digitized by Google

per M.C.V. condemnatus ad relegationem per triennium, referente Iudice D. Ioan. de Vera de menſe Decẽb. 15. 1633. vt ex actis in Bãca Ioelis, & poſteà die 1. Februarij 1634. referente Regio Conſil. D. Flaminio Conſtantio fuit per S.C. decisum, quod pro fideiuſſione non moleſtetur, verum pro pœna bene prouiſum per M.C.V.

Reſtitutio in integrum an concedenda ſit minoribus, ac alijs perſonis priuilegiatis, qui non allegauerunt ſuſpitionem contra Iudicem ante cõcluſionem cauſæ iuxta formam Regię Pragmat. quæ etiam expreſsè tales perſonas comprehendit, deciſum fuit tàm in S.C. quàm in Collaterali in pluribus cauſis affirmatiuè, Reg. Tapia dec. S.C. 20. Reg. Pragm.

Reſtitutio in integrum an concedenda ſit minori, quando ageretur remedio Capitulorum Regni, aliàs per Sacr. Conſil. fuit negatiuè deciſum, & idem, vt ex Capyc. & Anna probat confirmando ex alijs rationibus opinionem prędictam Reg. Tapia dec. S.C. 24. quæſitum fuit.

Reſtitutio in integrum an competat mulieri aduerſus inuentarium non confectum, vel minus ſolemniter, & licet priſcis temporibus deciſum appareat apud Præſ. de Franch. 229. affirmatiuè, attamen contrarium poſtea iudicauit S.C. ex alijs cauſis, quæ non concurrebant in caſu illius deciſionis, Reg. Tapia dec. S.C. 39. aduerſus.

Reſtitutio in integrum an concedi debeat Sedili in cauſis nobilitatum, fuit deciſum negatiuè in caſu tradito per Reg. Rouitum conſ. 32. quod Vniuerſitas, vol. 2. & in conſ. 33. ſeq. Scipionis de Aterio, vide ſup. eod. verbo beneficium.

Reſtitutio in integrum an concedi debeat mulieri petenti inuentarium defuncti conficere extra tempus à iure præfixum, relata fuit deciſio ſup. in verbo mulier.

Reſtitutio dotis promiſſę per virum in caſu ſoluti matrimonij quõ ſit faciẽda, ſi illimet introitus in dotẽ dati reperirentur in eſſe, hoc eſt nõ reempti per debitores, eo caſu vxor, vel eius hæredes teneãtur eoſdẽ recipere, ſin autẽ durante matrimonio debitores obtinuerint illorum retrouenditionem per depoſitum, & vir dictum capitale in dotem datum implicaret in emptionem aliorũ introituũ iuxta vinculũ, tunc eſſet in electione vxoris, eiuſque hæredum dotem ipſam petere in pecunia contanti, vel petere eoſdem introitus emptos per virũ, & ſic an in caſu ſolutionis matrimonij ſubſequuto licitũ ſit hæredibus vxoris defunctæ à viro petere capitale dotis receptæ in contanti, non obſtante alia emptione facta per virum conſtante matrimonio cum fideliſſima Ciuitate Neapolitana, vel dictos introitus recipere, iam quod debitores conſequuti fuerunt retrouenditionem ob depoſitum factum eo tempore, de hoc accidit ventilari in S.R.C. in cauſa hæredum quõd. D. Mariæ Griffæ de Sedili Portus cum Reg. Conſil. Scipione Theodoro, qui capitale ducatorum decem mille in dotem aſſignatum, facto inde depoſito per debitores retrouenditionem obtinentes, illud implicauerat in emptionem tot annuorum introituum cum d. Ciuitate ad rationem ducatorum ſeptem pro cẽtenario, cumque poſtea per aliquod temporis ſpatium non ita libenter tales introitus Ciuitas ſoluiſſet, vt ſolebat, & ob talẽ defectum hodie, vt notum eſt, appretiantur ad rationem ducatorum quatuor pro centum, dicebant hæredes, non eſſe obnoxios ad recipiendum d. capitale implicatum cum d. Ciuitate, ſed eſſe in eorum electione illud recipere de contanti, & pro fundamento eorum intentionis dicebatur, dotem prædictam expreſsè taxatam fuiſſe in quantitate ducatorum decem mille, pro quibus fuerunt aſſignati annui introitus empti cum eadem quantitate, & cum pacto reemendi pro eadem ſumma, quocirca eadem ſumma erit reſtituenda, & non introitus, & eo maximè ſtante reemptione facta introituum aſſignatorum, Barboſ. in l. æſtimatis, num. 7. ff. ſolut. mat. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 28. num. 5. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 5. Gloſ. 8. p. 13. num. 10. cum ſeq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 938. num. 28. 32. & 35. Surd. dec. 99. num. 9. eo quia facta taxatione, ſeù mentione certæ quãtitatis dotis, ſiuè expreſsè à partibus, ſiuè tacitè à lege dos diceretur conſiſtere in quantitate, & vera dos dicitur pretium, quo res fuit æſtimata, Bal. in l. quoties in fine, C. de iure dot. Barboſ. in d. l. æſtimatis, num. 7. latè Fontanell. eod. tract. d. p. 13. num. 25. 26. 34. & 40. & poſt alios Reg. de Ponte conſ. 71. num. 10. vol. 1. & illa vera dos dicitur, quæ taxata eſt, & conſtituta fuit tempore conſtitutionis illius, Alexan. Trentacinq. var. reſol. tit. de iur. dot. reſol. 1. num. 5. Quamuis autẽ prætenſum eſſet ex aduerſo, reſtitutionem dotis eodem modo fieri debere ex d. introitibus emptis per virum, ex l. ſi inter virum, C. de iure dot. & præſertim ex l. regia 19. tit. 11. partita 4. Hiſpan. iuncto ſummario ibi poſito per Gregor. Lopez, cuius verba ſunt, ſi rei æſtimatæ electio fuit data mulieri, vel exprimitur, quod ideò fit æſtimatio, vt ſciatur quantum res dotalis valet, ſi contingat deteriorari, tunc periculũ erit mulieris, replicabatur, leges illas in hoc Regno non militare, quamquam illas eſſe compendium, ſeù ſpiritũ iuris cõmmunis, vt dixit Reg. Conſtant. in l. 2. C. de fil. offic. mil. nu. 36. lib. 12. nihilominus iuſtitiam actorum ex eadem conſtitutione fundari perpenditur, inſpecto illius vero ſenſu, cum procedere videatur, quando tractaretur de rebus ſtabilibus in dotem datis æſtimatis, vel non æſtimatis, & ſic caſus ibi conſtituitur, qui in facto, de quo agitur non cadit, dum fuerat dos expreſsè taxata in certa quantitate, & reſtitutio illius pro eadem quantitate vrgebat, & proinde talis Conſt. Hiſpana modo non opitulatur: etenim ibi diſponitur, quod ſi rei æſtimatæ electio eſſet mulieris, damnum eiuſdem rei mulieri ipſi cedit, & ratio eſt, quod ſi mulier elegerit rem, & non æſtimationem, tunc ſi res eadem minoris eſſet valoris, imputetur ſibi, quæ rem, & æſtimationem voluit, & è contra ſi mulier elegerit æſtimationem, & non rem ipſam, periculum erit viri, qui tenetur ad dotem ſemel taxatam, etiam re dotali deteriorata, quocirca Couar. intendens illam legem declarare præuidendo hoc dubium omiſſum, poſuit claram diſtinctionem pract. quæſt. cap. 28. num. 5. verſ. ſed in hoc quarto caſu, vbi poſuit formaliter caſum, de quo agitur, dicens,

Digitized by Google

dicens, attenta in ſpecie illa conſtitutione procedere, quam ſiquidem declarationem vti conſonam iuri ſequutus eſt Molin. de iuſt. & iure, diſput. 426. num. 16. vltra eum Fontan. eod. tract. d. clauſ. 5. Gloſ. 8 p. 13. num. 64. & 67. quæ ſiquidem concluſio augetur ex eo, quia præfatus vir emit introitus à d. Ciuitate ſuo, & non vxoris nomine, quorum dominium ipſe pro ſe, & ſuis hæredibus acquiſiuit, licet de pecunia dotali, prout contractus cantat, qui eſt iuri conformis, ex l. doce ancillam, C. de iur. dot. & ratio eſt, quia regulariter res empta de pecunia dotali non eſt dotalis, ad tex. in l. ex pecunia, C. eod. licet alij contrarium velint, nihilominus aduertendum eſſe conſpicitur, tunc rem emptam de pecunia dotali effici dotalem, quando illa duo requiſita concurrerent, .ſ. quod mulier tali emptioni conſentiat, & ſit etiam ei vtile, quibus ceſſantibus res non aliter dotalis efficeretur, quamuis detur mulieri actio in ſubſidium ſuper tali re, viro non exiſtente ſoluendo, prout hæc, & alia notauit Gloſ. in d. l. ex pecunia, vbi Cyn. Bal. & Salyc. quæ omnia firmat Soc. Iun. in rub. ſol. mat. p. 3. num. 22. verſ. 3. & num. 23. Bal. Nouell. in tract. de dote, par. 2. num. 5. Vbi dixit, quod etiam ſi id expreſsè conuentum ſit, locum habebit, ſi mulieri hoc expedierit, idem p. 10. §. hactenus, num. 9. quod negare non potuit Barboſ. in rub. ſolu. mat. par. 3. num. 78 ad num. 82. ex quo valdè viget tex. in d. l. ex pecunia, & ob id dum tales introitus ſint proprij ipſius viri, non tamen vxoris, quo iure prætendi poſſit, damnum contingens eiſdem introitibus, vt cedat in vxoris incommodum, cui tunc ſibi officeret, ſi illos elegiſſet, & ita lex illa partitarum Hiſpaniæ intelligitur. Inſuper quamuis etiam ex aduerſo prætendi poſſit, eſſe attendendus tempus electionis, ſeù reſtitutionis dotis, & non illius conſtitutionis, ex tex. in l. ſi voluntate in fine, C. de reſcind. vendit. adhuc tamen tex. ille totũ oppoſitũ probare cernitur, vbi erit videre, neq; altera militat obiectio oppoſita, ſcilicet, vt attendi debeat pretium rei tempore æſtimationis fieri conuentæ, & non tempore contractus, ex tex. in l. quoties 59. ff. de verb. oblig. & l. 3. ff. de condit. tritic. ſed confutatur ex eo, quod vxor habens electionem, potuiſſet vtique, ſi voluiſſet petere introitus annuos emptos de ſua pecunia dotali, quæ ſiquidem petitio pendebat à conditione, qua pendente ſemper contractus fuit purus reſpectu viri, ad quem ab initio à tempore emptionis per eum factę ſpectauit, & ſpectat commodum, & periculum dictorum introituum, vt apertè decidunt tex. in l. 2. 3. & 4. ff. de in diem adiect. poſt alios relatos per Tiraq. de retract. conuent. §. 2. Gloſ. vnica, nu. 72. cum ſeq. & vltra eos Ann. Robert. lib. 3. rerum iudic. cap. 18. vbi latius. Imò etiam ſi ageretur de contractu conditionali ſimplicis emptionis factæ ſub conditione, ſi mulier elegerit fundum, aut æſtimationem, iuxta doctrinam Salyc. in l. intereſt, C. de vſuf. adhuc reſpectu deteriorationis, illa etiam cederet in damnum viri emptoris rei, ſecus tamen eſſet in totali peremptione rei, etenim talis peremptio extra cõtractum dotalem ſpectaret ad venditorem, ex tex. in l. neceſſario 8. ff. de peric. & com. rei vend. vbi Gloſ. in verbo periculum hæc omnia deduxit, & ratio eſt, quia purificata conditione fingitur, emptionem fuiſſe perfectam ab initio contractus conditionalis, re tamen exiſtente in rerum natura, quamuis eſſet deteriorata, quonam caſu deteriorationis periculum eſſet emptoris, quod ſecus eſſet ſi res eſſet in totum perempta, quia tunc fictio retrotractionis non haberet locum, vbi figeret pedes, hęc Cyn. in l. 1. C. de peric. & com. rei vend. quem ſequuti ſunt Bart. & Bald. in l. neceſſario, ff. eod. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 2. num. 17. & cum hac diſtinctione procedunt narrata per Ann. Robertum eo. loco citato, verſ. nam ſi redderet, ſub §. pro Seio, cum igitur in præſentiarum introitus empti per maritum extent, licet deteriorati, meritò ad eum deteriorationis damnum pertinere videatur, etiam ſi contractus eſſet conditionalis, qui in caſu prædicto non eſt, nam fuit ab initio purus, licet reſolubilis ſub conditione electionis, quæ fieri poterat ab vxore, quapropter in vtroque caſu periculum peremptionis, & deteriorationis ad eum ſpectare certiſſimum eſt. Denique difficultas quoque ex aduerſo contingit circa validitatem pacti, quod vxor, eiuſque hæredes electionem habent repetendi dotem in pecunia numerata, vel in eiſdem corporibus emptis per virum de pecunia dotali, prætextu quod pactum illud ſit iniquum, & cum maxima læſione in damnum viri, quæ ſiquidem læſio reparari debet remedio l. 2. C. de reſcind. vend. ſed facilius enaruatur motiuum, non enim remedium allegatum eiuſdem, l. 2. locum habet inter virum, & vxorem, quando alter ipſorum eſſet læſus in appretio bonorum dotalium, tunc enim ſuccurretur cõiugi læſo, etiam infra dimidiam, ea ratione, quia in contractibus dotis bonum, & æquum attendi debet, ita omiſſis alijs, Barboſ. in d. rubr. par. 4. à num. 25. ad 27. & in l. æſtimatis, num. 21. cum ſequent. 2. p. Sed in caſu, de quo agitur longa extitit differentia circa pactum reſtitutionis, quod ſiquidem pactum, ac omnia alia circa dotis reſtitutionem ſubſtinentur, eo maximè quando illa fierent in fauorem dotis, l. vnica, §. illud, C. de rei vxor. act. Fontanell. d. clau. 5. Gloſ. 8. p. 12. num. 12. & 54. tom. 2. & in terminis circa electionem datã vxori, vel viro facit tex. in l. plerumque, verſic. ſi res, ff. de iur. dot. Couar. pract. quæſt. cap. 28. num. 5. hæc ex allegationibus Põponij Magaldi Aduocati Neapolitani probatiſſimi. Facta poſtmodum relatione in S. R. C. per Reg. Conſil. Don Flaminium de Conſtantio, fuit mediante ſententia eiuſdem S. C. condemnatus d. Reg. Conſil. Scipio Theodorus ad reſtitutionem dotium in pecunia contanti pro quantitate ducatorum decem mille in dotem promiſſorum per ipſum in emptionem conuerſorum, vt ſupra, vt ex actis in Banca Licti Magiſtri Act. Et cum fuiſſet de nullitate ſententiæ dictum, vt ſup. eod. verbo nullitas, exiſtente paritate votorum, poſtea die 8. Feb. 1631. adhibitis adiunctis eodemmet referente fuit dictum, nullitatem non obſtare, & proinde ſententiam eſſe exequendam iuxta ipſius ſeriem, tenorem, & continentiam, & depoſitum factum per conuentum eſſe liberandum Regiæ Curiæ pro pœna nullitatis iniuſtè propo-

ſitæ, bene tamen in reclamatione cauſæ principalis deductæ fuerunt aliquæ partitæ in beneficiū conuenti, & reſtitui iuſſùm reſiduum dotium potius ex quadam æquitate, vt percepi à fide digno I. C.

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam latam an competat Officiali, ex quo vti occupatus negotijs publicis non potuit ſe defendere, prout inſtiterat Reg. Conſil. Scipio Theodorus conuentus ab hæredibus q. D. Mariæ Giffæ eius coniugis ad reſtitutionem dotium, ad quorum reſtitutionem fuerat condemnatus, & reſtitutionem in integrum petierat, vti occupatus in publicis negotijs non potuerat ſe defendere, iuxta doctrinam Sforz. Oddi in tract. de reſtit. in integ. q. 6. art. 12. p. 1. per tex. in l. ſi cui, ff. ex quib. cauſ. maior. & ex eo quia Magiſtratus, ſiuè Aſſeſſores Prouinciæ, ſuæ dicuntur abeſſe Reipublicæ cauſa, Gloſ. in l. vt ſunt, ff. eod. vndè Reipublicæ cauſa tamdiù quis abeſſe cenſetur, quamdiù officio alicui præeſt, Maurit. in eod. tract. de reſtit. in integ. cap. 351. num. 8. licet contrarium appareat in l. ſed & qui, cum l. ſeq. eod. tit. & propterea tex. in d. l. ſi cui procedit in caſu ſuo particulari, ſed melius, iudicio meo, Gloſ. in l. milites, ff. eod. dum quærit, quare milites preſentes pro abſentibus cauſa Reipublicæ dicūtur abeſſe, non tamen Magiſtratus, & rationem reddit, quia militis officium remotum, imò contrarium eſt cauſis, & legibus, vndè intereſſe non poſſunt milites alijs negotijs, l. milites, & l. fin. C. loc. at Magiſtratus poteſt cū ad cauſas principaliter ſit propoſitus, ideò Magiſtratus habet ſalarium de publico, licet non Aſſeſſor, l. fin. C. de Aſſeſſ. vltra quod Magiſtratus ſui commodum facere videtur, milites autem aliter, puta de aliquibus prædijs ſibi aſſignatis ſtipendia habet, & ſic fuit per Coll. Cōſ. deciſū, q̃ S. C. prouideat, an ſit deferēdum petitæ reſtitutioni in integrum, penès Secretarium in Banca Licij, & iterum in cauſa Franciſci Antonij de Aliſante V. I. D. cum Octauio Albritio ad eius inſtantiam conuento ſuper apoca Banci, cuius vigore fecerat depoſitum, licet eidem reſtituto ex cauſa, ſed poſtmodum appellatum, & M. C. remiſſa, & cum eo proceſſum ad medium cauſæ, quia intendebat ad officium accedere, reliquerat procuratorem, & cum eo fuit compilatus proceſſus, poſtea eo adueniente petijt reſtitutionem in integrum, vti abſens ex cauſa Reipublicæ, & cum fuiſſet per M. C. denegata reſtitutio, ex quo fuerat auditus per intermediam perſonam ſui procuratoris conſtituti, interpoſita appellatione ad S. C. ad relationem Camilli de Laratha Iudicis M. C. V. fuit confirmatū decretum M. C. de hoc anno 1634. & mēſe Februarij in Banca Ferdinandi. Vlterius ex alio capite prætendebatur reſtitutio per eundem Reg. Conſil. Theodorum, hoc eſt ex ignorantia probabili, eo quod dum poterat ſua iura deducere, quæ prius ignorabantur, poſt ſententiam ſuperuenerat eorum ſcientia, & facilius obliuiſci poterat, dum negotijs publicis incumbebat, quæ ſiquidem reſtitutio nedum minoribus, ſed etiam maioribus concedenda erit, ex Gloſ. fin. in l. 2. C. de iure emph. cum alijs adductis per Viuium opin. 690. ſed huic etiam replicabatur, non ſufficere quamlibet ignorantiam ad obtinendam talem reſtitutionem, ſed ea debet eſſe iuſta, probabilis non autem craſſa, vel ſupina, prout per exēpla oſtendit Surd. dec. 4. num. 7. præſertim quando inſtrumenta fuiſſent penès ignorantem, vel quando erat ſanguine coniunctus, vt ex Tiraq. ibi relato. Tandem die vltimo Martij 1632. referente Reg. Conſil. Don Flaminio de Conſtantio, fuit p S. C. deciſum, non eſſe deferendū petitę reſtitutioni in integrum, penès Secretarium in eadem Banca de Licto.

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam an ſit concedenda mulieri viduæ, videtur negandum per Præſ. de Franch. dec. 284. ex Gloſ. in Conſtit. Obſcuritatem, vbi And. col. 1. Affl. in 4. not. ſed exiſtēte notabili cauſa probabili concedi debet, Reg. de Ponte conſ. 58. num. 13. vol. 1. & ita per Collat. Conſ. iudicatum in cauſa relata per Iudicem Taſſonum in eius tomo obſeru. iuriſd. ſuper Pragmat. de anteſato, verſic. 3. obſeruat. 3. ſub num. 115. verſic. 17. poteſt D. & quid in muliere maritata, vide infra eod. verbo reſtitutio.

Reſtitutio in integrum petita per pupillos aduerſus ſententiam prolatam contra fratrem maiorem conuentum, vti donatarium certæ rei ſui patris, prætendentes habere intereſſe in cauſa ex eo, quod ſententia redundaret in damnum hæreditatis paternæ, an erit concedenda, prout ex facto apparebat, iudicium inſtitutum eſſe per Hieronymam Raguantem pro recuperatione eius dotium contra Franciſcum Antonium de Angelis, donatarium Io. Baptiſtæ de Angelis ſui patris pro ſumma ducatorum mille contemplatione matrimonij, & poſt obtentam ſententiam in eius fauorem comparuerunt Domitius, Ioſeph. Honophrius, & Anellus de Angelis tunc pupilli, & filij eiuſdem Io. Baptiſtæ prætendentes habere intereſſe in cauſa, eo quia ob talem ſentētiam eis præiudicium inferebatur hæreditatis paternę, & conſequenter audiri debere, de iure enim conceſſa eſt pupillis reſtitutio aduerſus ſententiam, quam concedi mandatur in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic. vbi Doct. And. Gayl. lib. 1. pract. obſeru. in obſeru. 14. nu. 3. Cumia in ritu M. C. cap. 21. num. 14. & cap. 23. num. 11. latè Muſcatell. in prax. S. C. lib. 2. p. 2. Gloſ. fuerint, num. 63. & 64. ex Sforz. Odd. in tract. de reſtit. in integ. p. 2. q. 65. art. 12. num. 87. & q. 72. art. 1. nu. 6. præterea quia ex tali reſtitutione reſultabat ipſi cōuento beneficium, vt melius audiretur in ſuis iuribus, cum ſit certum, quod reſtitutio conceſſa minori proſit litis cōſortibus, Gloſ. in l. vnica, C. ſi in vna, & ead. cauſ. vbi Doct. Affl. dec. 213. & in Conſt. Obſcuritatem, quem ſequitur Maxill. in Conſuet. Bareñſ. rub. de dilation. num. 27. poſt eum Maſtrill. dec. Sicil. 42. num. 8. ſed his replicabatur primo, quia iudicium factum fuerat cum donatario, cui principaliter intereſſe incumbebat, & non pupillis, poſtquam donatarius eſt perſona legitima ſtandi in iudicio, vt probaui in meo voto 36. num. 4. & ſic donatarius conueniri poteſt etiam modo exequutiuo, ex debito exequutiuo donantis, Intrigl. dec. 30. num. 2. præterea talis reſtitutio minimè erat concedenda, ex quo non fuerat cum eis prolata ſententia, ſed

cum

Reſtitutio in integrum petita aduerſus decretum latum per S.C. in fauorem creditoris emphyteutæ volentis moram purgare, offerendo canones non ſolutos per ipſum Domino directo, obtinuerat ſententiam caducitatis in eius fauorem etiam re non integra, ſed interuallo temporis interiacente, de quo ſup. in verbo mora, an erit concedenda, fuit deciſum bis per S.C. negatiuè tàm in cauſa Io. Alphonſi Cimini Domini directi, qui obtinuerat ſententiam in ſui fauorem contra Ioſeph Merca, deinde per aliud decretum eiuſdem prouiſum, vt reſtitueretur poſſeſſio, ſtante oblatione ſolutionis canonum, & dum fuiſſet petita reſtitutio in integrum per Lucretiam Petriconem, attamen fuit interpoſitum decretum huiuſmodi, die 27. Martij 1618. Neap. facto de prædictis verbo in S.R.C. per Magnif. Baldaſſarem Golinum Reg. Proconſiliariũ, decreto S.C. prouiſum eſt, non eſſe deferendum petitæ in integrum reſtitutioni, & proinde decretum latum per idem S.C. ſub die 7. Iunij 1607. debitè exequutioni demandetur, nec non committatur appretium meliorationũ tãtum, quas prætẽdunt factas eſſe per illos de Cimino pro tempore, quo poſſidetũr, hoc ſuũ, &c. penès Secretarium in Banca Caroli Strinæ, & iterum in cauſa Marij Bucca Domini directi in cuius fauorem fuit prolata ſententia caducitatis, & inde per decretum aliud reſtitutã poſſeſſio domus Io. Franciſco Galluccio, ſtante moræ purgatione per oblationem canonum, dum fuiſſet petita reſtitutio in integrum per D. Fabium Riccardum hæredem eiuſdem Marij, fuit interpoſitum decretũ, videlicet, die 3. Iulij 1635. Neap. facto de prædictis verbo in S.C. per Mag. V.I.D. Petrum Antonium Carauitam Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium, decreto S.C. prouiſum eſt, non eſſe deferendum reſtitutioni in integrum petitæ pro parte D. Fabij Riccardi; Verum ſoluat D. Io. Franciſco Galluccio quantitates verè debitas pro cenſibus decurſis ante exequutionem decreti, hoc ſuum, &c. penès Secretariũ in Banca Fabritij Sollarij Actor. Magiſtri, ad quod videndus erit Sforz. Odd. in tract. de reſt. in integ. q. 82. artic. 9. à num. 96. cum ſeq. vbi ex Rebuff. concludit, minorem non eſſe reſtituendum aduerſum moram per eum cõmiſſam in hoc, ſed bene aduerſus ſententiam.

Reſtitutio exacti prætextu adhoæ, ſeù releuij ratione feudi an erit facienda per Fiſcum, ſi compertum fuerit, feudum non aliter ſub feudi natura conceſſum, ſed in burgenſaticum, deciſum fuit in cauſa Hoſpitalis Diuæ Mariæ Annunciatæ cum Comite Potentiæ ſuper Terra Vignolæ, Fiſcum eſſe abſoluendum à reſtitutione exacti, & pariter Comitem à ſeruitio, & amplius non teneri, vt ex Reg. Reuent. firmat And. Capan. in tract. de iure Adhoæ q. 50. nu. 8.

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam prolatam contra aliquem conuentum, in qua cauſa mulier quædam comparuerat inſtando audiri pro ſuo intereſſe formato, an competat eidem mulieri, vt in facto euenit elapſis annis controuerti in cauſa Io. Marci Maſtelloni cum Ioanne Franciſco, & Io. Andræa de Petruccio filijs q. Marci Antonij de Petruccio conuentis in S.C. ad ſoluendum ducatos bis centum cum intereſſe, & pro illis aſſiſtentiam præſtari in forma, pendente tamen iudicio prædicto comparuit Claudia Tolomeo relicta q. Marci Antonij, & vſufructuaria omnium ipſius bonorum, petendo audiri in eius iuribus pro ſuo intereſſe formato, etiam inſpecta reſtitutione dotis, & antefati, ſed cum poſtea lata fuiſſet ſententia, inſtiterat ſibi concedi reſtitutionem in integrum aduerſus illam; certum eſt, quod attenta diſpoſitione Conſtit. Obſcuritatem conceditur mulieribus reſtitutio in iudicijs tantum, meminit Cumia in rit. Sicil. cap. 39. num. 45. & ſic pendente iudicio ante ſententiam, Intrigl. dec. 25. num. 5. ſed an aduerſus ſententiam, quæſtionis eſt, poſtquam Gloſ. d. Conſt. verbo in iudicijs, inquit, accipe tantum, ideſt in exercitio, ſiuè exercitatione iudicij tantum, donec iudicium agitatur, non vtique iudicio iam finito, ſubdens, non eſſe intentionem legiſlatoris, quod mulier poſt ſentẽtiam, ſeù aduerſus ſententiam reſtituatur, ſed tantum pendente iudicio, ſi fortè dum ſuam litẽ proſequitur fuerit læſa, vt ibi per exempla demonſtrat, verum tamen quia iudicium incipit à citatione, Cumia vbi ſup. num. 2. nam ipſa eſt principium, & fundamentum iudicij, And. Gayl. lib. 1. obſeruat. 74. num. 1. & terminatur ſententia, Præſ. de Franch. dec. 364. num. 7. etenim ipſa eſt terminus diſceptationis, idem dec. 346. num. 2. ex hoc videbatur excludi, nam id, quod vno tẽpore eſt conceſſum, cenſeri debet prohibitum alio tempore, Reg. Lanar. conſ. 38. num. 4. Caſtill. dec. 66. num. 9. præterea & ſi de iure inſpiciatur titulus Cod. ſi aduerſus rem iudic. ob quod videtur permiſſa talis reſtitutio aduerſus ſentẽtiam, hoc ſanè procedere cernitur in pupillis læſis, vt dicunt ibi iura, & Doctor. admittunt poſt Sforz. Odd. Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. p. 3. Gloſ. fuerint, num. 64. Anton. de Amato var. reſolut. tom. 2. reſolut. 65. nu. 1. nam de iure communi non paſſim, neque omnibus conceſſa eſt reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, vt inquit Cumia in d. ritibus cap. 21. ſub nu. 14. & licet de iure Regni conceſſa reperiatur mulieri in iudicijs tantum, non tamen eo finito, vt dictum eſt ſupra, nam aliud eſt beneficium reſtitutionis, quod conceditur poſt ſententiam, & aduerſus eam, aliud eſt, quando cõceditur pendente iudicio, vt ponderat Cumia in d. rit. c. 77. n. 29. & 30. ſicque dum conceſſum reperiatur à iure hoc beneficium reſtitutionis integrum aduerſus ſententiam, non tamen porrigitur ad alios, niſi expreſſim fuerit conceſſum, vt infra dicetur. Vi-

terius

terius And. in d. Conſtit. Obſcuritatem in princ.
repilogando d. Gloſ. inquit, nam facit ad hoc
maximè ratio præmiſſa, nam in minore conſtat
contrarium, C. ſi aduer. rem iudic. per totum,
ſed ſic eſt intelligenda Conſt. hæc. Vndè non
recederur ab ea; quem ſequutus eſt Afſl. ibidem
ſub num 3. quid ſi iudicium eſt finitum, & ita
concludit Giurba dec. 67. num. 7. ex Bart. Oſaſc.
& Grattiano, & tamen illa mihi perſuadere poterat,
quia reſtitutio in integrum non competit
maiori aduerſus ſententiam, vt probat Caſtill.
dec. Sicil. 16. num. 1. ibique proſequendo altercationem
illam, ſi reſtitutio ipſa concedi debeat
pupillo maiori effecto tempore latæ ſententiæ,
ex cauſa cœpta in minori ætate. Ex aduerſo Afſl.
loco relato, num. 4. ex pluribus comprobat, mulierem
habere reſtitutionem in integrum aduerſus
ſententiam, vel per noua inſtrumenta reperta,
vt poſt Cumiam eod. loco teſtatur Caſtill.
deciſion. 23. num. 6. vel ſi ratione doli, aut
falſæ cauſæ prolata fuerat ſententia, & in illis
erat fundata ſententia, ex Cyn. Bart. & Bart. ibi
relatis, item ſi calliditate aduerſarij, vel iudicis
culpa ad tempus maioris ætatis protelata fuerit
ſententiæ prolatio, vt tradit Amat. vbi ſup. n. 13.
& 14 & ſic de ſimilibus, ſed verius hæc videntur
admitti in caſibus de iure expreſſis, atque relatis
à Doct. cęterum autem non ſic indifferenter cōceſſa
videtur mulieribus talis reſtitutio in integrum
aduerſus ſententiam, & fortius in caſu, de
quo agebatur, dum ſententia prolata inter diuerſas
perſonas fuerat, ideò nequiuerat tertia
in iudicio veniens pro ſuorum iurium præſeruatione
audiri ad impediendum illius exequutionem.
Et ſic facta relatione in S. C. per Reg.
tunc Conſil D. Didacum Lopez Suarez die 24.
Decembris 1610. interpoſitum fuit ſequens decretum
in cauſa prædicta videlicet, decreto ipſius
S.C. prouiſum, non eſſe deferendum petitæ
reſtitutioni in integrum, hoc ſuum, &c. penès Secretarium
in Banca Scacciauenti.

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam prolatam
contra aliquem exiſtentem carceratum ob
cauſam criminalem, qui fortè non potuit ſe defendere,
an concedenda erit, videtur non eſſe cōcedendam
ex ratione tradita per Sforz Odd. in
tract. de reſtitut. in integrum par. 1. q. 7. artic. 5.
num. 28. vbi hanc præcipuam quæſtionem attingit,
dicendo, quia pro carceratione priuata
detentus erat, non tamen publica, ſubſequitur,
quod ex culpa, & delicto proprio huiuſmodi
abſentia cauſatur, & proindè reſtitutione digna
non erit, per tex. in l. ſi cui in Prouincia, in princ.
ff. ex quib. cauſ. maior. & vltra prædicta ſi carceratus
vocetur ſuper tenore inſtrumenti, licet
non poſſit banniri, vt tenet Bald. in cap. 1. de pace
ten. verſ. quinto, adhuc tamen poterit comparere
per procuratorem. & ſi non compareret, efficeretur
contumax, vt ex Bart. in l. ſi, qui reus, ff de publ.
iud. tenet Scagl. in ritu 163. num. 23. idem Sforz.
eod. tract. q. 30. nu. 24. nihilominus contrariam
ſententiam ipſemet Sforz. Odd. loco ſupra relato
ſuſtinet ex tex. in l. ſuccurritur, ff. de in integ.
reſt. & l. vinculorum, & l. verum, ff. de verbor.
oblig. l. 2. C. ex quib. cauſ. mai. vbi Doct. Bart. in
tract. de carcerat. num. 7. Gigas de penſ. q. 35.
num. 4. vbi Sforz. reſpondet primæ rationi in
cōtrarium adductæ, in tantum, prout ipſe ſubdit,
ampliando, num. 36. procedere etiam, vbi carceratus
tàm pro cauſa publica, quàm priuata impeditus
eſſet, & ab aliquo Iudice ad aliquem
actum, vel ſententiam citaretur, & ipſe Iudex
ſciret, quod ipſe carceratus impeditus eſſet, non
ſolum contra illum actum reſtituitur, ſed imò ſi
eſſet nullus ipſo iure, ſin autem neſciret Iudex
tale impedimentum, licet actus teneret, ſed ope
reſtitutionis reſcinderetur, erit concedenda, vt
poſt Bart. Paul. Caſtr. in l. 2. C. ex quib. cauſ. maior.
vbi dat cautelam carcerato, vt Iudici notificari
faceret carcerationem, quia ſi hoc non obſtante
vlterius proceſſerit Iudex, actus erit ipſo
iure nullus, ex Paul. Caſtr. Alex. & alijs in l. 2. ff.
ſi quis caut. Ideò cum fuiſſet prolata ſententia
per S.C. contra Ioan. Venerem carceratum pro
cauſa criminali, & fuiſſet petita, ac conceſſa reſtitutio
in integrum aduerſus talem ſentētiam per
Spectab. Præſidem S. C. inde facta relatione
in eo fuit reuocata ſententia prædicta, ex dicto
capite indefenſionis ob carceratione prædictam,
vt patet ex actis in Banca Martini.

Reſtitutio accepti ab aliquo promittente aliquid
facturum, ſi facto ſuperioris fortè non fuerit cōpletum,
& poteſtatus fuiſſet de intereſſe contra
dantem, an erit facienda, vel prius audiri, nulla
facta reſtitutione accepti, prout contingit difficultari
in M. g Cur. & S.C. in cauſa Dominici
Vecchi cum V.I.D. Franciſco de Perris Neap.
adeò cum ipſe Franciſcus vellet volumen Conſiliorum
imprimi facere, ſoluit certam quantitatem
pecuniarum eidem Dominico, vt intra certum
tempus imprimi illud faceret, & elapſo tēpore
non aliter ſubſequuta impreſſione teneretur
acceptam pecuniam ſolutam reſtituere ſine
aliqua exceptione, prout apparebat ex apoca Bicaria
concepta, contingit ex facto Curiæ Archiepiſcopalis
fuiſſe impreſſionem impeditam, ob
quod ipſe Dominicus ſe proteſtauerat in M. C.
de omnibus damnis, & intereſſe aduerſus d. Frāciſcum,
cum per ipſum non ſteterat, quominus
opus inceptum imprimi proſequi, ſed facto Superioris
impedimentum proceſſerat, quod ſiquidem
fortuitus caſus reputabatur, & propterea
ipſi imputari non poterat, ad tex. in l. Lucius, ff.
de euict. quocirca dum fuiſſet terminus in cauſa
impartitus per cauſæ Commiſſariū, ſentiens ſe
grauatum ipſe Franciſcus appellauit ad S. C. &
obtinuit verbum fieri in eo, ex eo, quia iam ſoluerat
d. quantitatem conditionaliter, vt intra
certum tempus Dominicus complere deberet
impreſſionem voluminis conſiliorum, quo ſiquidem
elapſo, & non peracta impreſſione tenebatur
ad reſtitutionē accepti abſq; alia exceptione,
& propterea audiri non debuerat, niſi prius
facta reſtitutione accepti, quod quidem fundari
videtur ex textu in cap. ex parte, il 2. de offic. deleg.
vbi refertur, formam ſtatutam in reſcriptis
ſeruandam fore, &. licet rationabiles exceptiones
admittendas eſſe manderur, excipitur tamen,
quoties expreſsè fuerint exceptiones omnes prohibitæ,
ibi niſi exprimatur in literis noſtris, quod
nullæ debeant exceptiones admitti, &c. vbi Abb.
nu. 4. notat, quod Princeps poteſt tollere omnes

Digitized by Google

exceptiones per ſuum reſcriptum, & in ſeq. n. 10. cenſuit eo caſu, quod nullæ ſunt partes Iudicis, niſi in exequendo pactum, ibique Felin. ex mente Imol. ſub num. 18. verſ. & tūc bene, inquit, ad hoc propoſitum, quod ſi ſtatutum dicret, quod ſententia mittatur exequutioni, omni exceptione reiecta, tunc fiet exequutio: quia tunc non eſt inconueniens, quod audiatur iſte reus poſt exequutionem, per tex. in Clement. 1. de re iudic. ita pariter dicendum erat in conuentione inita inter d. partes, vt reſtitutio accepti fieri debeat, abſque alia exceptione, prout erat caſus præmiſſus, nam tunc debitor, qui non poteſt ſe tueri exceptione, defenſione, vel officio Iudicis, opus eſt, vt ſoluat, & poſtea ſolutum repetat, vt ex Bart. in l. 1. §. & pauli, num 9. ff. quod vi, aut clam, & Cumia in cap. 11. n. 6. notat Graſſ. de except. in except. 21. num. 28. Sicque facta relatione die 20. Decembris 1635. in S.C. in aula Conſiliar. Petri Antonij Carauitæ per Iudicem Io. Baptiſtam Muſceptulam, fuit per idem S.C. remittendo cauſam eidem M.C. ordinarium, vt prouideret, non eſſe procedendum, niſi facto prius depoſito quantitatis ſolutæ, penès Secretarium in Banca Auerſanæ.

Reſtitutio in integrum concedi an debeat minori in lite incępta per eius patrem tempore, quo erat minor, nec aliter petita infra tempus quadriennij poſt concluſum in cauſa à tēpore, quo maior effectus fuerat, eoque impenſius data ſcientia Iuris prædictæ, his omnibus hinc inde diſcuſſis fertur fuiſſe iudicatum pro Principe Tarſiæ exhibitis prius articulis, ita Conſil. Marcell. Marcian. conſil 45. Princeps.

Reſtitutio, quæ datur minori competit tàm in contractibus, quàm in iudicio, licet ceſſet in his, quæ ſunt modici præiudicij, & ita iudicatū per R.C. aſſerit Conſiliar. Marcell. Marcian. conſil. 45. num. 16.

Reſtitutio feudi venditi cum fructibus facienda venditori, & pretij cum intereſſe emptori, intelligenda erit, ſi venditor alienationem renocauerit, ſecus in emptore, prout iudicatum fuiſſe in cauſa Ill. Principis Hoſtiliani cum Marchione Cotari in venditione Terræ Caiuani teſtatur Conſil. Marcell. Marcian. conſil. 49. cauſa hæc ſub num. 12. verſ. vlt. dicit.

Reſtitutio, ſeù compenſatio fructuum facienda in vēditione feudi reſoluta per reuocationē vigore Conſt. Conſtitutionem an comprehendat prouentus, vt de illis ratio habeatur, deciſum fuit negatiuè per S.C. inter cætera in cauſa Duciſſæ S. Agathæ, vt refert Cōſil. Marcell. Marcian. cōſil. 49. in cauſa, ibi in fine verſ. fuerunt deciſi.

Reſtitutio in integrum concedi an debeat aduerſus ſententiam latam per S.C. ad inſtantiam alicuius Vniuerſitatis prætextū læſionis tùm circa ordinem prætermiſſum in prolatione ſententiæ, tùm quoque circa iuſtitiam cauſæ principalis, quemadmodum euenit diſcutiendum in S.C. in cauſa Vniuerſitatis Caſtri maris de Stabia cum Sereniſſimo Duce Parmæ illius vtile Domino, dum prætenderat eadem Vniuerſitas ex d. ſententia lata in beneficium d. Domini, qua mandabatur, licitum eſſe eidem Sereniſſimo Duci exigere vnam quinquinam pro qualibet vegete, iuxta formam prouiſionum Ill. Card. Granuelæ, dummodo non exigat amplius vnam vegetem à qualibet apotheca, eſſe enormiſſimè læſam, ex quo nouum vectigal imponebatur, ex rationibus adductis pro vtraque parte in verbo taxatio, hæc quoad iuſtitiam cauſæ, quantum verò ad læſionē obſeruatam in ordine procedendi, dicebatur primo, ex quo iſthæc cauſæ expeditio tractabatur coram quindecim Iudicibus, ideſt, iunctis duabus aulis plenis, quæ decem conſiliarios cōtinebant, & incluſo Præſide erant vndecim iudicantes, verum quia expediri debuerat in Collat. Conſil. vbi aderant quatuor Regentes, & ſic erāt quindecim iudicantes, quanquam poſtea ſublatum fuerat de ordine Suæ Excellentiæ Collater. Conſil. nihilominus remanſerant duæ aulæ, adeò cum fuiſſet diſcuſſa, & adæquata coram dictis decem Conſiliarijs duarum aularum iam informatis, inde fuit votata à quinque Conſiliarijs, cæteris abſentibus, ea propter ſi conſiderentur ipſi Conſiliarij vti Iudices delegati, iuxta opinionem Carau. in titu 165. num. 28. quem ſequutus eſt Reg. Rouit. in prag. 2. num. 24. de iuriſd. non turb. & in pragmat. 1. num. 3. de cauſ. deciden. & tunc de iure diſpoſitum eſt, quod vnus ſine alio procedere non poteſt, ad tex. in cap. cauſam matrimonij, de offic. deleg. cap prudentiam, §. 1. eod. tit. cap. veniens, vbi Gloſ. verbo duo, de renunc. notat Vant. de nullit. rub. de nullit. & def. Iuriſd. ſub num. 176. verſ. de pluribus Iudicibus, Maranc. in eius ſpeculo, in 4. p. diſt. 5. num. 31. & cōſequenter illam determinare, ad tex. in l. duo ex tribus, ff. de re iudic. ibi quippe omnes Iudices iudicare iuſſi ſunt, vbi Doct. Berard. Vurmſer. pract. obſeru. forenſ. tit. de iudic. deciſ. 15 ſin autem tales Regij Conſiliarij dicantur Iudices ordinarij, iuxta aliquorum opinionem. Et hoc ſanè intelligendum erit iuxta traditionem Reg. Rouiti in rub. de offic. S.C. quem ſequutus eſt Iul. Cæſ. Gallupp. in ſua recentiſſima praxi eiuſdem S.C. p. 1. cap. 2. num. 38. nempè quod Regij Conſiliarij, licet ſinguli et ſinguli, non ſint Iudices ordinarij, ſed delegati, tamen ſimul congregati, quo caſu conſtituūt Sacr. Conſil. habent iuriſdictionem ordinariam, & tunc ſi fuerint plures Iudices, omnes debent eſſe ſimul tempore, quo fertur ſententia, & omnes pronunciare, nec ſufficit, quod vnus nomine alterius abſentis pronunciet, etiam ſi abſens, & poſt ratificaſſet, ad tex. in cap. cum ab vno, de ſent. & re iudic. notat Vant. in d. tract. rub. de nullit. ex def. iuriſd. &c. num. 182. Secūdò dicebatur ex parte ipſius Vniuerſitatis, dum cauſa fuerat expedita per Reg. tunc Conſil. Carolum Tapiam, qui non erat Cōmiſſarius illius, ſed Conſil. Felix de Ianuario vti ſucceſſor Regij tunc Conſil. Petri Pauli Theodori tēpore, quo exiſtebat in hac aula antequam tranſiret, vti caput alterius aulæ, & quod magis vigebat, præfatus Conſil. de Ianuario non votauerat, cui poſtea fuit commiſſa cauſa ad eum ſpectans, vti ſucceſſorē cauſæ Commiſſarij, qui eſt eadem perſona cum prædeceſſore reſpectu officij, Carau. in titu 310. nu 4. Milanenſ. dec. 2. lib. 1. num. 27. quos probaui in voto 1. num. 8. cæterum in alijs exigitur ſpecialis commiſſio, ſiuè delegatio, vt in cauſis procedant, quod con-

tingi ſolet ob impedimenta Iudicis Commiſſarij ex cauſa abſentiæ, infirmitatis, aut ſuſpitionis. Et tandem ad relattionem Reg. tunc Conſ. Fœlicis de Ianuario Marchionis S. Maximi, iunctis Dominis duarum Aulatum die 19. Decembris 1614. deciſum fuit, eſſe deferẽdum petitæ reſtitutioni in integrum, vt paret ex actis in Banca de Fęlice, vt percepi ex voto manuſcripto Reg. Conſ. Io. Baptiſtæ Melioris ſuper allegationibus eiuſdem Ciuitatis adnotato.

Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum fataliũ concedi an debeat ſeni, videtur negandum, ex eo quia ſenes non includũtur inter perſonas illas, quæ potiuntur priuilegio reſtitutionum, de quibus in Conſt. Minorum iura, & Conſt. Obſcuritatẽm, neque pariter ſenex iuuari poſſet beneficio reſtitutionis à iure cõceſſo maioribus, de quo extat titulus ff. ex quibus cauſ. maior. poſtquam tale beneficiũ principaliter cõceditur ex cauſa abſentiæ ipſis maioribus, vt notat Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 5. art. 2. in princ. Sed verius ſi ſenes connumerentur inter miſerabiles perſonas, quemadmodum ex multis probat nouiſſimè Nouar. in tract. ſeù praxi de elect. & variat. fori, ſect. 2. quæſt. 20. in princ. aliter dicendum erit, & ob id multa commoda ibique Nouar. ſectatur, ſatis ſenibus conceſſa de iure, ex quibus ſubleuari cernuntur, ſed melius ad rem noſtram prolixius ex multis rationibus prædictus Sfort. Oddus eodem tract. d. part. 1. quæſt. 3. artic. 3. probat, reſtitutionem ſenibus eſſe concedendam, ſicutè minoribus conceditur, etenim quia ſenes repueſcere videntur, vltra quod ſi in delictis eorũ reſtitutiones admittuntur, multo fortius in iudicijs admitti debent. Quocirca facta relatione in S.R.C. per Regium Conſiliarium benemeritũ Thomam de Franchis die 15. Iunij 1637. deciſum fuit, eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, in cauſa Iacobi de Florio cum Hieronymo de Peñ a, in Banca Strinæ.

Reſtitutio in integrum an cõcedi debeat minori aduerſus ſententiam latam ſuper reſtitutione poſſeſſionis rei ſtabilis in commiſſum inciſæ, & conſignatæ creditori emphyteuſis domino ob cenſus non ſolutos, accidit pręteritis annis de hoc altercari in Sacro Conſilio in cauſa Alphonſi Cimini cum Ioſeph. Merca emphyteuta, qui cum fuiſſet conuentus à dicto Alphonſo ſuper deuolutione domus in emphyteuſim conceſſæ in anno 1603. ob cenſus non ſolutos per plures annos à tempore conceſſionis factæ in anno 1574. & cum obtinuiſſet ſententiam deuolutionis, & condẽnatus dictus Ioſeph ad relaxandum domum vna cum decurſis cenſibus, die 18. Maij 1605. ad relationem Reg. Conſ. Iulij Palermi, cum clauſula, quod ſi infra duos menſes ſolueret cenſus, ſuperſederetur in exequutione dictæ ſententiæ, licet poſtmodum per aliud decretum fuiſſet iuſſum pro exequutione dictæ ſẽtẽtiæ, & decretorũ, vt conſignaretur poſſeſſio domus eidem Alphõſo die 13. Ianuarij 1606. & capta poſſeſſione die ſequenti, fuit ex parte ipſius Ioſeph. factum depoſitum dictorũ cenſuũ de menſe Martij eiuſdem anni, & ſic poſt duos mẽſes, quo facto fuit reſtituta poſſeſſio eidem Ioſepho præuio decreto Sacr. Conſ. cuius tenor erat videlicet, die 7. Iunij 1617. facto verbo in S.R.C. per Reg. Conſ Io. Baptiſtam Meliorem, &c. decreto Sacr. Conſ. prouiſum eſt, quod reſtituatur poſſeſſio domus in actis deductæ illis de Merca, & fructus medio tempore percepti compẽſentur cum cenſibus debitis per dictum de Merca, & depoſita in actis præſentata reſtituantur prædictis de Merca, hoc ſuum &c. penès Secretariũ, in Banca nũc Strinæ, alias Iadoniſij, à quo decreto cum reclamaſſet prædictus Alphonſus etiam per viã reſtitutionis in integrũ, fuit ſuper hoc interpoſitum aliud decretum huiuſmodi videlicet, decreto Sacr. Conſ. prouiſum eſt, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, & proinde decretum latum per idem Sac. Conſ. ſub die 7. Iunij 1617. debitæ exequutioni demandetur, nec non committatur appretium meliorationum tantum, quæ prætẽduntur factæ per illos de Cimino pro tẽpore, quo poſſiderunt, hoc ſuũ &c. & è contra exiſtenre conuento minore, qui etiam per viam reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam deuolutionis domus ob cenſus non ſolutos petijt, & fuit iam conceſſa per Sacrum Conſilium præuio decreto interpoſito die 29. Nouẽbris 1638. ad relationem Reg. Conſ. Scipionis Theodori, & dictum, eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, & proinde reſtituatur poſſeſſio domus cum furno eidem Ill. Principi Acayæ nomine vt in actis, ſolutis prius cenſibus vna cum expenſis etiam in futurum, penès Secretarium, in Banca Decij Romani, in cauſa eiuſdem Ill. Principis patris, & Adminiſtratoris D. Ioſephi de Tocco cum Hieronymo de Angriſano V. I. D. ſub tutela Petri de Philippo V. I. D. & Aduocati Neapolitani perſpicaciſſimi, de qua ſupra eodem verbo morę purgatio, & infra in verbo reſtiturio poſſeſſionis, vbi probatum extitit, ſemper moram purgari poſſe ex æquitate canonica, quã ſectatur S.C. quod æquitatem perſpicere ſolet, hinc notabiliter Elbert. Leonin. in ſua decade votorum cameralium, voto 4. num. 11. dixit hæc verba videlicet, adeòque Iudex in dubio inclinare debet in ſententiam mitiorem, per quam delictum caducitatis, & pœna priuationis euiretur, præſertim in Conſiſtorio Principis, vbi omiſſo rigore ſecundum æquitatem iudicandum eſt, Clarus in d. § emphyteuſis, quęſt. 8. num. 15. & quæſt. 49. n. 4. & 7. hæc ille. Et amplius quando rius partis nõ eſſet factum deterius, purgatio moræ proculdubio ſemper ex æquitate canonica concederetur, cap. apud miſericordes 32. quæſt. 1. cum alijs allegatis à Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſp. 5. cap. vnic. nu. 195. vbi ita iudicatum Romæ retulit, & in deciſ. 281. num. 11. & ſeq. & deciſ. 282. num. 8. latiſſimè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 708. à num. 18. ad 26. Paul. Duran. deciſ. Roman. 270. num. 9. & 10. vbi ita iudicatum Romæ tradit tom. 2. Mandell. conſ. 690. num. 8.

Reſti-

Reſtitutio poſſeſſionis rei ſtabilis in commiſsũ inciſæ ob canones nõ ſolutos per emphyteutam, ſic per ſententiam declaratum, vt etiam intra certũ tempus ſoluere deberet canones, alias conſignaretur poſſeſſio domino, ſi extra dictum tempus depoſuerit tantum pœnam caducitatis, & non canones debitos, poſt tamen captam poſſeſſionem dictæ rei ſtabilis, ſicuti in dubium reuocari contingit in Sacro Conſilio in cauſa Montis de Manſo cũ nonnullis Cenſuarijs, & præſertim cum Marino de Ayello, qui cum fuiſſet conuentus in S. C. ad incurſam caducitatem cuiuſdam ruris ob canones non ſolutos in anno 1626. & inde prolata ſententia ad relationem Regij tunc Conſil. Fœlicis de Ianuario Marchionis Sãcti Maximi, per quam fuit condemnatus ad relaxationẽ dicti iuris ex cauſa prædicta, cũ clauſula, quod ſi infra tres menſes ſoluiſſet cenſus decurſos, ſuperſederetur in exequutione dictæ ſententiæ latæ die 17. Martij 1629. & quia non aliter dictus emphyteuta paruit ſentẽtiæ non ſoluendo cenſus, fuit poſſeſſio ruris conſignata eidem Monti, quanquam lapſo tempore præfixo poſt capturam poſſeſſionis depoſitum feciſſet, replicabatur ex parte dicti Montis, quod tempora non largiebantur, & videbatur hoc eſſe iuri conſonum, tum inſpecta eius diſpoſitione, qua mandatur, per lapsũ triennij ſolutionis non factæ, rem incidiſſe in commiſſum, ad text. in l. 3. C. de iure emphyt. Afflict. deciſ. 174. ideo tempore legis elapſo nõ admittitur purgatio moræ, Andr. Gayll. pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 19. nu. 11. Bardell. conſil. 116. num. 4. vol. 2. quia vbi agitur de pœna legali ſemper conceditur, dummodo ante ſẽtentiam, & iudicialẽ moleſtiam, Bardell. conſ. 151. num. 14. tom. 2. Imò & poſt ſententiam, vt alias deciſum per S. C. tradit Hodierna ad Surdum deciſ. 29. nu. 8. eum ſequitur Barbat. in tract. de diuiſ. fructuum, par. 2. cap. 13. nu. 16. ſed in termino conceſſo in ea, quia ſic mora cauſatur ex lapſu diei legalis, ſicuti ex lapſu diei ab homine appoſiti, Bardell. conſ. 199. nu. 100. tom. 2. ita & purgatio, tum etiam ob conceſſionẽ termini purgandi moram præfixi in ſententia, quæ amplius purgari non poterat, nam mora inducitur per ſententiam, Surdus deciſ. 179. nu. 3. Sed purgatio illius admittitur in termino præfixo, & ſic re integra, Hieron. de Laur. deciſ. Auen. 143. nu. 10. Bardell. conſ. 130. num. 2. quo elapſo non erit locus purgationi, & amplius, quia iam fuerat rus exequutum, & in poſſeſſionem domini translatum per capturam poſſeſſionis illius, & hoc caſu purgatio moræ non admittitur poſt exequutionem, & tranſlationẽ dominij illius, ex text. in l. qui ob rem ff. de cond. indeb. vbi Bald. notat, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 708. nu. 49. Sed ijs non obſtantibus contrarium cum fuiſſet ordinatum per eundem cauſæ Commiſſariũ, vt reſtitueretur poſſeſſio, fuit ex parte einſdẽ Montis appellatum, & obtentum, verbũ fieri in Sacro Conſilio, quo facto die 14. Nouembris 1634. per Reg. Conſ. Petrum Antonium Carauitam, & dictum, quod reſtitueretur poſſeſſio maſſariæ eidem Monti de Manſo, verũ ſi infra duos mẽſes poſt captam poſſeſſionem hæredes eiuſdem Marini de Ayello ſoluerent ducatos bis centum, eiſdem reſtitueretur poſſeſſio, ſtante volũtate Ill. Marchionis de Manſo, quinimò poſt captam poſſeſſionem per dictum Montem ipſi hæredes fecerunt depoſitum ducatorum bis centum, & per aliud decretum dictũ, ſtante depoſito reſtituatur poſſeſſio illis de Ayello, vt ex actis in Banca Izzi, nunc Iadoniſij, quod ſiquidẽ proceſſerat potius ex æquitate, quam ex rigore iuris, vt fuit probatũ ſupra in verbo moræ purgatio, poſtquam Sacr. Conſ. poteſt ſecundum veritatem, & naturalem æquitatem procedere, Reg. Lanar. conſ. 79. num. 11. & ita ſequendo æquitatem canonicam, qua cautum refertur, ſemper potuiſſe moram purgari, vt ex pluribus notat Bonacoſſ. in tract. de æquitate canonica, concluſ. 9. Hieron. de Laurent. deciſ. Auen. 143. nu. 10. Borgn. deciſ. 38. num. 22. part. 3. & deciſ. 37. num. 8. part. 2. Bardell. conſ. 160. num. 7. vol. 2. nam purgatio moræ ſuper æquitate fundatur, ex Iaſ. in l. 2. num. 75. & 80. C. de iure emphyt. Vueſembec. conſ. 61. num. 15. tom. 2. Sed poſt hæc in eadẽ cauſa contingit appellari ex parte ipſius Montis, ex eo quia dicti ducati bis centum debebantur pro pœna caducitatis incurſæ, & ita Marchio declarauerat vltra cenſus præteritos, & pro noua conceſſione faciẽda, quare iterum facto verbo in eodem Sacro Conſilio die 2. Martij 1635. ad relationẽ eiuſdem Reg. Conſil. Carauitæ, fuit dictum, quod vltra prædictos ducatos 200. contentos in decreto S.C. lato die 14. Nouẽbris 1634. conuẽti de Ayello ſoluãt Monti de Manſo cenſus decurſos, vt patet ex dictis actis fol. 407. à ter. & licet hęc omnia ſupra relata procedere videãtur, quando non eſſet renunciatum moræ, cui renunciari non dubitatur, l. ſancimus, §. ſed quidẽ, C. de fideiuſſ. Galler. in tract. de renunc. in renunc. 183. nu. 2. tom. 2. Cæterum vbi fuerit renunciatum moræ, non eſſet locus purgationi, vt ex multis probat etiam Statil. Paciſ. de Saluian. interd. inſpect. 5. cap. vnico, numer. 198.

Reſtitutio iocalium donatorum per ſponſum ſponſæ ante contractum matrimoniũ in domo ſponſæ, an erit facienda diſſoluto matrimonio, vt nouiſſimè contingit altercari in Sacro Conſilio in cauſa Iſabellæ Cacace, petentis reſtitutionem dotium ab hæredibus quondã Placidi Cacace, quæ inde fuit ab eiſdem reconuenta ſuper reſtitutione iocalium donatorum per dictum quondam eius virum valoris ducatorum 700. vnde dicebatur ex ſui parte, nullatenus teneri ad reſtitutionem prædictam: Primò, quia vbi donantur iocalia ante matrimoniũ contractum per verba de præſenti ante deſponſationem, vt in caſu iſto, licet ſint pretioſa, acquiruntur ſponſæ, Afflict. deciſ. 315. num. 7. in ſpecie Conſil. Georg. allegat. 45. num. 30. Borrell. in eius ſumma deciſ. tit. 9. lib. 3. num. 90. & tom. 3. tit. 5. num. 90. Fontanell. de pact. dotal. clauſ. 7. part. 6. gloſ. 3. n. 65. & 66. Secũdò, vbi adeſt conſuetudo donan-

di, tunc acquiruntur donatariæ, Sanchez de matrim. lib.6.diſput.76.num.13. verſ.ſecundo limita, Afflict.ibi.nu.11. Loffred.conſ.42.nu.6. Capyc. ad Conſuet. Si qua moriens, num.41. Bortell.ibi, num.81. & ſunt redactę ad neceſſitatem hæ donationes, Præſ. de Franch. deciſ.513. in terminis hodiernis ibi num.5. plu-ries deciſum retuli in 2.part.noſtri compendij verbo pecunia, fol.498. Tertiò, vbi iocalia donantur ſponſæ à ſponſo in eius domo, antequam traducatur ad domum viri, ei quæruntur irreuocabiliter, etiam ſi à conſanguineis donatentur, Molfeſ.ad Conſuet.Neap. tom.2. part.6. quæſt.7.nu.17. Iudex Taſſon. in obſeruat.ſuper pragmat.de antefato, verſ.6.obſer.1. nu.2. Aluarad.de coniect.mente defunct.lib.3. cap.1. num.12. Gomeſ. in l.50. Tauri, num.67. verſ.ex quibus, Præſ.de Franch. dec.503. n.18. Azeued. lib.5. tit.2. l.4. num.17. nouæ recopilationis, Lopez in cap.per veſtras, rub.4.& ſic paſſim iudicatur, Reg.Rouit. deciſ.12.num.4. vt quoque dixi in 1.part.fol.167. Quartò, quia iocalia conueniunt vxori etiam ad vſum quotidianum, & ideo non repetuntur, etiam ſi eſſent donata in domo viri, Afflict. deciſ. 315. num.14. Surd. d.deciſ.166, nu.8.& 19. Auend. de exequend.mandat. lib.1.cap.15.ſub num.5. verſ.ſi vero, Caſtill.deciſ.Sicil.93, num.10.lib.1. & ita fuit iudicatum per Sacrum Conſilium ad relationem Regij Conſiliarij D. Franciſci Sanij die 20.Decembris 1636. etenim fuit abſoluta dicta Iſabella ab impetitis reſpectu dictorum iocalium, quamuis dos fuiſſet ducatorum 3500. in Banca Iacobi Figliolæ.

Reſtitutio in integrum concedi an debeat ex ſcripturis de nouo repertis, Anna in ſing.603. incipit in cauſa allegat Paul. de Caſtro in conſ. 325. ſed eſt conſ.257. vt aduertit Conſil. Anna filius in addit. vbi addit Curt. Iun. Boer. & Sforz. Oddum, quamuis aſſerat, non fuiſſe articulum deciſum, ſed concludat cum opinione affirmatiua, tādem ſic deciſum in Sac.Conſ.in cauſa Vincentij Sageſe, & ſucceſſiuè Venet. Monaſterij Montis Virginis cum Scipione, & Franciſco Cioffo die 12. Iunij 1615. in Banca de Amico, idemque etiam deciſum fuit in cauſa Ill. Principiſſæ Scillæ Ruffæ cum alia Principiſſa Scillæ de Aquauiua in Banca Cioffi, quibus addo Carroc. in tract.de remed. cōtra præiudic.ſent. in 49. except.per totam, Muſcatel. in praxi S.C. lib.2. p.3. Gloſ.fuerint, num.20.& 21.

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam latam prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, an etiam concedi debeat quando ſcripturæ repertæ per hæredem haberent aliquas exceptiones, videbatur affirmandum ex generali regula à Doct. relata in præcedenti verbo reſtitutio, quāquam in contrarium erit inclinandum, ſicuti quando reus agere noluit, ſed agentem repellere per exceptionem, reſtitutio in integrum denegabitur, ita ex Ripa notat Sforz. Odd. de reſtit. in integrum, p.2. quæſt.73. num.55. ita producendo ſcripturas habentes in ſe exceptiones: quia non videntur eſſe liquidæ, reſtitutio ipſa ceſſaret, quemadmodum in ſimili concludit Carau. in ritu 166. num.52.& 53. ſi citatus ſuper tenore inſtrumenti petierit in integrum reſtitutionem ex aliqua cauſa, an debeat audiri, & diſcuſſo hinc inde articulo ſub diſtinctione concludit, quod ſi de ipſa exceptione poterit ſtatim, & in ipſo inſtanti conſtare, procederet opinio Grauin. Carau. Imol. & Barz. aut conſtare non poterit, quia requireret altiorem indaginem, ſecus eſſet, hinc eſt, quod ſi ſtatutum reijceret omnes exceptiones, nunquam intelligeretur reiecta exceptio notoria, & manifeſta, vt latius proſequitur Carol. de Graſſ. de except. in 5. except. quod idem erit attendendum in ſcripturis producendis vigore reſtitutionis in integrum, quia debent eſſe liquidę, & de iure validę, nullam exceptionem patientes, ſicuti quando ſtatutum præberet inſtrumentis exequutionem, intelligeretur de liquidis, Carau. in ritu 167. num.4. fortificatur quoque ex alia concluſione à Doct. relata, nempe quod quēadmodum reſtitutio concedatur ex cauſa inſtrumenti nouiter reperti, vt per Carroc. in tract. de remed. contra præiud ſent. in except.49. nu.123. adhuctamen num.128. ex Capyc. dec.62. & Syl. conſ.19. num.1. lib.1. non procederet, quando talis reſtitutio peteretur ad reprobandos alios teſtes in cauſa examinatos, ita pariter ſi contra eoſdem teſtes exceptio aliqua reſultaret, ex qua altiori indagine opus erit. Sicque per S.R.C. ad relationem Regij Conſil. Marcelli Marciani die 15. Februarij 1634. fuit deciſum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum in cauſa Beatricis de Iuliano, cum Ill. Duce Teleſiæ in Banca Romani pro Sarro, & iterum in cauſa Ill. D. Annæ Carafa Principiſſæ Hoſtiliani, cum N. in eadem Banca.

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam aſſiſtentiæ an competat litigatori priuilegiato, quēadmodum ex facto iam occurſo incidit difficultati, poſtquam Nicolaus della Roſſa dum conſequi deberet ab Vniuerſitate Auellini ex reſto maioris ſummæ ducatos 350. dependentes ex pretio frumenti iam liquidati ad rationem carolenorum viginti duorum pro tumulo in anno 1622. & cum fuiſſet iam ſatisfactus ab ipſa Vniuerſitate per intermediam perſonam Equitis Modeſtini de Angelis, illius olim Sindici debitoris pro adminiſtratione Sindicatus prędicti vigore literarum ſignificatorialium contra ipſum expeditarum, præcedente ordine Officialium ipſius, non obſtante quod per Regiam Pragmaticam eiuſdem anni fuiſſet liquidatum pretium minus, delegando dictum nomen debitoris, qui illico ſoluerat ducatos centum in contantis, hoc eſt ducatos quinquaginta in computum intereſſe à die moræ, & impenſarum in iudicio, & extra occurſarū, & alios ducatos quinquaginta in computum ducatorum 350. pro reliquis vero ducatis 300. vendidit annuos ducatos 27. ad rationem nouem pro centenario, vt ex inſtrumento deſuper celebrato, & dum in humanis eſſet correſpondit ſoluendo tertias d. annuorum ducatorum 27. eidem Nicolao, & poſt illius obitum ceſſantibus eius hæredibus continuare ſolutionem, fuit coactus d. Nicolaus contractum reſcindere, & aſſiſtentiam petere ſuper bonis in iudicio deductis tā pro capitale, quàm pro intereſſe decurſo, ſicut in effectu prolata

ſen-

ſententia aſſiſtētiç obtinuit prouiſiones pro adiudicatione, præſtita cautione quoad caput adiudicationis in caſu reſtitutionis virtute alterius decreti deſuper interpoſiti, comparente poſtmodum Criſpina Roſſa matre, & tutrice hæredum d.q. Modeſtini petendo audiri etiam per viam reſtitutionis in integrum aduerſus tale decretum aſſiſtentiæ præſtitæ, ſub prætextu, quod pretium frumenti erat alteratum contra formam d. Regiæ Pragmaticæ anni 1622. quæ liquidauerat frumentum ad rationem carolenorum decem, & octo pro tumulo frumēti, & obtinuit relationem fieri in S.C. & quamuis per Actorem prætenſum fuiſſet, procedi ad ea, quæ incumbunt ſuper d. petitione, non impedita exequutione, iam quod erat cœptū exequi, & ſuper d. reſtitutione in integrū erat terminus datus, nihilominus ad maiorem ſuæ iuſtitiæ fundamentum contentus remanſit, vt abſque termino procederetur ad deciſionem articuli, ſi deferendum eſſet petitæ reſtitutioni, vel non. Quare ex parte ipſius Criſpinæ, dicebatur, nulli dubiū eſſe, tàm ſibi, quàm nomine eius filiorum competere reſtitutionem in integrum tàm de iure communi, quàm etiam iure Regni, vt habetur in Conſt. Obſcuritatem, vbi Gloſ. & Affl. Et præſertim aduerſus ſententiam peculiare remedium eſt à iure conceſſum minoribus, ad tex. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic. vbi Doct. omnes. Imò aduerſus illius exequutionem, adeò ſi petatur ipſa reſtitutio aduerſus ſententiam Principis, adhuc impeditur exequutio, vt probat Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 29. de minor. & ſucceſſiuè aduerſus ſententiam S.C. idem in pragm. 5. num. 2. de offic. S.C. quanto magis aduerſus ſententiam M.C.V. latè Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. p. 3. gloſ. fuerint. Et quamuis reſtitutio ipſa quando impediat exequutionem ſufficiat, ſi opponeretur per viam exceptionis, verum quia in præſenti caſu iam ſententia mandata erat exequutioni, ideò quando ſententia demandata eſſet exequutioni tunc proponi debet per viam actionis, aliàs audiri nemo debet, Reg. Rouit. in d. pragm. 1. de minor. num. 31. & ſic obſeruatum refertur in caſu præſenti fuiſſe petitam reſtitutionem in integrum per viam actionis, & ſuper tali petitione conceſſus terminus iuris, vt dictum eſt ſupra. Nec propterea inquirendum erat, ſi ſententia aſſiſtentiæ eſſet vel alterius qualitatis, quoniam talis reſtitutio indifferenter conceditur priuilegiatis aduerſus quaſcūque ſententias prolatas. Ex aduerſo replicabatur, prouidendum fore, non aliter petitæ reſtitutioni deferendū eſſe, cuius Actoris partes fouendo Io. Baptiſta Penaſilicus V.I.D. ex pluribus hanc negatiuam ſententiam tuebatur, & primò, quia non poterat impugnari per d. hæredes conuentos inſtrumentum venditionis annuorū introituum, geſtum, & approbatum per defunctum principalem debitorem, qui dum vixerat ſoluerat tertias, & quamuis inde aliæ decurſæ fuiſſent vſque ad menſem Iulij 1632. nihilominus actor declarauerat, conſequi debere quinque annatas, quinimò actus iuratus per defunctum parit telem obligationem ciuilem contra eius hæredem, quod ei contrauenire non poſſit, ita Bald. conſ. 471. vol. 1. & conſ. 398. vol. eod. relatus à Io. Vinc. de Anna in alleg. 28. n. 15. ſecundò, quia pro fundamento reſtitutionis in integrum neceſſaria erit læſio, quæ ſiquidē reſtitutio vt cōcedatur, debet fundari læſio ex eiſdem actis, & ſit talis, vt non requirat altiorem indaginem, Reg. Rouit. in d. pragm. 1. num. 27. & potiſſimum minoribus nunquam conceditur, niſi læſio adeſſet, ad tex. in l. verum, §. ſciendum, ff. de minor. aduertit Minſyng. cent. 4. obſeru. 16. Muſcat. vbi ſup. num. 20. at in caſu, de quo agitur nulla læſio inerat, & quod verum ſit, fundabatur, quod non ſolum ipſi hæredes, ſed ſi eſſet principalis non poterát impugnare inſtrumentum cenſuale, nullam exceptionem eis cōcedendam eſſe probatur, quia ipſe debitor delegatus erat Vniuerſitatis ad ſoluendum ſummam ducatorum 1264. eidem Vniuerſitati debitam pro reſtanti pretio frumenti ad rationem carolenorū 22. pro tumulo eidem Nicolao, & vti debitor delegatus partem ſoluerat, & pro reſtanti ſe obligauerat, & conſtituit annuum reditum, vt ex inſtrumento, quinimò debitor delegatus nequit opponere exceptionem vllam, ad tex. in l. doli mali exceptio, ff. de nouat. Tertiò, quia dato, & non conceſſo, quod reo cōpeteret exceptio, veniret remittēda, at cū illi renunciatū fuiſſet ex obligatione, & ſtipulatione per eū facta poſtmodū in beneficium Nicolai actoris, cum debitor delegatus ſciens ſibi competere exceptionem videtur eam renunciare, & ignorans non poteſt excipere contra eam, cui facta eſt delegatio, nec poteſt euitare ſolutionem quantitatis, ad quam per delegationem ſe obligauit, ad tex. in l. ſi quis delegauerit, cum l. ſeq. vbi Bart. & cæteri, ff. de nouat. l. ſi citra, C. de cond. indeb. Reg. Rouit. in conſ. 75. nu. 8. tom. 1. Et ex his reſpondetur obiectioni Regiæ pragm. non exiſtente creditore d. Equitis Modeſtini, & ſucceſſiuè ipſis hæredibus pro pretio frumenti, ſed pro venditione annuorum introituum, nequit opponi de iure tertij. Denique quia eademmet oppoſitio fuit facta à reo prius, & antequam ageretur de ſolutione tertiarum, præſentando albaranum, ac apocam cambij pro fundamento alterationis pretij frumenti maius ſtabiliti in d. pragm. quod proponendo in aula S.C. tempore relationis cauſæ ad impediendum dictam ſolutionem tertiarum, non fuit talis exceptio admiſſa, ſed ab ea excluſus, dum fuerat per idem S.C. cauſa remiſſa ad eandem M.C. vt prouideret ſuper dicta ſolutione tertiarum, quæ per plura decreta etiam trāſacta in rem iudicatam fuit ordinatū, vt ſortiretur effectum, & ob defectum ſolutionis non factæ fuit proceſſum ad reſciſſionem contractus, ac præſtita aſſiſtentia, ſicque nulla exiſtente læſione nequit inſtrumentum impugnari amplius ex hoc capite, idcircò reſtitutioni locus non erit. Sed vltra prædicta articulum ipſum attingendo principaliter, ſi aduerſus ſententiā aſſiſtentiæ reſtitutio in integrum concedi debeat, reperi Modernum Horatium Barbatum in ſuo tract. de reſtitut. interd. ſuper prag. de aſſiſtentia, Gloſ. 1. nu. 44. in poſtrema editione hanc ſpecificè quæſtionē exaratē, & reſpondit, ex communi Doct. traditione eſſe certum, quod ſi ſententia fuerit cœpta exequi, nō impediretur exequutio ipſius per petitam reſti-

tutionem in integrũ, vt erit videre apud Maſtrill. deciſ. Sicil. 30. qui loquitur generaliter de qualibet ſentẽtia, quidquid voluerit tex. in l. 1. C. de in integr. reſtit. nam illum text. intelligũt DD. antequam fuerit cępta exequutio, & cępta diceretur, ſi fuerit tantũ petitum exequi, dummodo petitio hæc pręceſſerit petitam reſtitutionem in integrum, quemadmodum determinauit Rota Romana apud Gratian. deciſ. Marchiæ 172. nu. 1. in Addit. ſed verius, ac ſpecificè eundem articulum attingit Muſcat. in praxi Sacr. Conſ. lib. 1. part. 7. gloſ. condemnando, num. 110. & lib. 2. part. 1. gloſ. 1. nu. 163. & melius part. 3. gloſ. fuerint, nu. 43. expreſſim cenſuit, nullatenus concedendam eſſe reſtitutionem in integrum aduerſus decretum affirmatiuum, hoc eſt aſſiſtentiæ, & rationem reddit num. 44. ex Afflict. quia Regiæ Pragmaticæ, quæ dant exequutionem dictæ ſententiæ, non obſtante appellatione, ſolum excipiunt cauſam nullitatis, ex qua iubẽt, impediri exequutionem, ergo in alijs firma remanſit regula, vt non impediatur exequutio, vbi pro contraria opinione adduxit Præſ. de Franch. deciſ. 86. in fine, contrarium aſſerentem eſſe deciſum, cui ſe oppoſuit Sforz. Odd. ibi relatus, ac longè diſputando, ac defendendo articulũ ab impugnatione Oddi, demum nu. 54. cõcludit, quod ſẽper quod non ſit petita calumnioſè, concedi debeat, cæterum ceſſante læſione, prout erat caſus memoratus, vtique ceſſaret remedium reſtitutionis petitæ, aut quando fuerat cęptum exequi, vt ex Gratian. & Maſtrill. cum alijs probat Ill. Epiſc. Ricc. collect. 1182. part. 4. quos probat Iul. Cæſ. Gallupp. in praxi eiuſdem Sacr. Conſ. part. 3. cap. 6. nu. 25. & 26. vbi num. ſeq. allegat Conſ. Paſcal. de virib. patr. poteſt. part. 1. cap. 8. num. 148. vbi alios citat DD. hanc altercationem tractantes. Et tandem facta relatione in Sacr. Conſ. die 29. Martij 1634. per Iudicem illius benemeritum D. Ferdinandum Mexia fuit interpoſitum decretum videlicet. Per S.R.C. prouiſum eſt. nõ eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum pro parte hæredum Modeſtini de Angelis, ſaluis iuribus Vniuerſitati Auellini, ſi quæ ſpectant contra Nicolaum della Roſſa, hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Sixti Mag. Act.

Reſtitutio in integrum an cõpetat Monaſterio erigendo, de quo incidit altercari in cauſa Blanchæ Mariæ Turturellę cum hæredibus q. Franciſci de Ambroſio, in qua ſubintrauerunt Gubernatores Monaſterij erigẽdi à Frãciſco de Ambroſio relicti, decedente eius filia in pupillari ætate, ita ſucceſſo obitu ipſa Maria obtinuit legitimam ex bonis pupillæ, aduerſus tale decretum Gubernatores petierunt admitti etiam per viam reſtitutionis in integrum, quocirca ipſa Blancha Maria ſe tuebatur aduerſus eos inter cætera, quia Monaſterium non adhuc erat erectum, & non entium nullæ ſunt partes, L. eius, qui inſulam ff. ſi certũ petatur, in fin. inſuper quia Eccleſia nõ dum ædificata non habet priuilegia, quia talis Eccleſia ædificanda conſiſtere videtur in mente, vt conſiderat Afflict. in Conſtit. Poſt mundi, num. 1. & niſi fuerit ab Epiſcopo præordinata per Crucis ſigni impoſitionem, ac lapidis iactum, §. 1. Auth. de monac. & §. 1. Auth. vt nulli fab. orat. dom. non diceretur Eccleſia, alias etiam ſi fuerit conſtructa contra conſtitutionem diceretur ſpelũca, vt notat Gloſ. in d. §. 1. verbo ponens, Eccleſia, quæ non dum eſt ædificata, eſt nulla, Napod. in Cõſuet. Si Eccleſia, de iure cong. ſub num. 74. Ideo die 24. menſis Decembris 1639. facto verbo de prædictis in Sacro Conſilio per Mag. V.I.D. Iulium Maſtrillum Regium Conſiliariũ, & cauſæ Commiſſarium, decreto S.R.C. declaratum eſt, nõ eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum pro parte Gubernatorũ Monaſterij erigendi, hoc ſuum, &c. Iulius Maſtrillus, in Banca Iadoniſij.

Reſtitutio bonorum alieni relictorum quoad vſumfructum eius vita durante, cum conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, reſtitui debeant hæredibus inſtitutis, an ipſo decedente erit facienda prædictis hæredibus, dum abſque filijs deceſſerat legatarius, licet ex alia vxore, inde filios ſuſcepiſſet, ob quod videbatur, per natiuitatem illorum adimpletam fuiſſe conditionem, & conſequenter ius acquiſitum patri legatario potuiſſe tranſmittere, & ex hoc proprietatẽ eis quæſitam fuiſſe. Ex facti ſerie oſtendebatur Ioannam Cęuam Grimaldam in ſuo vltimo teſtamento inſtituiſſe hęredes vniuerſales Ioannem Antonium, & Ioannem Franciſcum Cæua Grimaldos fratres, & legaſſe Thomæ Carafæ eius viro huiuſmodi, videlicet. *Item per ogni meglior via, e raggione che mi è permeſſa, laſcio al detto Tomaſo Carrafa mio dilettiſſimo conſorte della ſumma, che poſſo diſponere delle mie doti docati 4500. delli quali detto Tomaſo ne ſia vſufrutuario ſua vita durante, e dopò ſua morte ſenza figli ſuccedano Gio Franciſco, e Gio. Antonio Grimaldi miei fratelli, loro heredi, e ſucceſſori pro æquali parte, & portione, verum ritornandoſi ad accaſare detto Tomaſo mio marito, al che l'eſorto, e facendo figli legitimi, e naturali, in tal caſo voglio, che in detti docati 4500. ſuccedano detti figli legitimi, e naturali naſcituri dal detto Tomaſo.* Decedẽte inde prędicto Thoma ſine filijs, cum antea cũ Panelope Caracciola ſecũda vxore filios procreaſſet, ex quo purificatum videbatur fideicommiſſum à Teſtatrice ordinatum in perſonam Ducis Teleſiæ, & Marchionis Petiecatelli filiorum, & hæredũ Io. Antonij, & Io. Franciſci, petierunt in S.C. cogi illius hæredes ad reſtituendum quantitatem prædictam vna cum intereſſe. Quamuis ex ipſorum conuentorum heredum deductum fuiſſet, & allegatum, conditionem illam, ſi filios procreaſſet fuiſſe adimpletam per natiuitatem illorum, & proinde potuiſſe dictos filios tranſmittere ad eorum patrem ſuperuiuentem ius acquiſitum ex diſpoſitione tex. in l. cum vxori, C. quando dies leg. ced. ibi, cum vxori vſusfructus fundi fuerit relictus, & eius proprietas, cum liberos habuerit, nato filio ſtatim proprietatis legati dies cedit, nec quid-

quid

Digitized by Google

quid obeſt, ſi is decedat, cum traditis per Spino in Specul. teſtam. gloſ. 24. tit. de legat. ſub cond. tec. fol. 241. num. 115. Inſuper ponderata illa dictione adiecta in legato (*delli quali voglio, chene ſia vſufruttuario ſua vita durante*) quod fuit legatario tantummodo relictus vſusfructus, poterant filij acquirere proprietatem, quæ interim ſtabat in ſuſpenſo, ex Menoch. de præſumpt. lib. 4. in præſumpt. 133. num. 12. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 821. vol. 5. Ex parte tamen ipſorum actorum fuerunt ſequentia allegata per Pomponium Campora I.C. Neapolit. Suppoſito ſiquidem axiomate communiter recepto, ſatis differre, an legatum incipiat à re aliqua, vel quantitate, & deinde addatur, quod de tali legato habeat legatarius vſumfructum tantum, & poſt mortem ſuccedant alij, cum tali caſu cenſeatur legata etiam proprietas inſimul cum vſufructu, verum proprietas ipſa affecta reſtitutioni per viam fideicommiſſi, an vero legatum incipiat ab vſufructu rei, vel quantitatis, in quo caſu dicitur tantummodo legatus vſusfructus formalis ſeparatus à proprietate, & proindè ſtatim purificata conditione cedat dies fideicommiſſi. Primus caſus fundatur ex diſpoſitione tex. in l. ſpecies, ff. de aur. & argent. leg. & in l. fin. ff. de vſuf. ear. rer. quæ vſu conſum. Quam concluſioné cõmuniter admittunt omnes Doct. in primis omnium Bart. in l. donationes, §. ſpecies, ff. de donat. & in l. libertis, libertibuſque meis, ff. de alim. & cib. leg. quem ſequuti ſunt Alexan. in conſ. 223. in fine lib. 2. Curt. Iun. conſil. 38. num. 3. Honded. conſ 69. num. 18. & 38. vol. 1. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 29. Peralt. in l Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, num. 7. ff de leg. 2. Caſtill. cæteros referens in tract. de vſufruct. q. 30. n. 16. & ex noſtratibus Io. Franc. de Ponte in conſ. 113. num. 8. vol 2. At verò quando legatum incipit ab vſufructu rei, nam quia dicitur legatus vſusfructus formalis, & ſic diſtinctus, ac ſeparatus à proprietate, nil mirum, ſi ſtatim purificato caſu natiuitatis filiorum cedat dies legati: quia proprietas ſtat interim in ſuſpenſo, in quo caſu procedit diſpoſitio tex. in l. cum vxori, C. quando dies leg. ced. ibi, cum vxori vſusfructus legatur fundi, & ex eis proprietas cum liberos habuerit, &c. & ſic ibi proprietas in ſuſpenſo quouſque naſcerẽtur filij & propterea poterant ipſi acquirere, nec erit expectanda mors grauati. Cumque in caſu noſtro legatum illud incipiat à quantitate, & non ab vſufructu rei, vt in verbis illis, *laſcio à Tomaſo Carrafa mio dilettiſſimo conſorte ducati* 4500. nec per verba illa, *delli quali ne ſia vſufruttuario*, reſtringantur, ſed potius ampliẽtur, vt proindè eidem legatario dicatur relicta proprietas inſimul cum vſufructu, vt ſup. fundauimus, erit neceſſariò affirmandum, cõditionem illam, *e facendo figli*, ac fideicommiſſum ab eadem teſtatrice ordinatum per illa verba, *ſuccedano in d. legato*, non potuiſſe in vita legatarij, ſed poſt eius mortem verificari, in quo enim tempore prædicti filij, qui antea obierant non poterant ſuccedere, & proindè nec tranſmittere ad patrem ius, nondum per eos acquiſitum. Ad quę inſurgit aduerſarius, & parum penetrato articulo dicit, noſtrum axioma eſſe limitandum, quotieſcunque diſponens vſus fuerit verbis illis, *ſia vſufruttuario ſua vita durante*, vt tali caſu legatarius ipſe ſit tãtummodo vſufructuarius, non proprietarius, ex Menoch. quem dicit, non fuiſſe à me obſeruatum lib. 4. præſumpt. 133. num. 12. & in ſeq. præſumpt. 134. num. 7. Sed pro concluſione à nobis firmata, quod iſtud legatum contineat proprietatem aduerto, quod idem Menoch. in ſup. cit. loco num. 10. poſt firmatum axioma, in legato iſto contineri etiam proprietatem ſub nu. 12. dicit deindè, quod per illa verba, *ſua vita durante*, videtur ipſi legatario relictus vſusfructus rei, ſed abſit dicere, tantum virum intellexiſse de vſufructu formali diſtincto à proprietate, cum detur etiam vſufructus caſualis annexus proprietati, & omnes Doctor. per eum allegati, & alij mox ſubijciendi expreſsè contradicunt, fateor tamen quod legatum tali modo conceptum, quod in ſe eſt perpetuum, & tranſmiſſibile ad hæredes extraneos legatarij per illa verba, *ſua vita durante*, efficiatur temporale, .ſ. quouſque vixerit legatarius, ex dec. Bart. in l. 4. ff de aliment. & cib. leg. & l. donationis ſpecies, ff. de donat. fundant, & firmant infraſcripti Doct. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 29. per infraſcripta verba, ſimili modo ſi teſtator legauit fundum ad vſum, & vſumfructum, intelligitur legaſſe proprietatẽ, l. ſpecies, ff. de aur. & arg. leg. l. donationes, § ſpecies, ff. de donat. & ibi Bart. qui hoc latius explicat in l. libertis, libertibuſq; meis, ff. de alim. & cib. leg. Alex. conſ. 223. in fine lib. 2. & conſ. 150. num. 1. vol. 7. Iaſ. in l. illud, num. 3. C. de leg. Soc. Iun. in conſ. 54. num. 15. vol 4. Cæphal. conſ. 399. num. 31. qui non facit differentiam, vtrum res ſit relicta ad vſumfructum, ſiuè ad vtendum, & fruendum, quia vtroque caſu intelligitur, relictum eſſe vſumfructum caſualem cum proprietate, & huiuſmodi legatum intelligitur eſſe perpetuum, & tranſmiſſibile ad hæredes, cum ipſa proprietas intelligatur etiam legata, vt ſentiunt omnes Doct. in ſup. citatis locis, & Alex. in conſ. 214. num. 12. vol. 6. Picus in l. Titia, §. Titia cum nuberet, ff. de leg. 2. quod ſanè eſt intelligendum, niſi ex alijs verbis, vel coniecturis appareat, teſtatorem voluiſſe legare ſolum vſumfructum, Soc. Sen. conſ. 102. num. 1. vol. 3. ad quod conſtare etiam dicatur, quando teſtator fundum legauit, non quidem ſimpliciter ad vtendum, & fruendum, ſed cum præfinitione temporis, donec legatarius vixerit, nam tunc, vt ſuperius dictum eſt, tamen ſi proprietas legata intelligitur, legatum dicitur temporale, & mortuo legatario finitur, Bart. in d. l. libertis, libertibuſque, la prima, num. 3. & infra, ff. de alimen. & cib. leg. Ante ipſum Caſtrenſ. in conſ. 26. nu. 27. volum. 2. ibi breuiter ſi teſtator dixiſſet, relinquo bona mea matri, vel ipſam in bonis meis ſubſtituo, tunc propter verba, quæ poſteà adiecit, vt poſſit vti eis, & frui, & de ipſis ſubſtentari, quouſque vixerit, non reſtringitur legatum præcedens, quominus ipſa proprietas videatur eſſe relicta, non autem ſolus vſusfructus, ita probant dicta iura, & loquitur Bart. in l. 4. ff. de aliment. & cib. leg. Soc. Sen. in conſ. 102. num. 10. vol. 3. ibi nam

licet

Digitized by Google

licet teſtatos quando legat rem aliquã ad vſum, vel vſumſructum, donec vixerit, cenſeatur legare proprietatem, &c. Alex. in conſ. 173. num. 10. vol. 5. ibi quia reſpondeo, quod teſtator legando Veronicæ certa bona, cum hoc, quod poſſit ea poſſidere, gaudere, & vſufructuare vſque ad vitam ſuam, non videtur per hoc reliquiſſe ſolum vſufructum, imò etiam & proprietatem, &c. Angel. in conſ. 338. nu. 7. ibi, & pro hac opinione videtur caſus, ff. de tranſact. l. cum hi, §. ſi vni coniuncta Gloſ. ibi fundo relicto ad alimenta ipſa proprietas pleno iure cedit, ad vitam legatarij duratura, idem notatur, ff. de aur. arg. leg. l. ſpecies, vbi hæc quæſtio videtur expreſsè deciſa, quod plenè proprietas in legato eſt, pro hoc videtur caſus l. pen. §. fin. & hanc partem tenebat Oldradus, vt plena proprietas in legato eſſet ad vitam duratura, ſed Iacobus de Atena dicit, legatum hoc eſſe perpetuum, & eſt verum, ſi non ad diem vitæ legatarij relictum non eſt, ſic intelligi l. libertis in fine Simon de Petris de interpret. vlt. volunt. lib. 4. dub. 10. num. 30. ibi intellige tamen prædicta, quod ſi legatum ſit factum temporaliter, donec vixerit, vel ſteterit vidua, quod tempore eueniente vel mortis legatariæ, vel tranſitus ad ſecunda vota, proprietas ſic relicta, debet reuerti ad hæredes, vel hæreditatem teſtatoris. Cæph. in conſ. 158. num. 4. volum. 2. in propoſita noſtra quæſtione, ibi, & huiuſmodi legatum ſolet eſſe perpetuum, & tranſmiſſibile ad hæredes, verum eſt, hoc noſtrum legatum non eſſe perpetuum, & tranſmiſſibile: quia non eſt factum ad vtendum, & fruendum ſimpliciter, ſed cum limitatione vitæ, & vxoris; quo caſu & ſi legata eſt proprietas, legatum nihilominus eſt temporale ad vitam legatarij, Bart. in d. l. 4. ff. de alim. & cib. leg. Bal. in l. 1. col. pen. C. de fruct. & litium expenſ. plenè Picus in l. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, num. 7. ff. de leg. 2. vbi refert, de hoc fuiſſe quæſtionem grauem in Ciuitate Papiæ, & ita conſuluiſſe præſtantiſſimos viros D. Curtium Seniorem, Io. Puteum, Lancellottum Detium, Danielem Pandulphum, Ambroſium Opizon & cæteros. Iaſ. in prælud. feud. num. 103. in verbis illis, ego contra Bal. teneo, & moueor alijs medijs, & inde teneo iſtam partem contra Bal. Parıſ. conſ. 22. num. 38. vol. 2. ibi, & iſta faciunt ad quæſtionẽ, tamen quia teſtator, in præſẽti caſu nõ fecit d. legatũ ſimpliciter, ſed temporaliter taxando, & limitando tempus, ſcilicet, quoad ipſa Baptiſta vixerit vidualiter, ſeù vſque quo non tranſierit ad ſecunda vota, per quæ verba limitatur dictum legatum, vt non ſit perpetuum, ſed temporale. Rub. conſ. 26. num 6. dicit, quod illa verba, tempore vitæ ſuæ faciunt, quod legatum non tranſmittatur ad eius hæredes, nam licet legatum de ſua natura ſit trãſmiſſibile, reſtringitur tamen in tali caſu. Cæterum alij Doct. per Menoch. relati vel loquuntur in caſu diuerſo extra materiam, vel non contradicunt noſtræ ſententiæ, & præſertim Capyc. dec. 108. nu. 7. non loquitur in caſu noſtro, Gratian. diſcept. cap. 821. vol. 5. nu. 7. loquitur quando fuit relictus vſusfructus cum dictione illa, durante ſua vita tantum, prout etiam in cap. 226. num. 18. tom. 2. quæ dictio in diſpoſitione iſta non legitur, Bellon. ſimiliter ab aduerſario exaggeratus in conſil. 6. num. 11. fauet magis noſtræ ſententiæ, loquitur enim in caſu, quo fuit legatario relictus vſusfructus fundi cũ prohibitione, ne alienet, quod per prædicta verba dicatur etiã relicta proprietas, alias fruſtra eſſet prohibitio, prout antea num. 3. dixerat, quod ſi fuiſſet d. legatario relictus vſusfructus fundi, & verba, quæ exprimuntur conueniunt proprietati, quod dicitur relicta proprietas, id etiam fundatur ex deci Cuiacij in præcit. ſolemn. in libris digeſtorum ad l. generali capite, ff. de vſuf. leg. verſ. non eſt nouum, vbi in caſu, quo vſusfructus rei tantũmodo eſt relictus, ſed fuerit grauatus ipſe legatarius poſt mortẽ reſtituere, vt in caſu noſtro, ob dictã reſtitutionem faciendam dicatur etiam relicta proprietas, aliàs non poſſet reſtituere, poſt eum Caſtill. in præcit. quæſt. 30. num. 21. cum ſeq. aſſerens, quod ſi aliàs diceremus fruſtratorium redderetur legatum, & inutile fideicommiſſum poſt eius mortem ordinatum, motus auctor. tex. in d. l. ſpecies, ff. de aur. & arg. leg. & in d. l. ſi. ff. de vſuf. ear. l. filios hæredes 39. ff. de vſuſ. leg. ante ipſum Rom. in conſ. 206. num. 3. verſ. cæterum, & in ſing. 563. tu habes, Alciat. conſ. 103. num. 5. lib. 9. & latè Card. Mantic. de interpr. vlt. volunt. lib 9. tit. 5. num. 12. Quod in ſe firmiſſimum eſt, ſiuè dixerit teſtator, quod poſt eius mortem reſtituat, vel quod poſt mortem legatarij illa bona relicta ſint alterius, ſiuè quibuſcunque alijs verbis vſus fuerit teſtator importantibus reſtitutionem rei legatæ, nam ſemper ſucceditur per fideicommiſſum poſt mortem legatarij, vt in ſpecie aduertit Picus in repetit. l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 7. ff. de leg. 2. ibi, & ratio decidendi eſt, quoniam licet nõ videatur grauatus maritus poſt mortem, attenta figura verborum, videtur tamen grauatus attenta voluntate teſtatricis diſponentis, quæ colligitur ex illis verbis, tua erũt, nam poſt mortem videtur grauaſſe maritum, vt reſtituat ex trita regula, qui vult conſequens, &c. ſimili modo in teſtatore inſtituente aliquem in eius vita tantum, & quod vlterius non habeat, quod cenſeatur grauare erga venientes ab inteſtato, fũdat, & refert Fuſar. in tract. de ſubſtitut. q. 217. num. 47. Præterea ſi attendimus voluntatem teſtatricis diſponentis, quæ ſemper eſt conſideranda, & ſecundum illam eſt iudicandum, l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſt. certum eſt, quod in quantitate legata primo voluit ipſa proſpicere eius viro, ſecundo filijs ab eo naſcituris, tertiò eius fratribus, & nullo modo voluit, per extraneos viri hæredes eſſe excludendos eius fratres, nam alias inutiliter redderetur ad eorum fauorem ordinatum deficientibus legatario, & eius filijs, prout punctualiter conſuluit Crauet. in conſ. 131. num. 33. latè Menoch. de arb. iud. caſu 99. num. 10. Et magis ad caſum noſtrum adduco in terminis dec. Alex. in conſ. 173. vol. 5. vbi teſtator legauerat quædam bona vxori ſuæ ad eius vitam tantum, & quod ea mortua, illa bona legata perueniant ad infraſcriptos ſuos hæredes cum conditionibus contentis in inſtrumẽto, in quo eodem teſtamento inſtituerat tres nepotes, ſ. Liberalem, Antonium, & Conſtantium, quos inuicem ſubſtituit, ſi decederent ſine filijs,

&

& ſuppoſitum fuit, quod vnus hæres, ſcilicet Liberalis deceſſerat relicta filia, quæ deceſſit relicto extraneo hærede, ſic etiam Antonius alius hæres, & nouiſſimè Veronica eius vxor legataria, & concludit, ad Conſtantiam ſuperſtitem ſpectare bona d. Veronicæ relicta eo quod ſolus ſit deſcriptis hæredibus, & fundat ſuam concluſionem, quod viuente d. legataria alij hæredes nominati, & ſubſtituti non poterant acquirere, & ſic deinde tranſmittere, prout in conſimili caſu etiam conſuluit Ruin. conſ. 29. lib. 2. qui fundat, quod decedente legataria, cui fuerat legata aliqua res ad eius vitam tantum, res illa reuertatur ad ſuperſtites tantum, non autem ad vocatos, & deinde mortuos, ſiuè ad illorum hæredes. Inſuper inſpecta ſerie legati prædicti in verbis illis, *e dopò ſua morte ſenza figli ſuccedano, e debbiano ſuccedere Gio Franceſco e Gio' Antonio Grimaldi miei fratelli, loro heredi, e ſucceſſori*, ergo iſtud verbum, ſuccedat, quod ſimiliter fuit repetitum in diſpoſitione facta ad beneficium filiorum procreandarum, ibi, *facendo figli legitimi, & naturali, & in tal caſo voglio, che in detti duc.* 4500. *ſuccedano d. figli legitimi, e naturali*, debet ſimiliter intelligi poſt mortem Thomæ, prout expreſſerat ſup. debet enim regulari ſecundum præcedentem diſpoſitionem iam factam, cum veriſſimum ſit, quod vna pars teſtamenti declaret aliam, & voluntas teſtatricis dignoſcatur ex cōtextu totius diſpoſitionis, ad tex. in l. vtrum, ff. de pet. hæred. l. qui filiabus, vbi Iaſ. ff. de leg. 1. latè Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 14. num. 1. poſt cæteros Surd. dec. 210. num. 10. & 11. nec ſubſtitutio facta ad fauorem filiorum naſcendorum eſt diuerſa à prima ſubſtitutione, ſed tantùm declaratiua illius, dum poterat dubitari, ſi illi filij poſiti in conditione erunt vocati, vel ne ad legatum prædictum, vt in verbis illis, *e dopò ſua morte ſenza figli*, voluit teſtatrix dirimere quæſtionem, & declarare eius voluntatem, vt ſi exiſterent prædicti filij tempore mortis Thomæ legatarij, quod ſuccederent in legato prædicto, propterea non exiſtentibus dictis filijs tempore reſtitutionis fuit caducata ſubſtitutio ad illorum fauorem facta, ad iura vulgata l. 1. §. ſin autem, C. de caduc. toll. nec proinde poterunt filij tranſmittere id, quod minimè acquiſierunt, l. in cauſa la 2. §. Pomponius, ff. de minor. l. Iulianus, ff. de leg. 2. etiā in deſcēdētibus, Gloſ. in l. vnica, verbo relictas, C. de his, qui ante aper. tab. poſt cæteros Peregr. de fideicom. art. 3. nu. 6. poſt omnes Fuſar. de ſubſtit. q. 490. num. 2. Et ne inſiſtat aduerſarius in aſſumpto illo, quod conditio affirmatiua dicatur ſtatim purificata per natiuitatem filiorum, ex diſpoſitione tex. in l. cum vxori, C. quando dies legati ced. & l. ſi quis hæredem, C. de inſtit. & ſubſtit. nam reſpondetur, id non obſtare pluribus modis. Primò, quia id procederet quando prædicto Thomæ fuiſſet relictus vſusfructus rei, ſiuè quantitatis: quia illa proprietas tunc ſtaret in ſuſpenſo, quouſque naſcerentur filij; ſecundò, quando conditio fuiſſet appoſita ad fauorem prædicti legatarij, vt ſi cōceperit filios acquirat proprietatem, non autem vt poſſint prædicti filij acquirere, niſi purificato caſu fideicommiſſi per mortem, in quibus terminis procedunt diſpoſitiones iurium in ſupracitata l. cum vxori, & l. ſi quis hæredem, cum alijs apud Spin. vbi ſup. malè ab aduerſario obſeruatum, tertiò, vt non procedat quando conditio prædicta haberet tempus præfinitum, ſcilicet mortis legatarij, ſic limitat, & declarat Peregr. de fideicom. art. 29. num. 6. ibi limitatur ſi conditio liberorum eſt determinata reſpectu certi temporis, vt in caſu noſtro, nam tunc oportet filios exiſtere, & locus ſit diſpoſitioni hominis, vel legis, ex l. in ſubſtitutione, cum cumulatis per Bart. & alios, ff. de vulg. & pupill. quartò, vt nō procedat quando dati ſunt alij ſubſtituti, ex Dec. Soc. in l. ſolemus, num. 3. ff. de cond. & demonſtr. ibi conditio, ſi filios habuerit non verificatur quando habuit filios, & non ſuperſunt tempore mortis, & ratio illius legis eſt, quia filij poſiti ſunt in conditione, vt ſubſtitutum excluderent, patet ex illa lege in fine, ideò debent ſupereſſe tempore mortis quando agitur de excluſione ſubſtituti, & ita declarat notabiliter Bart. in l. liberorum ad finem, ff. de verb. ſignif. id etiam docuit Alex. in conſ. 101. num. 17. vol. 7. ibi, vndè ſi voluit, ſubſtituto præferri liberos ipſius inſtituti, neceſſe eſt, quod verba, ſi liberos habuerit, intelligantur tempore mortis inſtituti: quia licet inſtitutus habuiſſet liberos, & deceſſiſſent prius, quam inſtitutus, non poſſunt excludere ſubſtitutum, & ideò requiritur, quod eſſent tempore mortis inſtituti. Præterea alia ab aduerſario pōderata vel quia non faciunt ad cauſam, vel quia confundit terminos de inſtitutione ad legatum, de qua inſtitutione ad vſumfructum loquitur Gratian. in præcit. cap. 821. vbi dicit, fuiſſe controuerſum, an veniat proprietas, nam & ſi per columnas integras contradicat Peregr. de fideicom. art. 5. num. 21. quia tamen caſus ille eſt diuerſiſſimus à noſtro, nolo Dominos Senatores amplius afficere, ſed illos rogo, vt attenta tantummodo voluntate teſtatricis diſponentis indicent, ſi interrogata vtique teſtatrix, an per dictos filios procreatos, & in vita patris mortuos voluiſſet excludere eius fratres, & eorum hæredes, & includere hæredes extraneos viri, dum alias liberè diſpoſuiſſet ad eiuſdem viri fauorem, hæc occurrunt, &c. Facta relatione in S. R. C. per Reg. Conſil. Franciſcum Antonium Muſceptula. Fuerunt præuia ſententia condemnati hæredes eiuſdem Thomæ Cattafæ ad ſoluendum petitos ducatos 4500. in beneficium ipſorum Ducis Teleſiæ, & Marchionis Petrecatelli, vt patet ex actis in Banca Licti Magiſtri Actorum, & cum fuiſſet petita reſtitutio in integrum aduerſus talem ſententiam, pronunciatū fuit per idem S. C. ad relationem Regij Conſiliarij D. Didaci de Soria, nō eſſe deferendum de hoc anno 1640. ſub tutela Io. Baptiſtæ Iouini I. C. præclariſſimi, & Aduocati Neapolitani, cuius ſcripta ſuper eodem articulo referuntur infra in verbo ſubſtituti, quibus addo Barry de ſucceſſ. to. 2. lib. 17. tit. de condit. & modis cauſ. & demonſtrat. num. 28. & 29.

Retentio dotis reſtituendæ per filios matri tutrici an eis concedatur, donec rationes adminiſtrationis tutelæ dederit, deciſum fuit per S. C. negatiuè, ita Reg. Tapia deciſ. S. C. 42. in

cauſa,

Digitized by Google

cauſa,& de hac quæſtione latiſſimè Iallong.in Racem.104.

Retentio pretij,vel partis rei venditæ an concedatur emptori rem ementi, ſi inſurrexerit noua hypotheca ſuper re hypotheca, relata fuit deciſio ſupra in verbo emptor.

Retētio an competat vxori pro eius dotibus effecto caſu reſtitutionis ob obitum viri ſuper domo exequuta ad inſtantiam creditoris viri anterioris,quam conductionis titulo poſſidedat, mutando cauſam poſſeſſionis,nō obſtante mandato de exfractando contra eam ad inſtantiam dicti creditoris expeditum,fuit deciſum,eſſe confirmandum mandatum prędictū, & inde confirmatum per Sacr.Conſil. vt dixit Reg. Conſ. D. Franc. Merliñ. controu.forenſ. cap.89. & 90.

Retentio an competat debitori, qui rem ſtabilē à pluribus emerat pro certo pretio diſtribuendo cuilibet ipſorum, ſi euictione ſequuta aliquam partem pretij ſoluerat creditori vendētium, & vnus ipſorū ſoluerat partē ad ſe ſpectantem de pretio ſoluto ex cauſa euictionis prædictæ abſque proteſtatione, & intendebat retinere inſolidum ab ipſo ſoluente debitum ipſorum,quemadmodum euenit in facto poſt venditionem cuiuſdam domus peractam ab illis de Macedonio Anello de Ambroſio, ſucceſſit euictio certi debiti anterioris, ob quam fuit condemnatus dictus Anellus ad ſoluendum illud Corneliæ Suardæ, interea Scipio Macedonius vnus ex venditoribus ſoluit ratam ad ſe ſpectantē ex cauſa dictæ euictionis, prætendebat dictus Anellus vniuerſum debitum ſolutum retinere ab omnibus venditoribus inſolidum, non obſtante ſolutione ratæ facta ab ipſo Scipione, qui conſequi debebat reſiduum ſui crediti ex dicto pretio domus,& proinde facto depoſito ab ipſo Anello ſe tueri aſſerebat beneficio retētionis, poſtquam pretio ſoluto emptori nulla datur actio, vt ſibi pro euictione caueatur, ſed eo non ſoluto datur retentio, ex Caſtr. in conſil.46.lib.1. notat Mangil.de euict.quæſt.85.nu.26. & paulò ante num.11. probat,quod quando pretium fuit ſolutum, emptor vti poteſt retentione, donec ſibi idoneè caueatur pro euictione, confert cōgeſta per Molignar.in tract.de retent. q.212. & propterea licet pretium rei venditæ ſoluēdum creditoribus venditoris, illis immediatè ſolui non poteſt,ſed venditori,vt tradit Mangil.eodem tract.quæſt.45.num.1.& 3. attamen à num.6.ad finem inquit,contrarium eſſe verum,quod ſufficiat probare,pecuniam fuiſſe erogatam in extinctionem debitorum, ſicque ſtante ſolutione partis pretij euicti, & retentione à iure conceſſa, non prohibebatur emptor ſuum pretium conſequi inſolidū ab omnibus venditoribus,& quemlibet ipſorum. Ex aduerſo allegabatur tex.in l.ſi creditores,C.de pactis, vbi diſpoſitum eſt, quod ſi ſint plures debitores inſolidum obligati, & creditor partem recepit, inducitur diuiſio, ibique notant Batt.Paul.Caſtr. Alex.& alij, Afflict.deciſ.143. quos ſequitur Anna alleg.3.nu.6. vbi ſubiunxit,maximè quando in apodixa eſſet dictum, quod recepit pro ſua portione, & ibi refertur conſimilis deciſio, licet in caſu plurium hæredum,quod idem erit aſſeuerandum inter plures debitores, quorum vnus ratam ſoluetat, vt ſit liberatus a ſolido, latiſſimè Coſta de port.ratæ, quæſt. 130. Et ſic facto verbo in S.R.C.die 25. Octobris 1639. per Reg. Conſ. Franciſcum Antonium Muſcettula fuit liberatum depoſitum eidem Scipioni, in Banca Speræ.

Retractus rei venditæ an intentari poſſit pendente lite,fuit deciſum negatiuè in cauſa Comitis Mutconi cum Vniuerſitate,refertur deciſio in alleg.35.diuerſ.num.9. poſt deciſ.Regent.Salernit.

Retroceſſio promiſſionis alicuius quātitatis pecuniarum factæ contemplatione matrimonij, an fieri poſſit per virum in beneficiū promittentis,deciſum fuit negatiuè per S. C. in cauſa Don Marcelli Ruffi cum Ill. Principe Scillæ tunc Comite Sinopolis, in Banca Sarri, vt tradit Conſ.Marcell.Marcian.in conſ.33.contracto,ſub num.2. verſ.ſicut fuit, quibus conueniunt relata, & deciſa per Præſ. de Franch. deciſ.205. & per Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. reg.ſuper dote, §.2. num.21.vbi mea Additio.

Retrotractio ad tempus mortis teſtatoris an detur in legato conditionali purificata conditione, deciſum fuit affirmatiuè,Reg. Salernit. deciſ.17. in eadem.

Reuariatio à M. C. V. ad aliud Tribunal ſubiectum an concedi debeat alicui priuilegiato, de hoc ſatis apparet fuiſſe diſcuſſum in 2.part. noſtri compendij, verbo electio fori tàm in criminalibus, quā in ciuilibus cauſis, de quo memor eſt Nouar.in ſua praxi elect.& variat. fori,ſect.1.quæſt.4.num.13.in 2.compilat. & quantum ad cauſas ciuiles, quia ibi relatum fuit,ita negatiuè per Magn.Cur. fuiſſe iudicatum, & nouiſſimè idem fuit deciſum in cauſa Hieronymi de Iulianis cum Scipione, & fratribus de Petrangula, in Banca Baſilis; fuit quoque idemque deciſum per eandem M.C. in cauſa Theodoræ de Iorio cum D. Manno Brunduſio,& confirmatum per Sacrum Conſilium ad relationem Iudicis benemeriti Io. Aloyſii Piſcicelli die 24.Ianuarij 1630.in Banca Anaſtaſij, & confirmatum in reclamatione die 21.Februarij eiuſdem anni,eodemmet referente,& in diſcuſſione cauſæ,vt mihi innotuit, ex quo Curia vbi reuariatio proceſſerat, iam grauauerat, & ſtante grauamine,non fuit conceſſa reuariatio.

Reuiſio cauſæ deuolutæ ad R.C.S. per viam appellationis interpoſitæ ab aliquo inferiori Iudice incompetente rei condemnati, ac ſubditi eiuſdem R.C.S. ſolet eidem Iudici, vel alteri per eam committi,vt eius nomine procedat,& ſic deciſum per dictam R. C. in cauſa Tiberij de Lauro cum Io. Petro Viſdeano, vt dixi in meo voto 85. num.30.

Reuocatio alienationis feudi venditi facta poſt impetrationem aſſenſus expediti,cum clauſula illa, dummodo intra annum iuramentum fidelitatis præſtaret, ac literas aſſecurationis obti-

Digitized by Google

obtineret, alias non habeatur pro præſtito, ſi intra annum non fuerit adimpletum, an valeat, fuit deciſio relata ſupra in verbo alienatio.

Reus conuentus à prætendente ſuccedere alicui, ſi vti actor viam ex teſtamento elegiſſet, poſtmodum vti reus conuentus variauerit, viam codicillorum eligendo, an erit admittendus, obſtante diſpoſitione tex. in l. fin. C. de codicill. quemadmodum accidit diſſeri in cauſa D. Io. Nicolai Aſprella cum Hortenſia Spagna, cum fuiſſet dictus D. Io. Nicolaus hæres inſtitutus à Io. Laurentio Aſprella, & mediante decreto præambuli, ſe hæredem declarari fecerat, inde comparuit dicta Hortenſia auia materna, prætendens ipſam declarari debere hæredem ab inteſtato, nulla ratione habita de dicto teſtamento, vti nullo, & inualido ob ipſius præteritionem, §. ſancimus, Authent. vt cum de appellat. cogn. Bart. in l. filio præterito, num. 21. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. & aduerſus talem prætenſionem opponendo ſe tuebatur D. Io. Nicolaus allegando clauſulam codicillarē in teſtamento appoſitam, cuius effectus erat, vt ipſa Hortenſia cenſeretur ob id rogatam fuiſſe hæreditatem reſtituere, retenta ſibi legitima competente, de quo ſatis dictum eſt ſupra eodem verbo, clauſula codicillaris. Sed huic oppoſitioni replicabatur per actricem, beneficium ipſius clauſulæ non ſibi iuuari, cum iam elegiſſet viam directam ex teſtamēto, quę eſt cōtraria origine, & effectu à via obliqua, & ab inteſtato, & idcirco excludenda veniebat ex diſpoſitione d. l. fin. cum per electionē vnius, alterius renūciatio tacitè inducebatur, ad text. in l. 1. C. de furt. l. quod in hærede, §. eligere ff. de tribut. act. Doctores in dict. l. fin. Roman. conſ. 125. quocirca diſpoſitio d. l. fin. in reo locum habere non videbatur, cum reus plures, & diuerſas actiones opponere non prohibeatur, l. nemo prohibetur pluribus ff. de except. & l. nemo ff. de regul. iur. cap. nullus pluribus, eodem tit. in 6. ſic in puncto limitat Afflict. deciſ. 134. num. 3. & ante eum And. in cap. 1. de content. inter dominum, & fidel. poſt num. 11. verſic. quando diuerſa, & Petr. de Bellapert. in dict. l. fin. verſ. ſed quæritur, affirmat, dict. l. variandi poteſtatem adimere actori tantum, & non reo, per d. cap. nullus, ſequitur Peregrin. tract. varior. lib. 2. tit. de iudic. num. 8. in rub. Sicque dum ipſe D. Ioannes Nicolaus reus ſit conuentus, non prohibebatur vti pluribus exceptionibus contrarijs, licet autem ex aduerſo huic replicari contingiſſet, dictam limitationem l. fin. ab Andr. & Afflict. proditam procedere tantum in eo, qui ſemper fuit reus, qui ſine dubio variare poſſet, non tantum in eo, qui ſemel fuit Actor, vt in caſu præmiſſo, dum ipſe D. Ioannes Nicolaus hæres ſcriptus Mag. Cur. adeundo, petijt ſe hæredem declarari ex teſtamento, & ſic fuit declaratus mediante decreto, ſicque eligendo viam ex teſtamento, redire non poterat ad obliquam vigore clauſulæ codicillaris, vt latius Camill. de Medic. conſil. 40. num. 44. & ſeq. Conſiliar. Fabius de Anna conſ. 103. nouiſſimè D. Regens Fabius Capycius Galeota in Addit. ad Camill. de Medic. conſ. 41. nu. 6. Nihilominus iſthæc limitationis declaratio parum obſtare comperitur, non enim per hoc, q. dictus D. Ioannes Nicolaus hæres declaratus fuerat ex teſtamento mediante decreto præambuli Mag. Cur. dici potuit actor, & ſe vti actorem exhibuiſſe oſtendebatur, adeò quod iudicium regulariter ex tribus neceſſarijs perſonis conſtituitur, nempè ex actore, reo, & Iudice, cap. forus, de verb. ſigniſ. & propterea cum diſpoſitio d. l. fin. vtatur verbo agere, quod ſiquidem ad iudiciū refertur, vt ſentit Gloſ. in l. 1. §. quibus ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine, verbo, agi, præſupponit, iudicium rectè inſtitutum fuiſſe, & in eo locum habere, ſed iudicium hoc præambuli non eſt verum iudiciū, nam fit ſolum per teſtamenti oſtenſionem abſque vlla citatione, Afflict. in Conſtit. Eos, qui ſcienter, poſt num. 10. Franch. deciſ. 204. in princ. cuius formam intuētur Scagl. ritu 163. num. 64. & ritu 282. num. 2. Carau. in ritu 181. num. 4. & 5. taliter quod citatione opus non ſit, vt ipſi teſtantur, meritò ex illo nulli præiudicium alicui infertur, Anna alleg. 19. num. 14. in tantum quod præambulum nō eſt verè iudicium, ſed potius liquida probatio aditionis hæreditatis, Conſiliar. Theodor. alleg. 17. n. 41. & ideo ſicut ex aditione hæreditatis hæres actor dici non poteſt, ſic nec per declarationē factam, mediante dicto decreto nemine citato actor dici poterat, & ſucceſſiuè bene deciſio Afflict. adaptari poterit. Inſuper replicabatur, dato quod ipſe D. Ioannes Nicolaus nunquam in iudicio vti actor comparuiſſet, viam teſtamenti eligendo, eo quod præambulum, & aditio hæreditatis verè non ſint iudicium, vt dictum eſt, quod ſequitur Camill. de Medic. conſ. 45. attamen vt hęres tantummodo hæreditatem adeundo, ſiuè in iudicio, ſiuè extrà iudicium, hoc tantū ſufficeret, ad hoc vt amplius redire non valeat ad clauſulam codicillarem, neque eius beneficio vti poſſit, præſupponendo, diſpoſitionem d. l. fin. non aliter conſiſtere in eo, quod hæres egerit via teſtamenti vti actor contra bonorum poſſeſſorem, ſed fundari in ratione illa generali ibi tradita, ſcilicet quod eligendo vnum ius contrarium, præiudicetur in altero, quæ ſiquidem ratio locum habere videtur, ſiue hæres elegerit viam teſtamenti in iudicio, ſiue extra iudicium, ſicque tota vis conſiſtere videbatur in electione vnius ex contrarijs, & qualitercunque fiat, præiudicat, ad quod probandū ponderari debet doctrina Bart. in l. Clodius, poſt num. 2. ff. de acquirend. hæred. vbi aſſeuerat ſub diſtinctione, quod ſi quæratur, vtrum lucrum perdatur voluntate, ideſt repudiatione præſumpta in vno tantum caſu deperdatur, ſcilicet quando extraneus vellet vti contrarijs medijs ex eadem ſcriptura deſumptis, vt ſi primo petijt ex teſtamento, nunc ex codicillis, vel è contra, allegando text. in d. l. final. quibus etiam medijs hoc præſupponit Camill. de Medic. dict. conſil. 40. num. 34. & ſeq.

D. Reg.

Digitized by Google

D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.in d.controu.41.n.6. & ſeq.ſed hæc oppoſitio parum proficere videbatur, etenim vera eſt regula deſumpta ex alia generali, quod electione vnius ex contrarijs oritur præiudicium in altero, quę & ſi generalis ſit, patitur tamen reſtrictionem, vt non procedat, niſi in actore, non autem in reo, quia tunc electio contrariorum non præiudicaret, d. c. nullus, idcircò neceſſariò ſupponitur iudicium verum, aliàs limitatio nunquam locum obtineret, quocirca tota vis non conſiſtit in electione, ſed in modo agendi, hinc Ang.in d.l.fin.§.illud quoque il 2.ſub num.22.verſ.vel dic, quod quando, Authent. de trient. & ſem.quod quando ſunt duæ actiones contrariæ origine, & effectu, ita quod electione tolluntur, vt in caſu d.l.fin.tunc ſi vna proponatur in iudicio per viam exceptionis, poterit alia proponi per viam actionis, & è contra, quem ſequitur Ant. Gabriel. commun. opin. in tit.de action.concl. 2.num.23.& ſic corruit contraria declaratio Affl.oppoſita per partem, imò potius diſpoſitio d. l. fin. locum habet ſemper quod fuit actor, vt ibi Doct.in figuratione caſus aduertunt, nec proinde Bart. doctrina huic aduerſatur, nam cum ipſe alleget tex.in d.l.fin.intelligendum erit, ipſum loqui iuxta terminos eiuſdem legis, quam adduxit ad tex. in l.non ſolum, ff.de lib.leg.quo fit, vt cum quis primo ex teſtamento petijt, deindè ex codicillis vtendò contrarijs medijs per viam actionis, non autem exceptionis, & eo caſu non prohibetur, eo quòd impenſius in facto præmiſſo dum ipſe Io. Nicolaus nunquam egerit, ſed tantũ oppoſuerit in iudicio ſibi moto de beneficio d.clauſulæ. Et inſuper quod ſola aditio hæreditatis, atque electio facta extra iudicium non ſufficiat, ratione ineuitabili patet, ac Doctorum auctoritate comprobatur, dato pro vero, quod diſpoſitio d.l.fin.locum non habeat in reo, ſed in actore, ſi ſola hæreditatis aditio hæredem excluderet à tali beneficio, nunquam ipſa limitatio practicari potuiſſet, dum reo conceditur, vt poſſit pluribus etiam contrarijs actionibus vti, neceſſariò erit fatendum, reum primo loco allegaſſe ſe hæredem ex teſtamento, deinde vero oppoſuiſſe de d.clauſula codicillari, verum quia certum eſt, ea d. allegatione ſe eſſe hæredem ex teſtamento præſupponi hæreditatis aditione ex teſtamento, ad tex. in l.pro hærede, & l.gerit, ff.de acquir. hæred. etenim hæreditas aditur ex qualibet animi voluntate, l.Paulus, aliàs per procuratorem, ff. de acquir.hæred.ſed quia non obſtante d.allegatione reus poſſit variare, & vti clauſula codicillari ex allegatis, ſubſequitur, quod ſola aditio hæreditatis extra iudicium non ſufficit, ſed requiritur quod actor petat in iudicio eligendo viam teſtamenti, & inde agat vigore d.clauſulæ, vt diſpoſitio d.l.fin. locum obtinere non poſſit, corroboratur hoc idem ex Bald.doctrina in d.l.fin. num.11.verſ.ſed fortè, vbi apertè hanc quæſtionem decidit, aſſerendo quod ſimplex agnitio bonorum poſſeſſionis, quæ nulla eſt, ſi nullum eſt teſtamentum, non præiudicat, poſteà ſubſequuta petitione hæreditatis, in qua debet eligere, & declarare; ſicque non ſufficit ſimplex agnitio bonorum poſſeſſionis, vel aditio hæreditatis, quia non præiudicat, ſi poſtea teſtamentum ſit nullum, quia nulla etiam ipſa agnitio iudicabitur, ſed ſi hæres poſt agnitionem ſimplicem deinde agat petitione hæreditatis, & tunc quia debet eligere, ſibi pręiudicat, ſi elegerit viam teſtamenti, quæ origine, & effectu contraria eſt, ab altera ex clauſula codicillari ab inteſtato, nam tota vis conſiſtere uidetur, quando quis ageret petitione hæreditatis, quæ propriè actio dicitur, & in ea cadit electio, ut dixit Bal. non autem in ſimplici aditione, & agnitione bonorum poſſeſſionis, quę non præiudicat, cum in ea non cadat electio, dum non ſit actio, ſed tantum declaratio ſimplex uoluntatis, ad quorum confirmationem cerni poſſit conſil.Crau.242.præſertim nu.3.uerſic. uenio igitur ad ſecundum, ubi de inſtituto extraneo agitur, præterito nepote, cum hæres ex teſtamento alteri hæreditatem ceſſiſſet, quæ ſiquidem ceſſio illius hæreditatis operabatur effectũ, ut declarat Franc.dec.14.poſt num.22. inde annullata ceſſione uti facta contra ſtatutum loci ſubſtinetur teſtamentum, non obſtante præteritione prædicta ex d.clauſula codicillari, nulla habita ratione aditionis factæ ab hærede ſcripto ex teſtamento, ubi pariter oſtendit, quod eadem clauſula locum habet, dato, quod hæres ex teſtamento hæreditatem adierit, ultra eum Alex. conſ.125.col.1.in fine, ibi, quando ex teſtamento fuit adita hæreditas, & num.6 uol.6.prout in caſu præmiſſo, in quo fuit per Sacr. Conſ. deciſum in fauorem ipſius D.Ioannis, & confirmatum in reclamatione ſub die 13. Iulij 1624. ad relationem Regij tunc Conſ.Scipionis Rouiti, nunc meritiſſimi Regentis Regiam Cancellariam in Banca de Fęlice Magiſtri Actorum ſub tutela Io.Franciſci Marciani I.C.ſolertiſſimi.

Reus conuentus ſi oppoſuerit de exceptione Regię Pragm.editæ Thori an poſſit vti pluribus exceptionibus, vt iure comprobatum eſt, licet contrarijs. In allegatione manuſcripta Io.Baptiſtæ Fráchi I.C. edita pro Ill.Principe Biſiniani cum illis de Zurlò ſuper reſtitutione Gabellæ Serici notantur hæc formalia verba, ſed quæſo Domini conſideretis, quam vana eſt prætendentia, ad quod fundandum fui admiſſus per Sacr.Collat. Conſil ſicut lex admittit, nam reus poteſt pluribus vti exceptionibus etiam contrarijs, l. is, qui, ff. de except.tantò fortius, quandò ſunt inter ſe compatibiles, vult enim noſtra pragmat. quod tollantur lites contra poſſeſſores, hinc regula, quod pragm.tuetur poſſeſſores, poſtquam dicit, ac propterea lites contra præſentes, eorumdemque poſſeſſores eſſent mortui, & ibi ſic teneri, & ſine aliqua innouatione obſeruari debeant, velut illis viuentibus tenebantur, & obſeruabantur, ſi pragmatica eſt inducta ad fauorem poſſeſſoris, ergo poteſt poſſeſſor vti pro beneficio poſſeſſionis quibuſcunque exceptionibus, l.nemo, ff.de except.aliàs retorqueretur in odium, quod fauore eſt introductum, contra vulgatam regulam, quod fauore dico de exceptionibus notorij iuris defectus, vt aliàs fuit declaratum in cauſa Comitis Paceriti cum Magnificis Actoribus, hæc eadem iura prætendentibus, &c.hæc ille.

Reus condemnatus pro alio ad ſoluendum certam quantitatem pecuniarum, cõtra quem fuit etiam

per

Digitized by Google

per Iudicem ordinatum, vt conſignaret exequutionem explicitam, an poſſit offerre bona debitoris exequuta, & etiã aliquas pecunias depoſitas, vt ab onere ſoluẽdi liberetur; ex facti nota oſtẽdebatur Anellũ de Palma Actuarium M.C.V. fideiuſſorem accepiſſe Benedictum Bauam pro Pompeo Mauro debitore Petro Ioanni Capycio Galeota pro ſumma ducatorum 150. & cum repertus fuiſſet debitor non ſoluendo, direxit vices ſuas aduerſus dictum Anellum, iuxta formam nouellæ Pragmaticæ, qui cum fuiſſet condemnatus ad ſoluendum petitam quantitatẽ per S.C. & expeditis literis exequutorialibus, fuit prouiſum per Iudicem, vt cõſignare deberet exequutionem explicitam die 13. Martij 1615. præfatus Anellus procurauit interea exequi facere contra ſuum debitorem, pro quo fideiuſſionem acceperat, & aliqua bona eiuſdem exequi fecerat, vna cum certa pauca pecuniarum quantitate depoſita, quæ omnia obtulit, ne moleſtaretur, & vt creditori ſatisfieri potuiſſet; vndè dicebatur pro eius tuitione, ſufficere oblationem bonorum principalis debitoris ad ſe releuandum, & euitãdum circuitum inutilem, etenim oblatio facta ab vno ex correis debendi prodeſt quoque alijs, ſecundum Bart. in l. qui decem, §. ſi cum Stichum, ff. de ſolut. quem ſequitur Ronchegal. in l. ex duobus, num. 9. ff. de duob. reis, Carroc. in tract. de oblat. par. 2. q. 30 præterea ſicuti tertius offerens pro debitore liberat eum, ſicut ipſe debitor obtuliſſet, Bald. poſt Gloſ. in l. obſignatione, C. de ſolut. l. cum poſtliminij, C. de capt. & poſtlim. reu. cum alijs apud eũdem Carocc. eod. tract. d. p. 2. quæſt. 19. cum talis oblato à tertio facta ſuum producit effectum etiam abſque alio mandato, Carocc. d. tract. par. 1. de oblat. iudic. num. 12. fortius ſi pro alio condebitore, eo quia oblatione, depoſitione, & conſignatione ſoluitur fideiuſſio, Pyrr. Aret. Maur. in tract. de fideiuſſ. ſect. 10. cap. 10. num. 1. vndè quemadmodum ſolutio debiti facta liberat debitorem, Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. p. 3. gloſ. detinebitur, num. 60. ſic & oblatio. quoniam oblatio, depoſitio, & obſignatio vim habẽt ſolutionis, l. obſignatione, C. de ſolut. Mant. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 28. num. 21. & conſequenter oblatione, depoſitione, obſignatione, & conſignatione liberatur, Maur. d. tract. ſect. 10 cap. 10. num. 1. Valent. Franc. eo. tract. cap 6. num. 28. & ſeq. & quemadmodum fideiuſſor poterit de ſubſtantia principalis ſoluere Bart. in l. ſi procuratorem, §. 5. l. ſi g. ignorantes, num. 1. ff. mand. Auth. ſi captiui, num. 3. C. de Epiſcop. aud. & in §. 1. Authen. vt cum de appell. cogn. Poma. & Alex. ad Bart. in d. §. ignorantes, eo quod fideiuſſori inopi permiſſum eſt bona debitoris ipſo inſcio, & incõſulto, & creditori ſatisfacere, Maur. Aretin. eod. tract. 2. par. ſect. 10. cap. 42. num. 7. pariterque bona offerre. Ex aduerſo replicabatur pro parte creditoris, nullam eſſe habendam rationem de tali oblatione bonorum exequutorum ad inſtantiam eiuſdem Magiſtri Actorũ aduerſus debitorem ſub fideiuſſione detentum, poſtquam ipſe dum fuerat condẽnatus, ſoluere aſtringebatur, ſicuti condemnato reo fideiuſſorem excuti ratio iuris ciuilis admittit, l. ſancimus, C. de vſur. rei iud. latè Io. Vaudi var. quæſt. lib. 1. q. 36. & facta per eum ſolutione greſſus ſuos dirigere deberet contra talem debitorem, & ſic ſe habere conſpicitur in praxi fundata iuris diſpoſitione, etenim in hoc caſu Magiſter Actorum ſuſcipiendo fideiuſſorem rei debendi non idoneum videtur eſſe in culpa, quia conditionem illius perſcrutari tenebatur, alias ſibi imputandum, latè Maur. d. tract. ſect. 7. cap. 2. cum alijs relatis per Conſil. Paſcal. de vir. pat. poteſt. par. 1. cap. 8. num. 135. de quo ſatis in 2. p. noſtri Compend. ver. actuarius, nimirum ſi pro eo teneri videtur, quia loco fideiuſſoris eſt, vt dixi in d. verbo actuarius il 1. quo fit, vt quemadmodum fideiuſſor propriè ſit debitor, Bart. in l. 1. num. 34 ff. ſi cert. pet. Ignat. del Villar. in reſp. 6. num. 3. Aret. d. tract. ſect. 2. cap. 3. num. 1. Valent. d. tract. cap. 4. num. 68. ſoluere ante omnia tenetur non reperto debitore ſoluẽdo, poſtquam ad iſtum effectum recipitur fideiuſſor, vt ſi principalis debitor non ſit ſoluendo, & à creditore debitum conſequi non poteſt, à fideiuſſore conſequatur, Aret. d. par. 1. ſect. 1. prælud. 7. num. 3. nam præſumitur in dubio habere mandatum à principali ad ſoluendum debitum, Pyrr. Maur. d. tract. ſect. 4. cap. 1. num. 4. & deinde repetit non tantum ſortem, verum etiam damna, expenſas, & intereſſe, quæ protulit repetit Idem Maur. in d. tract. ſect. 4. cap. 39. num. 63 Amat. reſol. 37. nu. 40. ita debitor hæc omnia peragit, & conſequitur, ſicque bona ſua offerendo, vel de ſuo ſoluendo audiretur, non tamen de alienis bonis oblatio erit facienda, contingere enim poterat bona ſui debitoris oblata vel eſſe intricata, alteri obnoxia, & ſimilium, ex quo non ita facilè ſatisfieri potuiſſet creditori, hinc in praxi receptum eſt tàm in M.C.V. quàm in S.C. alijſque Tribunalibus, quod condemnato non exhibente bona, ſuper quibus exequi poſſit iuris forma ſeruata, vel ea exhibente, tamen multis iuribus implicita ſit decretum, quod exhibeat exequutionem explicitam, aliàs prouidebitur, quod de perſona capiatur, ita Muſcar. in d. praxi, d. lib. 2. par. 3. Gloſ. ſeruata, num. 88. & iterum in Gloſ. detinebitur, num. 33. nam fideiuſſor pro exequutione ſententiæ non poteſt capi de perſona, niſi ordine prius ſeruato, l. à diuo pio, §. in venditione, ff. de re iud. Intrigl. conſ. 19 num. 5. Tandem facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. Don Gregorium de Angulo die 26. Aprilis eiuſdem anni, fuit interpoſitum decretum huiuſmodi, benè prouiſum per Mag. cauſæ Cõmiſſ. die 23. Aprilis 1625 penès Secretarium in Banca Martini.

Reo inquiſito de homicidio proditorio, ſeù aſſaſſinio petenti terminum ad reprobandum talem qualitatem, an concedi debeat, vide infra in verbo terminus.

Rex an poſſit auocare cauſas à Regno Neap. Siciliæ, ac Statu Mediolani exiſtentibus capitulis conceſſis à retro Regibus, ne cauſæ ab ipſis Regnis extrahantur, deciſiones fuerunt relatæ ſup. in verbo cauſæ.

Rex an poſſit validare proceſſum nulliter inſtructum ex defectu iuriſdictionis inſtruentis, reſolutum fuit, quod quando Prorex exquiſitis votis aliquorum Miniſtrorum aſſerentium, potuiſſe formare proceſſum contra aliquem Miniſtrum,

Digitized by Google

tunc potuiſſe Suam Maieſtatẽ illum ratificare, aliàs hoc ceſſante mandare, vt iterum teſtes repetantur, quemadmodum in pluribus cauſis decretum fuit, vt teſtatur Reg. Tapia dec. Italiæ 3. num. 150. cum ſeq.

Rex an poſſit conceſſionem domanij reuocare, exiſtente confirmatione ſeruitiorum per Vniuerſitatem præſtitorum, ob quæ meruit ſibi expediri priuilegium confirmationis domanij, in quo ipſa repetiebatur, licet fuiſſet per eum facta conceſſio eiuſdem Vniuerſitatis alteri Domino, fuit tamen in Supremo Cõſilio Italiæ, viſo priuilegio d. Vniuerſitatis ampliſſimo iudicatum in eius fauorem, vt refert Reg. Tapia dec. Italiæ 5.

Rex an habuerit voluntatem reuocandi domaniũ, quod transferat in vim contractus, deciſum fuit, vt ſup. apud eundem Reg. Tapiam d. deciſ. Ital. 5.

Rex an teneatur de euictione reſpectu feudorum ab ipſo donatorum, quæ fuerunt euicta ex cauſa eiuſdem Regis, vel ſaltim teneatur tantundem reficere, relata fuit deciſio ſup. in verbo exceptio deſertionis.

Rex Romanorum poſſidens fiſcalia in Regno an teneatur ad ſolutionem adhoæ, deciſum fuit per Collat. Conſil. facta in eo relatione per Reg. Cam. Sum. affirmatiuè ex Reg. Reuert. firmat And. Capan. in tract. de iure adhoæ, quæſt. 61. num. 4.

Rex hæres inſtitutus à feudatario an poſſit hæreditatem acceptare, deciſum fuit affirmatiuè per Supremum Conſilium Italiæ in ſucceſſione D. Iuliæ Vrſinæ neptis Ill. Principis Biſiniani, vt tradit Reg. Tapia in iure Regni lib. 6. ſuper prag. 20. de feud. verbo hæc, vt diximus, & iterum in titul. de feudo ſequeſt. ſuper cap. Regni 225. dumclarè, col. 3. verſ. eſt igitur, fol. 159.

S

SACRILEGIVM commiſſum ab infideli homine percutiendo imaginem B. Mariæ Virginis, ac irruendo in Clericum, qui tempore proceſſionis Sanctiſſimi Sacramenti aſſiſtebat, & cum baſtone eum proſequendo, & perturbando proceſſionem in medio publicę viæ coram populo, an verè dici poſſit, vt pœna condigna, hoc eſt mortis plecti debuiſſet. Quemadmodum in facto incidit in die 14. menſis Iunij 1640. dum quidam Turca infidelis, Agiali, nuncupatus de Alexandria perſiſteret in ſeruitio D. Ferdinandi Caraccioli Nobilis Neap. alapã in faciem imaginis B. Mariæ Virginis intuliſſet, à quodam religioſo Clerico correptus, ipſum colapho percutiendò, contingit poſtmodum eo die celebrari feſtum Sanctiſſimi Sacramenti in Platea S. Ioannis ad Carbonetum, & in proceſſione inter cæteros Clericos ipſe percuſſor incedebat, quo viſo per ipſum infidelem ægrè ferentem percuſſionem ſibi illatam, arrepto baſtone iruit in illum, vt percuteret cum magna furoris audacia, diſturbando proceſſionem proſequi, vndè coactus fuit ſacerdos, qui Sanctiſſimum Sacramentum geſtabat introire intus quodam Palatium pro eius ſecuritate, & commoto populo, & Clero, cum magna difficultate fuit captus, & in carcerem coniectus, & capta informatione de prædictis dubitari contingit in M. C. V. iam quod erat infidelis; & vt prætendebatur ebrius, an pœna ſacrilegorum puniri debuiſſet, quare & ſi plurifariam ſacrilegium definiatur, vt erit videre apud Doct. præſertim Sũmiſtas in verbo ſacrilegium, attamen ad hoc propoſitum mihi ſummopere placuit definitio tradita à Bald. in l. ſi nondum, C. de furt. num. 4. allegato à Decian. in eius tract. crim. lib. 6. cap. 14. de ſacril. num. 9. quod ſacrilegium dicitur, quaſi ſacri lædium, quod ſacras res lędat; vndè difficultari non poterat, imagines Domini Noſtri, Beatæque Virginis, atque Sanctorum eſſe res ſacras, quia ſunt eis dicatæ, §. ſacræ inſt. de rer. diuiſ. cum imago repręſentet eos, & veneranda eſt propter illos, non autem adorãda, de conſ. diſt. 3. c. perlatũ, Gloſ. in cap. cũ Canonici, §. fin. de offic. ord. in 6. Bertach. in ſuo repert. verbo imago addit verſus Ouid. de Pont. Felices illi, qui non ſimulacra, ſed ipſos vultus, quique Deum corpora vera vident, ſic homines nouere Deos, quos arduus, & hæc occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis, Marquar. de Iudæis p. 3. cap. 13. ſub num. 17 nõ mirum quia eis reuerentia debetur, inquit Gloſ. in cap. venerabiles de conſ. diſt. 3. hinc Capella Toloſ. dec. 303. reddẽdo rationem, quare imaginibus exiſtentibus in parietibus, melius honor, & reuerentia debetur, quam illis, quæ remanent in operatorijs pictorum, ſubiunxit, dicendo, quod imagines exiſtentes in operatorijs pictorum exiſtunt potius ad emendum, ſeù vendendum, ſed imagines exiſtẽtes in parietibus non principaliter ipſis imaginibus, quam illis, quos repræſentat. Idcircò adorandæ ſunt adoratione Duliæ, cum ſolum reuerentia exhiberi debeat, & non latria, prout ibidem Aufret. in addit. notat, excepta tamen effigie Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quam adorare cõpellimur, iuxta verſum relatum ab Alber. in diction. ver. adoratur, effigiẽ Chriſti cum tranſis pronus adora, non tamen effigiem, ſed quod deſinat honora, Marquar. vbi ſup. in tantum quod tales imagines nõ poſſunt quouis modo deturpari, offendi, & immundari, Io. de Anan. in cap. 1. de maled. col. 17. Doct. in cap. ſi Canonici de offic. ord. in 6. cum alijs allegatis ab eodem Bert. in d. verbo imago, & eſto quod non eſſet talis deturpatio, offenſio imaginum delictum hæreticale, quando fit ex iracundia, vt declarant Canoniſtæ, eſt tamen grauiſſimum peccatum, vt dixit Grill. de ſortil. q. 10. ſub num. 12. & pœna graui plectendum, idem in d. tract. q. 11. num. 18. Affl. in Conſtit. Inconſutilem, num. 22. Auend. de exeq. mand. p. 1. cap. 1. num. 4. taliter quod ſi contra offenſores imaginum, & ſtatuarum Imperatoris, Regum, & ſimilium incurratur crimen læſæ Maieſtatis, ad tex. in l. non contrahit in fine, & l. qui ſtatuas, ff. ad l. Iul. Maieſt. cum alijs apud Farin. de crim. læſæ Maieſt. q. 113. in ſpec. 2. n. 49. licet in ſecũdo capite, vt ſubdit n. 50. Bombin. in 7. quæſtio, Auend. de exeq. mand. p. 1. cap. 1. num. 4. multò fortius id procedere debeat

contra

contra offenſores imaginum ſacrarum, quo fit, vt cum pro crimine læſæ Maieſtatis humanæ ſit pœna vltimi ſupplicij, vt diffusè per eundem Farin. de crimine læſæ Maieſtatis, quæſt. 116. per totam, pariterque imagines Chriſti, Virginis, & Sanctorum quoquo modo lædens, conſpurcans, ſeù Crucem conculcans, & ſimilia, ſecundum qualitatem delicti punitur, latius Decian. in d. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 2. n. 15. hoc eſt pœna mortis naturalis, quemadmodũ per exẽpla antiqua, & moderna oſtenditur, quæ cumulat Caball. reſol. crim. caſu 91. & Papon. lib. 1. tit. 2. Areſto 2. 3 & 4. vbi alia exempla tradit. Quo vero ad aliud delictum perturbationis proceſſionis Sanctiſſimi Corporis Domini Noſtri coram populo in via publica, peruertendo gentes cum furore, perſequendo Clericum percutientem, eſt certum, quod inter omnia Sacramenta Eccleſiæ Corpus Chriſti excedit alia Sacramenta quoad ſanctitatem, & reuerentiam, c. nihil, de conſ. diſt. 2. & cap. qui manducat, c. ecce, 95. diſt. Gloſ. in cap. multi 1. q. 1. verbo quid mirum, quia ibi verus Chriſtus inhabitat, hoc eſt in Sacratiſſima hoſtia, corpus enim, inquit tex. in cap. verum de cõſ. diſt. 1. Chriſti, & veritas, & figura eſt veritas, dum Corpus Chriſti, & Sanguis virtute Spiritus Sancti in virtute ipſius ex panis, & vini ſubſtantia efficitur, figura vero eſt id, quod exterius ſentitur, idcircò quoad ſanctitatem Eccleſia Catholica in miſſa canit, quoniam tu ſolus Sãctus, & ſacratiſſima illa hoſtia, dum in tres partes diuiditur, ideò ter dicitur Sanctus, primo, pro eis, qui regnant in cœlo, ſecundo pro his, qui patiuntur in purgatorio, tertio pro his, qui peregrinantur in hoc mundo, Hoſt. in ſumma de pœnit. §. quibus mortuis, Alber. in diction. verbo hoſtia, quo vero ad reuerentiam, ex quo ipſa debetur inter maiores, & minores, Gloſ. in cap. non eſt, de reg. iur. in 6. imò quia erga Deum religio debetur, l. veluti, ff. de reg. iur. ſubſequitur, ipſam adorare debemus, eo quod adoratio latriæ debetur Deo, Gloſ. in Clem. 1. de rel. & ven. Sanct. verbo ſeipſum, eapropter in contemptum, & vilipendium non erit quicquam agendum, cum in maximum delictum incurratur, nimirum grauiori pœna condigna plectendum. In contemptum fieri agnoſcitur, quoties aliquis irruerit in Eccleſiã, & miniſtros, maximè tempore cultus diuini, perturbando diuina officia, ob quod ſtatuta refertur pœna capitalis, ad tex. in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſc. & Cler. & in Auth. ſed nouo iure, eod. tit. deſumpta ex §. ſi quis cum ſacra Auth. de Epiſc. & Cler. & canonizata in cap. ſi quis ſuadente, 8 q. 5. in medio, vt expreſſim notat Godoff. à Bauo in tract. reatuum, q 7. nu. 29. vbi caſum iam occurſum retulit de eo, qui contra, Canonicum ſiſtentem in Capella, vbi Sanctiſsimum Sacramentum aderat canentem officium diuinum, cum maxima perturbatione illius, ac populi ſcandalo, ipſumque iniuriando, ac alia mala tractamenta inferendo, iunctis alijs delictis poſt manus amputationem, fuit ei capud amputatum, & condemnatus ad perſoluendã quandam pecuniarum quantitatem, vbi id refertur, pariterque aliud affertur exemplum in annot. ad 4. arreſt. Paponij d. lib. 1. tit. 2. de eo, qui hoſtiam à manibus Sacerdotis eripuerat, & fregiſſet, eo ipſo ſupplicio affectus fuit, nempè pugno prius amputato ſuſpenſus mox ſemiuiuus vſtulatus fuit, aut ſi hoſtiam non conſecratam in ſortilegij miſcuerit, & ſimilia, tradita per Grillan. de ſortil. q. 11. nu. 19. ac alia per Seſſe deciſ. 448. pariformiter aſſeuerandum erit, quando in litanijs publicis, ſeù proceſſionibus hoc contingiſſet, vt in caſu relato per Foller. in ſua praxi crimin. in frag. tit. de ſacril. de illis bannitis, qui aggreſſi fuerũt quoſdam portantes pallium in die Corporis Chriſti, & Sacerdotem vulnerauerunt, nam non fuerunt digni indulgentia generali, vt idem Foller. in prag. 5. de abolit. num. 38. confirmat, & omnia intelligenda ſunt iuxta Canones, & Pontificias Conſtitutiones, ſed quoad Chriſtianos hæc facientes procedere videntur, quid autem reſpectu infidelium ſimilia patrantium in Chriſtianorum Ciuitatibus, vt erat caſus, de quo tractabatur, vndè licet pro eorum excuſatione dici potuerat, contra eos non ita rigorosè procedẽdum fore ob eorum infidelitatem, quæ excuſatione digna videbãtur, poſtquam Eccleſia non iudicat de his, qui foris ſunt, cap. multi, 11. q. 1. ad finem, Gũdiſſ. de Hæret. q. 5. nu. 9. quo fit, vt cum ſint Iudæi in Terris Chriſtianorum tolerati ob ſpem conuerſionis: quia teſtimonium perhibent antiqui teſtamenti, eſt principium veritatis, idem Gundiſſ. ibi Arelat. de Hæret. q 25. conceſſum eis patet eorum ſollemnia celebrare in eorum Sinagogis, dummodo in contemptum Chriſtianæ fidei aliquid agere non præſumant, l. Iudæos, C. de Iud. cæteris autem paganis inhibitum eſt templa ad ſacrificandum nullatenus habere inter Chriſtianos, & ea claudi mandatur in l. 1. C. de pagan. Bonifac. in Clem. 1. de Iudæis nu. 19. pariterque Saracenis, ſiuè Turcis Mahometti nomen in Terris Chriſtianorum inuocare, Clement. 1. de Iudæis. Nihilominus ſi inde per eos aliquid in contemptum noſtrę fidei commiſſum fuerit, acerrimè conuenit eos punire, quemadmodum conſulendo affirmat Anch. conſ. 15. qua pœna puniri debuerat Iudæus, qui per feneſtram in Crucem, quam Chriſtianus in pompa gerebat plenam vrinę matulam effuderat, vt per Papon. vbi ſup. Arreſto 2. vltra Marquar. de Iudæis p. 2. cap. 9. num. 3. Grillan. de ſortil. q. 11. num. 19. & de pęn. omn. coitus, 1. q. n. 9. latius Muta in cap. 68. Regis Federici, num. 17. tom. 2. qui referunt exemplũ Iudæroũ, qui fecerunt turpem ſonum ante imaginem B. Mariæ in eius vilipendium, de quibus videndus eſt Farin. de Hæreſi, quæſt. 178. num. 33. & alij Canoniſtæ, vt plenè per Mutam loco citato num. 16. & optimè Gomeſ. var. reſol. tom. 3. cap. 1. ſub n. 40. quem citat Iul. Clar. in §. fin. q. 57. num. 10. de quibuſdam vilibus, & inconſideratis hominibus, qui tempore Carniſpriuij publicè fecerunt ſpectaculum in offenſam Domini Noſtri, & Catholicæ Religionis. Idcircò pœna grauiſſima eis imponi permiſſum, vt proſequitur idem Farinac. in fragm. p. 2. verbo Iudæi, num. 667. ſubdens, Iudæos, ac alios infideles delinquentes in cõtemptũ Religionis, tanquã Hæreticos, & pęna hæreticorum puniri poſſe, ex Bald. & Calder. relatis ab Eminentiſs. Card. Tuſco pract. concluſ.

Digitized by Google

verbo Iudæus, concl, 375. num. 1. vndè ſeruatis ſeruandis M.C.V. facta relatione in ea per benemeritũ Iudicem Dantem Oliuadiſium generalem Commiſſarium Campaneæ contra exules die 18. Iunij 1640. fuit præfatus inquiſitus condemnatus ad traxinandum, poſtmodum ad ſuſpendium, & inde concremandum, vt ex actis penès Pectenatum in Banca Balzani, cumque ipquiſitus poſt condemnationem baptizatus fuiſſet, & impoſitum ei nomen Ioſeph, ex gratia Excellentiſs. Proregis fuit pœna combuſtionis remiſſa, & hoc iuſtiſſimè arbitror proceſſiſſe ex duabus rationibus, primo, quia pœna cõbuſtionis impoſita eſt de iure Hæreticis, probat Zanchin. in tract. de Hæret. cap 18. num. 8. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 10. n. 10. Alph. de Caſtr. lib. 2. cap. 12. de iuſta Hæret. punit. Farinac. de Hæret. q. 189. §. 1. num. 4. ſed an viui, vel mortui comburi debeant, de conſuetudine receptum eſt, non aliter viuos comburi, ſed mortuos, vt poſt Couar. d. cap. 20. num. 9. Iul. Clar. in ſua praxi lib. 5. q. 99. verſ. verum tamẽ, Bern. Henric. lib. 1. commun. opinion. concl. 156. niſi aliud caſus poſtularẽt, de quibus Canoniſtæ tractantes de hæreſi, & hoc credo ob periculum animæ, quã poſſunt amittere ob acerbitatem pœnæ, ſicuti etiam de pœna Rotæ ligneæ more germanico legitur. Super qua diſtenſo reo legato manibus, & pedibus, cum malleo ferreo crura, & brachia percutiuntur, & demum ſupra cor, poſtremò caput percutitur, vt fuit obſeruatum annis præteritis primo loco Neap. in perſonam Benedicti Mangoni in foro Magno, cuius ſententiæ tenor eſt huiuſmodi. In cauſa Regij Fiſci cum Benedicto Mangone de Terra Eboli publico capite bannitorum, & inſigne malefactore, inquiſito, & carcerato de pluribus homicidijs, furtis, recaptis in ſtrata publica, vitio nefando, & alijs atrociſſimis delictis, prout in Banca Micenæ, & Danielis. Per M.C.V. ex Regia delegatione fuit prouiſum, & decretum, quod ſupradictus Benedictus Mangone aſportetur ſupra currum per hanc Ciuitatem Neap. & ſic aſportando cum forſiculis igneis eius carnes excruciẽtur, & ſic excruciando ducatur ad forum magnum, & ibi Rota figatur, & cum malleo ferreo more Germanorum eius oſſa frangantur, denique totaliter eius anima à ſuo corpore ſeparetur, & deinde eius cadauer comburatur, hoc ſuum, &c. prout fuit exequutum cum magna populi multitudine, vt teſtis ego in minori ætate tunc cõſtitutus recolor, quamquam modernis temporibus, & ſi huiuſmodi pœna Rotarum in alijs fuerit obſeruata, non tamen eodem ordine fractionis oſſuum viuo reo, ſed eo mortuo ob animæ periculum, de quo anctor fuit Sanctus ille Carolus Borromæus Cardinalis Ampliſſimus, ac Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui ſuo tempore in eo Statu Mediolani obtinuit talis pęnæ receſſum, ne corporis, & animæ ſimul iactura fieret, vt teſtatur Portus in ſuo faſciculo crimin. §. aſſaſſinium fol. 150. vbi ſubdit, excreſcente delinquentium audacia iterum vſu recepta fuit in caſibus enormibus pœna Rotæ, ſed bene, vt plurìes Neap. & alibi vidi obſeruatum, percuſſo prius reo in capite, oſſa frangantur, ſecundò etiam ſimiliter cõbuſtionis pœna, quæ relapſis, ac pertinacibus impęnitentes vltimo ſupplicio afficiuntur, & comburuntur, vt quoque teſtatur Franc. Pegna in addit. ad tract. de hæret. Ambroſij de Vignate cap. 1. num. 26. non tamen pœnitentiam agentibus, & Eccleſiæ reconciliatis, cum quibus mitius agitur, latius Farin. de hæret. q. 193. num. 101. & quamuis per Iudices ſæculares pœna mortis afficiantur, non tamen viui comburi debent, vt dictum eſt, ſed dumtaxat comburuntur viui hæretici impęnitentes, idem Farin. eod. tract. q. 189. num. 4. & 5. vt præ cæteris obſeruatum legimus in perſonam Ioannis Hus hæreſiarchę, & eius diſcipuli, Io. Royas in ſingul. in fauorem fidei, ſing. 63. vbi dixit, ei fidem ſecuritatis ſeruatam non fuiſſe, quia hæreticis fides ſeruari non debet, & cum in fortijs peruteniſſet, & condemnatus fuiſſet, appellauit ad Tribunal Dei, vt inquit Pet. Greg. Toloſ. in tract. de appellat. lib. 3. cap. 4. n. 3. ibi Io. Hus Pragenſis ante Theologiæ profeſſor, vbi damnatus fuit tanquam hæreticus à S.P. vocatus, & auditus in Concil. Conſtantienſi combuſtus eſt, ſimiliter & relapſi, vt poſt Arnol. Albert. in tract. de agnoſc. aſſert. Cathol. & hæret. q. 3. Farin. de hæret. q. 195. §. 1. num. 4 & nedum corpus, ſed etiam oſſa eorũ cõburi debent, quando memoria ipſorum damnaretur, Farinac. eod. tract. q. 197. §. 4. n. 94.

Sacrilegus, qui rem ſacram de ſacro ſubtraxerit an pœna ordinaria, vel extraordinaria plecti debeat, ſi rem ipſam non contrectauerit, ſed in Eccleſia captus, atque arreſtatus fuerit cum ipſa re ſacra ſubtracta, vt accidit in caſu occurſo intus Eccleſiam Ieſus Mariæ Neapol. Ordinis Prædicatorum, nam quodã ſero quidam Siculus nomine Antonius Mandara intus Eccleſiam ſe abſcondit ſubtus quodam Altare Capellæ Saluatoris, & in nocte fregit cum ſcalpello hoſtium Cuſtodię, vbi reſidebat ſanctiſſimum Sacramentum intus piſſidam, vt moris eſt, & poſitis particulis ſãctiſſimi Sacramenti ſuper Altare, certo panno coopertis, ſubripuit piſſidam ipſam, & clauſit hoſtium, de mane autem aperto hoſtio Eccleſię, vbi ingreſſus fuit quidam homo, qui videns illum reum intus dictam Capellam iacentem, ſic de mane, miratus eſt, at ipſe reus ægrè ferens irruit in ipſum, & ſic concurſis aliquibus hominibus, & monacis, vt ſedaretur altercatio intus Eccleſiam, coegerũt dictum reum, vt exiret ab Eccleſia, qui nullo modo egredi poterat, hinc ſuſpitio non modica exorta, proceſsũ fuit ad diligentiam per Eccleſiam, ſi aliquid defuiſſet, & ſic particulariter in maiori Altari, vbi repertæ fuerunt dictæ particulæ, & poſtmodum fracturam hoſtij Cuſtodiæ intuẽtes, non reperta piſſida, fuit facta diligentia in eius perſona, in cuius veſtimentis abſcondita erat, & ſic detentus, ac arreſtatus fuit per Iudicem laicũ, vnde habito reſcripto à Sanctiſſimo, vt conſignaretur Iudici ſæculari, & ita exequutum, vnde mihi cogitandum duxi, ſi pœna ordinaria ſacrilegorum puniri debuerat, vel extraordinaria, eo quia non aliter res ſacra cõtrectata fuit per furem, dum intus Eccleſiam captus fuerat cum ipſa re, & videbatur,

Digitized by Google

tur, ex hoc non aliter puniri debere pœna veta ſacrilegorum, quę eſt capitis, ad text. in l. ſacrilegi ff. ad l. Iul. pecul. Farinac. de furt. q. 177. num. 12. Godof. a Bauo cap. 7. numer. 306. Coler. deciſ. German. 152. part. 1. Menoch. vt infra num. 5. & 6. & talis pœna capitis non ſemper erit pœna mortis, ſed quandoq; minor, vt declarat Gloſ. in d. l. ſacrilegi, vbi Bart. Boer. deciſ. 254. nu. 5. & 9. quos ſequitur ibi Farinac. Menoch. de arbitr. caſu 389. num. 1. etenim pœna capitis altero de tribus modis nõ imponitur, Primò hoc eſt de morte naturali, Secundò de morte ciuili, Tertiò de amiſſione Ciuitatis per deportationem, vt tradit Marant. in eius ſpec. par. 4. diſt. 1. nu. 63. Godoſ. à Bauo d. cap. 7. n. 308. Ant. de Ball. in tract. crim. lib. 4. de quęſt. particul. quæſt. 8. num. 2. non mirum ſi contra tales ſacrilegos ſit pœna ſtatuta furcarum, ſiue ignis, vt ex Beluiſ. & Boſſ. notat Farin. vbi ſup. num. 13. ex Iodoco Gilhauſ. in arb. Iud. cap. 3. tit. 28. num. 4. & caſus deciſos refert Godoff. à Bauo in tract. reatuum, quæſt. 7. num. 306. & ſeq. & alios ex mente Foller. Iul. Clar. in §. ſacrilegium, num. 4. præſertim de quodam ſacrilego, qui ſurripuerat calicẽ, vbi Sacramentum ſanctum ſtabat, qui fuit raptus, inde manibus abſciſſis laqueo ſuſpenſus, & in conſimili caſu relato per me in 2. part. noſtri compendij, verbo ſacrilegium, aliquãdo enim mitius puniuntur iuxta perſonarum, rerum, & facti varietatem, vt Mediolani ſeruatum reſtatur ibidem Iul. Clar. cum alijs relatis per dictum Farinac. eodem loco, ſub num. 11. Adeò quod in dubio sẽper de minori pœna erit interpretanda pœna capitalis, ex Gloſ. in l. 1. C. ne Chriſtian. manc. hęr. ex Bald. & Io. de Imol. probat ibidem Marant. in fine, & ſic non de pœna mortis naturalis, Anton. de Ballis dict. tract. d. quæſt. 8. numer. 1. Eoque magis, quia pœna mortis in arbitrarijs nunquam imponitur in delictis attẽtatis, & non conſummatis, ſubnectit ibi Marant. num. 65. Menoch. de arbitr. quæſt. 86. num. 5. Sic erit in præſenti aſſeuerandum, dum licet patratum fuiſſet ſacrilegium, non tamen totaliter conſummatum per contrectationem, ex traditis per Farinac. de furtis, quæſt. 174. num. 50. & 51. ſubdit, eſſe neceſſariam amotionem de loco ad locum, cum furtum ſine contrectatione nõ committatur, & ex multis probauit num. 48. quo nam caſu militaret diſpoſitio text. in l. ſaccularij ff. de extraord. crimin. cum alijs apud Farin. de furtis, quæſt. 174. part. 1. nu. 8. Quapropter caſus relati ſuperius, in quibus fuit impoſita pœna mortis procedere videntur, data contrectatione prædicta, nam ex hoc contemnere videtur ſurripiendo, & contrectando, vt cõſiderat Farinac. d. quæſt. 171. part. 1. ſub num. 1. Ill. Epiſc. Riccius deciſ. Cur. Archiep. Neap. 27. nu. 2. p. 3. Ex aduerſo autem conſiderari poterat, quod cum tale crimen ſacrilegij ſit graue, & atrox, de cuius grauitate agit Foller. relatus ab ipſo Farinac. vbi ſupra, Godoff. à Bauo eodem loco ſupra relato, Ill. Epiſc. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 27. num. 1. & 3. part. 3. poſt Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. 86. num. 71. & Conrad. in templo Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 2. quæſt. 5. num. 3. Peguera deciſ. 24. nu. 1. Et eo magis quando res ſacra auferreretur de ſacro, ꝙ eſt proprium ſacrilegium, vt conſiderat ex alijs Farinac. vbi ſupra, ſub num. 12. poſt Iul. Clar. Gilhauſ. in arb. Iud. cap. 2. tit. 28. in princ. Potiſſimum autẽ quando committeretur aduerſus ſanctiſſimum Sacramentum, tunc inter omnia grauiſſimum eſſet delictũ, vt dixit Ill. Epiſc. Ricc. d. deciſ. 27. part. 3. num. 5. qui allegat text. in cap. 1. de cuſtod. Euchariſt. & loquitur præſertim de ſacrilego ſubtrahente piſſidam, vbi reponebatur ſanctiſſimum Sacramentum, & hoc propter contemptum, irreuerentiam, & iniuriam, quæ irrogantur, vt conſiderant Farinac. & alij ibi relati, nu. 1. ex Petr. Gregor. & Dec. nouiſſimè Ill. Epiſc. Ricc. vbi ſupra, taliter quod crimini læſæ Maieſtatis cõuenire putant præfati DD. nõ mirum ſi etiam apud Ethnicos grauiſſimè animaduerſũ fuerit, vt erit videre apud Petr. Gregor. relatum per Farinac. vbi ſupra, num. 1. & etiam apud antiquos ſatis fuit hoc crimen odio habitum, ita vt pueros etiam ſacrilegos viuos comburi voluerint, ex Aeliano firmat Menoch. dict. quęſt. 86. num. 11. quanto magis apud Catholicos erit rigoroſè plectendum ſacrilegium memoratum, prout ex exemplis ſupra relatis apparet fuiſſe punitum in foro fori, nam in foro Eccleſiaſtico apparet, quendã fuiſſe ad triremes per decennium condemnatum pro eodem delicto in caſu relato ab eodem Epiſcopo Riccio d. dec. 27. de quo iure erit intelligendum, pęnam mortis eſſe, & ſic iuxta conſuetudinem aliorum locorum percipitur, pęnam mortis eſſe impoſitam ſacrilegis, prout Germaniæ eſt pœna Rotæ, vt tradit Coler. vbi ſup. in ſtatu Imperiali pœna extat combuſtionis, vt cenſuit Gugl. Koell. de publ. iudic. diſquiſ. 10. verſ. at ſacrilegi, & alibi pœna mutilationis manus, vt ibi ſubdit ex Claro, niſi fortè tales ſacrilegi eſſent minores, quoniam tunc pœna erit minoranda, vt exemplo occurſo refert deciſum Papon. lib. 24. tit. 10. Arreſt. 24. de quibuſdam iuuenibus, qui calicem argenteum cum patena furto ſurripuerãt die Iouis Sancti intra Repoſitorium in templo, quo die, nocteque adoratum iri ſolet, & refert fuiſſe condemnatos, vt duobus, & diuerſis diebus Sabbathi per quadrata virgis cęderẽtur, & duobus Dominicis ſequẽtibus prædictos dies Sabbathi maiori miſſæ induſio ſolo ammiti flexis genibus tedã ardẽtem manu tenentis, & fune in collum iniecto aſſiſterent, & cum eleuatio corporis fieret, alta, & ſublata voce à Deo delicti veniam peterent, & ad reficiẽdum fractum calicem, eumque vna marca augẽdum, tandem ſeneſcaltia vaſatenſi exulare iuſſi, hæc ille. Non obſtat, quod contrectatio non fuerit ſubſequuta, nam ad ſacrilegium ſufficiet, vt res ſacra auferatur, ex Vult. Gomeſ. Vueſemb. & Godd. probat Guglíel. Koell. loco relato, eo quia in hoc attenditur irreuerentia, & iniuria illata Sanctiſſimo Sacramento per eius amotionem à loco repoſito, non cõueniens ipſi ſacrilego talia peragere, arg. d. c. 1. de cuſt. euchar. ibi, ne poſſit ad illa temeraria manus extendi ad ſimilia, & nephanda exercenda, &c. Ricc. vbi ſup. num. 5.

& non ab re manus excidi prius debent, vt dictum eſt, & poſtmodum morti tradi, vt plenius diſcutit Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 10. verſ. illud profecto. Inſuper cum talis pœna arbitraria ſit, Ricc. vbi ſup num. 4. Farin. conſ. 74. n. 2. Menoch vbi ſup. num. 1. & conſequenter in arbitrium Iudicis collocata conceditur, vt non recedat à pena mortis, ſed vt eligat ſpeciem mortis, qua ſacrilegus puniri debet, vt ex Cãrera probat ibi Farinac. ſub num. 13. & reſpondit, quatenus pœna ipſa ſit arbitraria, ſeù extraordinaria, quod ipſa iura non loquuntur in vero ſacrilego de iure ciuili, quando ſacrum de ſacro aufert, ſed in ſacrilegio impropriè, quando ſacrum de non ſacro aufertur, & è contra, ſicque reaſſumendo articulum cenſerem, iuxta mentem Doctor. aſſerētium, eatenus ſacrilegium verum, ac proprium eſſe de iure ciuili, quatenus res ſacra de ſacro aufertur, & eo caſu pœna capitis locum haberet, hoc eſt mortis, & conſequenter contrectatio non requireretur, quia furtum ob qualitatem ſacram nomen mutatur, Nauar. in cap. conſideret, nu. 19. de pęn. diſt. 5. & à principali illud aſſumeret nomen .ſ. à læſione rei ſacræ, quod eſt verè ſacrilegium, iuxta definita poſt Conrad. vbi ſup. n. 7. per Farinac. eod. loco in princ. & eo caſu ſufficeret, illud commiſſum fuiſſe, vt dixi ſup. ad hoc vt pęna ipſa ſibi locum vendicaret de iure ciuili, quæ eſt mortis, nam in atrociſſimis limitatur, vt de minori pęna capitalis erit intelligendum, Ballis ibi num. 10. nec opus erit quærere de contrectatione non perfecta, dum in fraganti ſacrilegus captus ſit, cum per ipſum non ſteterat, quominus furtum contrectaret, ſed fortè impeditus, ex aliorum capientium facto non potuit totaliter delictum complere, nempè rem ſacram oblatam contrectare, tunc non poteſt dici, quin delictum ſacrilegij non ſit commiſſum, nam hoc ſolum ſufficiet, vt dictum eſt ſup. eo amplius, quia non potuit, nec valuit ab Eccleſia recedere, quod miraculo erit certè adſcribendum. Cæterum autem, vbi res ſacra à non ſacro, ſeù res non ſacra à ſacro auferatur, licet de iure Canonico dicatur ſacrilegium, non tamen de iure ciuili, & eo caſu furtum potius appellaretur, quam ſacrilegium, prout ex Iodoc. probat Gilhauſ. d. tract. eo. loco, num. 2. vltra Menoch. de arb. caſu 389. num. 11. & ſeq. nō nimirū ſi mitius erit tale delictum puniendum, latè Pegueta dec. 24. num. 19. & ſic diuerſimodè ſacrilegium punitum, vt ex Claro, & alijs probat ibi Farinac. poſt Menoch. loco citato in princip. Nihilominus ex confeſſione ſpontanea ipſius rei perhabita nullam excuſationis cauſam allegantis, & vti conuictus, fuit per M.C.V. delegatū ordine Suæ Excellentiæ facta relatione per Iudicem Ioannem Cioffum die 4. menſis Auguſti 1636. ipſe condemnatus, vt prius per Ciuitatē raptaretur, deindè viuo ei manus amputaretur; inde laqueo ſuſpendendus, poſtmodum in fruſtra diuidendus, cuius partes in męnijs affigerētur, vt ex actis in Bāca Tartagliæ, & obſtupui, qualiter tempore ſacrilegij ipſe reus ſubtus altare Capellæ Saluatoris ſe abſcondit, & in die Saluatoris ſententia fuit exequutioni demandata, nec defuerunt Religioſiſſimi Patres d. Eccleſiæ pro eo Miſſas illicò celebrari facere, nec prætermittendum putaui, duos ſacrilegos, qui cum ſcaſſatione ianuæ Eccleſiæ S. Laurentij ſurripuerunt quinque lampades argenteas à Capella S. Antonij, & torquem de collo B.M. Virginis, & fuerunt ad mortem damnati ad relationem Iudicis Scipionis Salituri die 24. Ianuarij 1638. penès Ioelem, & hoc probatur ex conſimili caſu relato per Farinac. de furtis, quæſt. 172. num. 55.

Salarium debitum alicui generali Adminiſtratori deputato ad regimen alicuius Vniuerſitatis extra eius domicilium, à quo die debetur, an à die electionis, vel à die poſſeſſionis, item vſque ad quem diem, an reuocationis mandati, an vero vſque ad tempus, quo reuerſus eſt in eius patriam, demum ſi debeatur à principio anni, deciſum fuit per S.C. deberi primo die Ianuarij, quo debebat diſcedere pro ſeruitio d. officij, ſed fuit impeditus facto eligentis vſque ad diem reuocationis, præterea illudmet deberi à menſe Septēbris 1594. vſque ad diem primū Ianuarij 1595. quo tempore ſe occupauerat in Ciuitate, vndè diſceſſerat pro ſeruitio eligentis ad rationem carolenorum duodecim pro quolibet ſcuto, ita Reg. Tapia dec. S.C. 60. III.

Salarium debitum Notario pro rogitu capitulorum matrimonialium inſtrumenti dotalis, ſeù mutui alicuius magnæ quantitatis taxari an debeat iuxta diſpoſitionem Regiæ Pragm. antiquę, vel iuxta qualitatem negotiorum, & perſonarum, prout contingit ventilari coram Circūſpecto Præſide S.C. in cauſa Not. Troili Schiuelli, cum hæredibus q. D. Io. de Cardines, dum prætendebat ipſe Notarius conſequi debere ducatos 60. inſpecta ſumma dotis ducat. . . . . & perſonarum ipſarum nobilium, & de lucta controuerſia prædicta replicabatur ex parte hęredum, extare Reg. Pragm. 4. de Notarijs, vbi inter cætera taxatur ſalarium vltra ſummam ducatorū m centum, quantacunque ſit quantitas tareni quindecim, &c. & ſic iuſtum ſolui per d. Spectab. Pręſidem, iuxta formam ipſius Pragm. ſed cum fuiſſet habitus recurſus per d. Not. ad Collat. Conſ. præſentando fidem multorum Notariorum aſſerentium, talem Pragmaticā non eſſe in vſu, ſed ordinariè ſalaria taxari per alios Notarios, quibus melius Præſidi videbitur, fuit interpoſitum decretum per d. Collat. Conſ. ad relationem Regentis D. Didaci Lopez, quod d. Circūſpectus Præſes prouideret, vt ſalarium prædictum taxetur iuxta qualitatem negotiorum, & perſonarum, penès Taglianiam à mandatis Scribam, cuius vigore dum fuiſſet commiſſa taxatio alteri Notario, tamen per eum fuit relatum, taxari debere ad rationem ducatorum triginta, licet poſteà in reuiſione reformata relatio in ducatis viginti, quapropter & ſi lex, ſeù conſtitutio aliqua non tollatur per non vſum, & actum, Macerat. var. reſol. lib. 1. reſol. 97. num. 3. Gram. conſil. ciuil. 12. num. 14. nam ſemper conſtitutio præſumitur vſu recepta, idem Macer. d. lib. 1. reſol. 46. num. 2. adhuc oportet dari contrarium vſum, ex Put. Caputaq. Felin. & Benint. probat idem Macer. d. reſol. 97. num. 3. Gram. ibidem, & ſic probatio in contrarium, idem Macer. d. reſol. 46. nihilominus tollitur, quando non vſus habet in ſe

con-

contrarium vſum, & actum, Abb. in cap. Ioannes, num.6. de cler.coniug. Felin.Rol.Ciau.& Caſti. quos probat Macer. d.reſolut.97. num.4. adeò quod cum ſit notorium, non ſeruari diſpoſitionem alicuius Pragmaticę, vel vſum legis, aut conſtitutionis, non erit opus alia probatione, idem Macer.lib.2.reſolut.30. num.5. vbi ſubdit, debere conſtare Iudici de eo, quod ſatis conſtare videbatur, dum Reg. Rouit. in d.Pragm.4. dicat, malè illam ſeruari, imò ordinariè committi ſalaria pro ſcripturarum exemplatione, & confectione per d.Spect.Pręſidem alijs connotarijs.

Salarium duplex pro dietis conſequi an debeat Iudex delegatus, ſeù Commiſſarius, qui duobus negotijs diſtinctis, & inter ſe compatibilibus eodem tempore vacat, fuit deciſum affirmatiuè per R.C. vt cenſuit D.Franciſcus Merlinus controuerſ.forenſ.cap.70. cum exploratum.

Salarium dari an debeat per Barones vaſallis inſeruientibus pro baiulis, & conſeruatoribus, deciſum fuit per S.C. in plurimis cauſis affirmatiuè ſalatis per Nouar. de grauam. vaſall.tom.2.grauam.18.

Salaria Dohanerij, & Credēzerij, & mercedes Officialium exigentium introitus feudales, an erint deducenda ex releuio debito per Baronem, deciſum fuit affirmatiuè per R. C. S. prout ex manuſcriptis deciſionibus Regen.Moles tradit nouiſſimè And.Capanus in ſuo tract. de iure releuij, p.1.q.13.n.26.& 27.

Saluaguardia conceſſa alicui debitori per Iudicem, ne moleſtetur pro debitis, aut donec aliter fuerit prouiſum, vel ſimile, ſi inde debitor captus fuerit, & eius intuitu petierit in priſtinam libertatem reponi, an erit obſeruanda, & ſi Iudex poteſtatem non habuerit, prout accidit diſcuti in perſonam Lucij Moneglię Ianuenſis, qui ſe adſcripſerat in Curia Artis Serici prętendens in eadem Curia conuenirj, & interim ſaluamguardiam impetrauerat à Regio Conſil.Fęlice de Ianuario, ne moleſtaretur ab eius creditoribus infra certum tempus pro debitis contractis extra Regnum infra, qui cum fuiſset carceratus ad inſtantiam Cornelij Spinolæ ordine Regentis Branciæ, dicebatur ex eius parte, deberi in priſtinam libertatem reponi, Caualc. de brachio reg. p.2.num.317. quamuis etiam ſi fuiſſet captus vigore ſaluiconductus alterius Officialis, licet facultatem non habuiſſet, ex traditis, & deciſis per Præſ. de Franch. deciſ.258. Apicell. in rutam. paup.tit.2. num.51. Hieron.de Leo dec.Valent. 206.num.6.tom.2.Giurba conſ.80.nu.18. quod eſt adeò verum, vt ſi concederetur ſaluuſconductus ab inferiore Iudice, quam Principe, licet ſit nullus ob defectum poteſtatis, adhuc ſi bannitus fuerit offenſus, vtique puniendus erit occiſor, ex traditis per Farin.in eius prax.quæſt.103. nu. 296. Ex aduerſo autem replicabatur, has ſaluaguardias, guidatica, ſecuritates, & moratorias dare ad Principem ſpectare, Affl.dec.4. vbi Vrſill. ex tex.in l. vniuerſa, C. de prec.imp.offer.Papon. lib.5. titul.9. Arreſt.1. & Caſſan.in cathal. glor. mundi, p.5. conſid.24. priuileg.195. & 199. Menoch.de arbit.caſu 338.num.3.& caſu 337.n.11. quem ſequitur Caualc. de brachio regio par.2. num.268. & 272. & melius num.314. vbi plures allegat, Sola in Conſtit.Sabaud. tit. de guardijs, & eorum prohib.Gloſ.1. ſi tamen contingerit in criminalibus nedum concedi ab inferiori Iudice guidaticus, nullus erit, ac nullius roboris, ac firmitatis, Menoch.d.caſu 337.ſub num.11. quo fit, vt occidens bannitum habentem ſaluumconductum ab inferiori Iudice, quàm à Principe, nullatenus puniri deberet, ex Nello, & alijs probat Farin.in d.eius prax.d.q.103. num.295. nam regulariter Iudex non poteſt dare ſaluumconductum, vt idem Farinac.quæſt.29.num.79. & 80.& ſi fuerit datus, non erit ſeruandus, ob defectum poteſtatis, Menoch.d.caſu 337.ſub n.11. & quatenus diceretur ſaluumconductum, ſeù ſaluaguardiam, & ſimilia poſſe ab inferiore à Principe cōcedi, & ſic à Iudicibus inferioribus, id procedit ſuggerente aliqua iuſta cauſa, & ad certum tempus, non ſemper, & in perpetuum, vt Princeps concedit, dixit Affl. ibi vna cum Vrſill. Caualc.vbi ſup.num.315. ſed hoc ſanè intelligēdum erit, vt tale guidaticum datum etiam in caſu, quo dari non potuit, erit ſeruandum per eum, qui ipſum dedit, & ſic deciſum teſtatur Cancer. var.reſol.tom.2.cap.2.num.292. ibique ad rem noſtram refert paritar fuiſſe, vt guidaticum datum ab inferiori, vt ſuperior ſeruare non teneatur ex iuribus, & rationibus ibi adductis. Quapropter relata cauſa, deciſum fertur per Reg. Branciam, quod præſtita cautione de ſoluendo quidquid fuerit iudicatum, & interim remaneat carceratus, & inde fuit confirmatum per Collat. Conſil.ad relationem Reg.Conſ.D.Gregorij de Angulo in Banca de Amico, & iterum in cauſa Ill. Marchionis Rapollę cum Dōna Iulia Gōzagha vxore D.Franciſci de Ocampo.

Saluuſconductus, ſiuè ſecuritas generaliter conceſſus, ſiuè conceſſa reo delinquenti, & citato pro maiori delicto, ſi fortè reus non comparuerit, prætextu, quod reperiebatur pro aliquibus delictis minimis contumax, ex quibus dubitabat detineri, dum expreſſa non fuerint, & inde proceſſum ad vlteriora in cauſa, fortè ad ſententiam forindicationis, an ſibi ſuffragari debeat, vel non, ſi de nullitate ſententiæ huius prætextu dictum fuerit per reum, vt contingit dubitari in M.C.V. in cauſa Andreæ de Adamo inquiſiti de homicidio cum ſclopo rotato, qui cum fuiſſet citatus per d.M.C.ad informandum, & ad capitula, cū abbreuiatione, iuxta formam Regiæ Pragmat. expoſtulauerat ſecuritatem, vt comparere potuiſſet, & cum fuiſſet conceſſus ſic generaliter, comparere non intendebat, huius prætextu, quod erat cōtumax pro certis delictis, licet minimis, & dubitabat detineri, & propterea in hac re reſpectu conceſſionis indultus Doct. aliqui voluerūt, non eſſe concedendum, ex quo ſemel bannitus poterit iterum banniri, ex Nello, & alijs probat Boſſ.in tit. de banni nullitate ſub num.9. ſic & contumax pro vno delicto, poterit pro alio delicto contumax fieri, vt latè Carau.in ritu 205. num.1.proſequitur. Alij verò Doct.aſſerunt, eſſe concedendam ſecuritatem, ex quo ſine illa reus comparere non tenetur, ſi fuerit citatus pro alio delicto, ex Bart. Ang.Feli. Cępoll.& alijs firmat Boſſ.vbi ſup.& præter eos, alios congeſſit Fari-

nac.

nac.in eius praxi,tit.de inquiſit. q.11.num.58. vltra Scappam de iure non ſcripto, lib.5.cap. 178. Guazz.in tract.ad defenſam,in defenſ.12. cap.1.nu.58.& ante eos Coler.de proceſſ.exeq. pat.2.cap.3.num.60. quocirca ex hoc fuit abuſus quidam in Magn.Cur.Vic.introductus,ſimiles ſaluuſconductus,atq; ſecuritates concedi inquiſitis,vt tutè comparere poſſint,quãdo citantur potiſſimum pro delictis grauioribus, ne contumaces fiant, eapropter reſpectu conceſſionis ipſorum ſufficiens erit eos generaliter concedi, neque opus erit, vt ſingula delicta enuncientur,maximè leuiora,nam ſecuritas data pro maioribus delictis, extenditur etiam ad minora,& copulatiua, & accipitur pro diſiunctiua,Boſſius in tit.de remed. ex ſola clement.Princ. num.63. Guazzin. vbi ſupra,verſ.benè verum,imò etiam ad delicta nõ expreſſa, ſi minora ſint expreſſis, Farinac.in d. praxi,quæſt.29.nu.57. vbi etiã probat,ſaluumconductum extendi etiam ad delicta occulta, de quibus quis condemnatus non fuit,Guazzin. vbi ſupra latiſſimè, hoc præſuppoſito infertur, non eſſe neceſſariam expreſſionem delictorum minimorum, ſiue leuium,poſtquam etiam reus cui conceſſus eſt ſaluuſconductus, ſi fortè deliquerit leuiter, non puniretur, vt probat Guazzin. loco citato, verſ. habens aliquem, taliter quod Iudex non tenetur talia minima delicta in ſaluoconducto, ſeu ſecuritate exprimere, neque eos concedere, quia de minimis non curat Prætor, ad text. in l. ſcio ff.de reſtitut. in integr. Quocirca reus citatus omnino comparere aſtringitur, eo maximè quando fuerit accuſatus tantum, non autem condemnatus, quoniam tunc nõ haberet exceptionem,ad text.in l.4.§.1.ff.ſi quis caution. & ob id cum fuiſſet proceſſum per Mag. Cur. ad vlteriora in cauſa ad prolationem ſententiæ foriudicationis, & inde dictum de nullitate,fuit præuia relatione Iudicis D.Garſiæ de Vera per eandem M.C. iudicatum, nullitates non obſtare de anno 1637. in Banca Ioelis,& iterum idem fuit deciſum in cauſa Franciſci Perottæ,ad relationem Iudicis D. Hannibalis Moles, nunc Regij Conſiliarij, & interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium, facta in eo relatione per Reg. Conſil. D. Flaminium de Conſtantio,fuit confirmatum,penès Meulam Scribam,in Banca Mauri.

Satisfactio oppoſita per reum exiſtentem carcerarum vigore inſtrumenti liquidati, eo quia ſoluerat creditori ſui creditoris,an admitti debeat,deciſum fuit affirmatiuè per Magn.Cur. Vic. vt tradit Donat.Anton.de Marin.quotid. reſol.cap.192. Sed ſi fuiſſet hoc oppoſitum in principio litis Curia pro Tribunali ſedente, non impediret liquidationem, vt in alio caſu deciſum fuit per M.C. & confirmatũ per S. C. de quo in meo voto 84. num.398.

Satisfactio producta in promptu aduerſus liquidationem inſtrumenti, ſi non poſſit probari per ſcripturã,quæ fuit deperdita,qualiter probari debeat,deciſum fuit poſſe per teſtes probari in actu interrogationis in promptu productos,& rogatos,præuia annotatione nominum,& cognominũ illorum,& numero quinquennario, in cauſa Vincentij Arcurij cum D. Fabrino de Monaca, penès Seraphinum, dixi in voto 84. num.366.

Satisfactio probata per teſtes an valeat, ſi in inſtrumento dictu fuerit, illam nõ niſi per ſcripturã probari poſſe, licet DD. videãtur inuicè contrariari,& proinde per M.C. fuit dictũ, vt ordinariè procederetur,tamen facta relatione in S.C. fuit deciſum,quod procederetur ad interrogationem, in cauſa Not. Ioannis Baptiſtæ Spatani cum eius ſorore, in Banca Saleſij, ex cauſa relata in meo voto 84. num.403. & ſequenti.

Satisfactio debiti an cenſeatur facta cõcurrentibus requiſitis à lege determinatis in emptione rei ſubhaſtatæ, vt pſumatur debiti remiſſio contracta,quemadmodum ex facto occurſo oſtenditur in cauſa Illuſtr. Ducis Bouini Magni Regni Seneſcalli cum Aloyſia Galluccio, vnde deſumebatur de anno 1567. die 10. Nouembris quond. Io. Andreạm Carafa emiſſe à Carolo Carafa annuos duc.166.2.10. pro capitale ducat.1850. & in ſpecie fuerunt obligata balliua,& furnum corpora feudalia Terræ Panni, præuio inſtrumento aſſenſu roborato, & per aliud inſtrumentum eiuſdem anni eundem Io. Andreạm ab eodem Carolo emiſſe alios ducatos 45. pro capitale duc.500. & fuerunt obligatæ domus ſitæ in Ciuitate Neapol. cum aſſenſu Regio, inde in anno 1615. poſt annos 48. D.Franciſcus Carafa hæres hæredum ipſius Io.Andreæ petijt in S.C. reſciſſionem dictorum inſtrumentorum, & condemnari hæredes debitores ad reſtitutionem dictorũ capitalium vna cum tertijs decurſis ob tertias nõ ſolutas,& pro dictis quantitatibus aſſiſtentiã præſtari ſuper dicta Terra Panni, quę poſſidetur per ipsũ Ill. Ducem, præſupponendo eſſe in bonis,& de bonis dicti debitoris,compilatoq; proceſſu poſt decurſum annorum decem & octo inſurrexit Aloyſia Galluccio tertia hæres ipſius Ioan. Andreæ per intermediam perſonam eiuſdem D. Franciſci Carafæ ſui filij,& petijt inſufflationem ſpiritus inſtãtiæ perẽptę,qua obrẽta dum pręteriretur expeditio cauſæ,dicebatur ex parte ipſius Ill. Ducis Bouini, eſſe eum abſoluendũ ab imperitis pro parte hæredis ipſius Io. Andreæ ex ſequentibus, cuius partes tuiatus eſt Petrus de Philippo I.C. Et Primò, quatenus ordo inſpiceretur, poſtquam in hoc iudicio non apparet, hæredem principalis fuiſſe monitum, neque auditum, ſed tantum ipſum Ill. Ducem tertium poſſeſſorem,dum agebatur de iudicio aſſiſtentiæ, quo nam creditor illam obtinere non poterat contra tertium poſſeſſorem, niſi prius reſciſſo inſtrumẽto cum principale debitore,ex traditis per Reg Rouit. in pragmat.1. num.4. de aſſiſt. & potiſſimum in hac cauſa,in qua extrema probata non apparent, nec conſtabat, venditorem annuorum introituum poſſediſſe tempore vẽditionis ipſorum,dictam Terram Panni. Quantum vero ad iuſtitiæ tramites pertinere videatur, poſtquam agebatur de petitione crediti, de-

que

quo non fuit loquutum, nec per principalem creditorẽ, neque per eius hæredes poſt annos 48. decurſos, ex data inſtrumentorũ de anno 1567. vſque ad diem motæ litis in anno 1615. & poſt annos 68. vſque adhuc, & de debito contracto inter patruum, & nepotem, dum in dictis inſtrumẽtis aſſeritur emptio dictorum annuorum introituum facta in dicto anno 1567. per dictum Ioannẽ Andræam Carafam à Carolo Carafa eius nepote, & ob decurſum, & ſilentium tot annorum, & ob cõſanguinitatem contrahentium præſupponitur remiſſum, ac ſatisfactum, ad text. in l. Procula ff. de probat. ex quo text. licet habeatur remiſſio, & reſolutio debiti, tribus tamen concurrentibus, ſcilicet diuturnitate temporis, conſanguinitate, & ſæpe ſæpius calculata ratione, nihilominus duo ipſorum ſufficere conſentaneũ erit, vt infra dicetur, quocirca reſpectu tertij, & vltimi requiſiti, & ſi deficere videatur in præſenti cauſa, attamen illud non eſt neceſſariũ, prout eruditè oſtendunt Conſil. Theodor. in alleg. 68. Comes Satni, nunt. 18. Conſ. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 87. quæ requiſita, nu. 9. ex mente Aym. conſ. 159. num. 4. Vrſill. ad Affl. dec. 13. n. 14. Gama dec. 144. & Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſ. 135. Iſta .n. tria requiſita non requiruntur pro forma, ſed ſufficiũt aliæ coniecturæ, & ſigna æquipollentia, ex quibus eadem præſumptio colligitur, vt aduertit præfatus Conſil. Merlinus vbi ſupra, nu. 9. & 10. & quamuis nõ tractetur de probando ſolam ſolutionem in extenſionem vnius ſimplicis debiti, ſed de reemptione dictorum annuorum introituum, quæ videtur caſus magis dubitabilis, vnde præſumi deberet, non ſolum ſolutionem ex parte debitoris ineſſe, ſed retrouẽditionem magis ex parte creditoris, quemadmodum in conſtitutione cenſus ad formam Bullæ requiritur ſcriptura, ex Gloſ. in cap. 1. §. poſtquam autẽ, de cenſ. in 6. quæſt. 5. num. 3. Felician. de cenſib. tom. 1. lib. 1. cap. 9. ſub nu. 8. verſ. ſecunda docet, Duard. de cenſ. tom. 1. §. 2. quæſt. 12. num. 10. 17. & 18. & quæſt. 13. num. 2. ſic in diſſolutione illius ex regula illa, quia ſollemnitas, quæ requiritur in contractu, exigitur in diſtractu, Duard. eod. tract. tom. 2. §. 5. quæſt. 31. num. 2. & facit regula cap. 1. de reg. iur. omnis res, quæ per quaſcũque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitus. Nihilominus hoc non immutat iuris articulum, poſtquam ſicuti per præſumptiones, ac coniecturas poterit probari ſolutio in extinctionẽ ſimplicis debiti, ita per eaſdem præſumptiones, & coniecturas poterit probari retrouenditio cenſus, vt probat Menoch. lib. 3. præſũpt. 135. in princ. ibi, ex coniecturis, & præſumptionibus ſatiſfactio, vel rei reſtitutio, &c. Afflict. dec. 13. vbi ex eiſdem coniecturis, quibus probatur ſolutio, probatur rei reſtitutio. Accedebat huic opinioni, quia quamuis annui introitus ſuper certo corpore ad formam Bullæ cum rata dominij, & pacto de retrouendendo vendantur, attamen venditor cum effectu nec dominiũ, nec poſſeſſionem illius corporis à ſe abdicat, ſed remanet venditor in poſſeſſione illius cũ perceptione fructuum, ac redituum, Steph. Gratian. deciſ. 20. & Io. Gutierr. practic. quæſt. tom. 1. cap. 82. & ſic ſunt potius pignorationes, quam alienationes, ad tradita per Præſ. de Franch. deciſ. 159. & quemadmodum probata ſolutione per coniecturas, & præſumptiones ſequitur liberatio, & diſſolutio pignoris, ita etiam retrouenditio, & extinctio cenſus venditi, qui ad inſtar pignorationis ſe habẽt, neque verum eſt, quod in conſtitutione cenſus requiratur ſcriptura, cum etiam abſque ſcriptura per quaſcunque alias probationes probari poſſit, ita Follet. in pragm. de cenſ. nu. 57. & Cancer. in tract. de cenſ. part. 1. quæſt. 4. c. 4. vbi ita pluries in Rota Romana deciſum refert, quas deciſiones refert poſt d. tract. dec. 96. 100. 112. 113. 114. & 209. & quemadmodum conſtitutio cenſus ſine ſcriptura fieri poteſt, ita & eius extinctio, & reſolutio, ad text. in l. nil tam naturale ff. de regul. iur. & in terminis, quod coniecturis, & præſumptionibus probetur extinctio, & reſolutio cenſus, deciſum refert Card. Seraphin. in eadem Rota Romana dec. 1133. ſecundum quam etiam decreuit Sacrum Conſilium in eadem Aula, vbi pendet præſentis cauſæ deciſio ad relationem Regij Conſiliarij Didaci Varelæ, in cauſa hæredum Cæſaris del Vecchio cum Mario Prignano de Ciuitate Luceriæ Apuleæ, in Bãca de Viuo, ad præſens de Simeone. Accedebant prædictis ad excluſionem iurium actoris multæ ſcripturæ præſentatæ, ex quibus clarificabatur ſatisfactio debiti prædicti. Primò producebatur depoſiti fides ducat. 14380. pro emptione facta ſub haſta iure creditoris anterioris de anno 1572. Secundò adducebatur aſſenſus Regius expeditus in forma Cancellariæ, regiſtratus in quinternionibus Regiæ Cameræ. Tertiò producebatur liberatio prædicti depoſiti diuerſis creditoribus eo tempore exiſtentibus, facta præcedente decreto S.C. inter quos aderat partita ducat. 1850. liberata Philippo Carafa, quæ inde ſoluta fuit hæredibus Ioan. Andreæ Carafa. Quartò adducebatur cõparitio quædam ipſorum hæredum ita confitentium, qui inter cæteros creditores fuerunt graduati, & comparuerunt ſuper liberatione depoſiti dictæ Terræ Panni, & obtinuerunt liberationẽ eorum crediti dictorum duc. 1850. nec potuerunt aliam liberationem obtinere pro reſiduo crediti duc. 500. aut quia in pretio non includi poterant, dum fuerat reſiduum depoſitum liberatum inter cęteros Lucretiæ Carafæ creditrici dicti Caroli anteriori dictis hæredibus Io. Andreæ graduati inter creditores dicti Caroli, aut quia habebat obligationem ſpecialem ſuper dictis domibus Neap. abſque clauſula, quod ſpecialitas generalitati nõ deroget, nec è contra, ſuper quibus quæſierunt ſatisfieri, & inſtiterunt: vnde ſupponendum erit, cum effectu ſubſequutã fuiſſe ſatisfactionem ob decurſum temporis alijs coniecturis concurrẽtibus. Et ex ijs probata præſumpta ſatisfactione cũ reali, & vera receptione pretij dictæ Terræ, ſicuti hodie pro eodem credito iam ſatisfacto, & poſt decurſum tot anno-

rum

Digitized by Google

tum actrix intendebat aſſiſtentiã conſequi ſuper dicta Terra contra omne ius, dum bona fides non patitur quod illud, quod ſemel fuit ſolutũ, iterũ exigatur, ad tex. in l.bona fides, ff. de re iud.cap.bona fides eod. tit.& emens ſub haſta Sac. Conſil. iure creditoris anterioris ſecurus eſt à debitore, iuxta allegat. 56. Annæ. Non obſtat quod ex aduerſo dicebatur, nempè reſpectu prætenſionis reſtæ ducatorum 500. capitalis vna cum tertijs decurſis poterit ſatisfieri ſuper d. Terra, præſupponendo, quod actrix non inſtiterat à principio pro venditione d. Terræ, poſtquam iam ex ſupradictis apparet, fundatam eſſe ſatisfactionem præſumptam ex diuturnitate temporis, & conſanguinitate contrahentium, ex d.tex.l.procula, & magis quia venditio d.Terræ fuit ſubſequuta ſub haſta S.C.iure creditoris anterioris, & emptor tutus eſt à debitore, & creditor non poteſt agere ſuper re debitoris contra emptorem ſub haſta, ſed debet agere contra creditores, quibus fuit liberata pecunia cum cautione, per ea, quæ fundat Fontan. de pact.nupt. tom.2.clauſ.5.Gloſ.8 par.7. num.49. & 51. ſic pariter, quia comparuit inſtando pro liberatione eius creditorum, & obtinuit d.ſui crediti ducatos 1850.& licet creditor non comparuerit inter cæteros creditores debitoris ad petendum ſequeſtrum, & venditionem bonorum, tamen cum ipſe comparuit poſteà ſuper pretio Terræ prædictæ venditæ petendo liberationem tàm capitalis, quàm tertiarum, vt ſupra demonſtratum fuit, cenſetur de iure ratificare illam primam petitionem aliorum creditorum, tùm ex receptione pretij, iuxta tex.in l.quidem ex parte, iuncta Gloſ. in verbo affuiſſe, ff. de euict.tùm etiam ex vſu actorum, & decretorum, quæ præceſſerunt venditionem Terræ prædictæ, ad tex.in l.cum vnus, ff de bon.auth.iud.poſſ. & l.fin.C.eod. Facta relatione in S.C.per Reg.Cõſil. Franc.Antonium Muſceptulam cauſæ Commiſſarium poſt longam diſcuſſionem, fuit præuia ſententia eiuſdem S.C.abſolutus d.Ill.Dux ab impetitis, ſaluis iuribus, ſi quæ competunt contra creditores poſteriores, vt patet ex actis in Banca Iadoniſij Act. Mag.in anno 1638. Ad materiam l.procula adde plures cumulatos Doct. per Alph. collect. 226. vltra eos Farin.dec.299.

Sciens tractatum contra Principem tendentem ad capturam alicuius Ciuitatis ei ſubditæ, & non reuelans, qua pęna puniri debeat. In hoc articulo Doct. ſibi inuicem contrariantur, nam aliqui ſequũtur Bart.in l.vtrum, ff.de parric. dicentem, puniri debere pęnam mortis, alij vero ſequũtur Bal.non aliter pęna mortis afficiendum reum, quos probat Oſaſc.dec.Pedemont.80.num.1.ad 4 & ſimiliter vltra eum Minſyng.ſingul.obſeru. cent.5.obſeru.40.ſed nouiſſimè alios vtriuſque opinionis congerit Farinac.in eius praxi tit. de inditijs, q.51.num.69.& 71.Godofred.à Bauo in tract.reatuum, quæſt.7.num.69. qui videntur opiniones ipſas inuicem contrarias concordare, vel quod tractatum probare reus non poterat, & procedit opinio Bald.aut probare poterat, opinio Bart.præualet. Vel aut loquimur per viam accuſationis, & procedit opinio Bartol. vel per viam ſimplicis denunciationis, & procedit opinio Bal. vt poſt Minſyng. abundè Farin. eod.loco à num.72.ad 74.proſequitur. In caſu autem, de quo agebatur frater, qui ſciebat tractatum capturæ Ciuitatis Caietæ ab inimicis Catholicæ Maieſtatis, in quo interuenerant alius fratres, nec aliter illum reuelare auxus eſſet, & cum pro tali delicto captus fuiſſet, dum de competenti pęna attribuẽda ageretur, pro ſui defenſione aſſerebat, ipſam Ciuitatem Caietanam non eſſe propriè ſuam patriam, & ſucceſſiuè non aliter commiſiſſe crimen læſæ Maieſtatis, ſeù rebellionis, ita in terminis voluit Ang.in l.frater, ff.de parric.quem citat Bertach. in repert. verbo ſciens, forenſem ſcientem tractatum in Ciuitate fieri, non teneri reuelare, nec puniendum eſſe, ſi non reuelet, per Gloſ.in d.l.vtrum, verſ.conſcios. Secundò, quia non tenebatur reuelare crimen tale commiſſum per ſuos fratres, ex doctrina Salyc. in l.quiſquis, C.ad l.Iul.Maieſt. Nihilominus præuia ſententia Collateralis Conſil. fuit Marcus Antonius de Thæſis V.I.D.condemnatus ad amputationem capitis, cum bonorum confiſcatione, de qua habetur in allegat. 21. diuerſ. poſt deciſ. Reg. Salern.num.23. & ita cenſuit obſeruaſſe Phani Bertach. vbi ſup.& feciſſe exterum ex ſola ſciẽtia tractatus non reuelantem contra Papam decapitare.

Scientia qualitatis feudi, ſiuè rei feudalis, vel ignorantia eius præſumenda in hærede feudatarij, adhoc vt ei prodeſſe, vel nocere poſſit in contractu celebrato cum alijs ſecum contrahentibus pro validitate, ſeù inualiditate contractus, exemplo oſtenditur ex facti ſerie occurſi, tum fuerat hæres inſtitutus tàm in feudalibus, quàm in burgẽſaticis Alphonſus Antinorus ab Horatio eius patre, qui fecerat alijs eius filijs vltra legitimam ducatorum 250.alia legata, inde inſurgentibus aliquibus differentijs ſuper paterna, ac materna hæreditate, illas in poſſe arbitrorum compromiſerunt, ſed poſtmodum amicabiliter procedendo inter ſeipſos fraterno amore, & vinculo cõmotos, vlla Arbitrorum expectata reſolutione de prædictis colloquium habuerunt, & tandem ad tranſactionem deuenerunt, & inter cætera, quodam feudum ruſticum nuncupatum de Pandola in diuiſionem deduxerunt, taliter quod pro illo pretium ſoluere hæres ipſe fratribus ſe obtulerat vltra legata paterna, ac maternas portiones, inde poſt lapſum certi temporis obtenta abſolutione à iuramento inſtiterat ipſe hæres in S.C. pro reſciſſione tranſactionis, nedum quia læſus eſſe videbatur vltra dimidtam iuſti pretij, ſed verius, quia d.feudum, licet ruſticum pertinere, ad ipſum dumtaxat vti primogenitum videbatur, attenta iuris Longobardorum diſpoſitione, præcipuum, & abſque onere, & per dictam tranſactionem illud in diuiſione cõmuni cauetat cum fratribus, promittendo certam quantitatem pecuniarum pro eo fratribus ſoluere; inde contingit dubitari, ſi huius prætextu tranſactio reſcindi potuerat, & pro fundamento intentionis ipſius hæredis, cæteris ommiſſis cauſis reſciſſionis, intuendo ſolum cauſam ignorantiæ qualitatis feudi prædicti, dicebatur, quamuis illud in hæreditate remanſum conſpiciebatur, tamen certum eſſe videbatur ex iuris diſpoſitione.

potiſſi-

Digitized by Google

potiſſimum de iure Longobardorum ad ipſum ſolum ſpectare, c. licet de voto, & in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, cum alijs apud Cannet. in extrauag. ſi aliquem, § his explicitis, num. 1. imò etiam ita per teſtes examinatos ſuper articulis probatum, ſicque alias determinatum, atque declaratum per R.C.S. priſcis temporibus, vt primogenito feudatarij illud debeatur, ſicuti vna domo feudataria extante in hæreditate, nihilominus eam primogenitus integrè accipiet per præceptionem, & ſic deciſum refert per Senatum Renat. Kopp. in tract. de priuileg. ruſtic. lib. 3. cap. 9. num. 2. & hoc caſu ſufficit ſemel obtinuiſſe, ad primogenitum ſpectare, ex And. Anna alleg. 34. num. 18. notat, inſuper quia vti hæres iuſtam cauſam ignorantiæ habebat, ad tex. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. fortè credens, quod feudum ipſum ruſticum diuiſioni ſubditum eſſet, ſed habita ſcientia illius feudi qualitatis, dum iure Longobardorum potiſſimum in Regno viuatur, vt dictum eſt, quo iure ad primogenitum ſpectare ſancitur, non poterat in diuiſionem deduci, & conſequenter pro eo aliquid ſolui, neque ſuper eo onus imponi. Vndè quemadmodum ex capite ignorantiæ reſtitutio in integrum erit concedenda, eo maximè quando eſſet ignorantia facti, vt ex multis concludit Sforz. Odd. in tract. de reſtitut. in integrum, quæſt. 8. artic. 9. num. 45. ita quoque læſio erit huius prætextu admittenda, ex Gloſ. in cap. 1. de reſt. in integ. firmat inſimul cum alijs Theſaur. Iun. lib. 4. quæſt. forenſ. quæſt. 49. nu. 5. Sforz. Odd. eo. tract. q. 4. Dicebatur ex altera parte, quod ex duobus corruere videbatur ignorantia, & proindè ſcientia reſultauerat, poſtquam Horatius Antinorus pater feudum poſſiderat, & illud legauerat in teſtamento eidem Antonio primogenito, ſicque dum pater d. feudum poſſiderat vti primogenitus, & illud idem ad filium primogenitum legauerat, certum erat, quod feudum ita ſe habebat, vt ad primogenitum deuenire debuerat, nam talia præſumũtur bona fore penès ſucceſſorem, qualia fuerunt penès eum, cui ſucceſſit, ex Bal. notat Alb. Brun. in conſ. feud. 127. col. 7. to. 2. verſ. quod ſi quartam aſſumamus, vbi plura ad hoc cumulauit, ſimiliter ignorantia rei feudalis non excuſat vaſallum à caducitate, vt inquit Paris de Puteo de reinteg. feud. cap. & quando Dominus, num. 4. fol. 16. at. Secundò, quia licet vti hæres iuſtam cauſam ignorantiæ habere præſumebatur, iuxta vulgatam regulam l. qui in alterius, ff. de reg. iur. attamen quia agebatur de rebus diſpoſitis in teſtamento, propterea ipſa regula limitationem recipit, non procedere de contentis in teſtamento, quorum notitiam, & ſcientiam hæres præſumitur habere, l. non eſt ferendum, ff. de tranſact. vt notat Cagnol. poſt Dec. in d. l. qui in alterius, num. 9. ibique ſtatis ad propoſitum iterum limitando regulam num. 13. ſubiunxit, dicendo, vt id procedat in hærede conuento, ſecus ſi ageret, quia ignorantia tunc eum non excuſaret, poterit enim imputari, cur diligenter non inueſtigauerit, vbi in fine ſubdit, dicendo, quando hæres allegatæ ignorantiæ prætextu in præſentiarum agendo aliquid conſequi vellet, & poſſet ſibi imputari, cur diligenter antea rem non explorauerit, certiorque factus fuerit: quia cum poſſit ſibi imputare, cur antequam ad iudicium veniret ſibi non prouiderit, audiri non debet ignorantiam prætendendo, ſicque ignorantiam allegare non poteſt, & ex ea ſe tueri, qui debebat inueſtigare, Barz. dec. 19. num. 16. Ex quo ignorantia non prodeſt ei, qui perquirere debebat, idem dec. 46. num. 16. qua de re omninò ignorantia ceſſare videbatur, & potius ſciẽtia inerat, & dũ pretium feudi ſoluere promiſerat illud donare cenſetur, ex regula vulgata l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. hinc hæres ſoluens legatum ſciens, illud non deberi, non poteſt repetere, Valaſ. conſult. 174. num. 14. Nihilominus quia etiam ex facti ſerie percipiebatur, ipſum Flaminium tàm ſuo nomine, quàm aliorum fratrum eſſe creditorem in bonis maternis, paternis, & fraternis, pro portionibus ei debitis, quæ poterant compenſari cum tali pretio, propterea placuit S. C. ad relationem Regij Conſ. Marcelli Marciani die 7. Feb. 1628. præuia ſententia abſoluere ipſum Flaminium ab impetitis ex cauſis in proceſſu deductis, vt patet ex actis in Banca Izzi.

Scientia debiti, ſeù legati in ipſo hærede, ſiuè ante, ſiuè poſt maiorem ætatem an ſufficiat, vel ſufficiat ſcientia tutoris, & curatoris, dum ipſe hæres erat minor, quæ ipſum afficiat poſt factum maiorem ad ſoluendum legatum factum per teſtatorem loco pio, vna cum intereſſe à die obitus illius, deciſum fuit, deberi intereſſe legati Monaſterio ad rationem ducatorum ſeptem pro centenario, durante minori ætate hæredum à die, quo apparuerit, eorum tutores, ſeù curatores habuiſſe notitiam, & ſcientiam legati predicti, & quod ex illorum ſcientia peruenerit aliquid ad beneficium hæredum, donec effecti fuerint maiores, & poſt maiorem ætatem ſimiliter deberi idem intereſſe Monaſterio à die, quo apparuerit, ipſos hęredes principales effectos eſſe iã maiores, ex eorum propria perſona habuiſſe ſcientiam illius, ita cenſuit Reg. Rouit. dec. 90. die 27. & his adde Borchol. de vſuris, cap. 3. num. 33. vbi probat, quod in legatis, & fideicommiſſis non ſolutis mora fit minoribus in re, maioribus non item.

Scientia ſententię latę an ſufficiat aliundè habita, non tamen per notificationem illius, vel requiratur expreſſa citatio, vt appellatio, ſiuè reclamatio locum habeant, fuerunt deductæ ſupra in verbo nullitas duæ deciſiones, vna in cauſa Pauli de Dominico, altera in cauſa Ill. Principiſſæ N.

Scripturæ præſentatæ poſt ſententiam latam an retractent illam, quamuis publicę eſſent, & denuò repertæ, relata fuit deciſio ſup. in verbo reſtitutio.

Scripturæ vltra dietam Neap. tranſmiſſæ, maximè ſi eſſent de actis iudiciorum authenticæ, an debeant eſſe ſcriptæ in membranis, vel in cartis bõbacinis, de hoc fuit difficultatum in cauſa Ioſephi Martinez cum Lucretia Ginizzoſa, dum fuerat petita depoſitio d. Lucretiæ exiſtentis in Terra Bari, & iã facta, & trãſmiſſa Neap. in carta bombacina, replicabatur per actorem, ipſam non valere, quia contra Conſt. Regni Conſuetudinẽ, qua olim proceſſerat, ideò de ea ratio aliqua haberi

Digitized by Google

beri non poterat; ſed reſpondebatur, d. Conſtit. non eſſe in hoc in obſeruantia, & hoc videtur dicere Fab. Iordan. in Addit. ad d. Conſt. Ibi, ſed tamen hæc Conſtitutio non omninò recepta fuit, &c. ſed verius, quia illa Conſt. loquitur de inſtrumentis, vt ibi legitur, quæ vt liquidari poſſint, receptum eſt ex communi vſu Curiarum, vt in pergameno deſcribantur, & rationem aſſignat Frecc. de præſent. inſt. par. 14. num. 4. quia cauſa præſentationis inſtrumenti eſt criminalis, & requirit exactam probationem, claram, & lucidam, ea propter ad inſtrumenta refertur, & ad cautiones, & ſic in duobus iſtis caſibus, nam in alijs videtur prohibitũ, vt ibi Barthol. de Capua notat, & Affl. in d. Conſt. num. 19. quando loquitur de actis iudicialibus dixit, ea ſcribi debere litera legibili, & ſic non quod ſint in pergameno, ſed verius in cartis bombacinis, & ſic communis praxis huius Regni obſeruat: quare deciſum fuit per S.C. eſſe procedendum ad vlteriora, oppoſitis non obſtantibus, & confirmatum in reclamatione de menſe Martij 1633. in Banca Carboni.

Scripturæ præſentari an debeant poſt rectam Curiam per vocatum ſuper tenore inſtrumenti, adhuc Iudicibus pro Tribunali non conſedentibus, ſed in Palatio Curiæ exiſtentibus, videtur negandum, quia adhuc res integra dici nequiuerat, hinc Ang. in l. Diuus Antoninus, ff. de in integ. reſtitut. num. 4. cenſuit, quod ſi poſt diſceſſum à Tribunali comparuiſſet, licet incontinenti, vndè non tenetur reuerti Iudex ad Tribunal, & licet reuerteretur, non eſſet ſuccurrendum ſibi comparenti. In contrarium facit tex. in d. l. Diuus, ibi itaque ſi citatus non reſpondit, & ob hoc more ſolito pronunciatum eſt, confeſtim autem pro Tribunali reſedente adijt, exiſtimari poteſt, non ſua culpa, ſed parum exaudita voce præconis defuiſſe, ideoque reſtitui poteſt, & ſic communiter Doct. eam intelligunt, Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorum, quæ fiunt incont. lib. 1. cap. 40. ſub num. 2. & facit tex. in §. ſi vero cauſam, Auth. de litig. ibi vocem præconum pauci poſſunt, qui præſentes inueniuntur, audire, aſſequitur Cauẽſ. in titu. r 19. ſub num. 9. dicendo, quod ſi habitus pro confeſſo compareret, adhuc Iudice pro Tribunali ſedente, ſecundum Gloſ. & idem ſi non ſederet pro Tribunali, ſed ab eo diſceſſit; quia vidit, habitum pro confeſſo volentem comparere, vt etiam admittatur appellatio, ſecundum Bart. in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſ. tut. & ſi habitus pro confeſſo comparuiſſet in Curia, & reperiſſet Iudicem intempeſtiuè receſſiſſe à Banco, admitteretur appellans, ſecundum Bald. in d. l. ſi cum ipſe, aut ſi malitioſè verſatus fuiſſet Iudex, ſecundum ipſum, quæ omnia nota, hæc ille, vndè Alber. in d. l. Diuus ſub num. 12. quærit, quid ſi Iudex iam receſſerat à Banco, ſed venit ſtatim poſt receſſum, nũquid ſibi ſubuenitur, dicit, quod ſic, quia ea, quæ ſtatim fiunt, videntur ineſſe, C. de pact. l. petens, & ff. ſi cer. pet. l. lecta, & licet dicat, contrarium vidiſſe obſeruari inhærendo literæ, quæ non ſine miniſterio voluit, eum venire debere Iudice pro Tribunali ſedente, ſubiunxit, crederem bene, quod ſi Iudex malitioſè receſſiſſet à Banco ante horam conſuetam, vel receſſiſſet, & ſtatim redijſſet, quod cauſæ ſuccurreretur, quaſi receſſiſſe non videtur, qui in breui reuertitur, inf. de repud. l. 3. & quia ſedere debet Iudex vſque ad horam conſuetam, in Auth. de iud. §. ſedebunt, hæc ille, vndè ibidem infert ad quæſtionem notabilem de facto occurſam, ſtante ſtatuto, quod quilibet Conſiliarius, qui non fuerit ad Concilium, quando pulſabitur, condemnetur in ſolutione centum aliquis venit ad Concilium in fine Concilij antequam reformatum eſſet, nec receſſiſſet Concilio, nunquid debeat condemnari, obtinuit, quod nõ per d. l. & idem tenet Arch. de Epiſcopo vocato ad Concilium, quod ſi veniat ſaltem in fine Concilij, quod non puniatur 18. diſt. cap. ſi quis Epiſcopis, vndè aliàs deciſum retuli in prima parte noſtri Compendij, verbo ſententia foriudicationis, quod ſi tempore eius prolationis poſt eius lecturam Curia pro Tribunali ſedente fuerit præſentata ſupplicatio verbi faciendi, quod ſine dubio recipi debeat, & ſic fuit ſuperſeſſum in exequutione, pariterque in caſu allegato fuit per omnes Iudices deciſum, vt reciperentur ſcripturæ in cauſa Decij de Auliſio cum Venerabili Monaſterio S. Mariæ Aegyptiacæ de Neap. die 14. Ianuarij 1636. in Banca Canalis.

Scripturæ omnes præſentari debent per Regiam Pragm. 10. §. 80. de offic. Iud. in omnibus Tribunalibus per legitimas perſonas, & per Actuarios præſentatæ fieri debent per extenſum, & non abbreuiatè, ſi tamen contingerit abbreuiatè, & non per extenſum facta præſentatio illarum per Actuarios, an inualidè, & nullæ reputari debeant, dum in ipſa Pragmatica non ſit expreſſa clauſula annullatiua, cuius verba ſunt, *in tutti li Tribunali volemo, che le preſentate delle ſcritture ſi faccino per extenſum, cioè contitendo il giorno, meſo, & anno, nel quale ſi preſentino, è la perſona, che li preſenta, è queſto per extenſum, & non per numero ſotto pena di dui meſi di ſuſpenſione dall'officio di Attuante, che contrauenerà la prima volta, di ſei meſi per la ſeconda, e terza ad arbitrio noſtro, &c.* hæc inter Pragmaticas Ill. Comitis Lemenſium, at cum poſtmodum contigiſſet per Actuarium ſindicatus Io. Hieronymi de Amico Capitanei Terræ Cerreti fuiſſe factas præſentationes nonnullarum quærularum per numerum abbreuiatè, & non per extenſum, fuit hæſitatum in M. C. ſi nullæ, & inualidæ eſſent, cum contra formam dictæ Regiæ Pragmaticæ fuiſſent præſentatæ, & licet per ipſam M.C. fuiſſet prouiſum in fauorem quærulantium, deducta tamen appellatione in S. C. præuia Regia decretatione verbi faciendi in eo, in quo facta relatione per Iudicem Lanfrancum in aula tunc Regij Conſiliarij Cæſaris Freccia, fuit deciſum remittendo eidem M.C. cauſam, vt prouideret iuxta ordinem ſibi datum, & ſic poſteà per eã fuit exequutum, atque prouiſum, quod omnes quærelæ, quæ non ſunt præſentatæ per extenſum ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ reijcerentur, vt patet ex actis in Banca Baſilis Actuarij ipſius M.C. In cauſa Io. Hieronymi de Amico V. I. D. Capitanei Cerreti die 23. Septembris 1621. Neap. Audita relatione Magnifici V. I. D. Camilli Lanfranchi Iudicis M.C. Per

S.R.C.

Digitized by Google

S.R.C. remiſſa eſt cauſa eidem M.C.V. quæ prouideat iuxta ordinem ſibi datum, de Mercatis Secretarius. Die 24. menſis Septembris 1621. Neap. Per ſubſcriptum Iudicem M.C.V. domi prouidentem fuit prouiſum, & decretum, quod pro exequutione ſupradicti decreti S.R.C. omnes quærelæ ciuiles in proceſſu deductæ, quæ carent præſentatione per extenſum ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ reijciantur, prout præſenti decreto reijci mandatur, ſalua prouiſione facienda ſuper petitis per ſindicandum in petitione fol. 173. at. prout præſenti decreto ita prouiſum, hoc ſuũ, &c. Lanfranchus. Baſile Act. Et iterum in cauſa ſindicatus Didaci de Coimbreras olim Capitanei Ciuitatis Amanteę cum quęrelantibus, & alijs, vt in actis. Die 11. Auguſti 1623. Neap. Per M.C.V. fuit prouiſum, & decretum, quod reijciantur, prout præſanti decreto reijci mandantur quærelæ in actis deductæ, quæ carent præſentata per extenſum ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, hoc ſuum, &c. Lorenus. Cioffus. De Palma. Lucina Act. & ſimiliter per eandem M.C. indifferenter in pluribus cauſis obſeruatum vidimus, at cum iterum fuiſſet de eodem negotio pertractarum, ſuperuenit alia nouella Pragmatica Excellentiſſimi Comitis Mõtiſregij ſituata in nouiſſimis ſub titulo de offic. S.C. in Pragm. 79. §. 8. vbi ita cauetur, *Volemo che li detti Maſtridatti non debbiano riceuere ſcrittura alcuna che non ſia preſentata perſonalmente dal Procurator della cauſa, ò dal proprio principalo, con eſprimere nella preſentata il nome, e cognome di quello, che la preſenta, & la giornata per extenſum, e non per abaca conformo la Pragmatica dell' Illuſtre Conto di Lemos delli 31. di Maggio 1613. e la detta preſentata con la giornata ſi debia fare in ciaſchedauna ſcrittura, ancorche ſiano molte tutte inſieme ad vn medeſmo punto preſentate, e non poſſa far la detta preſentata con abbreuiatura, dicendo eodem dio, come ſi è introdotta d'alcuna tempo in quà, ſotto pena di anze 12. per ogni volta, che contrauenerà oltre la pena appoſta in detta Pragmatica, &c.* Vnde incidit de nouo controuerti in cauſa ſindicatus Camilli Lamari V.I.D. Capitanei Terræ Soloſtæ ſi attenta potiſſimum diſpoſitione vltimæ Pragmat. paulò ante allegatæ poſſint nullæ nuncupari quærelæ porrectæ ex parte quærulantium d. Terræ contra ipſum Capitaneum, ceſſante præſentata illarum per extenſum, ſed abbreuiatè ab Actuario deſcriptæ, & cum fuiſſet per eandem M.C. determinatum pro validitate ipſarum, ea quidem ratione, quoniam vbi ſtatutum aliquid fieri mandat ſub pœna, tũc per impoſitionem pœnæ non inducitur actus inualiditas, ſeù nullitas ipſius, ad tex. in l. ſanctio legum, ff. de pœn. Doct. in l. non dubium, C. de legib. cum alijs recollectis per Alder. Maſcard. in ſuis concluſ. ſtatut. concluſ. 6. num. 38. Ex aduerſo replicabatur de conſimili ordine pertractati in Curia Romana, poſtquam per regulam Cancellariæ 15. diſpoſitum patet per hæc verba, item vt in Apoſtolicis literis committendi falſi per amplius tollatur occaſio, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod in antea dictiones numerales, quæ in dictis literis ante kalẽdas nonas, & idus immediatè poni conſueuerunt per literas, & ſillabas extentè ſcribantur, & illę ex præfatis literis, in quibus huiuſmodi dictiones aliter ſcriptæ fuerunt, ad bullariam nullatenus mittantur, ibique Mandoſ. in prima quæſtione probat, id quoque eſſe de iure communi probatum per iura ibi relata, quo fit, vt ſi contra talem prohibitionem aliquid actum fuerit, non valere exiſtimat ipſemet, ibidem in 5. quæſt. num. 8. & ſic actus facti nullitas contra diſpoſitionem incurritur ipſo iure, vt probat Maſcard. vbi ſup. num. 14. imò irritus, Carp. ad Statut. Mediolan. cap. 70. num. 3. tom. 2. Præterea ex verbis illis d. Pragmaticæ, *non debbiano, & non poſſa, &c.* colligitur, diſpoſitionem eſſe negatiuam, ſicque omnes regulæ negatiuę, neceſſitatem inducunt, Maſcard. vbi ſupra num. 18. hinc Tiraquel. de leg. cõnub. l. 16. Gloſ. 4. in princ. tradit, quod quamuis verbum, poteſt, non ſit neceſſitatis, l. ſæpè, ff. de offic. Præſ. adhuc tamen quando iungitur cum dictione negatiua, necceſſitatem imponit, ſicque ſubiunxit per numaros ſequentes, talem diſpoſitionem reſiſtere actui, ac reddere illum nullum ipſo iure, cum importet ſollemnitatem, atque formam inducere, per iura, & doctrinas, ac auctoritates ibi relatas, imò vlterius proſequendo num. 5. ex Angelo tradit, etiam ſi ſtatutum imponeret pœnam contrahentibus, licet actum non annullet, & eo amplius ſi non litigantibus, ſed actuatijs pœna impoſita refertur in d. Pragmatica, & tunc per contrauentionem illius, cui pœna impoſita eſſet, nullum præiudicium alteri inferre poſſit, ex notabili conſ. 24. Alex. vol. 6. perpendit Maſcard. vbi ſup. num. 41. ex eo, quia dicitur pœna, ſi annullata ſit in odium facientis contra præceptum ſibi factum, ex Rebuff. in tract. de nomin. tradit Carpan. ad Statuta Mediol. in prælud. num. 761. tom. 1. poſtquam annullatio actus, vel contractus facta à ſtatuto ob ſollemnitatem non ſeruatam, illa annullatio non diceretur pęna, ſecus ſi annullet ob prohibitionem factam, ne fieret, ex Bald. in d. l. non dubium n. 5. Abb. Ruin. Rimin. Iun. Rebuff. & Cumia probat ibidem Carpan. num. 760. adeò quod cum pœna debeat ſuos authores concomitare, l. ſancimus, C. de pęn. ideò ad alios non porrigitur, hoc eſt ipſis contrahentibus. Pendet deciſio.

Secundogenitus an præferri, vel poſtponi debeat creditori primogeniti, qui feudum emptum à patre alicui obligauerat mediantè aſſenſu, & in cõcurſu inſtabat ſatisfieri in pretio feudi, de quo ſpectabat portio ad eundem ſecundogenitũ, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa Ioannæ Romanæ cum Decio, & fratribus Magnacerbis In Banca de Ferratijs, ita refert Donat. Anton. de Marinis quotid. reſol. cap. 250. ſub nu. 13.

Senex ſexagenarius, ſeù potius ſeptuagenarius carcerari pro debito ciuili an poſſit, latiſſimè fundaui in prima parte noſtri Compendij, verbo ſeptuagenarius, & ſi carcerari potuiſſet, ad meliores tamen carceres deducendus, & ita iudicaſſe M.C. & fuit viſa talis deciſio deinde omnibus Iuſdicentibus quodammodo noua, atque inuſitata, & cum in praxi deduci pretenderetur, aliqui ipſorum Officialium difficultabant, aliqui negabant, cæteri concurrebant, ſicque diuerſimodè

Digitized by Google

reperitur deciſa in iſtis Tribunalibus, vt inferius deducitur, placuit ante omnia, eam corroborari poſſe, vt ſeptuagenarij non poſſint carcerari pro debito ciuili, prout ex Anchar. cõſ. 336. num. 2. & Prouenz. in addit. ad Bertach. verbo ſenex probat Graſſ. de except. in prælud. nu. 114. Grat. diſcept. forenſ. cap 805. nu. 1. 3. & 8. & cap. 328. num. 8 & 20. Intigl. conſ. 180. num. 1. ad 6. vbi bene hoc probat, de iure communi procedere, nouiſſimè Mauſon. in tract. de cauſ. exequutiuis limit. 13. num. 4. & ſeq. cum hac opinione reſidet, & ita deciſum teſtatur Rota Bononienſ. diuerſ. deciſ. 13. & melius omnium Ant. de Ballis in tract. crimin. lib. 2. tit. de quæſtion. & torment. q. 13. num. 47. cenſuit, quod carcerari non poſſit ſeptuagenarius in Regno Siciliæ, nam cõſtito de ætate fiunt literæ à Prorege, & M. C. quod non moleſtetur de perſona, ſed etiam ſexagenarius, vt probat Iul. Cæſ. Gluſian. in tract. de bonis dand. in ſolut. lib. 2. cap. 2. num. 417. & ratio eſt, quia ipſa ſenectus infirmitas eſt, Syl. nupt. lib. 2. num. 4 hinc ſtatutum loquens de infirmis, locum habet in ſenibus, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 46. num. 2. Grat. cap. 805. nu. 12. & propterea priſcis temporibus per S. C. in anno 1592. die 3. Octob. facta relatione per Reg. Cõſ. Pompæum Salernitanum, deciſum fuit, quod D. Didacus de Cardines pendente deciſione facienda ſui debiti cũ eſſet annorũ 74. ꝙ præſtita cautione vnciar. 25. de tenendo Ciuitaté loco carceris non moleſtetur, penès Secretarium in Banca Figliolæ, bene verum eſt, quod talis deciſio proceſſerat ex æquitate, eo quia debitum erat ſub diſcuſſione poſitum, non tamen liquidum, & poſt hæc Io. Dominicus Taſſonus in eius tomo obſeruat. iuriſd. ſuper pragm. de antefato, obſeruat. 2. verſ. 2. ſub num. 102. de hac eadem deciſione memor addit, talem debitorem fuiſſe annorum octuaginta, & tradit iuxta dictum decretum poſteà fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium de anno 1618. quod non moleſtetur Anellus de Cirellis, ex quo erat octuagenarius de perſona in Banca de Felice, & ſimiliter licet per M. C. fuiſſet nouiſſimè hoc denegatum beneficium Auguſtino Gargiulo, interpoſita appellatione ad S. C. præuia relatione benemeriti Regij Conſiliarij Franciſci Antonij Muſceptulæ, meique ſatis obſeruandiſſimi Domini die 13. Martij 1632. fuit prolata ſententia in eius beneficium, non eſſe moleſtandum de perſona, vt ex actis in Banca Licti, qui prius obtinuerat ſaluamguardiam per Collat. Conſil. etiam contra Fiſcum pro pęna, & inde iuſſum per idem Collaterale, vt obleuaretur iuxta ipſius ſeriem, &c. die 29. Octobris 1629. penès Batilem, & iterum in perſonam Dominici Teſta, penès Anaſtaſium, poſtmodum modernis temporibus in cauſa Ill. Ducis Bernaudi ſeptuagenarij ob eius infirmitatem fuit per S. C. ad relationem Regij Conſil. Petri Antonij Carauitæ deciſum, vt ei domus aſſigneturloco carceris ſub cautione de non diſcedendo, penès Cuſinum Magiſtrum Actorum. In cauſa vero Diamantis Cocumella cum Io. Baptiſta Capycio Larro facta relatione per M. C. in S. C. fuit eidem cauſa remiſſa, vt prouideret iuxta ordinem ſibi datum, qui erat vt aſſignaretur domus Prætoris, prout ex actis in Banca Pinti, in aliquibus cauſis fuit aſſignata domus loco carceris cum cautione in forma, & quamuis in cauſa Angelæ Romanæ cum Pirro de Ioanne, qui obtinuerat ſaluamguardiam vti ſeptuagenarius, ne moleſtaretur de perſona per M. C. & confirmata per Collaterale Conſilium, inde habito recurſu per ipſam, & per Scriptorium prouiſum, quod exequeretur contra ipſum, dummodo non proceſſerit de iuſtitia ſaluaguardia, inde facto verbo in Sac. Conſil. per Regium Conſil. Andræam de Ianuario die 20. Nouembris 1627. fuit deciſum, quod literæ exequutoriales debitæ exequutioni demandarentur, non obſtante ſaluaguardia, & confirmatum in reclamatione die 10. Decembris 1627. in Banca de Licto, ſed poſtremò facto verbo in Collat. Cõſil. per Ill. Marchionem Belmontis Carolũ de Tapia in cauſa Ferdinandi Amettani cũ V. I. D. Io. Baptiſta Salinas de menſe Auguſti 1628. fuit deciſum, vt ipſe Ferdinandus vti ſeptuagenarius non moleſtaretur pro debito dotis ſuæ filiæ de perſona, ſed tenere debeat domum loco carceris, & diurna audiat, & ſic confirmatum in reclamatione, penès Tagliauiam à mãdatis Scribam, ſicque indifferenter expediuntur prouiſiones ſuper hoc in Collaterali Conſilio in beneficium ſenum ſeptuagenariorum, recipit tamen limitationé, nõ procedere in ſene robuſto, nõ infirmo, nõ ruſtico, ſagaci, & ſquadrato, qbus nõ eſt ſubueniendũ, Anch. q. 38. n. 9. p. 1. & Ricc. dec. 233. p. 3. & ita fuit deciſum per S. C. ad relationé Reg. Conſil. Petri Ant. Carauitæ in cauſa Veſpeſiani Moſtaccij cum V. I. D. Franciſco de Ambroſio de menſe Febr. 1630. penès Figliolam Magiſt. Actor. & pro confirmatione, dicebatur, quod verè, & propriè ſenex non dicitur infirmus, neque ſenectus infirmitas, ex Gomeſ. & alijs probat Amat. dec. Ferrar. 25. num. 18. ſed infirmis æquiparatur, latè Actius in tract. de infirmit. lib. 1. cap. 19. item, quia ſenes robuſti non excuſantur venire ad iudicium, ex tex. in cap. ſi quis teſtium de iudic. & ſic deciſum Romæ habetur in deciſ. 9. de iudicijs in antiquis, præterea, quia ex actis apparebat occultaſſe bona, ob quod tali priuilegio gaudere non poterat, arg. tex. in l. 2. ff. de Senat. Conſult. Vellean. §. ſed ita, prout in terminis deciſum tradit Præſ. de Franch. deciſ. 164. ſimiliter in nobile occultante bona, vt non gaudeat beneficio liberationis ei conceſſo, refert Gutier. de iuram. confirmat. 1. par. cap. 19. 24. & ſeq.

Senex an quemadmodum in ciuilibus iuuetur, vt nõ detineri debeat in ſtrictiori carcere pro debitis, vt dictum fuit in verbo ſenex, videtur tamen negandũ, ſicut ſpecificè refert Franc. Berard. Portus in ſuo faſciculo crim. §. furtum il quioto, in cap. incip. quod depoſitarius, fol. 286. loquens de ſene recipiente depoſitum, vt tali beneficio gaudere potuiſſet, & negatiuè concludendo cenſuit, ita iudicatum, ſed quod in certis caſibus, pariterq; in criminalibus erit eidem conſulendum, & ita concludi videtur ex rationibus ibidem adductis, nam ſenectus non excuſat à delictis, facit tamen vt pœna mitigari poſſit, Godoff. à Bauo in tract.

Google

tract. reatuũ, quæſt. 19. num. 81. ideò ſenex homicidium committens, mitius punitur, quam pœna ordinaria, Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 8. cum alijs apud Beſol. in tract. de caſib. fortuit. cap. 13. ſect. 1. num. 10. & pariter ob ſenectutem, aut aliam inhabilitatem pœna triremium commutabitur, & etiam tortura, Capiblanc. in pragmat. 7. num. 5. non tamen allegat authoritates, ſed reſpectu primæ condemnationis ad triremes datur relegatio in certo loco, & ſi extra locum reperitur, punitur pœna mortis, Caball. reſolut. crimin. caſu 164. n. 1. reſpectu torturæ commutatur in tormento ſtanghettarum, vt ſolitum eſt, & ſi ad triremes damnaretur, ſubſtineret pęnam relegationis, ita deciſum refert Ill. Epiſc. Ricc. deciſ. 233. p. 3. quibus conuenit quod dixit Io. de Amic. conſil. 89. num. 5. quod ætas ſenilis etiam quando delinquẽs eſſet bonæ famæ, & ſemel deliquit, eſt iuſta cauſa commutandi pœnam, ac cauſa minorandi, quod Princeps non ſolum ad petitionem, ſed etiam motu proprio facere poteſt, & ex hoc cre[illegible] fuiſſe minoratam pœnam mortis Tiberio Tagliaferro, qui fuit perpetuò cõdemnatus ad relegationem, ad relationem Præſidentis Vincentij Corcione de anno 1617. penès Maiorinum, licet alias vidiſſem, ſenes laqueo fuiſſe ſuſpẽſos ob falſam monetam, & aliũ, qui pro furtis aſſiduis fuerat ad triremes condemnatus pro certo tempore, eoque finito quia à furtis nullatenus abſtinere potèrat, & ſub colore amphoræ vini, quam in domibus priuatorũ aſportauerat, omnia, quæ poterat furari furabatur, fuitque laqueo ſuſpenſus, & credo, in criminibus capitalibus non poſſe eis pœnam minorari, cæterum autem in procedendo in cauſa inquiſitionis vrbanius aliquando cum eis agendum eſſet, inſpecta qualitate perſonarum, maximè circa carcerationes, & habilitationes illorum; nam ſenex, & infirmus carcerati non ſunt ita ſtrictè cuſtodiendi, vt iuuenes, & ſani, Marſil. in tract. de bannit. verbo carcerati, num. 36. vnde in cauſa Octauij Carboni V. I. D. cum fuiſſet per Magnam Curiam ad relationem Regij Conſiliarij Ioannis Franciſci Sanfelicij iudicatum, vt intus carceres faceret defenſiones ſuę inquiſitionis, introducta cauſa appellationis in Sacro Conſilio, eodem referente die 20. Februarij 1632. fuit deciſum, quod in eius domo facere valeret defenſiones cum ſolita cautione, penès Maiorinum, in Banca Scaracis, & hoc credo inſpecta eius qualitate, & ſenectute, & tãto magis, quia erat Doctor, & ſic nobilis, etenim nobiles cauſam dicunt extra carceres, Farinac. conſ. 33. num. 45. tom. 1.

Sententia condemnatòria ad mortem contra reum lata per Magnam Curiam Vicariæ vti delegatam per Suam Excellentiam an exequi debeat, vel ne, prætextu nullitatum aduerſus eam oppoſitarum nedum iudicij ordinem, quam iuſtitiam cauſæ tangentium, de quibus ſigillatim inferius dicetur, nã etſi prætenſum eſſet, eas nõ aliter recipi potuiſſe, tum quia erant nullitates recipientes ordinem iudicij, quas poſt ſententiam opponi poſſe vetatur in pragm. 28. capitum, num. 17. tum quia cum fuiſſet reclamatum a ſententia, & inde ſententia confirmata, amplius de nullitate dici non poteſt, cenſuit Tepat. in tit. quando nõ ſit prouoc. cap. 7. allegat Rotã deciſ. 7. alias 118. de ſentent. & re iudic. Et demum dato, & nõ conceſſo, quod potuiſſent opponi ſecundum ordinem, & iuſtitiam, quia aderat cõfeſſio rei ſpontanea, ideò nulla de eis ratio habenda erat, poſtquam confeſſio rei omnem proceſſũ ineptum non ritè formatum iuſtificat, & validat, dixerunt Roland. conſ. crimin. diuerſ. 75. tom. 1. Bart. & Doctores in l. ſi confeſſus, de cuſtod. reor. Innoc. in cap. qualiter, & quando, de accuſat. & in cap. cum oporteat, eodem tit. Angel. Peruſ. conſ. 29. inter conſil. crim. tom. 1. per tex. in cap. Piſana, de reſtit. ſpoliat. Carter. in praxi crim. §. 1. num. 26. fol. 7. Farin. conſ. 8. num. 7. vbi Additio lit. B. & in praxi quæſt. 81. num. 66. Adhuc tamen cum fuiſſet condemnatus Pyrrus Franciſcus de Laurẽtijs Romanus ad pęnam vltimi ſupplicij pro homicidio commiſſo in perſonam Franciſci de Marinis V. I. D. per eandem Magnam Curiam vti delegatam per Suam Excellentiam ſub die 4. Ianuarij 1629. & inde pro exequutione ſententiæ in itinere ordine Suæ Excellentiæ reuerſus in carceribus, vt relatio prius fieret in Collaterali Cõſilio, licet illinc ad paucos dies nõ aliter facta relatione prædicta, iterum pro exequutione dictæ ſententiæ dum ad patibulum duceretur, per aliud eiuſdem Excellentiſſ. Proregis reſcriptũ ex itinere ad carceres ductus, elapſis ferijs fuit ad nullitates prædictas admiſſus, ſuper quibus prouiſio faciẽda erat. Prima, ſiquidem nullitas oppoſita pro parte ipſius rei erat, quia talis ſententia lata fuerat ab alio Iudice, quam ab eo, cui per Principem fuerat demandata iuriſdictio, poſtquam dum fuerat reſcriptum per Suam Excellentiam, vt cauſa prædicta determinaretur vna inſimul cum toto Tribunali eiuſdem Magnæ Curiæ, & de iuſtitia prouideret per verba illa, ſcilicet: *Hà reſuelto Su Excelencia, que ſe caſtigue con rigor, y à ſi dize, que juntamente con eſſe Tribunal proceda de juſticia, como delegado ſuyo en eſta cauſa*, & ſubduntur verba illa *Señor Conſejero Sanfeliz*, per quæ verba eijciebatur delegatio facta in perſonam ipſius Conſiliarij Sanfelicij, qui inſimul cum alijs procedere debuerat, at cum poſtea eadẽ cauſa commiſſa fuiſſet per eundem Conſiliarium Sanfelicium D. Petro Oſorio Coniudici eiuſdẽ Mag. Cur. & per eum proceſſum in cauſa ad prolationẽ ſententiæ, ideò nulla, non enim poterat talis commiſſio ſpecialiter à Principe ordinata in alium Iudicem transferri, ad text. in l. 1. ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſd. Sed huic replicabatur, ex lectura reſcripti apparere, Principem delegaſſe cauſam omnibus Iudicibus Magnæ Curiæ, & tale reſcriptum dirigebatur eidem Conſiliario Sanfelicio vti Proregenti eiuſdem Magnæ Curiæ, vt conſuetũ eſt multoties reſcripta omnia Capitibus Tribunaliũ dirigi ex ſtylo Cancellariæ, & propterea quo-

Digitized by Google

ties cauſa pluribus Iudicibus ordinarijs delegaretur, quilibet poterit procedere, poſt omnes Maſtrill.deciſ.Sicil.292.nu.17. Vltra quod in Magna Curia non datur commiſſio cauſarum, ſed tantum diuiſio, ex quo omnes ſunt Iudices ordinarij, & omnes indifferẽter procedunt in cauſis, donec fit partitio à Regente eiuſdem Magnæ Curiæ, vt quotidiè practicatur, Carauit.in Ritu 265. ſub nu.28. Imò nec prætẽdi poſſet, fuiſſe electam induſtriam perſonæ dicti Conſiliarij Sanfelicij, nam quando cauſa committitur, ſeù delegatur habenti de per ſe iuriſdictionem in illa cauſa, tunc commiſſio fit officio, & non perſonæ, vt optimè Menoch.de præſumpt. lib.2. præſ.16.num.23, adeò quod quoties cauſa committitur Tribunali ordinario, quod ſine cõmiſſione erat Iudex competens, non fit ad alium finem commiſſio, & delegatio, niſi ad denegandã appellationem ob atrocitatem delicti. Et demum quia ante reſcriptum delegationis iam cauſa ipſa erat commiſſa eidem Iudici Oſſorio, qui in ea proceſſerat vti Commiſſarius, & proinde nulla iuriſdictio videbatur delegata dicto Conſiliario Sanſelicio, quia illam habebat per prius, qui nec illam delegauerat, eo quia Iudices proſequuti fuerunt cauſam iam diuisã in perſonam dicti Iudicis, & inceptam, & tex. d.l.1. loquitur de Iudice ordinario, quod non poſſit ſubdelegare. Secunda nullitas oppoſita erat, quia dum talis ſententia à confeſſione ipſius rei proceſſerat, & ipſa confeſſio fuerat coram vno Iudice recepta, & nõ coram quatuor ad minus ex delegatis, adhuc iudicialis dici non poterat, eo quia iuriſdictio demandata fuerat toti Tribunali Magnæ Curiæ, & non vni, ſicque induſtria omnium electa videbatur, & conſequẽter quando tres, vel quatuor Iudices deputati eſſent, coram omnibus confeſſio fieri debuerat, alias non ſortiretur effectum, ad text. in cap. prudentiam, de offic. & poteſt. Iudic. deleg. cap. cum cauſa, eodem, & in terminis Foller. in eius praxi crim. rubr. & ſi confitebuntur, num. 6. ex doctrina Abb. in cap. olim, & cap. ex literis, de reſcript. quem ſequitur Marſil. conſ.81. nu.31. latius Hector Guido in tract. de vir. confeſſ. part.5. quæſt.5. Imò requiritur, vt etiam fiat coram Iudicibus ſedentibus pro Tribunali, docet Salyc. in l. iubemus, C. de liber. cauſ. & ante eum Bart. in l.1. C. de confeſſ. habetur per Gloſ. in cap. dudum, il terzo, in verſ. reſponſionem, extra de elect. & ita etiam Bald. in l. penult. C. de fideiuſſ. Alexand. in l. ſi confeſſus, de cuſtod. reor. Iaſ. in l. magiſtratibus ff. de iuriſd. omn. Iudic. ſequitur Marſil. in l. de minore, §. plurimum quoque, num.11. ff. de quæſt. idemque videtur ſentire Afflict. in Conſtit. Si damna clandeſtina, not.9. idem Marſil. in eius praxi, §. poſtquã, num.17. Boer. deciſ.90. num.8. & ſic ſe habet communis opinio, nouiſſimè Hector Guido in tract. de vir. confeſſ. par.1. quæſt.1. Mancin. in tract. de confeſſ. cap.3. art.3. nu.41. cum alijs relatis à Baldaſſ. de Angel. in Addit. ad Foller. in praxi crim. rub. & ſi confitebuntur, num.5. quo fit, vt nec ſufficiat ad condemnandum pœna extraordinaria, Roman. conſ.8. & Franc. Brun. de indic. & tortur. quæſt.2. part.1. nu.17. firmat Bald. in Addit. ad Specul. tit. de confeſſ. ſed tantum ad torturam, ita Gloſ. communiter allegata in l. capite quinto ff. ad legem Iuliam de adulter. & ibi Bart. Angel. in tract. de malefic. In verbo fama publica, verſ. quæro, Caſtr. conſ.197. Franc. Brun. d. tract. col.44. Roman. conſ.451. Alexand. conſ.159. Felin. in cap. de hoc, de ſimon. Ang. in l.1. C. de confeſſ. Innoc. & Abb. in cap. fin. de confeſſ. Iaſ. d. l. magiſtratibus, Marſil. in d. praxi, §. diligenter, num.76. Clar. in §. fin. quæſt.21. num.31. idem Marſil. ſingul.310. Alciat. in cap. cum non ab homine, de iudic. nu.98. Villal. in commun. opin. lit. C. num.135. ergo nulliter condemnatus ex allegatis ad pœnam ordinariam. Replicabatur, allegatam nullitatem non ſubſiſtere, quia nedum depoſitio recipi poterat per vnicum Iudicem, ſed etiam per ſimplicem Actuarium, vel Scribam cauſæ, vt quotidiè ſolet practicari, hoc eſt de mandato Iudicis, Foller. in dicta praxi, rubr. & ſi confitebuntur, num.14. & quamuis in contrarium ſe habeat authoritas aliquorum Doctorũ, fundata in l. duo ex tribus, de re iud. Vbi probatur, quod iuriſdictio delegati coniunctim videtur, & non inſolidũ conceſſa, adhuc tollitur difficultas prædicta, iuxta diſtinctionẽ proditam à Maſtrill. d. deciſ.292. num.17. quod quando cauſa delegatur Iudicibus ordinarijs, iuriſdictio videtur conceſſa inſolidum, ſed quando cónceſſa eſſet non habentibus iuriſdictionem ordinariam, procedit contraria opinio, vbi in ſeq. num.19. ſpecificè notat Maſtrill. quòd Iudices delegati qñ à principio eſsẽt Ordinarij, poſſent cõiunctim, & ſeparatè recipere teſtes, & acta facere, præterquam decidere, prout colligitur ex ratione doctrinæ Abb. in cap. quamuis, num.3. de offic. deleg. nam quando plures delegantur, quilibet poterit procedere, licet iuriſdictio ſit coniunctim conceſſa, tamen exercitium eſt pro parte, & clarius Caball. caſu 119. num.37. quod Iudex delegatus poteſt ſine collega ſolus interloqui, dummodo interloquutoria nõ ſit, quod finem imponat iuriſdictioni, vel habeat vim diffinitiui, ex text. in Auth. ad hæc, C. de iudic. vltra Caſtr. in l. Pomponius, nu.9. ff. de re iudic. verſ. vltimo quæro. Quamuis talis depoſitio prius ante reſcriptũ fuiſſet recepta à Magna Curia, & quatenus verum eſſet aſſumptum partis aduerſæ, nihilominus quia ipſa confeſſio, ſeù depoſitio fuit inde facta coram tota Magna Curia, in litis cõteſtatione ſoluitur difficultas, nam litis conteſtatio eſt principalis negotij apud competentẽ Iudicem facta narratio, colligitur ex cap.1. de lit. conteſt. cap. dudum, il ſecondo, de elect. & cap. prout, de dolo, & contumac. & fit vel per negationem, ſecundum Bart. in l.1. de lit. cont. Io. Franc. Schenard. in dialogo ad l. fin. vt lite non conteſt. in princ. num.16. vel per confeſſionem ſecundum Felin. in cap. r. de lit. cont. & in ſumma Menoch. vbi ſupra, num.23. cum ſeq. inter cætera dixit, quod quando cauſa eſſet delegata Iudici habenti de per ſe iuriſdictionem

ctionem in illa cauſa, vt puta quia ad eius officium,& poteſtatem ſpectabat,ex hac noua commiſſione diceretur tantum excitata iuriſdictio, & in procedendo diceretur ordinarius, in decidendo vero delegatus, ſicque poterat acta ſolus facere vſque ad ſententiam, & in dubio iuriſdictio potius ordinaria, quam delegata conceſſa præſumitur, Gloſ.in l. & quia,verbo ipſa lex, ff. de iuriſd.om. Iud. cum alijs apud Sarauiam in tract.de iuriſd.adiunct.q.32.num.8.imò confeſſio rei erit recipienda per Iudicem ordinarium, non delegatum,ex Reg.Rouit. in Pragm.1.de arb.num.64.notat Bald.de Angel.vbi ſup.num.5. vbi ex Ang. & Marſil. notat,quod confeſſio facta coram delegato non validat proceſſum nullum. Tertia nullitas iuſtitiam cauſæ potius continere inſpiciebatur, ex eo, quod dum ipſe reus fuiſſet condemnatus vigore ſuæ confeſſionis non aliter abſolutę,& purę,ſed cum aliqua qualitate, de quo ſupra in verbo confeſſio actum eſt, quæ ſiquidem poterat clarificari, ſi fuiſſet recepta depoſitio Fauſtinæ de Monaca famulæ interfecti, quæ in fortijs perſiſterat antequam reus torqueretur,ſed abſque depoſitione fuit relaxata,quod reo nocere non potuit, quocirca exiſtente tali qualitate neutique pęna ordinaria puniendus veniret,ſed mitiori,ideò ſententia minimè exequēda, ſed etiam huic replicabatur nullitati, cum nullo iure hoc ſubſiſtere poterat,cum potius in reprehenſione Iudicū conſiſtere videbatur,quam in defenſione rei,cur non receperant depoſitionem Fauſtinæ iam dimiſſæ,quæ capta fuerat non vt teſtis,ſed vt principalis,& particeps delicti,cōtra quam non poterat ex deductis procedi,alijs non exiſtentibus inditijs. Quibus omnibus bene diſcuſſis,ac reſolutis in eadem M.C. auditis partibus præuia relatione facta per eundem Iudicem D. Petrum Oſſorium die 5. Martij 1629. deciſum fuit, quod oppoſitis non obſtantibus exequeretur ſententia lata,& poſtmodum facta de prædictis relatione in Collat.Conſil. eodem die de ſero vnanimiter deciſum fuit, bene fuiſſe prouiſum per ipſam M.C.& proindè ſententia lata debitè exequutioni demandetur, penès Secretarium in Banca Infernuſij Actor. Magiſtri, & ſequenti die in loco delicti exequuta fuit ſententia prædicta.

Sententia proferenda per Regiam Cameram Summariæ præuia eius relatione facienda,in Collaterali Conſilio, iuxta reſcriptum Excellentiſſimi Proregis ſi contingerit Iudicantes eſſe in paritate votorum,an erit proferenda in fauorem rei, ſeruata forma ſtili eiuſdem Reg.Cam.vel debeant dari adiuncti,iuxta morem eiuſdem Collat. Cōſil.de hoc incidit nedum priſcis temporibus hæſitari in eodem Collaterali Conſilio, ſed etiam modernis temporibus,& cum iura,nec partium rationes adhuc vidiſsē, ſuper articuli diſcuſſione breuiter cenſui aliqua ponderare, & ante omnia certa demonſtratur, diſpoſitio tex. in l. inter pares, ff.de re iudic. qua decernitur inſpecta Iudicum paritate pro reo eſſe pronūciandum, ſequitur Gutier. pract. quæſt. lib. 1. q.93. ſub num. 1. verſ.ſed quod meo,& talis diſpoſitio dumtaxat in R.C.recepta comperitur,& non in alijs Tribunalibus Regni huius, vt teſtantur Reg.de Ponte dec.31.num.7. Ricc. collect.512. Præſ.de Franch.dec.252. num. 1. quem ſequuti ſunt Reg.Rouit.in pragm.1.num.3.de cauſ.decid.Pręſ.Amatus conſ.27. num.2. & rationem reddendo cenſuit Rouit. ibi,cum à nemine tactam vidiſſe fateatur, ex quo Regij Conſiliarij ſunt Iudices delegati, & Pręſidentes eiuſdem R.C.ſunt ordinarij,quę ſiquidem ratio mihi ſatisfacere non videtur,ſalua pace tanti viri, ex quo Iudices vtriuſque M.C.V.ſunt pariter ordinarij,vt dixi ſup.in verbo ſententia,& diſpoſitio ipſius l.inter pares non militat inter eos, ſed vera,ni fallor,ratio enūciatur à d.Reg.de Ponte loco citato,ex eo quia cū ibi reſideat Fiſcus,qui non aliter comprehenditur in diſpoſitione d.legis ex particulari l.non puto,ff.de iure fiſci,ideò diſpoſitio d.l.inter pares in viridi obſeruantia habetur in d.Tribunali,ſed non diſpoſitio tex.d. l.non puto,vt aduertit idem Reg.Rouit.in conſil.102.ſub num.18.tom.2.& propterea videbatur dicendum, ſententiam ipſam proferendam eſſe iuxta ipſius Tribunalis R.C.ſtilum ex pluribus,& primo,quia in fortiori caſu tradiderunt Doct. quoties contingerit ab aliqua ſententia appellari ad Superiorem,qui in locum inferioris ſuccedit,Hieronym. de Laurent. dec. Auen.191. num 5.& præſertim Iudex appellationis,qui p[illegible] iter loco Iudicis, à quo ſuccedit, vt cenſuerunt Specul. in tit. de expenſ. § 5. num.7. Puteus deciſ.166.num.2.lib 3.Abb.in cap.ſignificauerunt num.11. de excep. Borgn.deciſ.25.num.6.par.1. Maſtrill. dec. Sicil.23. num.7. quemadmodum Iudex appellationis primi Iudicis ſtatuta ſequi debet, Franc.Marc.deciſ.915.num.5. tom. 1. & ſubſequitur ibi Maſtrill. ita pariter & ſtilum Curię inferioris ſeruare,ex Gloſ.in cap.licet canon,de elect.in 6.& in l.ſancimus,C.de ſacroſ. Eccleſ.Felin.in cap.fin.2. col. verſ.quarto limita de conſt.probat Troiſ.in titu M.C. 1.num.4. ex Affl. in Conſt. Si quis, Capyc. deciſ.86.num.19. Alex.in l 2.in fine,ff.de leg.2.vltra eos Iodoc.in praxi ciuil.cap.218.num.9. Grauat. ad Veſtrium in praxi Rom.lib.5.cap.3.num.4.& ſeq.ſub lens, aliàs ſententia nulla redderetur, ſi contra ſtilum prolata fuiſſet,ſicuti Iudici,cui data eſt certa forma pronunciandi,ſi illam excedat, reddit actum nullum, Abb.in cap cauſam,num.10.de re iudic. Hinc quoque videmus,quod quando cauſa eſſet in prima inſtantia ſummaria ratione rei in iudicio deducta,eſt ſummaria in ſecunda,& in tertia inſtantia,Puteus deciſ.426. num.2.lib.2. Cancer. var.reſol. tom.3.cap.16.num.145.quo fit, vt ſi in ea proceſſum fuerit per horas,eodem modo coram Iudice appellationis proferenda,ita deciſum teſtatur Præſ.de Franch.deciſ.520.ex eo, quia ipſa appellatio eſt acceſſoria ad cauſā principalem,idem Franch. dec.370.num. 18.& ſucceſſiuè eiuſdem naturæ,cuius eſt cauſa principalis, l.1.ff.an per alium app. Franch.d.deciſ.520. num.1. ita fortius aſſeuerandum eſſet, quando non aliter cauſa ad Superiorem deducta eſſet per viam appellationis, ſed per viam relationis faciendæ in Collat.Conſ. cum voto ipſius Regiæ Cameræ,ex quo nondum iudicauerat, certum erit,ipſam debere iudicare, iuxta ſuum morem, ex quo ſtilus in ſua quaque Curia ſeruari debet,

Rebuff.in Conſt. Franc. tom. 3. tit. de Conſuet. art.2.Gloſ.13.num.56.ita quod Iudices non debent corrumpere ſtilum, & practicam Curiarũ, Maſtrill.dec.Sicil.287.num.78.& ita in terminis videtur concludere Reg.de Ponte in calce d.deciſ.31.Secundò dici poterat,quod licet Iudex appellationis teneatur ſtatuta,& ſtilos Curiæ inferioris ſeruare, præſertim quoad litis ordinationem, vt in delegato firmat Abb. in cap. 1.de Conſt.ita etiam in Iudice appellationis, Borgn. dec.21.num.11.p.1.& dec.29.num.15.p.1.Hieronym.de Lauret. dec. Auen.59. num.6. non tamen in deciſiuis, Alex.in l.1.ff.de leg.2.& conſil.164.vol.6.Com.conſ.114.lit.F. vol.1. Guid. Pap.dec.237. Brun.conſ.20.col.2.Hieronym. de Laurent. vbi ſup. hoc ſanè procederet,quoties fuerit iudicatum à Iudice, à quo,quoniam hoc caſu functus eſſet officio ſuo, Comazan.dec.Lucenſ.72.num.1.ſed inde deuoluta cauſa appellationis ad Iudicem, ad quem,cui de nouo incũbit iudicare,ſi benè,vel malè iudicatũ fuerit, Amat. dec. Ferrar.41.n.23.cum id ad eũ ſpectare noſcatur infirmare,vel cõfirmare ſententiam,l.eos, C.de appellat. Rebuff.ad Conſt. Galliæ, tom.3. tit.de arb.art.1.Gloſ.11.num.7.& ita neceſſariò pronunciare habet,malè iudicatum,& benè appellatum,& è contra,Affl.in Conſt. Vt vniuerſis, num.38.& in iſto caſu inſtructio ad appellationem pertinet ad ſtilũ Curiæ,ad quã venit,Iodoc.in praxi ciuil.cap.150. num. 8. ſed in caſu præmiſſo nondum prolata ſententia fuerat, ſed proferenda inſimul cum Dominis Regentibus in Collaterali Conſilio, & hoc caſu ſententia proferenda per Regiam Cameram non aliter nomine Proregis promulgatur, vt moris eſt ſeruari in dicto Tribunali,ſed profertur nomine eiuſdẽ R.C.& per Actuarium ipſius deſcribitur,& promulgatur, vt notum eſt in praxi, & eo fortius forma ipſius erit obſeruanda,nam inſtructio ad principale pertinet ad ſtilum Curiæ, vndè venit, Iodoc.in praxi ciuil.cap.150.num.8. Ex aduerſo autem dici poterat,non eſſe dubium,quod Tribunal Supremum Collater. Conſil. eſt Tribunal erectum cum certo Regentium numero, cuius Tribunalis caput eſt Prorex,Reg. de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.12.12.nu.12. cui omnia alia Regni Tribunalia cedunt,& obediunt, ob præſentiam Proregis, qui in Regno Regis perſonam repræſentat, & eſt eius Vicarius,& Locumtenens, imò ex ampliſſima commiſſionis forma conſtituitur alter ego,ac omnia poteſt,quæ ipſemet Rex, idem Reg.de Ponte eod.tract.tit.1.in princ.nu.1.& ideò dum Princeps iubet,relationem fieri coram eo de cauſa aliqua,videtur in illa manus apponere, ſicuti in ſimilibus probat Borgn. dec.4.p.2. nu.31. & 32. & cauſa,vbi tranſmittitur per viam cognoſcendi,dicitur auocata,& ſuſpẽditur iuriſdictio,Millan.dec.2. num.32. lib.1.quod adeò verum eſt, vt Princeps auocans cauſam ad ſe,diceretur Iudex competens,Reg.Tapia in rub.de Conſtitut. Princ.cap.4.num. 8.quæ ſiquidem auocatio fieri non poteſt,vt alteri committatur,ſed vt auocãs ſolum cognoſcat, Reg.Ronit,in pragm.2. & 3. de ſuſp.offic. nu.17. idemque in cauſa commiſſa ad referendum efficitur Iudex cauſæ, ſicuti ſubdelegans in reſeruato remanet Iudex, ita deciſum teſtatur Seraph.in dec.184.num.2.& ſucceſſiuè cauſa ſemel in Auditorio Principis introducta,nunquam exijt eius Curiam,niſi à Principe ad Iudicem inferiorem remittatur, probat Merlin.dec.Lucenſ.5.n.1.Maſtrill. dec.Sicil.19. num.5.& dec.176.num. 5.& 6.Magon.dec.Florent.90.num.1.Ant.de Ballis in tract.crim.lib.4. tit.de quæſt.partic.q 2. num.22. & tunc quando cauſa remittitur ad illud Tribunal,intelligeretur remittere ſecundum conſuetudinem illius Tribunalis,ad quod fit remiſſio,Abb.in cap.licet ex ſuſcepto,num.12.de foro comp.ſed quando cauſa iudicatur coram Principe,aliter erit dicẽdum, nam erit attendendus ſtilus potius Conſiſtorij Principis,quam inferiorum Tribunalium, & hoc multifariam comprobari comperitur, principaliter inſpecto ſtylo ipſius R.C. contrario ſtylo ipſius Collateralis Conſil.in quo ſuccedẽte paritate votorum dantur adiuncti per Proregem, iuxta Pragmaticã relatam etiam à d. Præſid.de Franch.d.dec.252.num.6.& cum ſit ſtylus maioris Tribunalis,attendi debet ab inferioribus Tribunalibus, quemadmodum ſtylus Romanæ Curiæ debet per Iudices inferiores ſeruari, poſt Specul.lib.2.de appellat.§.10. num.14. Gratian. cap.545. num.36. Iudices inferioris ſeruare debent quod obſeruat M.C.in iuſtitia miniſtranda, Affl.in Conſt. Nihil veterum nu.1.& quod obſeruat M.C. debet obſeruari ab omnibus Curijs, idem in Conſt.Si quis in poſterum,ſub num 43. ex quo inferiori nequit legem ponere Superiori, cap. venientes,de iureiur.& inferiorum ſtatuta non limitant iuriſdictionem Superiorum, Bald. in Auth.ſed nouo iure col.2. C.de ſeru. fugit.in tantum eſt verum,quod ritus M.C.V.in ea tantum obſeruari debent, & non in alio Tribunali Superiori,vt tradit Frecc.in tract.de præſent.inſtit.p.15.num.8. vbi num.9.cenſuit, per S.C. ritum non fuiſſe ſeruatum in contingentia facti, cuiuſdam,dixi in prima parte verbo ritus, prout ita pariter determinat Corſet.in ſuis quæſtionibus,lib.1.q.12.ſi diſpoſitio ritus 98. Regni Siciliæ locum habeat in Conciſtorio S.R.C. ſecundò confirmatur ex eo, quod cum ipſe Princeps ſit magis dignus,& Superior,congruit,vt quemadmodum cauſa magna minorem ad ſe trahit, Affl.in Conſtit.Honorem,num.6. ita dignum magis trahit ad ſe minus dignum, ad tex. in l. quæ religioſis, ff. de rei vend.cum alijs adductis per Barboſ.in ſuo opuſc.Princ.iuris lit.D. nu.27. quo fit,vt ſtylus ipſius Collateralis Conſil. erit attendendus,& iuxta illum in cauſa decidenda iudicandum,reiecto ſtylo inferioris Curiæ,quẽadmodum in ſimili apud Doct.concluditur de cauſa clerico, & laico commiſſa, vt decidi debeat ſecundum canones,& non ſecundum ius ciuile,Doct.in cap.Eccleſiæ S. Mariæ de Conſtit. nam ſemper cauſæ clericorum, & Eccleſiarum ſunt decidendæ ſecundum ius ciuile in defectu iuris canonici,ex Abb,Fel.& alijs probat Carol. de Graſſ.de effect.cleric. in 2.effectu, num.264. quemadmodum ſi Iudex Eccleſiaſticus pronunciaret cum laico in aliqua cauſa, appellandum erit ad ſuperiorem Iudicis inferioris. ex multis probat Carol.de Graſſ.in tract. de effect. cleric.

in 1.

Digitized by Google

in r.effect.num.497. ita pariter cauſa commu-
nis cum Clerico remittenda erit ad Iudicem
Eccleſiaſticum, ſiue ſimus in diuiduis, ſiue in
indiuiduis, Grat.cap.641.num.7. Imò ſenten-
tia inde proferēda proferri debet nomine ma-
gis digni, apud quem iuriſdictio reſidet, ex iis,
quæ in ſimili deciduntur de cauſa compromiſ-
ſa Epiſcopo, & Canonicis, vt nomine Epiſcopi
tantum concipi debeat, & ita pluries deciſum
refert Farinac. in dec.739. in ciuilibus, tom.5.
Tertiò confirmatur ex mutatione ſtatus cau-
ſæ, nam mutata cauſa, mutatur effectus, inquit
Specul. in tit. de tutor. §.1. verſ. item quod cau-
ſa, mutatur enim ſtatus cauſæ ex mutatione
loci decidendę in Collaterali Conſilio ex Re-
gia Camera, & comperitur mutati effectus,
poſtquam Iudex ordinarius ſententiam in lo-
co ſolito ferre debet, Marant. in ſpecul. part.6.
verbo ſententia, num.71. & quando Iudex nō
habet certum Tribunal, quilibet locus hone-
ſtus dicitur competens, ſi ipſum eligat, dum-
modo ad illum locum pars ſit citata, Caſtr. in
l. ius pluribus, num.9. ff. de iuſtit. & iure, idem-
que erit dicendum, quando Iudex plura loca
habuiſſet, vt ius reddere potuiſſet, quod ſit ci-
tanda pars, dummodo loca nō ſint in eodem
Palatio, per ea, quæ oſtendit Ripa obſeru. 140.
quoniam alia non erit opus citatione, & pro-
inde ſententia erit proferenda iuxta ſtylum
illius loci, vbi iudicium agitur, nam congruit
illis legibus ſubijci, & ſtatutis, Gloſ. in cap. ꝙ
Clerici, de foro compet. cum alijs apud Rugi-
nell. de appellat. §.12. gloſ.2. cap.15. ſub nu.18.
verſ. & hæc ſanè ſententia. Mutatur præterea
ſtatus cauſę ex Iudicum augmento, dum vltra
Præſidentes ſuperadditur numerus Regentiū
ad votandum, in quo ſanè erit aduertendum,
quod quando alij Conſiliarij adiungerentur
Regiæ Cameræ, ſententia proferēda erit iuxta
eius ſtylum, ſtante paritate votorum, vt quoq;
nouiſſimè teſtatur Reg. Rouit. d. conſ. 102. nu.
18. tom. 2. ſecus tamen quando Præſidentes
adiungerentur Conſiliarijs, vt tradit Præſ. de
Franch. d. deciſ. 252. nu.2. & 3. cum ſeq. ex ra-
tione illa, quod additamentum eſt eiuſdem
naturæ, cuius eſt principale, vt firmat Sarauia
in tract. de iuriſd. adiunct. cap.3. nu.10. & con-
ſequenter Iudex adiunctus eandem iuriſdi-
ctionem haberet, quam habet ille, cui adiun-
gitur, vt reſpondit Caſtr. in l. cū furioſus, nu.2.
ff. de iudic. Caſtill. deciſ. Sicil. 87. num.1. quini-
mò data inter eos paritate, locū haberet text.
d. l. inter pares, vbi eius diſpoſitio obſeruare-
tur, cæterum autem vbi talis diſpoſitio non
militaret, exiſtente diſparitate Iudicantium,
ceſſaret diſpoſitio prædicta, & ſic iura prædi-
cta l. inter pares, & cap. fin. de re iudic. ceſſarēt,
quia loquuntur, quando tales Iudices eſſent
omninò pares, ſcilicet numero, & dignitate,
vt dixit Theſſaur. in deciſ.1. ſub nu.7. verſ. non
obſtat, procederet diſpoſitio prædicta, quem-
admodum probat ſub num.6. verſ. ſi vero ſu-
mus, ſed quādo ineſſet diſparitas inter eos, vt-
puta quia ex eis sūt antiquiores, vel eſſet vnus
Præſes, tunc ſententia proferretur pro ea par-
te, vbi Præſes inclinat, & ſic concludit num.8.
quod ſatisfacere videtur ad propoſitum no-
ſtrum, quando ſententiæ tractantur in Colla-
terali Conſilio per Sacrum Conſilium, vel per
Regiam Cameram, vt proferantur iuxta nu-
merum votorū, & quando eſſent in pari voto,
ſi Vicerex nō velit dare votum ſuum, addun-
tur alij Iudices, teſtatur ibidē Præſ. de Franch.
num. 6. & eo amplius quando eſſent Iudices
Superiores ſuper grauaminibus conſtituti,
quorum vota exiguntur ad deciſionem cauſa-
rum, vt optimè ponderat Cabed. deciſ. Luſit.7.
part.1. vbi num.6. reſpondet ad text. d. l. inter
pares, qui loquitur in Iudicibus arbitris, qui
non poterant eſſe plures, neque minores, & in
caſu ſuo vbi plures Senatores expeditores
grauaminum requirebantur, per quos diſcur-
ri debet proceſſus, donec tres conueniant, vel
plures, prout opus fuerit, & qualitas nego-
tij exigeretur, aliter dicendum, vt ſic deciſum
fuiſſe teſtatur, ſubdens eſſe notandum. Et in
ſumma conſiderata diſtinctione Caſtr. in d. l.
cum furioſus, quod ſi adiunctus Iudex dica-
tur delegatus, vtputa ſi ab homine daretur, vt
expreſsè voluit Reg. Rouit. conſ.5. nu.1. tunc
ꝙ Iudices adiūcti dicūtur delegati, & nō ordi-
narij, & pariter inter eos diſparitas, & inęqua-
litas notaretur, poſtq̄ Iudex delegatus maior
eſt quocunq; ordinario, cap. ſanè, de offic. de-
leg. il ſecondo, cum alijs adductis per Rodul-
phin. in tract. de brachio ſæcul. & Eccleſ. n.33.
latiſſimè Sarauia in d. tract. quæſt.32. per totā,
& ideò Auditor Palatij, cui committitur cau-
ſa appellationis in partibus interpoſitæ, vel
etiam in Curia, de æquitate potius, quam de
rigore ſeruet terminos Palatij ſolitos in pri-
ma inſtantia ſeruari, refert Mantua in tract.
de caſibus ſtyli Sacri Palatij, quæſt.47. Aut sūt
Ordinarij, ex eo quia à lege dati videntur, iuxta
Caſtr. opinionem, ſicq; delegatus à lege, cen-
ſetur delegatus à Principe, Afflict. in Conſtit.
Officia, quæ, numer.2. & ſic patet fuiſſe de-
claratum alias per Suam Excellentiam ex or-
dine relato per Reg. Rouit. d. conſ.5. ſub nu.6.
ad quod accedit quod dixit Marta in voto 93.
nu.30. quod Iudices delegati in Collegio Pi-
ſano proferunt ſententiam vt Iudices ordi-
narij, & ſimiliter notatur diſparitas inter eos,
nedum quia non ſubrogantur loco aliorum
Iudicum ordinariorum, vt oſtenditur in di-
cto reſcripto, ex regula illa, quod ſubrogatus
ſapit naturam eius, in cuius locum ſubroga-
tur, l. ſi eum, qui, §. qui iniuriarū ff. ſi quis caut.
cum alijs adductis per Barboſ. d. opuſc. lit. S.
num.16. ſed quia extra locum ſuę iuriſdictio-
nis Regia Camera cauſam agit in Collaterali
Conſilio, vbi diuerſus ſtylus exiſtit, nec appa-
ret, ipſos Dominos Regētes in adiunctos ad-
dictos eſſe, ita vt tanquam acceſſorij ad Regiā
Cameram potuiſſent naturam ſtyli eiuſdem
Cameræ aſſequi, ſed è contra ipſa Regia Ca-
mera adiūgitur Collaterali, vbi DD. Regētes
principaliter in eorū Tribunali aſſiſtūt in di-
ſcuſſione cauſæ referēdæ per inferiores, cuius
relatio non aliter voluntariè fit, prout in cau-
ſa dubia fieri conſueuit, & ad Principem refe-
renda, dixit Afflict. in Conſtit. Præſenti lege,
num.5.

Digitized by Google

num. 5. ſed ex neceſſitate quadã, dum ita fieri mandatur, poſtquam cauſa quando commiſſa fuerit ad referendum, relatio, quæ venit faciẽda, fit de neceſſitate delegationis, vt aduertit ibidem Seraphin. num. 1. nec vis facienda erit in deciſ. de Ponte citata, cum pluries contrarium deciſum eſſe fertur in eodem Tribunali. Hæc dixiſſe ſufficiat pro ornatu deciſionum deſuper factarum, principaliter in cauſa vertente in Regia Camera inter Regium Fiſcũ, & Paulum Bozzutum ſuper officio Tubittæ Magn. Cur. Vic. in qua fuerunt dati adiuncti, ſtante paritate votorum, vt apparet ex actis in Banca Franciſci Dati Actorum Magiſt. quanquam contrarium modernis temporibus deciſum fuit in cauſa Donnæ Matthæ Arcayzaghæ cum Regio Fiſco die 13. Iulij 1629. in Banca de Orilia, ad relationem Præſidentis D. Didaci Salinas, facto verbo in Collaterali Conſilio, de qua hac poſtrema deciſione meminit Iudex Io. Dominicus Taſſonus in ſuo tomo obſeruat. iuriſd. ſuper pragmat. de antefato, verſ. 3. obſeru. 3. ſub num. 112. verſ. 5. ſi in votando, & ſub num. 156. verſ. ſentẽtiæ huius in fine, ſed pendet reclamatio interpoſita.

Sententia lata poſt peremptionem inſtantiæ an ſit nulla, videatur deciſio ſupra eodem verbo inſtantia.

Sententia foriudicationis proferri nõ poteſt niſi in caſu, in quo veniret imponẽda pœna mortis naturalis, ſublata antiqua formula ſententiarum, per quã dicebatur, quod potuiſſet impunè offendi in caſibus, in quibus veniret imponenda pœna mortis ciuilis, membri abſciſſionis, aut carceris perpetui, & ita communiter vſu receptum eſſe confirmat Reg. Tapia deciſ. S.C. 49. per Conſtit.

Sententia foriudicationis prolata poſt lapſum duorum menſium ob tempus foriudicationis appoſitum, & abbreuiatum à Principe, an ſit nulla, deciſum fuit per Collaterale Conſilium, vt debitæ exequutioni demandetur, D. Reg. Tapia deciſ. Sact. Conſ. 53. Conſt. Regni.

Sententia lata contra aliquem an poſtea elapſo fortè biennio ex ſcripturis nouiter productis poſſit retractari, in facto euenit, Franciſcam de Vrſo cõduxiſſe à Flaminio Cimino quandam domum magnam pro pretio ducat. 400. in circa, ſoluendorum iuxta Conſuet. Neapol. formam, cum pacto expreſſo, quod ſi contingerit facto Superiorum ab ea expelli, vt non teneretur ad integram penſionem, niſi pro rata temporis, prout ex obligatione penès acta Notarij cuiuſdam apparebat, inde ſuperueniente ordine Suæ Excellẽtiæ, vt omnes mulieres inhoneſtæ à dicto conuicinio exfractarent, ac alio poſtmodum Spectabilis Regentis Tapiæ, fuit coacta ipſa mulier adire Regium Auditorem generalem exercitus, vt prouideret, ſtantibus ipſis ordinibus, ne in futurum moleſtaretur pro dicta penſione, offerẽdo ſoluere ratam penſionis, quam cum effectu ſoluit, nec non mandari dicto Notario, ne procederet ad incuſationem, & ſic cum effectu prouiſum, quibus confiſa ipſa mulier à domo exfractauit, & ab hac Ciuitate diſcedit, interim dictus Flaminius ſequeſtrari fecit certos introitus debitos eidem Franciſcæ per Magnam Curiam, & obtinuit, ſatisfieri ſuper illis, ſed adueniente ipſa Franciſca de prædictis omnibus certiorata, comparuit in eadem Mag. Cur. præſentando copiam actorum factorum in dicta Audientia exercitus, inſtabat pro reuocatione ſequeſtri, & mandati, ne moleſtaretur pro dicta penſione domus, & cũ ita fuiſſet per eandem Magnam Curiam decretum, ne moleſtaretur pro cauſa prædicta, ſublato ſequeſtro, appellauit dictus Flaminius aſſerendo, non potuiſſe ita de facto procedi ad reuocationem decreti lati in ſui fauorem, ſed adhibita cauſæ cognitione, eo audito, & ſic nulliter, & non nocet non citato, Anna alleg. 71. nu. 5. etenim ſententia lata abſque quod pars fuerit citata, non valet, nam eſſet defenſionem tollere, DD. in l. prolatam, C. de ſent. Capyc. deciſ. 1. num. 35. Fuſc. ſingul. 31. lit. S. ſimiliter ſententia lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla, Cauenſ. ritu 86. num. 3. Scipio Capyc. in reg. 271. Grammat. deciſ. 65. num. 3. Marant. in ſpecul. rubr. & demum fertur ſententia, num. 51. Fuſc. ſingul. 30. lit. S. ſemper enim pro ſentẽtia præſumitur, Præſ. de Franch. deciſ. 148. nu. 9. Marant. in ſingul. verbo ſentẽtia, fol. 95. ideo fruſtratoria reddi non debet, idem Præſ. dec. 228. num. 4. neque eluſoria, idem deciſ. 209. num. 4. adeo eſt verum, quod ſententia etiam improbè lata, facit ius quoad obtinentem, Franch. deciſ. 61. num. 21. dicebatur etiam, quod cum ita de facto fuiſſet per Magnam Curiam prouiſum, reuocando ſentẽtiam latam in ſui beneficium, videbatur malo modo proceſſiſſe, etenim procedens propria authoritate, & ſine ordine iudiciario, dicetur malè procedi, Anna in allegat. 103. num. 3. & ſic per viam ſpolij, ſic in Iudice ita præcipitanter procedendo, videtur ſpoliare, Lancellott. de attent. part. 1. cap. 2. & contra eum agi poſſet poſſeſſorio recuperandæ, cap. conquerente, vbi Abbas, de reſtit. ſpol. Feder. Schench. in ſuo virid. concluſ. 72. vbi id dixit procedere, quãdo iudicialiter proceſſerit, alias ſecus ſi extraiudicialiter egerit, quoniam tunc vti priuatus ſpoliare diceretur, Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 9. nu. 141. & remed. 7. num. 8. ideò ſpoliatus etiam Iudicis authoritate reſtituendus veniret, Menoc. in 2. reſponſ. finar. num. 3. & haberet remediũ cap. reintegrandæ, ſiue recuperãdæ, Vrſill. deciſ. 302. num. 12. Campagn. in terminis in cap. ſubditorum, num. 46. vltra Lancellott. & infra in verbo ſpoliatus. Ex aduerſo replicabatur, obſtare pactum expreſsè initum inter eos, vt dictum fuit, cuius vigore incidente deinde caſu exfractationis, Iudicem adiuit proponẽdo iura, ex quibus fuit abſoluta, ſequendo iuris cautelã, adeundo Iudicem, vrbanius agendo, vt in praxi tradit Neuiz. conſ. 82. num. 27. & 28. quem ſequutus eſt Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 5. num. 29. Et propterea ſtantibus actis factis in dicta Audiẽtia generali apparebat de notoria iuſtitia ipſius, & tunc ſuccedit concluſio firmata ab eodem Menoch.

d. tract.

d.tract. remed.8. num 12. ſpoliatum à Iudice ſi notorium ſit ius non habere, nec habuiſſe conqueri non poſſe,& ſi replicaretur,non fuiſſe citatum in eo iudicio ſummariè agitato in d.Audientia,replicabatur ex parte actricis,non eſſe opus citatione,eo caſu quando vrbanius procederetur adeundo Superiorem, ex Affl. dec.326. confirmat.Menoch.d.remed.5.num.29 quapropter per dictorum actorum præſentationem in M.C.V. de nouo poſt interpoſitionem decreti contra ipſam lati rectæ potuiſſet ad illius reuocationem procedi,nam & ſi ſententia retractari nequeat ob noua inſtrumenta de nouo reperta, ad tex. in l.ſub ſpe, C.de re iudic. l.Imperatores eod. Socin. in regul.361. Lanfranc.in praxi,cap. quoniam contra,verſ. hic tractabimus,col. 16. verſ.quæro incidenter,de probat. Doct.in l.admonendi, ff. de iureiur. cum alijs adductis per Donat.à Fina inter commun.opin.lib.7.tit.de re iudic.num.143.hoc tamen limitatur,quando per inſtrumenta de nouo reperta appareret inſtrumentū alterius ſententiæ,quia tunc retractaretur tanquam nulla,& contraria primæ,ad tex. in l. ante ſententiam,C.de ſent.& interloc. omn.iud. Bald.& Cum.in d. l.Imperatores, Soc.ibi in 10. fallent. Minſyng.ſingul.obſeru.cent.4. obſer.60. n.3. Et ex his fuit confirmata ſententia M. C. per S.C.ad relationem Io.Aloyſij Piſcicelli benemeriti Iudicis ipſius die 3. Decembris 1629. penès Secretarium in Bāca Piſacani actuarij eiuſdem.

Sententia lata per Iudicem Eccleſiaſticum an ſimpliciter exequenda ſit per Iudicē ſæcularem non viſis actis,ex quibus ipſa prolata fuerat,neque adhibita cauſæ cognitione, & inter cæteras nullitates fuit hæc oppoſita in cauſa Dianoræ Mōtanæ cum Lucretia Ricca,& replicatum fuit,iudicium eſſe ſubſiſtens contra tertium poſſeſſorem etiam non audito principale debitore pro recuperatione eius dotis,& legitimæ,iuxta dec. Affl.162.nec ob id requirebatur cauſæ cognitio, cū iudicium vnū factū in Curia Epiſcopali fuerat contra Clericum Scipionem Moranum debitorem,& aliud contra tertium, quæ iudicia ſunt de per ſe ſeparata,propterea ſententia dictæ Curiæ,atque literæ eſequutoriales ſufficiebant, & de huc patet deciſio ſupra in verbo iudicium.

Sententia aſſiſtentiæ lata ad inſtantiam creditoris, qui obligauerat rem communem cum fratre, an ſuccedente diuiſione inter eos exequi debeat ſuper portione illius, qui rem obligauerat, vel ſuper tota re prius obligata,retuli deciſionem S.C ſupra in verbo exequutio ſententiæ,vbi patet,fuiſſe deciſū affirmatiuè ſuper tota re,quoad capud adiudicationis tantum pretio appretio, nam hypotheca afficit rem magnam ob puſillum creditum,quoad retentionem,& anocationem, probat Coſta de ratione ratæ, quæſt.58.num.6. & bene procedit in caſu ibi relato,ex quo vxor debitoris retinuerat alias portiones pro ſuis iuribus dotalibus, & alijs cauſis, quamuis autem conſors poſſit vendere ante litem motam,l.3.de com.ret.alien.Ant. Fab.eod.tit. defin.4. Cancer. var. reſol. tom.3.cap.13. ſub num.11. debet tamen conſortem requirere, Marſil. ſing.441. Tiraq.de retract. conſang §.1. Gloſ.18.num.3. Bal. in l.2.C.de com.rer.alien.Iaſ.in l.fin.C.de iure emph. num.11. quos probat Cancer.tom.1.cap.11.num.54.& ſi fuerit facta venditio,ſiuè obligatio rei communis,aduertendum erit, quod ſi fuerit res communis obligata alicui realiter,hoc eſt cum hypotheca,tunc quia in qualibet ceſpite Terræ ineſt obligatio,ſuper tota re ius creditor haberet etiā ſequuta diuiſione, vt inquit Caſtr. in l.ſi fratres,ſub num.2. C.comm.vtriuſque iudic.ſub num.2.quod procedit d.l.ſi fratres,ſecus tamen ſi eſſet obligatio perſonalis, & procedit tex.in l.Iulianus, §.idem Celſus, ff. de act. empt. quam diſtinctionem admittit Renat. Koppin. in tract. de priuileg.ruſtic. lib.3. cap.3. num.5. vbi quærit,ſi creditori vnius ex ſocijs diuiſione ſequuta remaneat hypothecæ ius in parte debitoris pro diuiſo,& refert, deciſum fuiſſe per Senatū poſt diuiſionem Regionibus factam creditori tantum in ea parte ius pignoris diuiſim competere,quam arbiter communi diuidundo ſumptibus debitori adiudicarit,non in alijs partibus pro indiuiſo,per tex. in l.is,qui fundum, ff. de vſuf.leg. & l.creditor,§ vlt.ff.qui pot.in pignor. hab.& d.l.Iulianus,§.Celſus,& ad hoc conferūt congeſta per Fontanell.de pact.nupt.to.1.clauſ. 4.Gloſ.9.p.2 num.48.& 49.vbi num.50. allegat Ann.Rob.lib.3.rer.iudic.cap.19. diſcutientem,ſi pariter procedat reſpectu plurium hæredum, quorum vnus ſuam partem alicui obligauerit, an facta diuiſione ſola illa pars remaneat obligata, & refert ita affirmatiuè iudicatum 2. Feb. 28. Martij 1630. & an de euictione teneatur vendens,ſeù obligans rem communem,vt reſciſſioni locus ſit,latius Mangil.de euiction. q.135.

Sentētia erronea lata,hoc eſt in nomine cōuentorū, vel in ſubſtantia rei petitæ,an ſit nulla,vel iterum reformāda,pluries contingi ſolet per Actuariorū inertiam,dum ex votis Iudicantium ſimpliciter latis,vt conſuetum eſt contra mentem Iudicantium illa extendere,& in extenſionibus errare, vel in nomine conuenti,aut ſubſtantia rei petitæ, quocirca dum ſententia debeat eſſe conformis libello, cap. licet Heli,de ſimonia,in verbo formam,Gayl. pract. obſeruat. lib.1. obſeru.66. ſub num.1. Aſin.in praxi iudiciar. §.3. cap.6. num.1. Franc.Perſonal. conſ.47. num.5. vbi alios citat. Et cum contra formam libelli lata fuerit,certè nulla redderetur,& inualida, Borgn.dec.26.nu. 10.& dec.23.num.4.21.& ſeq.p.2.dec.22.n.10. & 13. p.1.Caluol.in eius praxi iudiciaria, §. ſententia,concluſ.1.nu.29.& ſeq. poſtquam ex hoc redderetur pariter incerta, & certum eſt, ſententiam incertam eſſe nullam,l. in ſententijs,ff de re iudic.l.3. C.de ſent. quæ ſine cert. quant. Doct. in l.ait prætor, §.1.& l.in ſumma, §. amplius, ff. de re iudic.Minſyng.ſingul.obſeru. in obſeruat. 100.num.2.imò ſententia debet eſſe certior magis clara,quā libellus, Borgn.dec.8. num.61. p.5. & fortius ſi fuerit ſententia erroneè lata, vel de errore iuris, vel facti eſſet ipſo iure nulla, vt quoque latius probat Caluol. vbi ſup. num.56.& ſeq.qua de re cernimus etiam,errorem in nominibus hæredis,vel in alia appellatione vitiare inſtitutionem,l.ſi in nomine,C.de teſtam. § ſiquidem in nomine,inſt. de legat. Mant. de coniect.

vlt.

vlt.volunt.lib.4.tit.7.num.1. vbi etiam num.2. ſubdit,pariter errorem vitiare ſi in corpore fuerit adiectum,l.quoties, C.de hæred. inſt. Ex aduerſo autem dici poterit, quod ſententiæ error non vitiat,quando reperitur in actis ad quæ ſententia nec expreſsè,nec tacitè ſe refert,ſed generaliter dicitur,viſis actis,&c. ita Sebaſt. Vant.in tract.de nullit. rub. de nullit.ex defect.proceſſ. &c.num.130.ibique etiam ſubdit,ad infirmandum ſententiam per modum erroris in actis expreſſi requiritur,quod ſententia præcisè ſe referat per modum cauſæ apud acta, quæ erronea detegantur, aliàs ſi de errore non appareret ex actis,ipſa valeret,vt probat Caluol. vbi ſup.nu. 59.quo fit,vt licet ſententia ipſo iure nulla per Iudicem appellationis reformari non poſſit, ſed nulla pronunciari debet, adhuc tamen quando de meritis cauſę principalis conſtet,& de veritate cognoſcitur, vt quia partium iura ſunt clara, non attenderetur nullitas commiſſa in proceſſu, ſed de meritis cauſæ diffinitur,ſic deciſum tradit Minſyng.ſingul.obſeru.cent.1. obſeru.27.nu.2. & cent.4.obſeru.62. Vndè quemadmodum ſententia nulla ratione incertitudinis non impedit ferri aliam ſententiam,debet tamen primò pronunciari ſuper nullitate primæ, quod procedit etiam in dote,l.fin.C. de ſentent.quæ ſine cert. quant. vbi Bal. notat, quod Iudex in ſententia diffinitiua poteſt eſſe ſibi contrarius, quando prima ſententia eſt ipſo iure nulla,non enim eſt neceſſe,quod ſi primò condemnauit non ritè,quod poſteà condemnet ritè. Imò poteſt abſoluere,& eſſe contrarius ſibi ipſi,eum ſequitur Pet. Rauen.in alfab. verbo ſententia nulla,fol.132. ita etiam ſi fuerit ex errore lata,quæ cum ſit nulla, ſubſequitur quod cum ipſa ſententia nulla ſit,nil aliud agẽdum erit,quam de nouo iudicare etiam ex eiſdem actis,vt probaui in voto 1. num.60. & vt ſaltim per aliam ſententiam declarari errorem commiſſum,& ſic cum fuiſſet prolata ſententia per S.C. aſſiſtentiæ petitæ per Margharitã, Aureliam, & Ioannem Aloyſium Coccia contra Ioãnam Cappucciam, & Leliam de Pirro, & in ſententiæ extenſione fuiſſet erratum in nomine vnius,& cognomine alterius,condemnando Iſabellam Cappucciam,dum vellet dicere Ioãnam Cappucciã,fuit per idem S.R.C.reformata præuia inſtantia ad relationem Reg. Conſil. Alonſi Vargas die 20. Octob. 1629. quod intelligatur præſtita aſſiſtentia contra Ioannam Cappucciã, & alios in ſententia contentos,in Banca de Ferrarijs,hæc quoad errorem nominis,quã ad errorem in ſubſtantia rei aliàs in facto contingit fuiſſe petitã reſciſſionem cuiuſdam contractus,licet in actis duo fuiſſent præſentata inſtrumenta, quorum vnum continebat capitale primæuum, aliud capitale peruentum ex decurſis annatis, dum igitur fuerat petita reſciſſio primi contractus capitalis,& in voto Iudicis deſcriptum,eſſe reſcindendum,& per Scribam in extenſione ſententię ſcriptum,reſcindendum eſſe ſecundum ſic erroneè,fuit per Sac.Conſil.præuia inſtantia, & parti intimata,vt reformaretur ſententia cõcedendo reſciſſionem primi contractus,ad relationem Regij Conſil. Io. Baptiſtæ Apicella in cauſa Annæ Landulpho cum Nicolao Antonio Ferraro in Banca Scacciauẽti de hoc anno 1630. & menſe Auguſti,pariterque in cauſa Portiæ,& Ioannæ Reale cum Andræa de Zitellis debitore in certis annuis introitibus ad vitam,& vendito officio Actuarius M.C. ad ipſarum inſtãtiam, de quorum pretio fuerat emptum, dum fuiſſet pretium liberatũ ipſis creditoribus pro capitale, dum pro tertijs decurſis liberandum erat,ex errore ita pronunciatum fuit, tandem per S.C. ad relationem Camilli Petij Regij Conſiliarij iterum facta relatione in S.C.præuia inſtantia ipſarum,& parte audita deciſum, vt tale pretium liberaretur eidem Andreæ pro capitale,& conſequenter ipſis creditoribus pro intereſſe decurſo de anno 1627. in Banca Verruſij, ſub patrocinio Io.Franciſci Vitaliani I.C. benemeriti, meique conſobrini.

Sententia prolata in abſentia omnium Aduocatorum à Tribunali,eo tempore,quo aſſiſtere tenẽtur,an iure ſubſiſtet, prout contingit anno elapſo, dum omnes Aduocati horum Tribunalium ſe abſtinuerant patrocinari, atque in Tribunali accedere ad tuendum cauſas Clientũ ſuorum,eo quod non intendebant iuramentum calumniæ præſtare, quod & ſi de iure cautum hoc reperiatur,ad tex.in l.rem non nouam,C. de iud.Sola in Conſt.Sabaud.tit.de petit.& ſuppl.Gloſ.9.& ſatis apud Anton. del Rè in tract. de iuram. calumn.cap.15.num.140. & ſeq. Muſcat. in praxi S.C.lib.1. p.1.Gloſ. contendere ſub num.13. & de hoc extat expreſſa Cõſt.Regni,incip.Aduocatos cauetur,vbi Affl. n.15.adhuc tamẽ quia Aduocatus non iurat de calumnia de conſuetudine, vt dixit idem del Rè,vbi ſup. num. 241. eum ſequitur Fauſtin.ad praxim Pancirol. par.1.§.iurat autem,verſ. patroni, fol.96.& in deſuetudinem abijſſe tale iuramentum,ex Iaſ. in d.l.rem non nouam,nu.2.& Villalob.in commun.opin.verbo Aduocatus,num.65. firmat Zauatt. in eius praxi nu.167.& pariter in Regno non ſeruari aſſerit poſt Cacauit.in ritu 288. num.34. quem citat Aſin.in praxi iudic.§ 3.cap.30. num.3. vt etiam nouiter acerrimè defendit Franc. de Petris I. C. celeber in primo eius conſil. Reg. Rouit.in prag. 6.num.2.de ord.iudic. Imò nec etiam inter partes, vt ex Par. de ſindic.firmat Muſcat. vbi ſup. num.15.vndè Marant.in eius ſpecul. p.6.tit.de iurament.num.11.dixit,quod iuramentum de calumnia hodie vno obulo non æſtimatur, & litigantes potius iurant de calumnia committenda, quã vitanda, & ideò melius eſſet, quod iſtud iuramentum ex toto tolleretur à iudicio, cauſa vitandi tot periuria, non obſtante, quod iuramentum ſit inuentum ob publicam vtilitatẽ, ne veritas occultaretur, l.2. §.ſed quia, ff. de iur.calum. ſed quia ita expreſsè mandatum fuerat à noſtro Sereniſſimo Rege Philippo IV. cui dici non poterat,cur ita facis illicò iuramentum præſtitum fuit ab Aduocatis vti fidelibus eius ſubiectis obtemperantibus ſacræ iuſſioni, cum etiam cogi poſſe ad præſtationem talis iuramenti,ex mente Cyn.& Bellapert.in l.1.C.de iur.calum.firmat Io.Bapt.Schuarzẽtaler in tract.iud. lib.2.c.5.n.1.nil opitulãte cõſuetudine in cõtrariũ forte exiſtente, vt aſſerunt Muſcat. Aſin. & Fauſtin. locis relatis, & inter moram vnius

men-

mentis, quaſi durante eorum abſentia fuerũt aliquæ cauſæ à Iudicibus, & Conſiliarijs expeditæ, & difficultati poſtea contingit, ſi nullitatis vitio carere videantur, cum factæ fuiſſent in abſentia Aduocatorum ipſorũ in damnum partium non habentium defenſores, & videbatur dicendum, hoc nil afficere, ex text. expreſſo in l.4. C. de poſtul. vbi abſentia Aduocati non vitiat ſententiam, cum quo concordat text.in cap.1.& 2.64.diſt.Gloſ.in cap.1. vt lite non conteſt.verb.Aduocatus, in fine. Quamuis ex aduerſo replicaretur, eſſe de iure conceſſam defenſionem etiam in iudicijs præuia Aduocatorũ operatione, Reipublicę enim intereſt plurimos ad defendendum admitti, Gloſ.1.in l.ſeruum,§.publicæ ff.de procur. In tantum quod non habenti Aduocatum Iudex ſupplere debet, vt de Aduocato pars prouideatur, ad text.in l.nec quicquam, §.obſeruare ff.de offic.Proconſ.& l.1.§.ait Prætor ff.de poſtul. Cum non ita faciliter homines in iudicijs ſua iura tueri poſſint, vel ob ætatem, ignorantiam, impedimenta, & ſimilia conſtituti fuerunt Aduocati, vt aliorum iudicium ſuſcipiant defendendo, Gloſ.in l.ſed hæ, §.fin. ff. de procur. non immerito ſi ipſi Athletę iudiciorum dicantur, Gloſ.fin.in proœm. ff.quo fit, vt ſuccurri debeat non habenti Aduocatum, vt ſibi de Aduocato prouideri poſſit, vt notat Gloſ.in l.ait Prætor, §.fin. verſ.aduocationes ff.ex quibus cauſ.maior. taliter quod poſtulatio Aduocati iuſta cauſa eſt dandi dilationem, Rebuff.in l.omnes Iudices, num.1. C. de dilat. lib.10. ita pariter Aduocati abſentia ſufficiens erit cauſa, vt pars habeat dilationes, idem Rebuff. in l.1. C.de ſent. aduerſ. Fiſcum, lib.10. Sicque erit expectandus Aduocatus partis, qui eſt propèdiem vẽturus, Bart. & Alex. in l. ſi longius ff. de iudic. quos probant Additio ad Rebuff.d.l.1.lit.A.& Cauagn. obſeru. ad decret.4.§12.num.17. non enim iuſtum videbatur ob culpam forſan Aduocatorum, vt damna partibus inferentur ex defenſione prætermiſſa, imò reſtitutio in integrum datur ei, qui Aduocatum tempeſtiuè non inuenit, ſi diligentia facta fuerit, ex Fulgoſ. in l. ait Prætor, §.fin. ff.ex quib.cauſ.maior. & Peruſ.in tract.de reſtit.in integr.quæſt.13.nu.30. firmat Iacob. Beni. in tract.de priuileg. Iuriſconſult. part.3. quæſt.78.num.3. multo magis concedi debuerat in hoc caſu, vnò ob Aduocatorum impedimentum datur reſtitutio in integrum parti, vt deciſum tradit Io. Maurit. de reſtitut. in integr. cap.407. cum alijs adductis per Intrigl. ſingul.99.num.194.lib.3. quocirca inter cæteras determinationes tunc factas per dictos Officiales eo tempore compertum fuit, quod cum fuiſſet prolata ſententia aſſiſtentiæ ad inſtantiam Petri Aluina contra Franciſcum, & Sabatellum de Rocco, ad relationem Reg. Conſ. Alonſi Vargas de menſe Februarij 1630. eo tempore, quo Doctores nõ interfuerant in Tribunalibus ex cauſa ſupra relata, ex quo non fuerant partes ab Aduocatis defenſæ, nulla reddebatur ſententia, fuit poſtmodum eodemmet referente per idem Sacrum Conſiliũ deciſum, quod auditis partibus, ſuſpenſa exequutione ſentẽtiæ iterum procedatur ad expeditionem cauſæ de menſe Octobris eiuſdem anni, penès Cioffum Mag. Actor. hinc corollariè infertur ad ſententias prolatas per Sacrum Conſilium, & decreta tempore, quo Magna Curia fuerat aſſignata dies pro relationibus audiendis, vt eſt dies Iouis, quo tempore Sacr. Conſ. debet audire grauamina Magn. Cur. ſicut ſtatutum eſt in pragmat.10. §.fin.de offic. Sacr.Conſ. ideo nõ carent vitio nullitatis, prout audiui ita deciſum, & pariter quia nouiſſimis tẽporibus ſub Præſidatu Eminentiſſ. Cardin. Zapata fuit ordinatũ, vt in diebus ferialibus pulſetur campana ad congregandum Officiales, quæ durante ſacrificio diuino Miſſę pulſatur, & poſtmodum elapſis tribus horis iterum pulſatur, ſi contingerit poſt pulſationem ferri ſententiã, an nulla reddatur, de hoc ſæpè ſæpius fuit hęſitatũ, ſed pro deciſione iſtius articuli videatur Cæſar Barz.in deciſ.Bonon.15.num.28. & ſeq. vbi loquitur de ſentẽtia lata quando pulſatur atrengum, ſi iure ſubſiſtat, & demum cõcludit, eſſe onus partis hoc probare, vt nulla iudicetur, nam ſemper pro Iudice, & ſententia præſumendum erit, vt ſit lata congruo tempore, quę cũ poſſint accidere in dies volui hæc notare, quibus conuenit quod dixit Ang. in l.diuus, num.4. ff. de in integr. reſtit. quod Iudex hora ſolita tenetur ſedere pro Tribunali, & cũ diſcedit, non tenetur reuertere ad Tribunal, niſi de ſua benignitate, & poteſt expectare diem ſequentem in ferendo ſententiam.

Sentẽtia diffinitiuè lata per Iudices ordinarios an dicatur nulla ex eo, quod in eius prolatione non interuenerãt alij duo Iudices adiuncti, alias dati ſuper incidenti, exiſtente paritate votorum, de hoc accidit diſcuti præteritis annis in cauſa Eminentiſſ.Card.Ieſualdi cum Ill.Principe Melphiæ, & Regio Fiſco, poſtquã in certo incidenti Domini de Reg.Cam. fuerunt in paritate votorum, quibus fuerunt additi duo alij Iudices, & eorum votis accedentibus fuit reſoluta altercatio, demum fuit prolata ſententia abſque adiunctorum interuentu, vnde ex parte ipſius Eminentiſſ.Cardinalis fuit pe nullitate dictum, eiuſque tuitio videbatur fundari ex eo, quod cum Iudex adiunctus Iudici ordinario, maximè à Superiore dicatur delegatus, Paul. Caſtr.in l.cum furioſus, ſub num.2.ff.de iudic. Gratian.cap.100.nu.49. & hac ratione inſpecta ſolo iuramento ſuſpecti dari poſſunt, vt dixit Anna ſingul.55. quẽ ſequutus eſt Maſtrill. deciſ.292.num.3. part.3. & nouiſſimè Reg.Rouit.conſ.5.num.1.tom.1. quo fit, vt Iudex vnus ex duobus delegatis nihil poteſt facere ſine alio, probat Gratian. diſcept.forenſ.cap.474.nu.31. Farinac.deciſ.451. num.12.tom.2.Reg.Rouit. vbi ſup.num.2.& conſ.7. per totum, nec Iudex ſolus procedere poſſit in cauſa ſine aſſiſtẽtia Iudicis adiuncti, ex text.in l.item ſi vnus, §.1. & l.ſi in tres ff.de recept.arbitr. notat Theſſaur.iun. in addit. ad deciſ.255.ſui patris, vbi num.7.Theſſaur.pater

ex

ex multis probat, alias ſentētia ſiuè fuerit interloquutoria, ſiuè diffinitiua, erit nulla, ex Vant. Alex. & alijs, & per iura concordantia confirmat idem Gratian. cap. 812. nu. 35. cum ſeq. Imò etiam ſi fuiſſent Iudices adiuncti ordinarijs Iudicibus, per ea, quæ copioſè exarat Maſtrill. in d. deciſ. 292. Attamen contrarium fuit deciſum per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Cōſilio die 17. Septembris 1575. per tunc Præſidentem Hannibalem Moles, vt percepi ex manuſcriptis votis deſuper allegationibus Regentis Salernitani, & ſententiam eſſe exequēdam non obſtantibus oppoſitis nullitatibus, cuius deciſionis rationes mihi non aliter cognitæ fuerunt, benè tamen adhuc credo, ipſam corroborari poſſe ex ſequentibus, certum eſt enim in iure, quod cū duo Iudices ordinarij ſint diſcordantes, quod debet eligi tertius, & ſtabitur illius ſententiæ, Paul. Caſtr. in l. in offerendis, num. 4. C. de appellat. prout in ijs Tribunalibus indifferētet practicatur, data paritate tàm Iudicum M. C. Regiorum Conſiliariorum, ac Præſidentium Regiæ Cameræ, vel Regētium Regiam Cancellariam dari adiunctos Iudices per eorum capita Tribunalium, iuxta diſpoſitionē Reg. prag. 1. §. fin. de cauſ. decid. ad quod facit optima deciſio prima Theſſauri vna cum Addit. & hoc tàm ſuper incidentibus, quàm etiam ſuper cauſis diffinitiuis, interueniente paritate votorum, adeò quod ſi ſucceſſerit paritas votorum in aliquo incidenti, ſuper illo tantum adiuncti Iudices determinare poterint, nam ſicut tota cauſa poterit delegari, ita & vnus articulus, Caſtr. in l. arbitro, nu. 6. ff. qui ſatiſd. cogant. in tantū quod ſi fuerit commiſſus articulus decidēdus Delegato, & ille malè iudicauerit, ſi contingerit appellari, non vtique diceretur appellatum fuiſſe à diffinitiua, vt Gloſ. conſiderauit, ſed ab interloquutoria, ſecundum Bald. in l. ante ſententiæ, num. 4. verſ. quæro ſi, C. quorum appellat. & ſic vti Iudicis adiuncti delegati, vt dictum eſt, per ſententiam ab eo prolatam iuriſdictio expirat, Farinac. deciſ. 631. numer. 8. tom. 2. & omne Iudicis officium ceſſat lata ſentētia, Reg. Lanar. conſ. 37. num. 3. & ſic amplius in cauſa ſe intromittere non poſſet, ſed magis ad propoſitum noſtrum pro comprobatione huiuſmodi deciſionis optimè Ang. in l. 1. C. ſi aduerſ. lib. num. 2. dixit, quod Iudex aditus ſuper beneficio reſtitutionis, nil pronunciat in cauſa principali, ſed tantum cōcedit reſtitutionem, vel denegat, quod ſecus eſſet, ſi fuiſſet adiunctus cauſæ principali, nam tunc Iudex cauſæ principalis eſſet Iudex cauſæ dependentis, & incidentis, l. cum actū ff. de negot. geſt. Cauagnol. deciſ. 4. num. 12. vol. 1. Andr. Gayll. de pignorat. cap. 2. num. 10. & Iudex in conſequentijs cauſæ ex officio pronunciat, latè Carauit. ritu 297. nu. 15. cum ſeq. hinc Iudex pronunciando ſuper principali tacitè videtur ſuper incidenti pronunciare, Franc. Marc. deciſ. 157. num. 2. tom. 2. de quo ſatis per Regent. Rouit. conſ. 8. eod. tom. 1.

Sententia ſine termini præfixiōne in cauſa, ficti in his, quæ in facto liqueat profertur, an etiam quando ageretur de iuris articulo procedat, deciſio refertur infra in verbo terminus.

Sententia lata contra tutorem nomine proprio pro contractu rei ad pupillum ſpectantis, an ſit nulla, in caſu de quo agebatur Cæſar de Rugerio tutor filiorum Caroli eius fratris extraxit à Regia Dohana Neapol. cantaria quatuor ferri ad inſtantiam ipſius Caroli, Neap. trāſmiſſi ex Genua pro ſeruitio Domus Incurabilium, quæ remanſerant in eius hæreditate, fuit conuentus per Io. Baptiſtam Coſtam venditorem ad ſoluendum pretium illius, & demū fuit lata ſententia contra ipſum ad ſoluendum pretium vna cum intereſſe, dixit de nullitate, præſertim quia ferrum erat in hęreditate Caroli deductum, & ipſe vti tutor pupillorum extraxerat, nam citra dubium tutor contrahēdo de re ad pupillum ſpectante, nomine pupilli agere præſumitur, probat Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 49. num. 5. & in dubio tutor, vel curator contrahendo, non proprio nomine, ſed officij nomine ſe obligare cenſetur, Bart. in l. ſi tutor, num. 4. ff. ſi quis caut. cum alijs apud Berlicch. deciſ. 15. num. 4. & ad hoc videtur cōferre text. in l. fin. & l. poſt mortem, §. tutor ff. quando ex fact. tutor. quamuis ex aduerſo replicabatur, extractionem particulari ſuo nomine fuiſſe factā, vnde conſpicitur, quod contrahere nomine proprio quilibet præſumitur, idem Menoch. eodem tract. lib. 3. pręſumpt. 46. num. 1. vbi alia conſimilia deduxit huic conſerētia, potiſſimū in tutore, ſeù curatore contrahente, quando nomine proprio, vel tutorio contrahi cenſeatur, docet Berlicch. deciſ. 14. qui in deciſ. 72. firmat, ſemper teneri pro pupilli debito, & ita deciſum. Nihilominus non fuit hoc admiſſum per Sacrum Conſilium, per quod fuit deciſū, nullitates non obſtare die 10. Iunij 1630. referente Reg. Conſ. D. Ferdinando Ezguerra, nunc digniſſimo Regente, penès Cantone.

Sententia foriudicationis an valida ſit, ſi non fuerit lata illico elapſo bimeſtre conceſſo ad ſe præſentandum, relata fuit deciſio ſupra in verbo foriudicationis.

Sententia lata per ſupremum Italiæ Senatum in cauſa feudali auocata à Regno Siciliæ, quæ pendebat in M. R. C. illius Regni, an debeat exequutioni demandari, tanquam ſententia ſupremi Tribunalis, quæ habet exequutionē paratam, vel debeat ſeruari ſtylus Tribunalis, à quo fuit auocata, hoc eſt M. C. cuius ſententia eſt appellabilis, non obſtante ſupplicatione interpoſita per condemnatum, deciſum fuit, ſententiam ipſam fore debitæ exequutioni demandandā, oppoſitis nō obſtantibus, ita Reg. Tapia deciſ. Italiæ 4. præſertim nu. 84.

Sententia Supremi Tribunalis Italiæ an ſit exequenda iuxta ſtylum Regni illius, à qua fuit cauſa auocata, deciſum fuit negatiuè, ſed ſecundum ſtylum d. Supremi Cōſilij, hoc eſt Maieſtatis, qua fulget dictum Supremum Tribunal, Reg. Tapia dec. Italiæ 4. ſub nu. 84. verſ. ſic etiam fuit.

Sen-

Sententia an ſit nulla ſi fuerit lata omiſſa cauſa pręambuli, dum fuerat ordinatum, vt inſimul, & ſemel cũ cauſa immiſſionis determinaretur, item ſi fuerit lata in petitorio, omiſſo poſſeſſorio, & quid ſi fuerit prolata in certa quantitate, dum fuerat petitum quid vniuerſaliter, & per quotas, pariter ſi in ſe contineret contrarietatem, item dum fuerat petita immiſſio in poſſeſſionem, quæ concedi debuerat, nõ obſtante detractione quartarum, & quid ſi obſtaret exceptio fideicommiſſi diſputabilis, relatę ſunt deciſiones ſupra in verbo nullitas ſententiæ.

Sententia, qua abſoluuntur debitores ab impetita reſciſſione, ſeù annullatione contractus, continet cõdemnationem ad ſoluendum debitum abſque alio proceſſu, & ita pluries deciſum per S.C. teſtatur Reg. Rouit. dec 60. quamplurimum.

Sententia lata cõtra vnũ ex correis mortuũ, an valeat inter cęteras nullitates propoſitas per Dorotheam, & alias ſorores de Lantaro aduerſus ſententias cõtra eas latam pro creditoribus Fratris Franciſci Lantari earum fratris aderat illa, quod tempore ſententiæ Carolus de Stephano vnus ex correis erat mortuus, & ſic tanquam lata contra mortuum eſt nulla, ad tex. in l. in ſumma, §. fin. ff. de re iudic. & per ea, quæ tradit Præſ. de Franch. dec. 245. poſt Vant. in tract. de nullit. rub. de nullit. ex def. iuriſd. num. 106. Reg. Valenz. conſ. 155. num. 41. vol. 2. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 17. ſub num. 323. Papon. lib. 19. tit. 8. arreſto 14. Ex aduerſo autem replicabatur, ex pluribus d. nullitatem corruere, primò, quia in actis ante ſententiam non conſtabat de morte Caroli, idcircò valida reputabatur, vt dixit Guid. Papa dec. 86. num. 2. debebat enim Iudici conſtare, vt Iudici, quod aliquis ex colligitatoribus ſit mortuus, aliàs ſententia valeret, ſic limitatur tex. in d. l. in ſumma, §. fin. quamuis idem Præſ. de Franch. ibidem n. 3. dicat, ſententiã eſſe nullam etiam quod mors ignoretur, ex Dec. in l. eius, qui §. quod ſi ſtipulatus, in primo not. ff. ſi cert. pet. attamen in contrarium extat cõmunis opinio, de qua teſtantur Caſtill. deciſ. 60. num. 14. Maſtrill. dec. 137. num. 13. & ſeq. ſecundò dicebatur, opinionem eiuſdem Præſ. de Franch. non procedere in caſu, de quo agebatur, ſed limitari quotieſcunque proceſſus eſſet fundatus, & concluſus cum legitimo contradictore, adhuc viuo, qui in iudicio deducere potuiſſet omnia eius incumbentia, & ſe defendere, tunc enim proceſſus rectè diceretur geſtus cum eo, eo quod nil remanſerat ad agendum, niſi proferri ſentẽtiam, quo caſu, prout inquit ibi Caſtill. num. 26. ceſſaret ratio eiuſdem Præſ. num. 6. aſſerentis, iudicium ex tribus perſonis conſiſtere, actore, reo, & Iudice, & ſi vnus deficeret, iudicium corrueret, & ſubſequẽter ſententia nulla redderetur, poſtquam non procederet, quando proceſſus eſſet compilatus cum defuncto, & bene comprobat Maſtrill. d. dec. 137. n. 19. in medio, pręſupponẽdo, quod cõcluſio, & ſententia æquiparantur, & ſententiam latam eſſe, & concluſum in cauſa paria ſunt, Marant. conſ. 25. num. 1. át in caſu præmiſſo proceſſus compilatus erat ante mortem Caroli, meritò nullitas ceſſabit. Tertiò, eadem regula in caſu iſto non procedit, dum Octauius de Stephano, qui nunc allegat nullitates, nedum habuit notitiam mortis Caroli eius fratris, ſed eius hæredem declarari fecerat, & tamen diſſimulauerat mortem, nec illam coram Iudice allegauerat, adeò quod cum ipſe cauſam dederat nullitati eã allegare non poterat, Ant. Gamma dec. 324. ante num. 1. Caſtill. ibi num. 39. & Maſtrill. ibidem, num. 20. & 21. quartò, diſpoſitio d. l. in ſumma, §. fin. nullatenus locum habere poſſet in caſu iſto, quia lis fuit agitata cum d. Octauio, qui erat conſors litis, & hæres poſteà d. Caroli, quo defuncto cum neceſſe ſit hæredes citari, & hęres aderat in iudicio, id ſufficere videbatur, Dec. conſ. 449. num. 8. quem ſequitur Gamma d. dec. 324. num. 1. nam quoad alios valeret, Cancer. vbi ſup. vltimò limitatur d. regula ſecundum Bal. in l. 1. §. 1. in fine, C. de caduc. toll. Soc. in l. eius, qui in prouincia, num. 13. ff. ſi cert. pet. & alios adductos per Veral. dec. 140. p. 3. pro vtilitate Eccleſiæ, nam regula procederet, quando ageretur inter duos priuatos, & ſententia tenderet ad particularem vtilitatem, ſecus quando eſſet in vtilitatem Eccleſiæ, & ſic deciſum teſtatur ibidem Caſtill. num. 31. hoc eſt, ſententiam contra mortuum valere fauore libertatis, & Eccleſiæ, ſed quia lata fuerat hæc ſententia in fauorem ſacræ Religionis Hieroſolymitanæ tàm in primo capite, per quod fuit abſoluta ab impetitis per ipſas ſorores, quàm in ſecundo, per quod fuerant condemnatæ ad ſoluendum creditoribus eiuſdem Franciſci, & inter eos adeſt ipſa ſacra Religio, ſed his replicari contingit, tales limitationes adductas tùm circa ſtatum cauſæ .ſ. poſt concluſum in cauſa cum viuo poſſe ſententiam ferri contra mortuum, tùm etiam circa perſonas, eo quia d. Octauius ſciebat mortem conſortis, de quo hęres extiterat, quam Iudici denunciare debuerat, tùm quoque circa Iudicis ignorantiam, nam hæ traditiones, & ſi ab aliquibus probentur Doctor. ex communiter tamen, & recepta ſententia per S.C. fuerunt improbatę, iuxta deciſa per Fran. d. deciſ. vſq; ad finem, & ratio deciſionis: quia deficit vna perſona ex illis tribus, ex quibus iudicium ſubſtinetur, quare deciſio ipſa cauillari nequit ex conſiderationibus Maſtrill. & Caſtr. poſt Polyd. Rip. & alios ſubdit ibi Maſtrill. nu. 11. in fine hanc deciſ. communem eſſe poſt authoritatem S.C. etiam in caſibus ignorantiæ mortis, & conſortis litis, eam receptiſſimam eſſe teſtantur Mill. in aureo repert. verbo ſententia lata contra mortuum, Pet. Caball. conſ. 4. quæ ſiquidem traditio fuit in d. l. eius, qui in Prouincia, vbi Dec. in 1. not. in §. quod ſi ſtipulatus, ff. ſi cert. pet. firmauit Caſtr. in l. ſi deceſſerit num. .ff qui ſatiſd. cog. & alij relati per Surd. conſ. 99. num. 13. lib. 1. Puteus deciſ. 182. num. 1. lib. 2. Marant. in ſpecul. par. 4 diſt. 16. num. 72. & par. 6. verſ. & demum fertur ſententia num. 107. ſed attingendo tantum poſtremam limitationem, dum ſententia contra mortuum lata fauore Eccleſiæ ſubſtineri poſſit, aduertatur, quod iſta regula dictans, ſententiam poſt mortem nullam eſſe duo capita habet, primò, quando eſſet lata contra mortuum, & tunc eſt firma abſolutè, ex d. l. in ſumma, §. fin. & l. pen. ff. quæ ſent, ſine appell. reſc. aliud capud, quando eſſet lata in fauorem mortui, & tunc dubia fuit,

Gloſ.in d.l.penult.§.condemnatum, per tex.in l. cum quaſi, ff.de fideicom.lib.& apertè in l.Ne- ratius in fine,ff.de reg.iur.modo ex hac limita- tione huius ſecundi capitis ex fauore libertatis illatio cõſimilis ſubſequitur, vt firma ſit fauore Eccleſiæ,authoritate Bal.in d.l.vnica, §. in pri- mo, num.17. cuius doctrina erit intelligenda in ſecundo capite, vt tunc licet ſit mortuus benefi- ciatus,qui nomine Eccleſiæ rem tenebat,ſenten- tia pro eo lata valida ſit in beneficium Eccleſiæ, & ſubrogati, & in hoc caſu loquutus eſt Bald. cuius dictum comprobatur primò , ex authori- tate,nam eod.loco ſic reſpondit Alex.in d.l.eius, qui in Prouincia ſub num.8.verſ.ſecundo noto, & Iacobin.rem ponit in terminis,ſequendo Bald. dixit,ſententiam latam in fauorem mortui repu- tari in fauorem Eccleſiæ validam,quia rem cla- riſſimam reddit in l.ſi deceſſerit à num.9. ad 11. ff.qui ſatiſ.cog.& in d.l.eius, qui num.10. Eue- rard.in topica,loco à libert.ad piam cauſam nu. 19.Vinc.Carocc.de except.in except.42. num.9. firmatur quoque Bal.claritas ratione inconuici- bili in eod.loco ab ipſomet,ibi ego dicam, quod ſimiliter, vt ibidem Caſtill. num.10.notat,ergo Bal.loqui non poteſt,niſi quando ſententia eſſet lata in fauorem mortui, cuius vitam extincta m durans,& ſempiterna vita Eccleſiæ repræſentare valeat,in caſu enim contrario,quando eſſet lata contra mortuum,erit indubitabile,quod vita Ec- cleſiæ non poteſt repræſentare vitam aduerſarij ſui,& ſic ſecundum Bal. ſententiam,quando fer- tur iudicium pro mortuo fauore Eccleſiæ, ille defectus vnius perſonæ ſuppletur à vita, & ſub- rogatione eiuſdem Eccleſiæ ſemper viuentia, quando verò fertur contra mortuum, fauor, & vita Eccleſiæ,quæ ſupplet partem ſuam non poſ- ſet aliam partem aduerſarij iam extinctam ſup- plere,& ſic ceſſat Bald.ſententia in caſu iſto,in quo ſententia proceſſit contra mortuum,poterit quoque conſiderari,Bald.ſententiam non fuiſſe receptam in beneficialibus,prout ipſe loquitur, cum contrarium deciſum appareat apud Puteum d.deciſ.182.& quæ dicuntur de beneficiarijs,pa- riter in commendatarijs Hieroſolymitanæ Re- ligionis procedere videntur,Mohed.dec.10.de cauſ.poſſ.& prop.Natt.Fulgoſ.Gloſ.& alij,quos probat Epiſcopus Riccius in praxi Eccl.tit.de alien.rei Eccleſ.reſol.61.num.1.Ex quibus facta relatione in S.C.per Reg.Conſil.Andræam de Ianuario Ducem Cantalupi,fuit iudicatum,nul- litates obſtare,vt ex actis in Banca Cioffi ſub tu- tela Io.Baptiſtæ Filingierij I.C.Neap. præſtan- tiſſimi,ac nobiliſſimi.

Sententia proferri an poſſit in Regno ſuper id,quod eſt probatum, licet in libello non deductum,ex cuius obſcuritate procedere non poterat,fuit de- ciſum in M.C. affirmatiuè in cauſa creditorum Petri Mariæ Ardinghelli,vt retulit D.Franciſcus Merlin. controuerſ.forenſ.cap.34.ſententiam,& in calce cap.35. ſed quia.

Sententia forti udicationis proferri an debeat contra reum elapſo mente præfixo in reſcripto conceſ- ſo per Suam Excellentiam,diſpenſando Conſtit. Regni incip.Pœnam eorum , in quo non fuerat expreſſè mentio facta reuocationis d.Conſt.fuit deciſum affirmatiuè per M.C.V.in cauſa Anelli Genoeſe, ſic teſtatur D.Franc.Merlin.controuer. forenſ.c.71. diximus.

Sententia lata contra falſum Procuratorem, an cõ- tra ipſum exequi debeat, Guido Papa in l.ſi ſe non,ff de re iudic.in princ. inquit,ex his Gloſ.ha- betis duo principaliter , ſecundum Angel. quod licet ſententia fuerit lata contra falſum Procura- torem,ſit nulla quantum ex ea tangitur præiudi- cium Domini,tamen in præiudicium ipſius falſi Procuratoris valeret,& tamen ita poteſt contra eum executioni demandari, videtis, quod hic iſte non habebat mandatum,& tamen exequitur ſententia contra eum,vbi reperi apoſtillam in- certi authoris dicentis, ſic fuit obſeruatum in S.C.referente D. de Altomare contra Iacobum Magnanimum, qui fuit condemnatus Domino litis Act. N.

Sententia ſuper deuolutione rei emphytheoti- cæ ob canones non ſolutos qualiter erit pro- ferenda, nam & ſi inſpecta iuris communis diſpoſitione emphytheota propter canonem non ſolutum poterit propria authoritate à directo Domino expelli, petendo ſine cita- tione aſſociari ad euitandum ſcandala, & tã- tò magis ſi adeſſet pactum, quod poſſit pro- pria auctoritate ingredi poſſeſſionem, & ipſo iure , vel ſine ſpe dilationis cadat iure ſuo volente Domino directo, vt probat Borgnin. in deciſ.45.in addit.num.13.& 68. p.2. cum alijs allegatis, per Brixienſ. in repert. ad eun- dem Borgn.verbo emphytheota propter, Tre- utler.ſelect.diſput.p.1.diſput.29.thæſi 12.Mã- tic.de tacit.& ambig.lib.22.tit.27. nu.6. & 28. Nihilominus emphyteota priuatione dignus etiam quod ipſo iure ſit priuatus Domino volente,vt à poſſeſſione expellatur ſententia declaratoria,& citatio requiritur, ſecundum æquiorem,& veriorem opinionem, ex pluri- morum atteſtatione relatorum per eundem Borgn.in dec.36.num.141.& 347. p.3. Frider. Tileman. in ſuis diſputat. p.1. diſput.15. c.35. Mant.vbi ſup.num.30. Hoc ante omnia præ- ſuppoſito infertur ad ſubſequentia circa pro- lationem ſententiæ declaratoriæ caducita- tis,quæ non aliter illicò erit proferenda, ne- que exequenda,ſed cum aliquo temperamẽ- to,hoc eſt,vt conſtito de mora contracta per emphytheotam nolentem purgare illam in ſoluendo canones debitos , adhuc proceda- tur ad prolationem ſententiæ,vt infra funda- bitur,poſtquam certum eſt in iure,quod em- phyteota non cadit à iure ſuo, ſi non ſoluit per biennium,ſtante conuentione,quod non poſſit expelli,ſi non ſoluerit per biennium, facta prius interpellatione , vt inquit idem Borgn.dec.45.num.84.p.1.vt probaui in voto 61. num.18. nam caducitas ob non ſolutio- nem canonis non incurritur ſine mora, Fari- nac.dec.577.num.1. in fine, tom.2. vndè cõ- ſpicitur, prius eſſe faciendam interpellatio- nem , vt quis in mora conſtituatur , vt latius probaui in d.voto 61. num.17. etenim inter- pellatione committitur mora,& pœna,Borgn. dec.25.num.28.& 31. p.2. quinimmò talis in- terpellatio vel fieri debet extraiudicialiter,vt dixi in d.voto 61.nu.21. vel iudicialiter, qua

ſimi-

ſimiliter in mora quis conſtituitur, vt dixi in voto 61. num.63. Qua quidem exiſtente interpellatione,& inde mora vrgente facillimè in caducitatem rei emphytheoticæ incurritur, porrò ſatis erit ad euitandam caducitatem offerre canonē,quę oblatio ad inſtar ſolutionis erit, & ob id vt habeatur pro ſolutione non ſufficit pecuniam obtuliſſe, niſi depoſitar obſignatam tuto loco,l.2.C.de iure emphyt.Doct.in l.tutor,§.fin.ff.de admin.tut. Caballin. miſſel.228. Molin. Brix. Curac. & Corbul.quos probat Tileman. d. diſput.15. §.33. & amplius quando à Iudice præciperetur purgatio morę,in cuius arbitrio relictum eſt,vt dixi in d.voto 61.num.30.cum ſeq. Sed an hoc idem erit obſeruandum contra hæreditatem iacentem, poſtquam mora conſiderari non poteſt contra hæreditatem iacentem,Borgn.deciſ.30.num.40.& 75.p.2.& conſequenter caducitas non poteſt declarari hęreditate iacente,Alex.conſ.177. num.3. vol.2. Natta conſ.488. num.7. vol.3.& Rimin.Sen. conſ.381.col.2.vol.2. Rol. conſil.87. num.57. vol.1.Borgn.dec.43. num.44. p.1. Nihilominus idemmet Borgn in dec.30.num.50.& 75. p.2 probat,quod caducitas poteſt contra hæreditatem iacentem, & vacantem declarari,ſi non fuerit facta ſolutio,ex quo talis caducitas ipſo iure incurritur contra talem hæreditatem iacentem , etenim etiam contra illam currit tempus ſoluendi canonem ſine aliqua interpellatione . Et proindè in cauſa Petri Antonij Surrentini cum curatore hæreditatis iacentis q. Io. Baptiſtæ de Roberto cum fuiſſet petita deuolutio certę rei ſtabilis ob canones non ſolutos, & per bina decreta Iudicis iuſſum,vt conuenti filij ſoluerent canones , demum ad relationem Reg. Conſil. Petri Antonij Caranitæ die 8. Iulij 1630. fuit interpoſitum ſequēs decretum videlicet , decreto S.C. prouiſum eſt, quod intra dies decem conuenti nomine , vt in actis ſoluant cenſus decurſos,alias prouidebitur ſuper petitis,&c. poſtmodum ipſis in mora conſtitutis fuit prolata ſententia deuolutionis die 22. Nouembris eiuſdem anni ad relationē eiuſdem cauſæ Commiſſarij, & in ea dictum expreſsè,verum ſi infra dies quindecim prædictus N.curator ſoluerit prædictos cenſus decurſos ſuperſedeatur in executione preſentis ſententiæ,vt patet ex actis in Banca Scacciauenti Mag.Act.

Sententiæ latæ poſt indultum , quamuis antequam ſcitetur,an ſint reuocandæ,deciſum fuit per Collat.Conſil facto verbo per R.C.S die 18.Octobris 1572.ex quo indultus motu proprio conceſſus tollit omnem iuriſdictionem ipſo iure,ideò reſtituedæ erant pœnæ exactæ,quæ ſpectabāt ad Regem,Don.Ant.de Marin.quotid. reſol.c.183. num.19.

Separatio bonorum an locum habeat in feudis,reſult in 1.parte, verbo titulus de ſeparationibus negatiuè deciſum fuiſſe per S.C.& in quibuſdā allegationibus manuſcriptis Ill.Ducis Sueſſæ in fine hæc verba referuntur,ſimiliter non obſtat ſi dicatur,interitus debitos per Ill. Thomam ratione pretij Caſalium eſſe feudales,& in feudalibus ſeparationem non habere locum,vt per S.C.deciſum fuit inter creditores, & legatarios Domini Roberti Caraffæ non habentes aſſenſum,& creditores cum aſſenſu D.Io.Baptiſtæ eius filij, & hæredis , &c. hæc ille, & fuit nouiſſimè deciſum iunctis aulis in cauſa ſacri Hoſpitalis Diuę Mariæ Annunciatæ cum Marchioniſſa Caſealberti ad relationem Regij tunc Conſil. Io. Andreæ de Georgio in Banca Turini.

Separatio bonorū an locum habeat in feudis, Anna in allegat.30. reſpondit negatiuè , & ita fuit deciſum in cauſa creditorum Marchionis Caſealberti in Banca Carboni.

Sequeſtrari an poſſit feudum, ſiuè eius fructus,vbi adeſſet vrgentia creditorum,quibus forſan tertiæ,ſiuè intereſſe capitalium debentur in tanta ſumma debita creditoribus,adeò vt non facto ſequeſtro fructus dilapidarentur,& inde intereſſe prætendens in feudo in ſucceſſione non poſſit ſatisfieri,& conſequenter ſententia inde proferenda eluſoria redderetur,deciſum fuit per Collat.Conſil.iunctis Tribunalibus R.C.ac S.C. ad relationem Præſidentis D.Ioannis de Montoya die 22. Decembris 1608 affirmatiuè,vt teſtatur And.Capanus in tract.de iure adhoæ,quæſt.29. num.8. & 9.

Sequeſtrum bonorum hæreditariorum an erit concedendum ad inſtantiam legatariorum aduerſus hæredem ſe opponentem aduerſus legatarios,nec valentem ſatiſdationem præſtare , deciſum fuit per S.C.eſſe faciendum mandatum hæredi, ne contraheret inconſulto S.C.ſub pœna nullitatis contractuum,& interim tranſmittatur commiſſarius ad annotandum fructus,quos relaxare debeat penès hæredem cum eius obligatione de exhibendo ad omnem ordinem S.C.ita teſtatur Reg.Rouit. in conſ.34. Don Ferdinandus, volum.2.

Sequeſtrum ad inſtantiam creditoris petitum ſuper annuis redditibus debitis per aliquam Vniuerſitatem poſſeſſis ab vno ex hæredibus,an fieri poſſit,de hoc fuit tàm in M.C.quàm in S.C. difficultatum in cauſa Don Horatij Carafæ ceſſionarij Flaminij Bonioannis cum Ill. D.Fr anna Ruffa pro conſequutione ſui crediti ducatorum 5333. vigore inſtrumenti debitorum,aſſenſu etiam regio roborati,cuius vigore fuit petitum ſequeſtrum ducatorum 970. debitorum pro fiſcalibus in burgenſaticum ab Vniuerſitate Nicoteræ,& non eſt dubium,quin ſequeſtrum cadat etiam in fructibus ſolo cohærentibus, ex his, quæ probat Carroc.in tract.de ſequeſtro p.3.q.33. ita pariter in annuis redditibus, qui ſunt fructus ciuiles , Franc.deciſ.254.num.4. ſed dubium verſabatur in eo,dum erant aſſignati vno ex hæredibus D. Vincentij Ruffi olim Principis Scillæ poterat fieri, & videbatur hoc non eſſe iuri conſentaneum, quoniam hæredes pro virilibus,partibus conueniuntur,l.pro hæreditarijs, C. de hæredit. act.on.nihilominus quando ob culpam alterius hæredis,qui ſoluere non intendit,ob moram non ſoluentis fit ſequeſtrum, & ſic in ſocijs probat Ioſeph Ludou.in ſuis concluſ.tit.de ſociet. concluſ.1. verſ.inſertur 17. quem ſequitur Carroc. eod.tract.par.4.q.14.& tunc damnum erit illius

 non

non ſoluentis, ſecum tamen citra culpam illius, quoniam eſſet commune, quod etiam probatur ex eo, quod ſequeſtratio per viam præcepti prohibitorij, ne ſoluat, ne diſtrahat, alteri eſt permiſſa, quando quis habet hypothecam, aut ius in illa re eſſet perpetua, nec ſatiſfactione tollitur, Burgn. deciſ. Florẽ. 3. num. 14. & 15. par. 1. & ita cum fuiſſet per M. C. V. prouiſum. Fieri ſequeſtrum, interpoſita appellatione ad S. C. fuit confirmatum ad relationem Iudicis Io. Aloyſij Piſcicelli die 14. Martij 1630. in Bãca Cõſtantini. Sequeſtrum factum ad inſtantiam alicuius concreditoris contra debitorem debitoris, qui debitum illud alteri concreditori ceſſerat, antequam debitor principalis decoxerit, tolli an poſſit, vel non, dum prætenderetur delegatio facta, vt exemplo oſtenditur in facto occurſo, cum fuiſſet apoca cambij ducatorum ſeptigentorum girata per Io. Mariã Iouene, *per conto trà noi*, Vincẽtio Flocca, comparuerunt in M. C. V. poſt decoctionem ſucceſſam ipſius Io. Mariæ aliqui eius creditores, & petierunt, debitum ſequeſtrari ad inſtantiam ipſorum, vt potuiſſet ſatisfieri, nam creditores chyrografarij omnes pro rata vocantur in bonis decoctoris, temporis diuerſitate non conſiderata, ex Bald. notat Straccha in tract. de decoct. p. vltim. num. 16. latiſſimè Rodriquez de concurſu credit. p. 2. artic. 1. per totum, excepit ipſe Vincẽtius ex eo, quia apoca cambij dum fuerat ipſi girata à debitore, nequiuerant alij concreditores ſequeſtro vti ex dominij translatione facta per giratam, per quam videbatur facta delegatio debiti et ſoluendi, poſtquam ipſa delegatio fit quoad delegãtem, & delegatum nuda ſcriptura, Bart. in l. delegare. num. 2. ff. de nouat. ſimiliter ex hoc videbatur facta ceſſio, quæ iuris eſt, Franc. deciſ. 662. num. 6. & per eam transfertur etiam dominium, quoniam ipſa ceſſio loco traditionis habetur, Cauenſ. in titu 286. num 7. Mantic. de tacitis lib. 14. tit. 25. num. 14. & vtroque caſu tàm ipſa delegatio, quæ loco ſolutionis eſt vera, Manent. deciſ. Mantuæ 51. num. 3. latè in meo voto 6. nu. 68. Ex quo delegans ſoluit, Rota Genuæ dec. 60. num. 11. dec. 153. num. 7. & delegans ſoluere dicitur, Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 2. §. 6. quam pariter ceſſio vim ſolutionis habet, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 527. num. 39. Surd. deciſ. 23. num. 1. ſicque ceſſio, & delegatio vim ſolutionis habent, Aretin. eod. tract. cap. 52. §. 6. nu. 5. & ſecundum iſtam opinionem iudicauit eadem M. C. ad relationem Iudicis Don Ferdinandi Filiò, in Banca de Auguſtino, nunc de Salerno, tollendo ſequeſtrum factum ad inſtantiam ipſorum. Ex aduerſo replicari poterat, neque delegationi, neque ceſſioni applicari potuiſſe giratam factam in apoca, poſtquam ipſa delegatio requirit interuentũ trium perſonarum, Rota Genuæ dec. 99. num. 2. & dec. 2. num. 24. hoc eſt, vt delegatus ſit debitor delegãtis, quod per ſtipulationem promittat creditori ſoluere mandante creditore, & quod promittat tãquam debitor, Gloſ. in l. quamuis, §. mulier il 2. ad velleian. cum alijs adductis per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. n. 16. Surd. d. dec. 23. num. 6. & tunc per ipſam ſtatim induceretur liberatio, Bald. in l. pro debito in fin. vbi Salyc. num. 4. C. de bon. auth. iud. poſſ. Gratian. vbi ſup. num. 2. Rota Genuæ deciſ. 19. nu. 7. cum ipſa fiat ipſo iure, Surd. conſ. 23. num. 8. ita vt periculum à delegante ad delegatum, peritranſiret, Surd. d. deciſ. 23. num. 7. quaſi quod dominium pecuniæ ſoluendæ acquiſitum ipſi delegato videretur, & nihilominus adhuc delegatio ficta ſolutio erit, Aretin. d. tract. de ſolution. d. cap. 2. §. 6. num. 2. ex quo ſimilis eſt ſolutioni, Mura dec. 33. num. 34. & amplius, quia ſtipulatio requiſita in delegatione in caſu præmiſſo nõ interuenerat, vt debuerat. Neque enim ceſſioni accommodari poterat, poſtquam ipſa ceſſio dupliciter conſideratur, vel ſimpliciter, vel per dationem inſolutum, vt conſiderat Cancer. var. reſolut. lib. 2. cap. 6. num. 183. poſt eum Marian. de Iuliana inter conſil. diuerſ. Sicul. conſ. 15. nu. 17. quoties enim fieret per dationem inſolutum ceſſio tàm nominum, quàm bonorum, ſeù iurũ, fit per ſtipulationem, ponderat Durand. deciſ. Rom. 99. num. 3. & eo caſu periculum tranſiret ad ceſſionarium, ſicut & commodum, l. pupilli, §. ſoror, ff. de ſolut. Marian. de Iulian. ibidem, & Durand. ibidem num. 6. etenim transfertur dominium per eam, ſed quando fieret ceſſio ſimpliciter, tunc haberet vim mandati, l. ſi mandauero, § interdum, ff. mand. cum alijs apud Durand. deciſ. Rom. 247. num. 10. vt ſi quis ceſſerit iura ſua alteri ad exigendum ab aliquo certam quantitatem, vt de ea ſibi poſſit ſatisfieri in aliquo credito, vt ibi exemplificat Cancer. num. 185. ſubdens, duplex mandatum oriri, vnum reſpectu illius, qui pecuniam eſt ſoluturus, vt ſoluat ceſſionario, aliud reſpectu ceſſionarij, qui pecuniam eſt recepturus, vt habeat mandatum ad illam petendum, & exigendum, allegat. Paul. Caſtr. in l. ſi vero Procuratori, num. 4. de ſolut. dicentem, quod ſi mando tibi, vt ſoluas Titio, videor mãdare Titio, quod recipiat à te, quia actus ſunt correlatiui, quem ſequitur Rota Genuæ deciſ. 93. num. 9. vbi notat, ex hoc duplex mandatum oriri, adeò quod tàm mandatum per nuncium, & per epiſtolam inducatur, l. 1. ff. de procur. Clem. 1. eod. tit. imò ſolo verbo, l. 1. ff. mand. Reg. de Ponte conſ. 91. nu. 20. & 21. vol. 2. quod tàm in publica, quàm in priuata ſcriptura fieri poterit, Gratian. cap. 64. num. 18. & maximè ſi eſſemus in Curia Mercatorum, in qua de æquitate proceditur, ita quod delegatio etiam pacto nudo valeret, vt ex Dec. Put. Gabriel. Soc. & Bertaz. l. comprobat ibi Gratian. num. 17. ex propter cum tale mandatum ſit ceſſio ſimplex, cedens non liberaretur à ceſſionario, quia ſoluere non diceretur, Marian. de Iuliana ibi num. 17. & ſeq. quem probaui in voto 91. num. 40. & pro ſolutione non habetur, nec liberat debitorem ceſſum, niſi concurrant requiſita l. 3. C. de nouat. Durãd. dec. Rom. 99. num. 2. quamquam per illud transferatur dominium, hoc ſanè procedaret ſuſpenſiuè, nam illud transferri poteſt ſuſpenſiuè, Reg. de Ponte conſil. 81. num. 39. & 40. vol. 1. & iterum in conſ. 147. nu 29. vol. 2. ſubijciens, ita quod ex defectu modi contractus reſoluatur, & dominium retrãsferatur ad ſua principia attractiua, & diſpoſitio erit pura, & perfecta, reſolutio tamen dependet à futuro euentu, ſeù modi, quo fit, vt mandans campſori, quod ſoluat, non liberatur ſi

cam-

campſor non promiſit per ſtipulationem, Dec. in l. ſingularia, num. 26. Iaſon. num. 34. ff. ſi cert. petat. cum alijs apud Marian. de Iuliana in d.conſ.15.num.25. vbi additio ſub d. num.25. latius Gratian. diſceptat. forenſ.cap.64. num.2.cum ſeq. vbi etiam in delegatione dixit procedere, ſubdens num.14. promiſſionem illam ſuccedere loco ſolutionis,& mandans liberaretur, Gratian. ibidem, nu.14. quod quidem etiam de conſuetudine Mercatorum receptum eſſe tradit Vrſill.deciſ.353.num.6. cæterum ſi non fuerit ſolutio, aut promiſſio ſubſequuta, ſtaret vtique res in ſuſpenſo, quoniam res integra dici non poterit, nimirum ſi iſtud mandatum de ſoluẽdo, quod ex ceſſione ſimplici reſultat, licet ſit in re ſua, cum voluntariè fiat re integra ante acceptationem reuocari poſſet, ex Caſt. in l.ſi cum Cornelius, ff.de ſolut. Bald. Marſil.& Dec. relatis per eundem Cancer. ibi num.186. ſicut etiam debitoris liberatio manet in ſuſpenſo, donec creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione potarit moleſtari ab alijs creditoribus anterioribus, Franc. deciſ. 200. num.6. ita donec non fuerit facta ſolutio realis, dominium non diceretur tráſlatum à debitore in creditorem, vt ius certum et quæſitum eſſe videatur, dum manet ſolutio in ſuſpenſo,& ideo ſequeſtrari poterat pecunia debita communi debitori ab eius creditoribus, nam ſequeſtrum eſt præparatorium iudicij,& Iudex ex officio poteſt mandare alicui, vt teneat rem in ſequeſtro, Borgn. deciſ.3.num.2.& 42.p.1. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucenſ.51. num.8. Grauat. ad Veſtrium in praxi Roman. lib.7.cap.2. num.14. eo magis ad inſtantiam partis, ſi peteret, ex quo ſequeſtratio per viam præcepti prohibitorij, ne ſoluat, ne diſtrahat alteri eſt permiſſa, quando quis haberet hypothecam, aut ius in illa re, ſubdit ibi Borgn. num.14.& 15. aut eſſet creditor alicuius,& feciſſet mandatum debitori illius, ne ſolueret eius creditori, ad hoc vt ipſe ſatisfieri poſſit, nam eo caſũ ſequeſtrum fieri poſſe firmat Rodriq. de concurſu credit. p.1. artic.6. num.33. per tex. in l. mulier fundos, ff. de lege cõmiſſor. accedit prædictis vltra caſum poſitum ab Affl. dec.353. quẽ probat Mantic. de tacit.& ambig. lib.17.tit.8.num.24.& ſeq. quod ſi quis iubet debitori ſuo, vt ſoluat, vel promittat eius creditori, & is, qui ſuſcepit mandatum promiſerit, mandatum impleuit, & in locum mandatarij ſubrogatur,& conſequenter is, qui iuſſit ex promiſſione liberatur, & ideò mandatũ reuocari non poteſt, Bart. in l. ſingularia, n.19. ff. ſi cert. pet. vbi Caſtr. nu.21. vbi Mantic. ex Soc. inquit, debitorem liberari non iure nouationis, ſed quia creditor hãc promiſſionem loco ſolutionis accepit, vbi tradit requiſita delegationis,& nouationis, quæ in hoc caſu non concurrebant. Tandem ad relationem Iudicis D. Aloyſij de Vargas die 22. Aprilis 1638. fuit per S.C. deciſum huiuſmodi, remiſſa eſt eidem M.C. quæ prouideat, quod faciant depoſitum,& interim infra quatuor dies audiantur partes ſuper hinc inde prætenſis.

Sequeſtrum fieri an debeat ad inſtantiam creditoris in pecunia debitoris exiſtente in Banco, qui ad illud curãdum d. pecuniam alteri ſoluerat, & is breui manu Procuratori debitoris, vt ad eum deueniſſet, vt contingit in cauſa Gisberti de Viena mercatoris, qui virtute apocæ Bancariæ intendebat, fieri facere ſequeſtrum in certa pecuniarum quantitate Ill. Principiſſæ Conchæ ſuæ debitricis, quo audito dicta debitrix pecuniam alteri ſoluit, & is ſuo Procuratori, vt breui manu ad eandem debitricem perueniſſet, videbatur dicendum, quod non, quia ſequeſtra ſunt prohibita de iure, ad tex. in l.1. C. de ſeq. Gratian. diſcept. forenſ cap.114.num.17.& eſt ſpecies exequutionis, Nizol. allegat.21.num.35 nec incipiendum erit à ſequeſtro, Mura dec 42.num.3.& 4. Inſuper dicebatur, quod cum fuiſſet facta apoca Bancaria per debitricem alteri,& per eum alteri, iam dominium pecuniæ ceſſauerat, nec amplius pecunia ipſius debitricis dici poterat, ſed illorum, cui fuit ſoluta, etenim pecunia, quæ reperitur in Banco deſcripta nomine Titij, cui vti Procuratori Seij fuerat ſoluta à debitore vigore apocæ per medium illius Banci, fingitur fuiſſe numeratam Titio,& per eundem in Banco repoſitam, Reg. de Ponte conſ.70. num.1. vbi num.2. ſubdit, quod pecuniæ deſcriptio in creditum Titij, efficit, vt Titius ſit creditor Banci,& non Titij vol.2.& tunc ceſſaret ſoluentis debitum, cum per hoc extinctio inducatur, Seraphin. deciſ.1419. num 3.& ratio eſt, quia talis cedula Bancaria vim habet ſolutionis factæ cum pecunia numerata, latè Cencius de cenſibus p.2. cap.1. q.1. art.7. num.13.& dec.103 num.7. dec.104. num.1. dec.131. num 2. dec.ſ.132. num.1. deciſ. 290. num.2. deciſ.191. num.4. tom.1. deciſ.126. num.7. tom. 2. eo maximè quando fuerit acceptata, nam ante illius acceptationem habet vim mandati ad exigendum, non ſolutionis, idem Cencius in addit. ad d. art.7. num.1.& facta conſignatione vim habet ſolutionis, ſubdit num.3. & continet veram ſolutionem, idem dec.38. n.5. & 6. to.2. ita quod acceptatio debet p̃ferre, quod penès Bancum ſit factum depoſitum de ſumma contenta in cedula, ſubnectit num.6. Demum ad obtinendum ſequeſtrum, eſt neceſsè, vt conſtet de debito per inſtrumentum, Bart. in l. litibus, nu.21.& l. iubemus, C. de erog milit. ann. quem ſequitur Carocc. in tract. de ſeq. p.3. q.2. num.1. Coler. de proceſſ. exequut. p.3. cap.1 num.31. vel per literas exequutoriales expeditas, & ſic non per ſcripturas priuatas, non aliter recognitas, Iacob. Gall. conſ.77. num.4. nam apoca non recognita non probat, Grat. cap.501. num.14. quod ſecus eſſet, ſi fuiſſet recognita, Rebuff. in Conſtit. Gall. tom.1. tit. de chyrog.& cedul. num.25. his non obſtantibus fuit contrarium deciſum per M.C.V.& inde confirmatum per S.R.C. in aula tunc Regij Conſil. Ferdinandi Branciæ ad relationem Iudicis M.C. Io. Aloyſij Piſcicelli, vt capta informatione fieret ſequeſtrum in pecunia debitoris, licet alijs ſoluta per girataram, ex quo apoca nõ negabatur ex aduerſo poſt citationem factam. Et primò, licet regula ſit, quod ſequeſtrum ſit prohibitum, patitur tamen plures limitationes, ita Milan. deciſ. Sicil.11. num.31. lib.1. Soc. reg. 371. Machel. par loc.38. num.25.& præſertim vbi imminet periculũ ne res aſportaretur in alias partes, ex tex. in l. ſi fideiuſſor, §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. probat ibidem num.32. Milanenſ.

Digitized by Google

aut vero ad propoſitum, ſi immineret cauſa ſimulationis, rectè fieri poſſe concludit, ex Anch. q. 47. Carocc. d. tract. 2. par. q. 10. & ſimiliter ex cauſa colluſionis, Doct. in rub. ff. de collat. bon. Arch. in cap. quia res, 11. q. 1. Io. And. in reg. locupletari, de regul. iur. in 6. quos probat Carocc. q. 20. prout excogitari poterat in caſu præmiſſo ex giratis apocis à debitrice factis; vt in ſuum poſſe pecunia in Banco ſiſtente perueniret, vt euitaret ſolutionem apocæ factæ dicto vero creditori, ſemper enim vbi timetur fraus, & ex alijs cauſis fieri poſſe, ex multis probat Conſil. Theodor. alleg. 61. num. 20. & 25. & alleg. 65. num. 18. in tantum quod quælibet cauſa, quæ mouet animum Iudicis, ſufficit ad ſequeſtrum, ex Coler. de proceſſ. exequut. p. 1. c. 2. notat Reg. Rouit. conſ. 34. ſub num. 8. tom. 2. ibiq. ex multis probat, ex his praxim inoleuiſſe in ſimilibus ſequeſtrum fieri debere. Nec obſtabit, q; tale ſequeſtrum apocæ fieri inſtabatur, ex quo cum apocę bācarię ante acceptationē vim mādati habeant, vt dictū eſt ſupra ad exigendū, ad quod ſubnectit Card. Caualer. dec. 155. num. 2. quod cedula Bancaria, in qua ordinatur ſolutio acceptata habet vim mandati ad exigendum, & poteſt differri exactio, & non imputatur ei, qui diſtulit, cui dirigebatur, interim decoxit, & pariter, quia tales cedulæ habent exequutionem paratam, probat Grat. diſcept. forenſ. cap. 454. nu 1. & potiſſimum in hoc Regno, ex diſpoſitione Pragmat. 64. de offic. proc. Cæſar, & talis conſuetudo, vt habeant exequutionem paratam, valet, Rebuff. ibi nu. 47. Adhuc videbatur, non aliter agi de iudicio incipiendo, cum ſequeſtrum ſit præparamentum petitionis principalis, quæ ſequitur ſequeſtrum, Coler. d. tract. p. 3. cap. 11. num. 7. & 76. ob quod ſequeſtrum tolli poterat per cautionem, Diaz in reg. 685. Viuius in Sylua com. opin. in opin. 722. optimè & melius Gratian. cap. 531. nu. 85. Minſyng. cent. 5. obſeru. 35. ſed de ſoluando, & eo caſu ſequeſtrum non aliter ſatiſdatione tollitur, ex tex. in l. ſi pecuniæ, §. fin. ff. vt in poſſ. leg. probat Marant. in ſingul. verbo ſequeſtratio, verſ. & hoc verum, fol. 100. col. 2. & comprobat ex alijs Gratian. vbi ſup. num 86. Coler. d. cap. 11. nu. 87. & 88. & ideò pecunia in Banco exiſtens per ſolutionem fictam factam à debitore alio, & per illum alteri ſimulatè, & colluſiuè, videbantur eſſe omnes in mala fide conſtituti, adeò quod dominium, licet dicatur extinctum fuiſſe, & pecuniam, quamuis alienam effici accipientis, & conſumentis, imò facit extinguere dominium, & hypothecam, Gratian. cap. 649. num. 7. & 8. non tamen attenditur, ſtāte mala fide recipientis, ſubnectit probando num. 10.

Sequeſtrum fieri an poſſit ad inſtantiam partis offenſæ in bonis inquiſiti, & carcerati pro intereſſe paſſo, de quo incidit ſermo dubitatiuus in M. C. V. & poſtmodum in S. C. in cauſa Not. Antonij Vita inquiſiti de nece ſuę vxoris, & adulteri, quamquam ex parte vxoris, & filiorum ipſius occiſi prætenſum fuiſſet, nullo iure legitimo intetemptum fuiſſe eius virum, non aliter repertum in domo rei, ſed in medio plateæ mortaliter vulneratum, vndè mors illicò ſubſequuta fuit, & id procuratum ab ipſomet reo per interm ediam perſonam nutricis ſub figuratis literis miſſiuis eidem adulterio, & ſic doloſè, & appenſatè homicidium patratum, non adhibitis requiſitis de iure, & ſic ex d. obitu officium quoddam fuit deuolutum ad Regiam Curiam, vltra aliud intereſſe: propterea inſtabat, omnia mobilia, & ſtabilia ſequeſtrari, ſimiliter capitalia, & fructus, vt ipſa tuta reddi potuiſſet de ſuis iuribus, vndè videbatur, fieri non poſſe, quia regulariter ſequeſtra ſunt prohibita, l. 1. C. de prohib. ſeq. pec. vbi Doct. Carocc. in tract. de ſequeſtro p. 3. in princ. Viuius in eius ſylua opin. 722. cū alijs adductis à Bened. Curtio in eius ſcolijs ad Arreſta amorum, in arreſto 8. in princ. Vueſembecc. conſ. 47. num. 31. vol. 1. nec propterea erit incipiendum à ſequeſtro, d. l. 1. Muta deciſ. 92. num. 3. & 4. Coler. de proceſſ. p. 1. cap. 2. n. 81. & 102. Inſuper, vt ſequeſtrum locum habeat, exigitur, vt prius conſtet de credito per inſtrumentum publicum, Bart. in l. litibus, num. 13. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Ales. conſil. 163. num. 2. volum. 6. quos probat Camill. de Med. conſ. 28. num. 12. Muta dec. 92. nu. 13. & ſeq. & deciſ. 24. num. 11. Coler. d. tract. p. 3. cap. 1. num. 28. & 31. Rota diuerſ. Bonon. deciſ. 140. num. 29. vbi ſubdit, vel per ſcripturam debitoris, vel per confeſſionem, aut ſaltem ſummariè, ex Aret. Alexand. Curt. & Iaſ. vel ſaltim, vt fieri poſſit, ſufficit eſſe latam ſententiam, vel litem motam, ne iudicium eluſorium reddatur, Muta d. dec. 92. num. 17. & ſic dum addhuc non fuerat condemnatus pro delicto, vt reus dici potuiſſet, & ſucceſſiuè ad intereſſe teneri, nefas erat tractare de ſequeſtro, nam ſequeſtrum etiam cauſæ cognitionem deſiderat, l. 5. §. vlt. ff. depoſ. parte citata decernitur ſequeſtrum, latè Vueſembec. conſ. 7. in fine, verſ. alterum fundamentum. Vltra quod ipſa coniux adhuc perſona legitima dici non poterat, vt inſtare potuiſſet pro ſequeſtro, neque frater occiſi, ex quo agentes nomine alieno tenentur docere ſe legitimè ordinatos antequàm admittantur, Specul. in tit. de actore, §. 1. num. 72. & 74. ex aduerſo replicabatur, rectè ſequeſtrum fieri potuiſſe ſuggerente cauſa legitima, & iuſta, poſt Vueſembec. vbi ſup. Mareſc. var. reſolut. lib. 2. cap. 77. num. 58. Manent. dec. Mantuæ 44. num. 50. ad quod Gabed. dec. 35. num. 2. par. 2. ſubnectit, quod ſequeſtratio bonorum fieri poteſt data iuſta cauſa, quæ ipſius Regis arbitrio relinquitur, aſſequitur Menoch. de arb. Iud. caſu 457. nu. 12. de ſimili agens, ac etiam Iudicis arbitrio, Mauſon. de cauſ. exequut. ampl. 37. num. 33. & 46. iuſta ſiquidem cauſa erat iniuſta occiſio ſui viri, ex qua reſultabat magnum intereſſe eius filijs, ſimiliter & fratri, & eo caſu homicida ad multa tenetur, præſertim ad debita, quæ eius exercitio ſoluebat creditoribus, ita Intrigl. ſing. 11. num. 4. & ſeq. Ant. de Ballis in tract. crim. lib. 3. tit. de lit. diſpenſat. caſu 1. num. 205. & quamuis adhuc condemnatio ſubſequuta non fuerat, non per hoc ſequeſtrum fieri non potuiſſet, cum tale ſequeſtrum ſit præparatorium iudicij, & Iudex ex officio poteſt mandare alicui, vt teneat rem in ſequeſtro, Borgn. dec. 3. num. 2. & 42. p. 1. Duenas ſing 663. ſequeſter, Ioſeph. Ludou. deciſ. 51. nu. 8. Grauat. ad Veſt. in eius praxi lib. 7. c. 2. n. 14. imò

etiam

Digitized by Google

etiam dicitur præparamentum principalis actionis, Colet.d.tract.par.1.cap.2. num.78. & 96. & ſucceſſiuè propalari debet ante litem non conteſtatam, Borgn.d.deciſ.3.nam ideò fit, vt lite pẽdente, quomodocunque res ſequeſtratę reſtituãtur ius habenti, & interim ſtante cauſa cuſtodiæ, Mata 2.dec.92.num.6.optimè Bart.in l.poſt cõtractum,num.19 ff.de donat.probat, quod Iudex ante ſententiam poteſt facere bonorum deſcriptionem, & ſequeſtrum, quando vehemens eſſet ſuſpitio, & reus fideiuſſorẽ præſtare non poteſt, Mauſ.vbi ſup.n.32.nec obſtat ꝙ nõ erat perſona legitima, quia lex ipsã legitimã facit, nedũ pro ſuorũ filiorũ defenſione, auth.matri, & auię C. quando mul.tut.offi.. fung.poteſt, ſed etiam ad eius viri defenſionem, hoc eſt accuſare de morte viri, Foller.in praxi crim.rub.audiant.except.num.18.Iul.Clar.in §.fin. q.14. num.8. & conſequenter pro intereſſe illius, vt etiã probaui in 2.par.Compend.verbo ſuſpitio Iudicis. Vndè cum fuiſſet deciſum per M.C.V. ad relationem Iudicis Dominici Taſſoni de hoc anno 1631. quod ſequeſtrarentur omnia bona ipſius Notar. Antonij, fuit inde eodem referente die 13. Nouembris eiuſdem anni confirmatum per S.C, vt ex actis in Banca Saccardi.

Sequeſtrum factum ad inſtantiam Fiſci creditoris alicuius pro pœna ſuper pecunia in Bãco exiſtente in faciem Procuratoris, ſeù negotiorum geſtoris debitoris, peruenta ex vẽditione bonorum facta per eum, an tolli debeat prætextu ſimulationis, ſeù fraudis præſumptæ, ex facto, percipiebatur, Hieronymũ Serram intendentem conuertere ſua bona in pecunia die 12. April. 1577. vendidit Reuerendiſſimo Nuncio annuos ducatos 550. vna cum iure exigendi annatam decurſam, percipiendos durãte vita venditoris, & vnius hęredis, & inde ſoluta pecunia à d.Reuerendiſſimo Nuncio per medium Banci de Grimaldo, cum ipſe Serra haberet actionem cõſequendi diuerſa iura tàm contra Regiam Curiam, quàm contra Ciuitatem Neap. die 13.eiuſdem ceſſit dicta iura Hieronymo Grimaldo pro ducatis 4206.quos ſoluit per eundem Bancum, & proindè prætendens vtranque partitam accipere de contantis, eas girauit Cæſari Seruiſto, qui dum hac occaſione haberet in Bãco de Grimaldo ducatos 9056. intendens illos de contantis, iuxta ordinem conſignare eidem Hieronymo Serræ, accepit à Grimaldis dictã pecuniam, hoc eſt ducatos 5000.girando Grimaldo ſoluendos per Turbulos, & iã ſoluti fuerũt ducati 4056.per Citarellam, at cum ipſe Reuerendiſſimus Nuncius de dominio d.introituum crederet, non eſſe tractandum ſumpta occaſione per d. Regium Fiſcum die 28. Martij factum inſpicitur mandatum d.Hieronymo, quod ſe conferret in R.C.& inde non diſcederet ſub pęna ducatorum bis mille, poſtmodum die 23. Auguſti eiuſdem anni præuio alio mandato inſtitit, quod de introitibus ſpectãtibus ad d. Hieronymũ ſuper Dohana non ei ſoluatur d. ſumma, eo quod Regia Curia eſt creditrix d. duc. bis mille, demum præfatus Reuerendiſſimus Nuncius inſtando pro diſſequeſtratione laudauit in authorem d.Serram, & in concurſu Fiſcus producendo eius iura ratione pœnæ, & ipſe Reuerendiſſimus Nuncius vigore emptionis prædictæ ſe tuebatur fretus, Rub. C. pœnis fiſcal. cred. præferri, lib.10.ex parte Fiſci replicabatur, contractum eſſe ſimulatum, & conſequenter dominium adhuc eſſe penès Hieronymum ex duabus potiſſimum rationibus, primò, ex nimia amicitia inter eos exiſtente, item ſecundò, ex quo vti perſona extera non credendum erat emiſſe, ſed his replicabatur ex parte ipſius Reuerendiſſimi Nuncij, feciſſe talem emptionem vti amicum, & inde examinato Hieronymo Grimaldo ad inſtantiam d.Reg.Curiæ depoſuit, quod ipſe volebat facere talem emptionem, ſed quia intellexerat, d. Reuerendiſs.Nunciũ eã velle facere, ipſe noluit eã facere, in tãtũ, quod pręualuit amicitia cum vtroque, vt vterque contentus remanſerit ipſi ſatisfacere, & in eodem contractu appoſitum fuit pactum de retrouendendo, quod in contractu ſimulato eſſet inutile, ex quo tale pactum eſt iuſtum, & diuina, humanaque lege permiſſum, Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt. 122.num. 11. & 13. Nec nouum videbatur, hanc emptionem feciſſe, quandoquidem alias ſimiles prius fecerat in anno 75. emendo annuos ducatos 310. à Hieronymo Montenigro, alios ducatos 640. in anno 76. ab Ill. Marchione Fuſcaldi, ab Ill. Principe Biſiniani, & alijs, adeò quod continuando ſimiles emptiones, tolli videtur omninò ſuſpitio ſimulationis, quibus accedebat realis pecuniæ ſolutio recepta per Cæſarem famulum ipſius Reuerendiſſimi Nuncij, non ſolum d. pecuniam, ſed alios ducatos 9456. habebat penès Bancherios, & ſic totam ſummam exigendo, at ſi negotium fuiſſet fraudulentũ, nunquam Cæſar d.ſummam amouiſſet, eo magis, quia in poſſe Curiæ exiſtebant ducati 8000. ipſius Hieronymi, ſuper quibus poterat Fiſcus ſatiſfieri pro ſuo credito. Sed vltra hæc cum Fiſcus nedum pœnam ipſam prætenderet, ſed omnia bona ipſius Hieronymi, vel ad minus quantitatem, pro qua fuit citatus, replicabatur, quod ſi auth.bona damnatorum non eſt correctum, vt ex multis probat Angel. Steph. Garron.in tract.de iure Fiſci artic.36. num.1. & 2. bona non tollit, nec ipſo iure, nec per ſententiam, poſtquam ipſa ſubſtulit tantum confiſcationes ipſas, condemnationes conſequentes, non autem nominatim legibus expreſſerat, vt ſubdit ipſe, adeò quod d.auth.nõ corrigit confiſcationem in iſtis pęnis ipſo iure inflictis, Guazin. in tract. de confiſc. bon. concl.15.num.32. ſed ſi non eſt talis, fruſtra diſputatur, quoad ſecundũ prætẽſionis caput ſaltẽ pro pecunia, pro qua eũ citauit, ſatisfieri debebat; nã licet criminaliter egerat Fiſcus, tñ datur ſimpli proſequutio, ad tex. in l.interdũ, §.1. ff.de furt. & quãdo hoc per Fiſcum prætẽderetur, duas haberet reſpõſiones, quarum quælibet ipſum excluderet, & omiſſa prima reſponſione vti generali ad omnia, al-

tera

tera eſt, quod ex confeſſione ficta non poteſt agi ad recuperationem rei, l. eius, qui delatorem, ff. de iure Fiſci, nam ſi Fiſcus prætenderet rem, & de hoc ageret, eo quod non haberet, niſi fictam probationem, excluderetur; imò reus conuentus haberet defenſiones ad demonſtrandum, non eſſe verum per Gloſ. d. l. eius, qui, verſ. non pœnæ, alterum eſt, quod dum Curia habet vltra ducatos 2000. alios ducatos 6000. penès ſe, & quod prætendit. poteſt excedere medietatem d. quantitatis, indebitè moleſtat alios creditores, & demum ex nonnullis fidibus præſentatis demonſtratur, d. Hieronymum conſignaſſe omnem quantitatem biſcoctorum venditam ad rationem carolenorum 43. pro quolibet cantario, nec non eodem tempore per eandem Curiam fuerunt facta partita cum diuerſis ad rationem carolenorum 36. & 32. aderat fides illorum de Montenigro, qualiter ipſa Reuerendiſſimus Nuncius ſolitus erat ponere in Bancis multas pecuniarum quantitates de contanti, & demum fuerunt præſentata computa integra anni 1577. quæ continuauit d. Reuerendiſſimus Nuncius in Banco de Mari, & Grimaldo, quibus attentis prodijt votum adnotatum Reg. Salernitani in allegationibus ipſius Reuerendiſſimi Nuncij tenoris ſeq. Die 7. Septembris 1578. facto verbo in Collaterali Conſilio fuit prouiſum, quod ſequeſtrum factum ad inſtantiam Regij Fiſci reuocetur, ex quo non interuenit fraus, neque ſimulatio, hæc ille.

Sequeſtrum fructuum hæreditatis fieri an debeat pendente validate ſubſtitutionis factæ in teſtamento, de cuius etiam validitate agebatur, declarato tamen hærede videbatur, non eſſe concedendum, tum quia regulariter de iure ſunt prohibita ſequeſtra, l. 1. C. de prohib. ſeq. Scayn. dec. 63. num. 3. Carocc. in tract. de ſequeſt. par. 1. q. 6. Cancer. var. reſolut. p. 2. cap. 4. num. 1. & 2. tum quoque ſtante hærede in teſtamento declarato, & immiſſo in poſſeſſionem bonorum, quo caſu conſultum eſt præuio libello cautionem petere de bonis pendente lite non minuendis, vt in terminis petitionis hæreditatis peti, & decerni ſolet, l. Diuus, vbi Gloſ. & Doct. & l. quod in die, ff. de pet. hæred. latius Vueſembec. conſ. 41. n. 35. vol. 1. vbi plura ad hoc conferentia deduxit ad euitandum ſequeſtrum bonorum. Ex aduerſo replicabatur, ſtante lite inter hæredem, & ſubſtitutum ſuper ſubſtitutione, certiſſimū eſt, quod ſit contracta inimicitia inter eos, vt probat Vinc. Ferrarot. in tract. de inimicitia, §. 18. num. 2. vbi plura cenſuit, præſertim quod ſit cauſa criminū, imò cauſa malorum, Carau. in ritu 10. num. 5. facilè enim ex hoc ad arma deueniri poſſet, eo maximè quia inter coniunctos agebatur, & nulla maior peſtis familiari inimico, idem in ritu 46. num. 20. quo ſit ad euitandum futurum ſcandalum ſequeſtrum de iure conceſſum eſſe, ex pluribus probat Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. num. 323. eo maximè, vbi ſubeſſet timor, ne partes venirent ad arma poterit prouidere, Anna in alleg. 60. num. 1. quo caſu bene ſit à Iudice ſequeſtrum poſſeſſionis, ex Caſtr. conſ. 3. volum. 2. notat Conſil. Georg. alleg. 12. num. 4. Muſcat in praxi S.C. lib. 2. p. 1. Gloſ. ſententia, num. 97. & deciſum refert Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 7. Gloſ. 3. p. 9. num. 4. & 5. Nec obſtat, quod adeſſet hæres declaratus. nam quando quis eſt declaratus hæres, vt res, de quibus eſt dubium ſequeſtrari debeant, affirmat ex Bal. in l. fin. C. quibus ad liber. proclam. non lic. Carocc. d. tract. p. 2. q. 22. Et ſic facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. Io. Franc. Sanfelicium die 15. Aprilis 1622. fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum videlicet. Decreto S.C. prouiſum eſt, quod detur, prout datur terminus in cauſa, & interim ne partes veniant ad arma ſequeſtrentur fructus, & expediantur prouiſiones pro tranſmiſſione originalis teſtamenti, hoc ſuū, &c. in cauſa Io. Meſuignæ cum Cæſare Capone, & alijs in Banca Izzi, & in cauſa Marchionis Baſilicis, de qua ſup. in verbo hæres.

Sequeſtrum feudi, & ipſius fructuum ad inſtātiam creditorum feudatarij factum an poſſit lite pendente diſſequeſtrari pro rata alimentorum ipſius feudatarij, ſi non ſufficerent pro debitorum ſolutione, vt accidit controuerti in S.C. in cauſa creditorum Ill. Ducis Sciniani, qui fecerant ſequeſtrari d. feudum, ac fructus ex eo prouenientes, qui nō erant ſufficientes ad exolutionem debitorū, ære alieno ſatis exuberante, & videbatur negandum, ex quo ſicut regula vulgata dictans, quod inanis eſt actio, quam debitoris excludit inopia, l. nam is, ff. de dolo cum alijs apud Barboſ. in opuſc. lit. I. num. 15. ita è contra, quia ſunt ipſi correlatiui dixi in voto 94. n. 6. præterea, quemadmodum vaſallus non tenetur Dominum pauperem alere, ex Zaſ. Aluar. Suarez, & Mozio probat Vulteius in tract. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 35. ita è contra, vt ibi ſubdit, cum alijs adductis per Rutinger. lib. 1. var. lect. iuris feud. cap. 45. num. 3. vltra Surdum in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 55. & 56. vbi latiſſimè materiam iſtam exarat, & in puncto quoties creditores immittuntur in poſſeſſionē commoditatis feudi, & filius vellet alimenta deducere, ſi bona non ſufficerent ad illa, vt non poſſint deduci alimenta in facto occurſo refert Ant. Capyc. in inueſt. feud. rub. feudor. exequutiones, col. 4. verſ. an quando feudum eſt, in fine. Ex aduerſo autem, vt poſſint alimenta percipi ex re depoſita, & ſequeſtratā firmat Bartol. in tract. de aliment. num. 44. per tex. in l. fin. C. de ord. cognit. verſ. nā ſi tales, cum alijs adductis per Carocc. in tract. de depoſito p. 2. q. 51. & vltra prædictos ad huiuſmodi opinionis comprobationem Doctor Io. Baptiſta Iouinus cauſæ allegatę patronus allegabat Surd. in eod. tract. tit. 8. q. 80. num. 4. vbi ex multis cōcludit, quod ſequeſtrum relaxatur, vt ex eo alatur Dominus rei, qui nō habet aliundè, quibus addo nouiſſimè Gabriel. Aluarez de Valaſco in tract. de priuil. paup. p. 1. q. 39. num. 12. vbi plures allegat ad hoc. Præterea feudatario tot debitorum mole oppreſſo relinquendum eſt tantum de fructibus feudi, per quantum militare poſſit, ex Camer. perpendunt Reg. de Curte in diuerſ. feud. § multoties concedens, num. 106. & Franc. de Amicis in reper. cap. 1. de his, qui feud. dare poſſ. §. ſed hic pulchrum, num. 8. fol. 12. ex quibus addo Capyc. in ſua inueſt. feud. rub. feudor. exequutiones, col. 4. verſ. an quando feudum eſt hæreditarium, vbi inquit, hoc in facto eueniſſe.

ſi. Inſuper ſi morbus ſuperuenerit feudatario, ob quod priuetur feudo, quod ſi feudum eſſet magnum, debet alimentari de feudo, ex And. in pluribus locis concludit Paris de reintegr. feud. cap. nunc videndum, num. 29. fol. 177. & ſubdit Aſſl. in Conſtit. Si quis poſt litem, ſub num. 14. quod id tãtum remanere debet de fructibus feudi, quod Baro poſſit viuere ad alimenta, eundem ſequuntur Frecc. & alij relati per Reg. Rouit. in pragm. 2. num. 14. de ord. iudic. & ſpecificè ex Frecc. de ſubfeudis lib. 2. in 34. authorit. confirmat nouiſſimè Caſtagna in tract. de benef. deducto, ne egeat q. 5. ampl. 3. num. 21. quibus addo Ant. Capyc. loco citato in princ. Fuit tandem per S.C. in cauſa Marchionis Baſilicis ad relationem Regij Conſil. Marcelli Marciani ita affirmatiuè iudicatum, vt patet ex actis in Banca Sarri, nunc Romani, & iterum ad relationem Regij Conſil. Didaci Salinas iunctis aulis in cauſis Ill. Marchionis Lauelli, ac Ducis Siciniani deciſum, deberi alimenta liquidanda ſtante ſequeſtro bonorum feudalium facto ad inſtantiam creditorum, de hoc anno 1636. & menſe Maij, vt in Banca Carboni.

Sequeſtrum factum ad inſtantiam creditoris, licet poſterioris, ſed ex cauſa neceſſaria ſuper Caſtro, quod poſſidebatur ab alio creditore anteriore ex cauſa lucratiua vigore donationum ſibi factarum à communi debitore da ſumma notabili, vltra quingentos ſolidos, an diſſequeſtrari poſſit, eo præſuppoſito fundamento inualiditatis donationum, ob inſinuationem non factam formiter, ſed tantum per renunciationem iuratam illi appoſitam ex ſtylo Notarij Cartularij, deciſum fuit per S.C. quod procederetur ad venditionem Terræ Cæſarani, firmo remanente ſequeſtro pro nũc pro affictu præſentis anni, Reg. Rouit. dec. 48. dum Princeps.

Sequeſtrum fieri an poſſit vigore literæ miſſiuæ inter debitorem, & creditorem, in qua debitum confitebatur, quemadmodum in occurrentia facti incidit in cauſa Franciſci Profidia cum Rinaldo Ferioza de Capua, dum ipſe Franciſcus literam miſiſſet eidem Rinaldo dicendo hæc verba, *Vi ringratio delli 50. ducati, che mi hauete preſtata, ben preſta ce li renderò con ogni ſuo guſto, &c.* vigore cuius literæ d. Rinaldus inſtiterat in Regia Curia Capuana, petendo ſequeſtrum fieri ſuper certis introitibus percipiendis, ex quibuſdam eius domibus debitis eidem Franciſco, & ita per d. Curiam prouiſum, fuit appellatum ad M.C. per quam viſis actis fuit prouiſum, quod detur terminus in cauſa, & interim pecunia peruenta ex d. introitibus liberetur cum cautione eidem Franciſco, à quo decreto ſentiẽs ſe grauatum appellauit ad S.C. & obtinuit de prædictis verbum fieri in eodem S.C. propterea dicabatur ex ſui parte, tale ſequeſtrum fieri non potuiſſe cum regulariter ſint prohibita, ad tex. in l. 1. C. de proh. ſequeſt. pecun. ibiq; Doct. Franc. Marc. dec. 38. num. 2. tom. 1. Seraphin. dec. 1056. Gratian. cap. 114. num. 17. Coccin. dec. 311. nu. 3. Lancell. de attent. cap. 12. limit. 12. num. 27. Viſcont. in ſuis concluſ. verbo ſequeſtrum. Præterea ſequeſtra fieri nequeunt, niſi vbi eſſent inſtrumenta, ſententiæ, aut ſcripturæ exequutiuæ, vt probaui ſup. eod. verbo ſequeſtrum. Sed literæ miſſiuæ, ſiuè epiſtolæ vltra quod nullam obligationem inducunt, ad tex. in l. publia, § fin. ff. depoſ. l. emptor, §. Lucius, & l. epiſtola, ff. de pact. ex Crau. Lautant. de Pinu, Maſc. & Caball. ita concludit Genua in tract. de ſcript. priuat. lib. 3. tit. de epiſtola, num. 13. neque vllam probationem faciunt, d. l. publia, §. fin. Doct. in l. admonẽdi, ff. de iureiur. Brunus conſ. 66. num. 2. Franc. Marc. dec. 431. vol. 1. nu. 3. quos probat ibidem Genua num. 27. nam debet ante omnia conſtare, eas ſcriptas fuiſſe ab eo, cuius eſſe prætenditur, ſubdit num. 60. Sed tunc probarent, quando fuiſſent recognitæ per ſcribentem, & confeſſatæ, vel per teſtes comprobatæ, ita ex Burſat. Bertazol. Cornaz. & Viuio confirmat ibi Genua n. 31. ſubdens num. 2. ex Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. p. 1. §. 5. num. 17. tunc haberent paratam exequutionem, alias ſequeſtrum diceretur iniquum, quando concederetur, non conſtito prius de credito per publicas ſcripturas, ſed ſolum per priuatas non recognitas, Iac. Gall. conſ. 77. nu. 4. Ex aduerſo replicari poterat, ipſam regulam recipere plures limitationes, nec omninò eſſe ita firmiter intelligendam, de quibus per Iacob. Nouall in regul. 399. Scipio de Ianuario in reg. 272. Lancell. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 12. Sed intuendo ipſam epiſtolam, ſeù literam miſſiuam replicabatur principaliter, ipſam plenè probare, eo maximè quando nomen, & cognomen ſcribentis adeſſent, & nomen, cognomenque eius, cui mittitur, ita ex Pariſ. Cornazan. & Ioach. Beuſt. probat ibi Genua num. 50. & eo caſu epiſtola miſſiua ſi in ſe haberet ſignaturam ſigilli priuati, & ſoliti ipſius ſcribentis, etiam quod non fuerit recognita, nec confeſſata, imò negata probaret, ſubnectit num. 36. vbi num. 37. rationem aſſignat, & fortiùs ipſa ſcriptura probaret contra ſcribentem, licet ipſamet careat ſubſcriptione ipſius ſcribentis, ſi tamen eius nomen contineat, ſubſequitur num. 77. Secundariò etiam obligationem continere non ambigitur, & hoc ex contractu fortè celebrato inter eos per epiſtolam, maximè inter abſentes, prout erat caſus, de quo agebatur, nam & ſi ipſa epiſtola non obliget, vt dictum eſt, attamen quotieſcunque inter abſentes, mediante ipſa epiſtola aliquis celebratus eſſet contractus, qui ſolo conſenſu perficietur, tunc obligatio induceretur, prout ibi Genua num. 15. affirmat, & num. 16. & 17. rationem adduxit, vt ibi per eum, hinc Doct. conſtituerunt cautelam in fauorem creditoris contra debitorem, vt debitum fateatur, & conuincat, vt ipſi debitori det literas, quibus ſignificet, ſe iam ſcire eum ſummam illam debere, & ob illas receperit, & legerit, nec proteſtatus fuerit nihil debere, debitum fatum eſſe crederetur, & per conſequens ad ipſius ſolutionem poterit poſtea compelli, ita poſt Petrum de Rauenna in compend. iuris ciuilis, Rub. ad Velleian. S.C. in fine, Mandel. conſ. 448. num. 4 Hippol. ſing. 334. Veſil. dec. 308. num. 9. Garzia in dicto 97. Gratian. cap. 699. à num. 34. ad 38. Borgn. dec. 21. nu 57. p. 1. Rimin. Sen. conſ. 34. num. 11. vol. 1. Marteſ. ſing. 12. & 78 cum alijs apud Brixienſ. in repert. ad Borgnin. verbo debitor ſcribens, ex Cæpoll. caut. 9.

caut.9. Mattefil.ſing. 23. probat ibidem Genua num.123. vbi num.124. dixit, hoc idem prius dixiſſe Bart. in l. quo eum, ff. rem rat. hab. & allegat plures Doct. quo fit, vt ſi obligatio per epiſtolam non contrahatur, tamen ea inducta probatur, vt ibi Genua num.24. firmat, & eo maximè ſi causã obligationis cõtineret, quemadmodum in hac cauſa aſſerebatur, ſcilicet mutui, vt ſupra dictum eſt, tunc ipſa epiſtola præcipuè probaret contra ſcribentem, quando in ea inſerta fuiſſet cauſa obligatoria, vt ſubdit Genua nu.62. cum ſeq. ex quibus credo rectè proceſſiſſe deciſionem S.C. in qua facta relatione per Iudicem Io. Dominicũ Taſſone die 10. Decembris 1633. fuit decisum remittendò cauſam eidem M.C. vt prouideret, quod firmo remanente ſequeſtro audiantur partes, vt percipitur ex actis in Banca Paraſcandoli.

Sequeſtrum bonorum poſſeſſorum ab aliquo vigore contractus, accedente etiam ſententia Iudicis, petitum ab alio vigore decreti aſſecurationis pro dote, an concedi debeat ſi tàm in primo iudicio poſſeſſorij non fuerat audita mulier hæc, quam etiam in iudicio aſſecurationis non fuerat poſſeſſor auditus, non obſtante quod ipſa mulier prætenderat pœnitendo nõ potuiſſe fieri tale ſequeſtrum, vt contingit hæſitari in S.C. in cauſa D. Thereſiæ Pons de Leon, quæ obtinuerat certo modo aſſecurationem pro certa parte ſuarum dotium præuio apprετio, ſed quia eo pendente mortuus extitit eius vir Iacobus Marzanus petijt aſſiſtentiam in forma ſuper certa maſſaria, & domo, quæ poſſidebantur à Virgilia Sifola vxore Iulij Marzani vigore donationis ſibi factæ à d. viro confirmatæ in morte, & ſententiæ inde ſubſequutæ, in quo non aliter fuerat audita, ſimiliter nec ipſa Virgilia in iudicio aſſecurationis, & propterea cum petijſſet ipſa D. Thereſia ſequeſtrum dictorum bonorum, videbatur dicendum, concedi potuiſſe, quia ambę non fuerãt auditæ in eorum iudicijs intentatis, eapropter cum ſequeſtrum ſit præparatorium iudicij, & Iudex ex officio poteſt mandare alicui, vt teneat rem in ſequeſtrum, Pet. Rauen. ſing 663. ſequeſter, Ioſeph. Ludou. dec. Lucenſ 51. num.8. Gratian. ad Veſt. in praxi Rom lib.7. cap.2 num.14. Borgn. dec.3 num 2. & 42. p.1. Magon. dec. Florent. 31. num.13. Catocc. in tract. de depoſito p.3. q.37. Lancell. de attent. in præfat. cap.4. num. 247. & fortius ſi fuerit factum ad inſtantiam partis, quæ ſententiam in ſui fauorem obtinuerat, poſtquam ſequeſtro locus erit poſt latam ſententiam ad fauorem actoris præſumptione, quæ oritur ex ſententia, Farinac. deciſ. ciuil. 326. num.2. tom.2. Dicebatur etiã, quod licet ob viri obitum iudicium aſſecurationis ceſſauerat ob tranſitum ad iudicium aſſiſtentiæ, vt dixit Molf. conſ.3. num.1. adhuc cum ſpecificè fuiſſet petita aſſiſtentia in forma & petita etiam fuerat ſequeſtratio dictorum bonorum, eo quia dum aſſiſtẽtia ex hypothéca oriatur, ſuccedit quod eo caſu, dum ius in re competit, fit ſequeſtrum, maximè per hypothecam, Borgn. dec.3. num.15. p.5. ſuper re ſimiliter, & fructibus, vt affictatores facerent depoſitum, quod fieri poterat, ne dilapidentur, Polyd. Ripa obſeruat.163. Catocc. de ſequeſtro, p.1. q.2.2. par. princ. num. 4.5.11. & 12. Qua de re cum ita fuiſſet decretum per S.C. præuia relatione Regij Conſil. Io. Baptiſtæ Melioris de anno 1621. die 26 Martij, quod audirentur partes ſuper omnibus, hinc inde prætenſis, & interim maſſaria in actis deducta ſequeſtraretur, nec non affictatores facerent depoſitum de quãtitatibus debitis, & in futurum debendis, oppoſitis non obſtantibus, à prædicto decreto ipſa D. Thereſia reclamauerat, prætextu, quod non potuiſſet ſpoliari d. maſſaria vigore d. aſſecurationis, ex poſſeſſione illius, quæ per ſequeſtrum amiſſa videbatur, etenim ſequeſtrum à Iudice petens videtur ſibi in poſſeſſione præiudicare, Ludouiſ. dec.307. num 17 & priuat poſſeſſione, ita Conſil. Theod. alleg.61. num.33. cum de iure voluntaria ſequeſtratio fiat ex voluntate, & cõſenſu partis, quam ex hoc priuat ſua poſſeſſione rei ſequeſtratę, Bart. in l. intereſſe, num.1. vbi Caſtr. ff. de acquir. poſſ. Abb. in cap.2. de ſeq. poſſ. optimè And Gayl. obſeru.148. num.8 & 9. lib.1. Gratian. diſcept. forenſ. cap 114. num.12. tom.1. Menoch. de retin. poſſ. remed.3. num.86. ex tex. in l. ſi ſoluturus, ff. de ſolut. Gratian. cap.114. nu. 12. & 14. Coccin. dec.243. num 1. quamuis huic replicari potuiſſet ſequeſtrum authoritate Iudicis factum non priuare quemquam ſua poſſeſſione, Farin. dec. poſth 372. num.2. tom 2. Caual. dec.86. n.6. & dec.305. nu.2 & ſic deciſum dicit Seraph. deciſ. 998. num.15. Clapper. cauſa 76 q. vnica, num.7. Reg Lana. conſ.84. num.20. Ant. Fab in eius Codic. lib.4. tit.3. definit.2. num.2. adhuc dicebatur, ſemper in dubio ſequeſtrum præſumitur ordinatum cauſa cuſtodiæ, idem Farin. dec.171. poſth. num.5. tom.1. vbi in præcedenti nũm.3. dixit, hæc ſequeſtra prouiſionalia intelligi appoſita cauſa cuſtodiæ, & non animo præiudicandi alicui in ſua poſſeſſione, Ludouiſ. deciſ.9. vbi Additionator, Ant. Faber vbi ſup. num.5. adeò quod cum fuiſſet obtentum verbum fieri in Collat. Conſil. facta inde relatione per eundem fuit confirmatum decretum ipſius Sacri Conſil. vt apparet in proceſſu fol. 489. at. vol.2. in Banca Borrelli. Inſuper dum acta fuiſſent abſque citatione partis compilata, ita quod vnus alteri præiudicare non poterat, nihilominus ex parte d. Virgiliæ poſſeditricis d. bonorũ vigore ſententiæ dicebatur, ſẽper pro ſententia præſumendũ erit, Franc. dec. dec.148. nu 9. & non aliter procedi potuiſſet ad ſequeſtrum, tũ quia ſequeſtrum non conceditur ante ſententiam, alio exiſtente in poſſeſſione, voluit idem Farin. dec. poſth.511. nu.2. tom.1. Franc. Marc. dec.405. n.18. tom.1. Caual. dec.324. n.2. & idẽ Farinac. dec. ciuil. tom.2. dec.35. n.2. nam ſequeſtrari debet poſſeſſio vacua, idem dec. ciuil.185. nu.1. tom.2. tum quoque quia ſequeſtrum non conceditur contra eum, qui poſſidet ſtabilia, & eius qualitas eſt talis, vt poſſit oriri ſiniſtra ſuſpitio, idem dec.654. num.2 & iniquum diceretur, Iac. Gall. conſ.77. num.12. dicebatur etiam, tunc ſequeſtro locus erit ſi duorum de poſſeſſione contendentium nullus poſſideat, Coccin. dec.492. num 1. ſecus tamen ſi vnus, Franc. Marc. deciſ. 1196. num.3. & 4. tom.1. Gratian. cap.850. n.18. & cap.853. num.12. præterea quia regulariter ſeque-

Digitized by Google

ſequeſtra ſunt prohibita, l.1. C.de proh. ſeq.pec. Franc.Marc.dec.38.num.2.tom.1. Seraphin.deciſ.1096. Gratian. d.cap.114. num.17. Ludouiſ. dec.118 num.1. Coccin.dec.311.num.3. quamuis ſequeſtratio fieri poſſit in præiudicium poſſidentis, ſed intelligendum erit hoc prius conſtito de iure creditoris, Polyd.Ripa obſeru.55.n.2. Gratian.cap.485. num.1. at cum in præſenti facto nedũ clare de credito nõ cõſtare videbatur, neque de recto iudicio aſſecurationis conceſſæ, vt diſcuſſum fuit ſupra in verbo aſſecuratio, ſed neque de poſſeſſione, eo quia non aliter facto apprețio, neque adiudicatione conſtabat, per quem dominiũ, & poſſeſſio trãsferebantur, vt fuit deductũ ſupra in verbo mulier, & ſic ſequeſtrum apponi non debuerat, vbi conſtabat de alterius poſſeſſione, Ludouiſ.deciſ.61.num.1. & proinde compilato proceſſu dum de iuſtitia ipſius Virgiliæ liquebat, & de eius legitima poſſeſſione, quoniam caſu nõ poſſet opponi ſequeſtrum, cum adeſſet certus poſſeſſor, ſed dandam aſſiſtentiam poſſeſſori declaraſſe Senatum, cenſuit Fontanel. de pact.nupt.d.clauſ.7.Gloſ.3.p.9.num.10. vndè per S.C. viſis actis promulgauit ſententiam in beneficium ipſius Virgiliæ pro eius dotibus, antefato, ac iuribus dotalibus ſuper d.bonis q. Iulij Marzati in iudicio deductis, ex qua apparet fuiſſe omninò excluſam d.D. Thereſiam à ſuis iuribus.

Sequeſtrum fieri an debeat in bonis feudalibus donatis à patre eius filio, qui poſtea ob delictum commiſſum contumax reputatus fuerat, & ſi obiectum fuiſſet, talem donationem non verè factam, ſed prætextu alicuius cauſæ euitandi gratia litem intentatam patri, vltra quod non reperiebatur regiſtrata in quinternionibus Reg. Cam. & ob id pater in poſſeſſione illorum reperiebatur. Cum fuiſſet facta renunciatio per Scipionem Magnacerbum Baronem Candidæ de eius hæreditate in beneficium ſui filij Pauli, per quem fuerunt commiſſa duo homicidia, cum aliorum comitiua in perſonas Io.Baptiſtæ Amatucci V.I.D. & Lucæ Santulli, ob quod fuit contumax reputatus, adeò quod in eadẽ hæreditate aderat feudum prædictum, & ſequeſtrari inſtatum ex parte Ioannæ Amatuccæ ſororis Io. Baptiſtæ, ac Regij Fiſci, vt moris eſt obſeruari in ſimilibus de Barone effecto contumace, vt iuriſdictio ſequeſtretur, ex And. Frecc. & Anna probat Capiol.in 2.tomo de Baron.cap.26. nu.2. latè Maſtrill.de Magiſt.lib.4.cap.15.num.23.& 24. replicabatur ex parte ipſius Scipionis patris, velle in ſuis iuribus audiri, poſtquam licet per eum fuiſſet facta talis renunciatio in vita, tamen iam facta fuerat præcedente proteſtatione quadam prius præſentata in M.C. quæ proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, l.non ſolum, §.morte, ff.de noui oper. nunc. Barz.dec.86.num.48. & ratio renonciationis proceſſerat, quia cum ipſe Scipio litem haberet cũ Catharina Aſſanti in S.C. indigebat beneficijs, quæ reſpectu perſonæ ſui filij tunc minoris competebant, vt eis vti potuiſſet ſuo tempore, & nihilominus quod d. renunciatio ſic ſimulatè proceſſerat, oſtendebatur, ipſum Scipionem eſſe in poſſeſſione per actus poſſeſſiuos, nempè per memorialia ſubditorum ei porrecta, & expedita per commiſſionales literas in perſonas Officialium d.loci, & per alia exempla concernentia adminiſtrationem iuriſdictionis, quo fit, vt eſt de iure determinatũ, quod ſemper quod donans in poſſeſſione reperitur, cẽſetur donatio fraudulenter facta, Reg. de Ponte conſil.64. num.41.& 42. vol.2.& infra in verbo ſimulatio, ex quibus inſtabat, iam quod in poſſeſſione d.bonorum feudalium reperiebatur, non fuiſſe validam refutationem, ſed potius ſimulatam ex allegata cauſa, & ad maiorem confirmationem replicabatur, obſtare pragm.20. de feudis, qua mandatur, ſimiles refutationes regiſtrari infra quindecim dies cum clauſula annullatiua, Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.de refut.feud. in princ. num.6. Reg.Tap. dec.S.C.47.num.1. Conſil.Georg. alleg.17. & cum talis regiſtratio non fuerit ſubſequuta, inualida reddebatur refutatio facta, ita quod omnia ad priſtinum redacta fuerunt, & in ſuo ſtatu poſſeſſorio videbatur remanſiſſe Scipionem, nam ſi labatur tempus regiſtrandi, facit dominium reſoluibile, Reg.Lanar.conſ.82. num.2. & cum fuiſſet per M.C.V. referente Reg. Conſil. Io. Franciſco Sanfelicio die 12.Septembris 1631. prouiſum, quod d.Scipio audiretur infra quatuor dies, vt ex actis in Banca de Roſa, penès Alexandrum Maiorinum, nunc Starace. Replicabatur ex parte ipſius Ioannæ, non eſſe dubium, quod etiam ſi non fuiſſet facta refutatio, adhuc filius Baronis in vita patris dicetur Dominus quaſi Conſ.Paſcal.de vir. pat.poteſt.p.4.cap.1.num.5. & filius, ſiuè hæres viuente patre poteſt etiam dici feudatarius, & poſt mortem illius non dicitur ſuccedere in feudo, ſed illud retinere, Maſtrill.de magiſt.lib.1. cap.5.num.11.& ſeq. quamuis penès patrem adminiſtratio extitiſſet, & eo amplius ſtante d.refutatione, poſtquam dominium ſtatim tranſit in donatarium, etiam in feudalibus, Reg.Rouit.in pragm.5.num.12.de feud. hoc probat, nec aſſenſu opus eſſet, dum proximò ſucceſſuro refutantur feuda, ex And.in cap.1.§.& ſi libellum, nu.4. de alien.feud.pat. Reg.Tapia dec.S.C.47.nu.3. eapropter circumſcripto inſtrumento conceſſionis hæreditatis prædictæ aſſerebatur, hæreditatem bonorum feudalium, & burgenſaticorum q.Io.Baptiſtæ Magnacerbi ſpectauiſſe, & ſpectare ad eũdẽ Paulũ eius filiũ vti proximũ ſucceſſurũ, qui interuenerat in actu in præſentia, illumque acceptando, quare per talem acceptationem pater videtur excluſus, quia tollit ſe de medio, Anna in repet.cap.1.num.286.de vaſal. decrep. ętat. Reg.de Ponte conſ.12.num.3.vol.1. & pater excluditur à ſucceſſione, Reg.Lanar.conſ.69. nu.6.& refutatarius acquirit ius, & feudum refutatum, ita debet habere filius, ſicut habiturus eſt poſt mortem patris, Reg. de Ponte d.conſil. 12.num.4. ex quo ſiquidem inſtrumento percipitur, quod cum ſit factum de volũtate partium, §.nos autem, Auth.de Tabell.Bart.in l.1. ff. de nou. oper. nunc. Franc. Marc. deciſ.51.num.1. Gram.dec.43.num.10. Alc.de præſumpt. reg.3. præſumpt.13. & conſequenter oriuntur ex eo tres pręſumptiones, quod ſit verum, quod ſit ſolemne, & de eorum voluntate factum, l.cum precibus, C.de probat. quod ſit ſolemne habetur in

Digitized by Google

in l.ſciendum,ff.de verb. oblig. quod ſit factum de voluntate partium oſtenſum fuit, & quod ſit verum percipiebatur ex lectura ipſius,ex quibus reſultabat,tale inſtrumentum eſſe probationem probatam, Alex.conſ.37.num.16.Dec.conſ.439. Pariſ.conſ.109.num.9. vol.3. Ceph. conſ.180. num.4.Curt.Iun.conſ.109.cum per illud conſtare dicatur euidenter, & manifeſtè, imò euidentiſſimè,cap.licet cauſam,de prob. cap.dilectæ,de donat.vbi Abb.Gram.dec.66.num.24.Cataudin niu 174. num.2,ibi per inſtrumentum fit realis probatio,& certa,& manifeſtiſſima,& potens,ita vt vbi ſit inſtrumentum,non ſit dubitandum,nec erit neceſſaria fieri alia diſcuſſio, Pariſ. conſ.54. & conſ.14.num.64. vol.1.Paul. de Caſtr. conſil.157.vol.2.Alex.conſ.37.volum.6. Ang.conſ. 233.& conſ.215. Rol.conſ.63.num.3.volum.1. Natta conſil.632.num.16.lib.4.hinc dici ſolet, qui habet inſtrumentum pro ſe, dicitur habere caſum legis,Bald.conſ.215.colum.2.vol.2.Surd. conſ 452.num.9.vol.2.Maſcar.de prob.concluſ. 506. & ideò data validitate inſtrumenti, quatenus de eo dubitaretur,in dubio ſemper interpretatio facienda erit,vt actus potius valeat, quam pereat,l.quoties,& l.vbi,ff de reb.dub.l.quoties, ff de verbor.oblig.facit ad rem tex.in l.cum hic ſtatus.§.pœnitentiam,verbo procliuior,ff.de don. int. vir.& vxor.cap.Abbate,de verb.ſignific.ad quod Rom.conſ.343.col.2. inquit, quod quando actus poteſt fieri ex duplici capite, cenſetur in dubio factus ex capite veriſimiliori,& conuenientiori, ex quibus minimè obſtare poterat d. Regia pragm.quæ fuit promulgata in fauorem Fiſci ad tollendas fraudes in perſoluendis relatiijs debitis Regiæ Curiæ, & reſpicit fauorem Regis, Reg Lanar.d.conſ.82. num.15. præterea ipſa pragmatica non comprehendit cōceſſiones, ſiue refutationes hæreditatum , in quibus adſunt feuda,ideò opus non erat regiſtratione,& propterea Scipio ea vti non poſſet, & ratio eſt, quia feuda tranſeunt cum Vniuerſitate, & ſtant ſicut piſces in aqua , non vt feuda ſint piſces, Alex.conſil.19.vol.5.Socin. conſ.19. volum.1. Bald. conſil.73.num.29. in ſpecie Reg. de Curte in diuerſ.iur.feud.§ multoties,num.29. in fin. & num.34.eo quia feuda ſunt effecta vnum,& idem corpus, & patrimonium inſeparabile cum bonis allodialibus , ſiuè burgenſaticis hæreditatis prædictæ ceſſæ eidem Paulo filio immediatè ſucceſſuro,ſe de medio tollendo pater,ideò aliud prætendere non poſſet,ad tex.in l.ſed ſi plures,§. fin.ff.de vulg.& pupill.l.quiſquis,C.de donat.& vti tanquam caſus omiſſus à ſtatuto,Fiſco non præiudicat,ſed in diſpoſitione iuris communis ad beneficium Fiſci remanſit,l.commodiſſimè, ff.de lib. & poſth.l.ſi extraneus,ff.de condit.ob cauſam,l.ſi conditionem, ff.ſol.mat. Et inſuper ponderando verba ipſius pragmaticæ,ibi ſuccedat vt hæres,concordara videtur cum d.inſtrumento,in cuius principio legitur,hæreditatem bonorum burgenſaticorum , & feudalium d.q. Ioannis Baptiſtę ſpectare ad ipsū Paulū eius filiū vti proximū ſucceſſurū,& ſic cadit in diſpoſitione iuris communis in beneficium Fiſci vti hæres,non autē vti donatarius,imò etiā aſſerebatur in eodem inſtrumento ,hæreditatem prædictam adiuiſſe cum beneficio legis,& inuentarij,& eodem modo renunciauit, & ceſſit d.Paulo cum eodem beneficio,vndè comperitur,d.Paulum eſſe hæredem ex tali conceſſione,& vti hæres hæreditas ipſa ſtat in diſpoſitione iuris communis, & ſubſequuntur verba, omni meliori via, non per errorem,non errans in iure,nec in facto,ſed ſaig.,& abſoluto modo,nihil ſibi reſeruās,quare cum ipſe Scipio erat Doctor,ſagax,& aſtutus, nec leges,nec Regias pragmaticas ignorare præſumendum erat,l.leges,C.de leg.nam error in facto proprio non præſumitur,& ipſum non excuſat,l.fin. ff.pro ſoc. l.quanquam, ff.ad vell. & denique ex adiectione pacti cum promiſſione iuramento vallata de non reuocando ingratitudinis vitio,nec alio quouis modo ſub ampliſſima renunciatione etiam ſi excederet ſummam quinquaginta millia aureorum, & quācunque aliam ſummam excederet hæreditas prædicta,ex quibus colligitur,Paulum hęredem eſſe,non ſimplicem donatarium,& conſequenter ad euitandum abſurditatem , dum dominium, & poſſeſſio penès duos inſolidum eſſe non poſſint, l. ſi vt certo,§ ſi duobus vehiculum,ff. commod. Reg.de Ponte conſ.136.num.138.volum.2. conſequens erit,vt poſſeſſio penès Paulum reſideat vigore d.conceſſionis, quibus accedebat conſimilis deciſio facta in cauſa Ill Principis Auellini,& cum eius Germano,cui feudum Torellæ renunciauerat, vt matrimonium condignū aucuparet , ſed per medium albarani inter eos facti ſuccedente inde delicto commiſſo per d.fratrem , ob quod fuit reputatus contumax , non obſtante prætenſione d.Ill.Principis fuit ſequeſtrata iuriſdictio feudi,vt tenùs in 2.p.verbo ſequeſtrum.Quapropter facta de prædictis relatione in Collat.Conſil.per eundem Reg.Conſil.Io.Franciſcum Sanfelicium die 22 Octobris 1631. deciſum fuit,vt M.C.V.procederet ad cōfiſcationem bonorum, vt ex actis in Banca prædicta,& ſic poſtea exequutum.

Sequeſtrum puellæ an fieri poſſit ſub præcepto, vt locum non egrediatur, neque matrimonium cōtrahat inconſulta Curia Principis,eo maximè dū agitur de transferendo feudum in exteros infidos Regiæ Coronæ , deciſum fuit affirmatiuè in Collat Conſil.Franc.de Petris conſ.58.

Sequeſtrum concedi an debeat Domino directo rei emphyteoticæ cōceſſæ ſuper fructibus d.rei,ſi non conſtaret de expreſſa hypotheca ad beneficium Domini,fuit per M.C.V.denegatum,& confirmatum per S.C. in reclamatione decreti per idem lati contra decretum ipſius M.C. quemadmodum reſtatur D.Franc.Merlinus cōtrouerſ.forenſ.cap.36.cum ſcitum.

Sequeſtrum bonorum factum ad inſtantiam Fiſci ſub prætextu,quod hæreditas defuncti ad eum ſpectabat tàm ob incapacitatem defuncti,quàm filiorum , vt præſupponebatur ,quia defunctus fuerat ſuſceptus ab eo,qui tempore conceptionis erat vxoratus,licet mulier libera,an tolli debeat, vel ſuſtineri, fuerunt allegata breuiter hæc ſequentia circa hoc,videlicet D.Carolo.N. defuncto fuerunt mediante decreto M.C.V. declarati hæredes ab inteſtato Diana de Pace eius mater, cum alijs eius filijs, de hoc habita notitia per

Regium

Regium Fiſcum proceſſit ad ſequeſtrum bonorum in hæreditate remanſorum, prætextu quod dicta hæreditas ad ipſum ſpectaret ob incapacitatem prædictorum, ex eo quod prędictus D. Carolus fuit ſuſceptus ex N. tempore, quo erat vxoratus cum D. . . . . respectu incapacitatis matris fundabatur per Regium Fiſcum, ex quo dictus filius vti natus ex nefarijs, & damnatis complexibus, nec talis erat nominandus, & proinde inſucceſſibilis eius parentibus, & è conuerſo, Auth. ex cõplexu, C. de iniuſt. nupt. & in ſpecie hanc opinionẽ multis hinc inde põderatis defendit poſt alios Io. Bapt. de Sancto Seuerino Caccialup. & eorum aſſeclæ in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfician. plenè Aret. in §. nouiſſimè, Inſt. eodem, Dec. conſ. 306. Gozad. conſ. 21. de obſeruantia poſt Guid. Pap. deciſ. 280. teſtatur pluries deciſum in fauorem Fiſci, Peregr. de iure fiſci, lib. 3. tit. 18. nu. 35. verſ. dubium permaximum eſt, nouiſſimè in hac opinione cõcurrit Barz. deciſ. 3. cũ alijs plenè adductis per Io. Bapt. Hodiern. in addit. ad deciſ. Surd. 249. freti potiſſimum illo axiomate, nimirum, inſucceſſibiles eſſe filios natos ex ijs, qui tempore cõceptionis non poterãt contrahere matrimonium, & ſic è contra, de quo per Bald. in cap. is, qui clericum, ſi de feud. defunct. mil. & Afflict. in cap. naturales, eod. tit. addunt huius opinionis ſectatores, huiuſmodi coitum dici nedum damnatum, ſed punibilem, tùm ratione adulterij, ex adductis per Couarr. de ſponſal. 2. part. n. 8. verſ. ex quibus dubium eſt, tùm etiam ſtupri, ſecundũ Maril. dec. 1. de quo meminit Theſſaur. qq. forenſ. lib. 1. quæſt. 22. num. 18. reſpectu incapacitatis fratrum, vt ad inuicem ſucceſſio ſit prohibita, fundabat Regius Fiſcus eius intentionẽ, authoritate Bart. in l. fin. ff. de ijs, quib. vt indign. ſequitur Alex. conſ. 174. vol. 5. nouiſſimè Marta in ſumma de ſucceſſ. leg. 1. part. quæſt. 16. art. 1. num. 24. verſ. ſecundo caſu quandoque, & ſub nu. 27. damnat opinionem tenentium, tex. in l. ſi ſpurius, & l. ex parte, C. vnde cogn. generaliter loqui de omni ſpurio, & ita etiam de damnato ex damnato coitu ante Mart. eius opinionem ſequuti ſunt Vrſill. contra Afflict. in deciſ. 96. & alij, quos adducit Theſſaur. d. quæſt. 22. nu. 15. hæcque pro Regio Fiſco adducta ſunt, licet prima frõte vigeat funditus, tamen rem perſcrutando ex infra dicendis, clara patebit deciſio in fauorem matris, & fratrum. In fauorem matris àdducitur Primò authoritas Gloſ. in §. penult. verſ. admitti, ad Orfic. diſtinguit enim, ibi, matrem non ſuccedere filio nato ex coitu punibili, vt inceſtus, adulterij, nepharij, & ſimilis, ſecus ex coitu non punibili, hanc diſtinctionem ſequuti ſunt indifferenter omnes Doctores, præſertim Socin. conſ. 148. lib. 1. Natta conſ. 421. Ant. Gomeſ. in l. 9. Tauri, n. 14. verſ. quarto infero, Azeued. in l. 7. tit. 8. num. 1. cum ſeq. lib. 5. recop. & quod huiuſmodi coitus inter vxoratum, & liberam non ſit punibilis, probatur manifeſtiſſimè argumẽto à ſufficienti partium enumeratione, nam non punitur ratione adulterij, quia non committitur inter coniugatum, & ſolutum, l. 1. C. de adult. non ratione ſtupri, quia quoad mulierem non eſt punibile, cap. 1. de adult. Salyc. in l. cũ qui, num. 3. C. eodem, Alciat. in l. inter ſtuprum ff. de verb. ſigniſ. imò nec quoad virum, quando eſt melioris conditionis, quam mulier (vt eſt caſus noſter) Gramm. conſ. 107. Crauett. conſ. 166. Peregrin. in d. tit. 18. num. 36. verſ. concordando, nec tandẽ ratione concubinatus, nam de iure ciuili non eſt prohibitus, nec punibilis, & ſic ſeruatur, niſi quatenus Iudices Eccleſiaſtici inſtarent pro punitione, teſte Claro in pract. crim. §. fornicatio, num. 5. Cęterum dum huiuſmodi coitus ex prædictis non apparet punibilis, conſequens eſt, vt integrum ſit matri tali filio ſuccedere, & ſic è conuerſo, vt communiter tenent Doctores, præſertim Conar. de ſponſal. d. part. 2. cap. 8. §. 4. num. 15. Sfort. Odd. conſ. 1. lib. 1. num. 114. Paleoth. in tract. de noth. & ſpur. cap. 40. & ſic indifferenter ſeruari in Hiſpania teſtatur Roder. Xuar. in tit. de todo home, nu. 5. & magis in ſpecie in Regno Luſitaniæ teſtatur Ant. Gama deciſ. 23. num. 3. verſ. ego pro parte affirmatiua, & deciſ. 143. in princ. ibidẽ diſcuſſo articulo deciſum refert Aluar. Valaſc. conſult. 29. per tot. lib. 1. ſic in Senatu Pedemontano Theſſaur. d. quæſt. 22. ſub nu. 18. in Rota Romana Marta d. tract. de ſucceſſ. leg. part. 1. quæſt. 16. art. 2. verſ. ſextus caſus eſt, & quamuis aliqui contra hanc poſitionem tot grauiſſimorum Authorum, & rerum iudicatarum vallatam auſi ſint contradicere, ex eo quod tempore coitus matrimonium non poterat contrahi, & proinde prolem inde ſuſceptam eſſe matri inſucceſſibilem, & è conuerſo, vt ex Barz. & alijs fundat Hodiern. in dict. Addit. 149. (pace ipſorum) confundunt dictam diſtinctionem communiter receptam de coitu punibili, & non punibili, nulla habita ratione de tẽpore coniunctionis, & ideo non benè loquuti ſunt, vt aduertit Addit. ad deciſ. Gamæ 23. in princ. verſ. primus filius ex coniugato, & ſoluta, vel poteſt ſaluari eorum opinio reſpectu ſucceſſionis paternæ, quo caſu non cadit dicta diſtinctio, vt aduertit Natta d. conſ. 421. nu. 5. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 10. num. 34. Gomeſ. ad d. l. 9. Tauri, num. 14. in fine, & ita loquuntur Doctores per eos allegati, ſi benè perpendantur, ideo non merentur allegari in contrariũ. In fauorem fratrum facilè negotium eſt adducere authoritates, nam ad inuicẽ inter fratres natos etiam ex Sacerdote cõtrahi cognationem, & conſequenter dari ſucceſſionem, latè probat Socin. conſ. 148. vol. 1. latiſſimè Afflict. in deciſ. 96. qui benè hinc inde diſcuſſo articulo ſic deciſum in Sacr. Conſil. refert, & paſſim receptum teſtatur Præſ. de Franch. deciſ. 238. latè Theſſaur. d. quæſt. 22. num. 24. verſ. quidquid ſit, de communi teſtãtur Addentes ad deciſ. Gamę 3. num. 1. circa finem, & quamuis Marta ſubtilizando dixerit contrarium loco ſupra citato, nu. 24. quieuit tamen dictæ obſeruantiæ noſtri Prætorij aſſerentis, ſic de conſuetudine eſſe receptum. Viſis etiam maturè conſideratis ijs prænarratis oculatiſſimo,

Digitized by Google

& doctiſſimo Viro Io. Camillo Caeacio Fiſci Pattrono, nunc Præſidēte Regiæ Cameræ meritiſſimo; fuit receſſum ab inſtantia ſequeſtri, & proinde per Regiam Cameram ſublatum die 2. menſis Decēbris 1634. penès Actuarium Galluccium, hinc intelligimus, hoc munus huiuſmodi integritate ſubeundum, & Fiſci Patronum debere eſſe veritatis Aduocatū, quia ſic, verè eſt Deo placere, ipſiq; Regi, publicæq; vtilitati conſulere. Iulius Cæſar Galluppus.

Sequeſtrum fieri an debeat vno in poſſeſſione rei controuerſæ exiſtente, & an eo facto tolli. Succedente obitu Petri Antonij de Serio in infantuli ætate filij quondā Fœlicis de Serio, ad Lucretiæ de Cicco, inſtiterat Petrus Antonius de Serio V.I.D. patruus, fieri ſequeſtrum in bonis remanſis in hæreditate ſui nepotis ſub prætextu ſucceſſionis ei debitę vigore pacti adiecti in capitulis matrimonialibus, & obtinuit ſequeſtrū in forma, nam Iudices noſtri temporis decernunt ſequeſtrum ad ſolam inſtantiam creditoris, nulla etiam pręcedente ſuſpitione, vt inquit Scaccia de iudic. cap. 38. num. 11. Comparuit Lucretia prædicta penès acta, quæ vti matri pupilli declarari ſe fecerat illius hæredem vigore decreti præambuli, cuius vigore in poſſeſſionem bonorū ſe immiſerat, aſſerendo, nullatenus ſequeſtrum fieri potuiſſe, cum regulariter ſit prohibitum, l. r. C. de proh. ſeq. pec. Franc. Marc. deciſ. 38. nu. 2. tom. 1. nec proinde à ſequeſtro incipiendum erit, vt probaui ſupra eodem verbo ſequeſtrū. Ideo expoſtulabat, illud tolli nedum ex allegatis, ſed etiam quia exiſtebat in poſſeſſione bonorum, quocirca tunc ſequeſtro locus erit, ſi duorum de poſſeſſione contendentiū nullus poſſideat, ſecus ſi vnus, vt probat Franc. Marc. deciſ. 1196. num. 3. & 4. tom. 1. etenim poſſeſſor debet in ſua poſſeſſione manuteneri, in qua fuit immiſſus, etiam quod alius fuerit ſpoliatus, & erit reſtituendus, ita in terminis noſtris Verall. deciſ. 347. part. 2. Et ſic facta relatione in Sacro Conſilio per Ill. Alonſum Vargas Regium Conſiliarium, ac Ducem Cagnani die 30. Ianuarij 1630. fuit deciſum, quod audirētur partes infra quatuor dies ſuper omnibus, & interim pręſtita cautione per dictam Lucretiā, & facta annotatione ſublato ſequeſtro, manuteneatur ipſa Lucretia in poſſeſſione bonorum remanſorum in hęreditate quondam Petri Antonij Serij, & inde confirmatū in reclamatione die 3. Iulij 1633. penès Secretarium, in Banca Carboni.

Sequeſtrum fieri non poteſt ſuper bonis, & introitibus Venetorum, ac vaſallorum Reipublicæ Venetæ ex ſpeciali priuilegio Suæ Maieſtatis conceſſo dictæ Reipublicæ, & ſubditus dominio Venetorum eſt ſubditus omnibus, & vniuerſis, non ſingulis ipſorū, Cagnol. in l. aliud, §. refertur, num. 16. ff. de regul. iur. & cum contingiſſet illud fieri, fuit interpoſitum ſequens decretum per Collaterale Conſiliū in cauſa Blaſij de Franciſco Cunich Raguſęi ſuper diſſequeſtro in bonis, & introitibus Venetorum, & vaſallorum Venetæ Reipublicæ pro exequutione literarum Suæ Catholicæ Maieſtatis, vt in actis, &c. die 4. Iunij 1626. Neapol. viſis memoriali oblato Suæ Excellentiæ, & literis Suæ Catholicæ Maieſtatis ſub die 7. Nouembris 1624. & conſultatione Regiæ Cameræ Summariæ, factaq; relatione Suæ Excellentiæ in Collaterali Conſilio per Ill. Fuluium de Conſtātio Marchionem Corleti, & Regentem Regiam Cancellariam, & cauſæ Commiſſarium, &c. Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Viceréx, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidit, decernit, & mandat, quod pro exequutione dictarum literarum Suæ Catholicæ Maieſtatis tollatur ſequeſtrum factū in bonis, & introitibus Venetorum, & vaſallorum Venetæ Reipublicæ, qui pro cauſa prædicta ad inſtantiam dicti Blaſij Franciſci Cunich Raguſęi, amplius non moleſtentur, hoc ſuū, &c. Conſtantius Reg. Tapia Reg. Enriquez Reg. Lopez Reg. ita ex actis dicti Blaſij Franciſci Cunich Raguſęi, in Banca de Scacciauento.

Sequeſtrum factum ad inſtantiam filiorum primi matrimonij ſuper dote, ſeù parte ipſius, vel ſuper fructibus an tolli debeat ad inſtantiam matris volentis ſe matrimonio collocare cum alio viro, qui dotem liberam optabat habere, vt contrahere poſſet matrimoniū, & videbatur, eius prętenſionē fundari ex mente Napodani in Conſuet. Etſi mulier, verb. iuſtam, de contract. inter vir. & vxor. celebr. refert Præſ. de Franch. deciſ. 435. num. 36. quod conceſſa ſit facultas mulieri alienare bona ex iuſta cauſa, ſcilicet vt caſta viuat, vt ſana viuat, vt libera viuat, vt nupta viuat, & in ijs caſibus licita erit alienatio bonorum ſtabilium, prout quoque ex eodem Napodan. firmat Præſ. de Franch. vbi ſup. num. 29. & hoc etiam in præiudicium filiorum, nam ex hoc fortè virum non inueniret, ex pluribus comprobat Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. part. 6. quæſt. 8. nu. 27. cum ſeq. Attamen replicabatur ex parte filiorum, hæc omnia in ſe vera eſſe, ſed duo potiſſimum requiſita requirebātur, alterum, quod opus erat decreto Iudicis, an cauſa iuſta ſit, vel non, ſiue neceſſaria, & debet præcedere, ſed non ſubſequi, prout ex eodem Napod. firmat ibidem de Franch. nu. 42. Alterum erat, quod vir eſſe debet ſimilis cōditionis, quemadmodum ſubdit idem Præſ. de Franch. eodē loco, quod eſt ſatis cōndecēs, in matrimonijs contrahendis paritatē ſeruari, vt probat per multa Sylua Nupt. lib. 2. num. 22. & ſeq. & opptimè ex Bald. notat Tiraquell. de nobilit. cap. 20. n. 164. quod mulieres nobiles indigēt maiori dote, quam ignobiles, maximè ſi nubant pari, alias ſecus, prout in caſu præmiſſo pōderabatur in facto, & cum fuiſſet prouiſum domi per Reg. Conſil. Andræam Prouenzanū, vt ſequeſtrarentur ducati 700. medietatis dotis ad beneficium dictorū filiorum, & in emptionem conuerterentur, ſolutis liberè dictæ Annæ ducatis mille, interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium ex parte Annę Ametrano matris filiorum Ferdinandi de Apreia, demum facta in eo relatione per Reg. Conſ. Pe-

ttum

trum Antonium Carauitam, fuit per idem S. C. cõfirmatum decretum domi latum, & dictum, bene prouiſum ea cauſis de anno 1637. menſe Nouembris, penès Secretarium in Banca Martini in cauſa d. Annæ cum illis de Apreia.

Sequeſtrum bonorum factum ad inſtantiam donatarij ſuper bonis donantis, contra quem prolata fuit ſententia condemnatoria ad ſolutionẽ ſummæ donatæ, deducto, eo ne egeat, an iure ſubſiſtat, vel tolli debeat, quemadmodùm in facto euenit præteritis annis, etenim facta donatione per Lucretiam Tuttauillam ducatorum ſex mille Horatio de Ianuario eius filio contemplatione matrimonij, fuit per ipſum conuenta d. donatrix ad ſoluendum d. ducatos ſex mille, ex cuius parte replicabatur, nõ teneri, poſtquam ſi dictam ſummam ſoluiſſet, non poterat aliundè percipere alimenta; eapropter de iure probatum eſt, quod donatarius tenetur alere donantem pro tanta fructuum rei donatæ, latè Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 48. num. 8. & tit. 4. q. 23. num. 8. & 9. cum alijs apud Io. Caſtagnam in tract. de benef. deducto ne egeat, q. 12. num. 16. præterea quia donator conuentus à donatario pro re donata habet beneficium, deducto ne egeat ære alieno, probat idem Caſtagn. ex multis loco relato, num. 1. & 14. quanquam ex aduerſo replicaretur, non aliter donatarium teneri alimentare donantem, latius Surd. vbi ſup. in tit. 1. num. 48. Caſtagn. vbi ſup. num. 13. attamen ipſi contrariam opinionem, ita cõmunem eſſe ſequuti ſunt. Et propterea per S.C. ad relationem Regij tunc Conſiliarij Scipionis de Curte fuit prolata ſententia in beneficiũ ipſius Horatij contra dictam Lucretiam eius matrẽ, deducto tamen ne egeat, vt patet ex actis in Banca Iacobi Figliolæ, cuius ſententiæ vigore præfatus Horatius fieri procurauit mandatum penſionarijs, ac tendentibus domorum, ac aliorum ſtabilium ipſius Lucretię, & proinde ex hoc ſequeſtrum exortum, dicebatur ritè, & rectè proceſſiſſe, quia vigore ſententiæ peractum fuerat, nam ſequeſtrum poſt ſententiam eſt faciendum per Iudicem appellationis, ſi cauſa eſt commiſſa, & præſentata, alias ſecus, Borgn. dec. 23. num. 32. p. 1. & amplius, quia ſequeſtrum factum non propter litem agitandam, ſed ad finem, vt ſoluatur, & ſententia, ſeù inſtrumentum, vel quid ſimile exequutioni demandetur, non erit reuocãdum, iuxta doctrinam Caſtr. in l. ſi fideiuſſor, §. fin. num 5. vbi Iaſ. n. 17. ff. qui ſatiſd. cog. cum alijs apud Gratian. diſcept. forenſ. cap. 531. num. 85. prout erat in hac facti ſerie, & ſubdit nu. 86. eo fortius procedere, quando res iudicata non negaretur tanquam liquida, ſeù confeſſionata, ſuper qua nulla exceptio poſſet competere condemnato, tunc enim debet ſatisfacere, neque ſufficiunt pignora, aut fideiuſſores, cum aliud ſit in debito non liquido, & non exequibili, quoniam tunc fideiuſſio, & ſequeſtrũ reuocarẽtur, ex Coler. de proceſſ. exequut. par. 3. cap. 11. num. 94. & 97. cæterum autem, vbi aliqua exceptio competeret condemnato aduerſus ſequeſtrũ factum aliter dicendũ, poſtquã in hac relata cauſa cũ fuiſſet cõuenta condẽnata ad ſoluendũ petitam ſummam ducatorum ſex mille donatorũ, condemnatio autem facta fuerat cum temperamento, hoc eſt cum beneficio, ne egeat, quod reſpicit cauſam alimentorum, & ſic redundabat in fauorem ipſius conuentæ, & ea percipere nequiuerat ea cauſa ſequeſtri facti, & per illud impediebatur exequutio ſententiæ, nimirum ſi ipſa impediat exequutionem, prout ex Marãt. & Aſin. teſtificatur Carocc. in tract. de ſequeſtro p. 4. q. 23. in addit. & iterum in tract. de except. contra ſent. except. 29. adhuc tolli debuerat, ea ſiquidem potiſſima ratione, nam etiam in caſu, in quo permitteretur ſequeſtrum deducendum erit de fructibus ſequeſtratis, quantũ ipſi ſufficiat pro quotidiana exhibitione, ſi aliundè non habeat, & pro ſumptibus litis ſecundæ inſtantię, l. fin. §. quod ſi ei, verſ. nam ſi tales, C. de ord. cog. Old. Boet. & Iaſ. quos probat præfatus Gratian. diſcept. forenſ. cap. 114. num. 5. ſemper enim ſequeſtrum alicui debitori factum, ſi ipſe erit pauper, vti poterit tali re ſequeſtrata pro alimentis, & expenſis litis, Ang. in conſ. 244. & Ancharan. Regienſ. lib. 2. quæſt. 47. num. 15. & 16. Curt. Sen. in tract. de ſequeſtro, in 3 fallent. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. dec. 447. Borgn. dec. 3. n. 41. p. 1. cum alijs ſupra relatis eod. verbo ſequeſtrum, & tale beneficium, deducto ne egeat conceditur ratione alimentorum, vt notat Caſtag. eod. tract. quæſt. 13. num. 17. & q. 7. num. 56. & ſeq. meritò ſequeſtrum non erit admittendum, & factum tollendum, prout fuit ſublatum per S.C.

Sequeſtrum factum ad inſtantiam vxoris defuncti pro ſuo antefato conſequendo à bonis viri ſuper certo corpore introituum, in quo vir non habebat, niſi nudum nomen, cum in rei veritate erat alienum, & ita declaratum per eum in ſuo teſtamẽto, an tali extãtẽ cõfeſſione tolli debeat, placuit hic inſerere allegationes, factũ, & ius cõtinẽtes editas ab Aloyſio Hydria V.I.D. ſolertiſſimo Aduocato, videlicet. Dominus illuminatio mea, &c. Decreueram parcere calamo in hac cauſa vertente inter D. Aloyſiam de Caſtro, & Annam Palatio, tùm quia clara eſt, & iuſtitiæ ſplendore refulget, tum etiam quia contentio eſt determinãda in iſto S.R.C. toto Orbe terrarum celeberrimo à doctiſſimis, & præclariſſimis Iuriſcõſultis, noſcens fruſtra me coram præſtantiſſimis viris eas adducere leges, quas in ſcrinio pectoris ipſos habere omnium ora fatentur, nec aliquid à me dici poſſet, quod non ſit tantis Senatoribus (antiquis, Paulis, Vlpianis, & Papinianis æquãdis) ſatis, ſuperquè cognitum. Tamen, vt clientis Imperio, & muneri meo ſatisfaciam, ex infraſcriptis clariſſimè demonſtrabo, omni iure ſubſiſtere petitionem D. Aloyſiæ de Caſtro, & prætenſionem Annæ, aut nunquam fuiſſe admiſſam, aut nec auditam apud ſummos conſulentes, & vt magis eluceſcat eius iuſtitia ſupponendum eſt in facto, quod annis retro decurſis D. Aloyſia pro faciliori exactione emit in capud, & perſonam q. D. Garſiæ de Vera eius nepotis (& olim Iudicis M.C.V. in criminalibus) annuos ducatos 70. cum eorum capitale ducatorum mille ſuper Arrendamento olei, & ſaponis, quos annuos ducatos 70. idem D. Garſias in eius vltimo in actis producto teſtamento declarauit, eſſe proprios prædictæ D. Aloyſiæ, & ipſum non habere in illis, niſi nudum nomen, cumque prædicti annui

introitus fuiſſent ſequeſtrati ad inſtantiam Annæ Palatio olim vxoris dicti D.Garſiæ pro eius prætenſo antefato, inſtitit D.Aloyſia ſequeſtrum ſuper prædictis eius bonis tolli, & d.annuos introitus cum eorum capitale deſcribi liberè, & explicitè in libris Regij patrimonij in faciem eius, & mandari Gubernatoribus d. Arrendamēti præſentibus, & futuris, quod recognoſcant ipſam D.Aloyſiam in dominam, & patronam in bonis prædictis ſingulis annis, correſpondendo prædictos annuos ducatos 70. ſiquidem res in controuerſiam minimè eſt adducenda, ſtante prædicta confeſſione D.Garſiæ quæ in vitæ diſcrimine emanata vera, atque ſincera præſumitur, potiſſimum ad exonerationem conſcientiæ facta, Carocc. plenè dec.90. num.4. & ſeq. nu.9. Ant.Monac.dec.Lucenſ.31.num.58 dicta enim declaratio facta in articulo mortis tenet, nam non præſumitur moribundus mētiri, latius Hippolyt. Marſil.in ſua praat, §. diligenter,nu.119. Bald conſ.25. col.2.vol.1.ea l.fin. de fal.cauſa adiect.leg vbi Gloſ.finalis circa medium, quam Bal. ibidem multū cōmendat, imò dicit, quòd nec eius hæres poterit dictæ declarationi contrauenire, idem Bald.in cap.literas, extra de præſump. 1. Alex.conſ.45.vol.4. nullus enim eſt, qui tunc temporis ſalutis æternæ, diuinique timoris, atque iudicij immemor adeò præſumitur, vt ſine cauſa mentiri in animæ ſuæ æternum interitum, atque patrimonij, quod relinquebat diminutionem iure exiſtimetur, ad tex.in l.vlt.ad finem, C. ad l. Iul. repet. canonizatum in cap.ſancimus 26. 1.q.7. neque in vltimis voluntatibus fraus præſumitur, ex tex.in l.ex hoc edicto 9. §.alienare ff de alien.iud.mut.cauſa, Mantic.de coniect.lib. 10.tit.4.num.1. Maſcard. concl.359.num.4. & num.28.cum ſeq quia præſumitur tunc dicere veritatem, ſecundum Bal.in cap.literas, num.12. de præſumpt. Abb in cap.ſi cautio 14.num.2.de fide inſt. Menoch.latè lib.5.præſumpt.5. per totam, præſertim num.15.& 17. Carocc. d.deciſ. num.12.13.& 14. & nedum conſtitutus in articulo mortis non præſumitur mentiri, quod ibidem dixit, ſed aſſerens, eo tempore aliquem mētiri non eſſet audiendus, Gram.deciſ.34.nu.37. & dec.42.num.7.10. & 11.dec.56.num.12. 14. & 15. hinc fides mortui teſtis, ſiuè Notarij longè adaugetur, Rota Rom.apud Bellam.dec.813. p.1.poſt Caſtr.conſ.101.& 133.volum.1. Alex. conſ.59.vol.2. Hucque refert ex iuris diſpoſitione credendum eſſe declarationibus factis per ſuſpenſos in patibulo, ex latiſſimè, & doctiſſimè notatis per D.Reg.Valenz.in conſ.102.in 3. art. per totum num.95.cum ſeq.allegat And.in Cōſtitut.Regni Si damna clandeſtina, & infinitos Doct. & Theologos concurrentes, & Bonac. in tract. de præcep Decal. diſput.10. q.3.punct.3. num.19.affirmat, & communi omnium ſententia eſſe credendum reo exculpanti conſocium in articulo mortis, & in patibulo, quia ſi exculpatio non eſſet vera, moreretur cum peccato mortali, quod non eſt credendum. Conſtat enim ex prædictis, quod præſumitur pro confeſſione emanata ab eo, qui ſupremum ſpiritum trahebat. Iuris namque præſumptio transfert onus probādi contrarium in partem aduerſam, ex reg.tex.in l.2.ff.de probat.l.generaliter, §.ſi pretium.ff.de fideicom. liber. l.nuptura, ff. de iur. dot. Dec.in l.2.§.mutui datio, num.15.ff.ſi cer.pet. idem conſil.540.num.12. Couar. lib.2. var.reſol.cap.16. Menoch.conſ.21. in princ. nouiſſimè Reg.Conſil.Merlin.controu.forenſ.cap.13. num.18. quia iuris præsūptio veritas eſt, l.fin.§.fin.vbi Gloſ.in fine, ff.de probat.Iaſ.in l.1.C.de mil.teſt. Vndè cum nulla in contrarium ſit facta probatio, obtinere debet D.Aloyſia, cum præſumptiones ſufficiant in ciuilibus ad condemnandum, prout multis Doctor. authoritatibus doctiſſimè fundauit idem Reg.Conſil. Merlin. controu. forenſ.cap. 19.num.7.& 19. Accedat etiam, D.Garſiam teſtatorem feciſſe quamplurima legata in beneficium Annę vxoris, ex quibus etiam apparet, non eſſe veriſimile, quod habuerit teſtator animum excludendi vxorem ab eius antefato, inueriſimilitudo enim eſt falſitatis imago, Cardin. in clem. ne Romani, in princ. de elect. Bald.in l.1. col.3. C.de ſeru.fug. Intrigl.dec.12.num.2. Affl. deciſ. 345.num.2. Et licet ex dictis ſatis habeat intentionem fundatam D.Aloyſia pro cauſæ victoria reportanda, nihilominus ex abundanti, & vt rei veritas planè liqueat, dato termino in cauſa probauit, vendidiſſe nonnulla bona mobilia, & vaſa argentea pro pretio ducatorum quingentum pro facienda emptione prædicta. Inſuper fundauit duodecim teſtium numero, D Garſiam de Vera, & D.Leandrum de Vera eius patrem, & procuratorem ſemper ſoluiſſe D. Aloyſię prædictos 70.ducatos, & præſentauit etiam binas partitas Banci Sanctorum Eligij, & Iacobi ad fundandam ſatisfactionem prædictam. Item produxit capitula matrimonialia inita inter Ioſephum Laſuriagha, & D.Helenam Cornescio eius filiam, in quibus prædicta D. Aloyſia mater contemplatione matrimonij prędicti in compotum ducatorum decem mille ab ipſa in dotem conſtitutorum eidem D.Ioſepho promiſit ducatos mille ſuper Arrendamento olei, & ſaponis. Probatur etiam, quod tunc temporis D. Garſias non habebat in ære, dum ſtudio operam dabat, & erat ſub patria poteſtate conſtitutus. Denique probauit, D.Garſiam nedum in ſupremis tabulis, ſed etiam dum in humanis agebat, ſepiſſimè declaraſſe, ipſum ſuper prædictis ducatis mille non habere, niſi nudum nomen, cum ſit emptio facta de pecunia D.Aloyſiæ. Quinimò adeſt etiam conſenſus Leandri de Vera hæredis D.Garſiæ de Vera eius filij, quod bona prædicta deſcribantur in faciem D.Aloyſiæ, tanquam aperto iure ad ipſam ſpectantia. Ex quibus obtinere debet D. Aloyſia diſſequeſtrum iuſtiſſimè petitum, & quod bona deſcribantur in eius perſonam, dū nemo præſumatur immemor ſalutis æternę in mortis articulo, ne fiat fraus regulariter in ſupremis morientium voluntatibus, cum teſtator in vltimo vitæ ſpiritu feriò loqui præſumatur, cum de animæ ſalute agatur, eo maximè cū in noſtra facti ſerie nulla in contrariū vigeat præſumptio, nullaque probatio, nec de alterius agatur præiudicio, cum ſit conſultum Annæ expertæ ſuper bonis d.q.D.Garſiæ, & Capitanei Leandri de Verà eius patris inſolidum obligati pro eius iuribus dotalibus, apparentibus

etiam

etiam pro D.Aloyſia tot,tantiſque alijs validiſſimis documentis in facti nota deductis,verum de euidenti eius iuſtitia teſtimonium hinc inde ferentibus,cætera,quæ deſunt ſuppleat eminens doctrina,ſumma religio,ac ſingularis prudentia nobiliſſimorum Iudicantium, quibus hæc omnia,& ſemetipſum ſubmittit libenter. Facta relatione in S.R.C. per egregium I.C. D. Franciſcum Merlinum Pignatellum Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium die 25. Octobris 1639. fuit prolata ſequens ſententia,videlicet, Viſa comparitione olim in noſtro S.C.præſentata ſub die 3.Decembris 1638.pro parte D.Aloyſiæ de Caſtro, contra Annam Palario olim vxorem q. Don Garſiæ de Vera,fol.119.cuius tenor eſt,videlicet. Viſis videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus,pronunciamus, decernimus, & declaramus,annuos ducatos 70. cum eorum capitale ducatorum mille exiſtentes in faciem q.D.Garſiæ de Vera ſuper Regio Arrendamento olei,& ſaponis ſpectauiſſe, & ſpectare ad D.Aloyſiam de Caſtro,ac proinde Magnifici Arrendatores Arrendamenti prædicti eidem D. Aloyſiæ correſpondeant de annuis introitibus pro præterito,& in futurum, non obſtante ſequeſtro facto ad inſtantiam prædictæ Annæ, verum tempore redemptionis obſeruent conditiones, forſan appoſitas in pacto de retrouendendo, &c. neutram, &c. hanc eandem,&c. Merlinus,in Banca Martij de Simeone pro Felice,licet pendeat reclamatio. His addendum erit, quod iſta confeſſio in teſtamento facta parte abſente regulariter non probat,ex Gram. & Alban. tradit Polyd.Ripa in tract.de actis in mortis articul.cap.58.in princ.vbi hoc limitat num.3.non procedere,ſi facta ſit in articulo mortis, pariterque quando ad exonerationem conſcientiæ fieret,ex Gugliel. de Bened. & Corn. probat Paul. Aemil.Gall.in tract. de except. quæ orit. poſſ.in ſucceſſ.&c. tit.2.except.1. p.1.num.26. & magis ſit credendum confeſſioni factæ in extremis,ex multis probat Mancin. in tract. de confeſſion. cap.8. num.34. vbi in antecedenti num.33. probat, hãc confeſſioné in extremis factã pro exoneratione cõſcientiæ vim habere relicti.Thoro.

Sequeſtrum factum à debitore deponente capitale cum tertijs decurſis vigore pacti de retrouendendo ſuper prædictis capitale,& tertijs,pro excompotu prætenſo debito ob cauſam mutationis monetarum vigore generalis decreti,an iure ſubſiſtat,ita vt nedum liberatio ipſorum capitalis,& tertiarum impediri poſſit, ſed etiam curſus intereſſe ob depoſitum factum voluntariè, ex facti ſerie apparebat,cum eſſet creditor Oddus Braida illorum de Blanco ex cauſa annui reditus ducatorum octuaginta pro capitale ducatorum mille de anno 1621. & menſe Iunij, volentes ipſi debitores exercere pactum retrouendẽdi obtulerunt dicto creditori die 28.Martij 1637. dictos ducatos mille, & alios ducatos viginti duos, & carolenos ſeptem pro complemento tertiarum vſque ad dictũ diem vigore fidei crediti ex Banco Sanctiſſimæ Annunciatæ deſumptę cum nonnullis conditionibus, & reſeruationibus, ne fieret præiudicium excomputo,quod prætendebant vigore decretorum generalium,& notificato inde mandato eidem creditori,vt ſoluererut pecunia,& quod depoſitum ſtaret ſuo riſico,& periculo,nam eſſet nullum depoſitum factũ ſine citatione creditoris, Thomat.dec.46.num.5. præfati debitores prætendẽtes quintum,ſequeſtrari fecerunt pecuniam in d. Banco depoſitam,non enim dubitabatur de ordine Collat.Conſil.iam facti ſuper excompotu prædicto in beneficium debitorum, de quo ſup. in verbo depoſitum integrum, & in pluribus cauſis prius facto diuerſis mercatoribus pro retentione ducatorum viginti pro centenario, vt deduxi ſupra in verbo mercatores. Et conſequẽter ſequeſtrum ritè,& rectè fieri potuiſſe, poſtquam ſequeſtrum non poteſt fieri, niſi iuſta, & legitima cauſa ſubſiſtente, Manent.dec.Mantuæ 44.num.50. eo magis quia de mandato Iudicis fuerat relaxatum,ob quod benè dicebatur factum,ex Veral.dec.150.p.3.notat Carocc.de ſequeſtro par.4.q.7. Et ſucceſſiuè ex tali depoſito capitalis, & tertiarum impediri curſum vſurarum,Reg.Rouit.dec.13.num.12. ex eo quia ſequeſtrum Iudicis excuſat à mora, & intereſſe, Borgn.dec.25.num.21. p.2. Sed ex aduerſo ipſe Oddus replicabat,habita notitia de tali ſequeſtro ipſum depoſitum ſtari debere riſico,& periculo deponentium,& quod vſurę currere deberent inſtando ſibi ſolui capitale, & intereſſe appellando à decreto d.ſequeſtri, & eius prætenſio in iure fundari poterat huiuſmodi,poſtquam ſequeſtra ſæpè ſtudioſè fiunt, vt debitores excuſent,idem Carocc. d.tract. p.2.q.10.num.3.& mendicata præſumuntur,idem dec.96.num.4.& amplius,quia ſuper depoſito non cadunt, idem in d.tract.par.3 q.45. Rol. conſ.4. num.5.vol.4. item quia nõ conſtabat de inſtrumento, vt iurè potuiſſet fieri ſequeſtrum, per ea, quæ congerit Carocc.d.par.3.q.2. in princ. Camill. de Medic. conſ.29.num.12. Mura dec.24.nu.11.& dec.92. num.13. neque ſententia ob cuius exequutionem prætendi potuiſſet ſequeſtrum fieri.Etenim ſequeſtrum vt fieri poſſit,ſufficit eſſe latam ſententiam, vel litem motam, nę iudicium eluſorium reddatur, Mura d.dec.92. num.17. Borgn. dec.23.num.32. p.1. Thomat.deciſ.12.num.11. Demum impediri non poterat curſus vſurarum ex depoſito facto, quia depoſitum voluntariè fuerat factum,nulla præcedente cauſa neceſſitatiua illud faciendi,& ſi prætendebant excompotum ob cauſam mutationis monetarum,non poterat adaptari,quoniam tempore contractus anni 1621.non erat murmuratio mutandi monetas,& currebant,ita quod ipſi debitores illis vſi fuerant pro eodem pretio,quo fuerat conuẽtum, & nullum damnum paſſi fuerant, ideò ad tantundem tenebantur,nulla defalcatione conſiderata,vt retuli deciſum ſup. ead.p.3.verbo depoſitum.quocirca nulla ſubſiſtente cauſa deponendi depoſitum ſtare videbatur riſico deponẽtis, poſt Carocc.qui plures citat in tract.de depoſito,p.2.q.81.Fontanell.dec.Cathal.72. Et proindè vſuræ,ſiuè intereſſe currere debuerãt,ex quo dum depoſitum fieri debeat congruo tempore, & loco,parte citata purè,& liberè, ſine aliqua conditione,& inuolutione reſeruationum,& debent deponi pecuniæ numeratæ in integra ſum-

ma, & pecuniæ currentis, Ioſeph. Ludouic. dec. Perui. 105. num. 3. Thomat. dec. 94. nu. 28. & 43. non tamen conſpicitur, omnes illas qualitates interueniſſe, & conſequẽter ſequeſtrum factum releuare non poterat debitores, & ſi Iudicis authoritate factum inſpiciebatur, ex quo ſequeſtrum authoritate Iudicis factum non facit amittere poſſeſſionem, Reg. Lanar. conſ. 84. n. 20. Cumque fuiſſet per M.C.V. iudicatum, eſſe reſtituendos debitoribus ducatos biſcentum, fuit ex parte ipſius Oddi appellatum, & obtentum verbum fieri in S.C. nam grauare dicitur Iudex ſequeſtrando, & appellari poteſt, Thomat. deciſ. 12. num. 16. & facto in eo verbo fuit dictum vt cauſa committeretur in S.C. & ſic cum effectu exequutum, & commiſſa fuit cauſa Regio Conſiliario D. Franciſco Merlino, coram quo præfatus Oddus petijt, pecuniam contentam in fide crediti ſibi liberari in partem ſui crediti, & reſpectu tertiarum decurſarum, & decurrendarum cogi, & compelli dictos debitores ad ſolutionem ipſorum, & in caſu contrarij depoſitum ſtare riſico, & periculo ipſorum, & ſuper hoc, ac replicatione ipſorum fuit prouiſum, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt in cauſa appellationis, ſtante conſenſu partium, & poſtmodum facta relatione per eundem in S.C. in anno 1638. de menſe Iunij fuit prolata ſententia per S.C. & dictum, bene appellatum per Oddum, & male iudicatum per M.C.V. & proindè depoſitum eſſe liberandum eidem Oddo Braidæ, Iudex appellationis debet ſequeſtrum reuocare Thomat. ibidem num. 17. & eius vigore ipſe fecit retrouenditionem pro capitale, & tertijs tunc maturatis ducatorum 22. 3. 10. in partem, verum quia inter has moras elapſis anno, & menſibus erant decurſæ tertiæ aſcendentes ad ſummam ducatorum centum, reſeruatis iura ſua, & ſi prætenſum eſſet ex aduerſo, integrum inſtrumentum caſſari, fuit per d. Commiſſarium ordinatum, quod citra præiudiciũ iurium ambarum partiũ Actuarius conſignaret mandatum eidem Oddo, qui poſtmodum cum inſtitiſſet, cogi, & compelli dictos debitores ad ſoluendum ducatos 102. pro tertijs maturatis, & decurſis pendente lite prædicta, & per plura decreta S.C. decernẽta, quod ſoluerent petitos ducatos 102. demum obtenta regia decretatione verbi faciendi in S.C. fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum, videlicet. Die 23. Iunij 1640. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per Mag. V.I.D. Franciſcum Antonium Muſceptulam Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Per S.R.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per tunc cauſæ Commiſſarium ſub die 2. Maij 1640. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, & poſtmodum. Die 10. Iulij 1640. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per Mag. V.I.D. Franciſcum Antonium Muſceptulam Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Viſis omnibus ſupplicationibus, &c. Per S.R.C. prouiſum eſt, quod ſententia lata, & decreta S.R.C. exequantur pro ſumma ducatorum centum, & duo tt. 1. ſaluis iuribus, ſi quæ competunt in cauſa reclamationis, hoc ſuum, &c. Frãciſcus Antonius de Mercatis Secretarius in Banca de Licto Mag. A. Q.

Serui efficiuntur hoſtes capti de iure, & efficiuntur capientium, an proindè ſi fuerint Turcæ capti à Regnicolis, efficiãtur Proregis vel Ducis belli, deciſum fuit negatiuè, vt refert Reg. Moles dec. manuſcripta 89. quem ſequitur Taſſonus in eius tomo obſer. iuriſd. ſuper Pragm. de anteſato, obſeru. 2. verſ. 2. num. 141.

Seruitia ſunt indicenda vaſallis ſolitis, & in ſubſidium habilibus, vt fuit iudicatum per S.C. in cauſa Vniuerſitatis S. Mennæ cum Ill. Card. Ieſualdo, penès Figliolã, & pro Vniuerſitate Lauri cum Marchione in Banca Croſſi, refert Io. Franc. Capibl. in 1. tomo de Baron. cap. 90. nu. 1.

Seruitus viæ debita prædio vicino, ſi perueniat ad vnum, eundumque Dominum prædij ſeruientis, & dominantis, virum extinguatur, & qualiter reuiuiſcat facta alienatione in alium prædij ſeruientis, deciſum fuit per S.C. opinionem Caſtrenſ. in l. binas ædes, ff. de ſeruit. vrb. præd. & ſequacium procedere, quando aliundè non habeterut ingreſſus, & regreſſus ad fundum retentum per venditorem facta alienatione alterius cum illa clauſula, cum acceſſibus, ingreſſibus, & regreſſibus, &c. & ratio eſt, quia ſi non haberet aliundè acceſſum, tunc vt illa clauſula aliquid operaretur, neceſſariò debebat includere illum acceſſum, & regreſſum, quem habebat per fundum venditum, quod ſi haberet aliundè, tunc illa clauſula operabitur reſpectu acceſſus, & receſſus, qui non inducunt ſeruitutem rei venditæ abſque illa ſeruitute, vndè prolatum fuit decretum, quod ſi aliundè Gabriel, & fratres de Boue poſſent habere commodè ingreſſum, & egreſſum ad eorum fundum, ipſi de Baudino poſſent claudere eorũ prædium, ſeruata forma decreti M.C. & ſic fuit repertum, & exequutum, vt tradit Reg. Rouit. deciſ. 98. à decreto.

Sexagenarij an ſint immunes reſpecta eorum perſona, nam videtur quod talis ætas excuſationem præſtat à muneribus, §. item ſi maior, Inſt. de excuſat. tut. notat Grattan. diſcept. forenſ. cap. 805. num. 24. vbi multa congruentia ad talem ætatem refert, & verius Thomat. in tract. de collectis, §. pauperes, nu. 8. dixit quamuis quoad munera perſonalia exempti eſſe videantur, non tñ quoad realia, l. ſunt munera, ff. de vac. mun. l. fin. §. ab huius, ff. de mun. l. neque, C. de mun. patrim. l. 1. C. de indic. Lælius Zanch. in tract. de inſtit. cleric. cap. 11. num. 6. ſed quid ab induſtria, reſpondet Campagn. in cap. porrecta, nu. 27. quod licet ſit ſenex ſexagenarius ab induſtria exemptus, ſi tamen probetur quod talis ſenex mercetur, vel negotia gerit, tunc talis induſtria veniret in appretio. Nihilominus per R.C.S. in cauſa inter Vniuerſitatem Terræ Trechinæ, & Dominicum de Simeone, Antoniũ de Bello, Iacobum Ritium, & alios die 10. Martij 1557. referente olim Præſidente Ribera deciſum fuit, quod ſexagenarij ſint immunes à ſolutione capitis, non obſtante quod faciãt artem, vel induſtriam, verùm ſi in Terra exigebantur pro capite, & induſtria, ſoluant pro induſtria, non obſtante quod ſint ſexagenarij, & ſi confusè exigerentur ambo, debeat ſolutio minorari, habito reſpectu, quod ſi diuisè eſſet facta impoſitio ſeruarentur immunes à ſolutione capitis, penès Criſpum, ad hoc vide Mu-

de Mu-

de Mutam in cap. 84. Regis Federici, tom. 2. num. 2.

Silentium perpetuum non aliter impoſitum in ſecundo decreto conforme primo decreto an tacitè cenſeri debeat impoſitum, taliter quod attenta decretorum conformitate dari non debet amplius locus reclamationi, decretum fuit per Collat. Conſil. eſſe exequenda talia decreta conformia in cauſa Caſtellani Caſtri Noui cum fideliſſima Ciuitate Neap. ſic atteſtante Regio Conſil. Marcello Marcrano conſ. 21. in beneficium.

Simulatio commiſſa ſuper celebratione contractus feudalis geſti per feudatarium præuia licentia Regis, ac inde accedente aſſenſu tendentis in præiudicium Fiſci, an operetur raſciſſionem illius, inter alias exceptiones oppoſitas per Fiſcum aduerſus alienationes feudorum factas per Dauidē de Gherres, de quo latius verba fecimus ſupra in verbo cōtractus, fuit talis exceptio ſimulationis cōtractus oppoſita, de qua ibi non fuit diſcuſſū, quæ in facto, & in iure demonſtrabatur, breuitati tamen ſtudendo, duas pariter ſub iſto verbo de ea differere, recolligendo omnia, quæ ex facti ſerie reſultare cōperiuntur, & propterea ſi bene ſimulatio ipſa coniecturis, atque præſumptionibus probari debeat, Affl. in cap. 1. colum. 35. verſ. 4. poteſt probari, de feud. dat in vicem leg. commiſſ. Fariuac. de ſimulat. q. 162. num. 97. & num. 103. latius Ludouic. Bellus conſil. 203 num. 2. Reg. Valenz. conſ. 109. num. 19. & conſ. 173. num. 14. vol. 2. Coſta Siculus conſ. 34. num. 5. & 6. Ramon. conſ. 14. num. 4. Rota Bonon. diuerſ. dec. 75. num. 1. & dec. 119. num. 54. Franc. Perſonal. conſ. 14. num. 14. ad 24. ex quo cum ipſa ſimulatio occultè fiat; ita tamen probatio eſſe debet ſecundum ſubiectam materiam, Soc. conſ. 264. num. 3. vol. 2. ex tex. in l. conſenſu, C. de repud. l. dolum, verſ. iudicijs, C. de dolo, Bal. in l. emptione, col. 1. verſ. primo caſu, C. plus valere, quod agitur, vbi Salyc. num. 2. idem Bal. in cap. illo vos, de pign. idque perpetuum eſt in actibus, qui clam, & fraudulenter fiunt, l. non omnes, §. barbaris, ff. de re milit. cum igitur ad præſumendum ſimulationem requirantur præſumptiones legis, & non hominis, eadem Rota diuerſ. Bon. dec. 119. num 65. propterea non tantum ex veris probationibus lex contenta ſit, vt ſimulatio probetur, quā etiam præſumptionibus, & coniecturis, nam coniecturæ legis ſunt liquidiſſimæ probationes, l. ſed ſi maritus, in fine, ff. qui, & à quibus, Doct. vbi Gloſ. in l. pen. C. de peric. tut. Affl. vbi ſup. col. 33. verſ poteſt probari, Tiraq. in tract. de retract. §. 1. Gloſ. 14. num. 58. ſed omiſſo modo probandi ſimulationem per teſtes contra inſtrumentum, iuxta Gloſ. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſ. Bal. in l. 1. num. 6. C. plus val. quod agit. nam non eſſet contra inſtrumentum directè probare, vel per teſtes, vel famam, de quo ſatis apud Maſcar. eod. tract. de probat. concluſ. 903. & 1270. Farinac. d. q. 162. Et quamuis duæ præſumptiones, ſeù coniecturæ ſufficiant, Coſta vbi ſup. & Bellus conſ. 203. n. 4. Franc. Perſonal. vbi ſupra, Rota d. dec. 519. n. 88. Nihilominus fortius ex pluribus probari debet, Coſta conſ. 60. num. 27. accedendo tamen ad ſimulationis coniecturas, præſumptiones, & indicia ante omnia ſe offert ſimulatio deſumpta ex eo, quia volens ipſe Dauid donare cauſa mortis, quam non poterat facere, coactus eſt contractū vēditionis facere, & ſic nulliter, ex tex. in l. ſi ſponſus, §. circa, ff. de don. int. vir. & vxor. quem allegant And. Bal. & alij de marito, qui volebat donare vxori, & erat prohibitus, fecit contractum venditionis, vt optimè Paris de reintegrat. feud. cap. Rex conceſſit, fol. 125. Secunda colligebatur ſimulatio ex eo, quia venditor remanſerat in poſſeſſione vigore affictus facti illinc ad dies quinque poſt venditionem, & licet fuiſſet replicatum, talem affictum non habuiſſe effectū, adhuc ex ſcripturis aliter apparebat ex eo, quod Alexander poſt mortem patris in abſentia Dauidis de anno 1558. illum ratificauerat, eundemque in commiſſionibus Capitaneorum approbauerat, imò ipſe Dauid ſoluerat adhoas, & donatiua duc. 1032. iuxta formam pacti affictus, pariterque exegerat introitus, tracturas pecudum vſque ad annum 63. & 64. ex quibus reſultat ſimulatio notoria, nedum quia remanſerat in poſſeſſione Terrarum venditarum, vt probatum extitit, ad tex. in l. ſicut, §. ſuperuacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. & l. quis ſub imagine, C. de diſtract. pign. Bald. conſ. 268. vol. 1. latiſſimè Farinac. d. q. 162. num. 228. & ſeq. Iacob. Gallus conſ. 116. num. 2. & 6. Muta deciſ. 28. num. 12. Reg. Valenz. d. conſ. 109. num. 24. Conſil. Marcian. conſ. 14. num. 7. Rot. Bonon. diuerſ. d. deciſ. 519. nu. 61. ſed etiam ex contractus celebratione ſimulata, qui ſanè arguebatur ex affictu poſtea facto per emptorem in beneficium venditoris poſt paucos dies, vt diffusè proſequitur Farinac. d. tract. q. 163. num. 109. vbi in ſeq. num. 110. & alijs contrariam opinionem probat, ibique enim in num. ſeq. multas de hoc fecit declarationes pro concordia ambarum opinionum, quæ ſatis conueniunt huic facti ſeriei, vt infra dicetur, quocirca minimè obſtare videbatur obiectio, ipsū per præcariū, & conſtitutū videbatur tranſtuliſſe poſſeſſionē, vel per affictū, nā quando cōtractus fit in fraudē Fiſci, præſumitur ſimulatio, Bal. in l. 1. nu. 4. C. de donat. ante nupt. & in d. l. emptione, verſ. vltimo quæro, per tex. in l. ſicut, §. ſuperuacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut. vbi Alexan. in addit. ad Bart. Abb. in cap. illo vos, num. 5. de pign. Farinac. d. q. 163. num. 116. non enim iuuat mutatio poſſeſſionis in Fiſci detrimentum per conſtitutum, atque præcarium, Alex. conſ. 57. vol. 5. Salyc. d. l. emptione, num. 2. Soc. in conſ. 264. col. 2. num. 3. Idem in ſingul. 6. Bart. in l. poſt contractum, num. 4. ff. de reg. iur. Dec. conſ. 235. col. 2. verſ. tertia præſumptio, & conſ. 587. ante num. 9. & latiſſimè Farinac. in d. q. 162. num. 232. cum ſeq. Tertia præſumptio reſultabat ex præcedenti tractatu iam probato per teſtes, quod Dauid non intendebat vendere, ſed diſponere donando cauſa mortis nepti, & quæſiuit facere contractum ſimulatum, ex quo ipſa, dū erat excluſa ex tenore primæ inueſtituræ, & non comprehenſa in licentia obtenta à Sua Maieſtate, dum filios nō haberet, & Caſtra poſt eius obitum recaſura erant Fiſco, quæſiuit habere licentiam teſtandi à Rege, quam obtinere non potuit, quinimò cōſultus ab Amicis procurauit fa-

cere

cere talem contractum, vt in facto probatum extitit, ad quod tex. in l.4.§.ſi ab ignoto, ff. & maxime tamen num. ex tractatu præcedenti detegitur ſimulatio, & fraus, Bart. Bal. & alij in l.pacta nouiſſima, C. de pact. Tiraq. de retract. §.1. Gloſ. 14.num.24. Iacob.Gall.conſ.57.num.18. Reg. Valenz. d.cõſil.173.num.15. & amplius ſubſequuto contractu, Reg. de Ponte conſ. 2.num.11.vol.1.& præſertim de feudo dato, Socin.conſ.264.col.2, verſ. ſexto arguitur ſimulata, volum.2. eoque magis quando tractatus ex ſequentibus appareret poſitus in exequutione, Bal. in l.multum, col.2. ante num.5.C.ſi quis ſibi, vel alt. & hæc quantum pertinet ad priorem, ea quo ſimulatio optimè probata dicitur à priori, & poſteriori, Bal. in d.l. multum intereſt, col.1. verſ. ſed quomodo, Iacob.Gall.conſ.2.num.100. Farinac.ibi.num.227. quantum vero ad poſteriorem iam ſatis probatum apparebat, pluries cõſtitiſſe eius animam decepiſſe tollendo Caſtra à Rege, & data nepti, & quod venditio erat facta certo modo, & quod poterat ſemper reuocare, & pariter, quod erat Dominus quouſque viuebat, & non emptor, & ita probatur animus, Gloſ. in l.Fulcinius, §. quid ſit, in verbo animus, verſ. quomodo probatur, quam ad propoſitum allegat And. in cap.1.§.ſed & ſi res, num.5.verſ.& conſtabat de hac fraude, dicebat enim ideò in feudum do, vt agnati mei excludantur, per quos fiat inueſt. quibus verbis vtitur Ang.conſ.48. col.2, Quarta præſumptio eſt, quia nullum pretium ſolutum fuit, & tunc doli exceptio inerat, l.ſicut, §.ſuperuacuum, quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. ita quod nec lucrũ, aut damnum peruenerat ex fructuum perceptione, quocirca nuda miniſtratio dici poterat, Bal. d.l.multum intereſt, col.2.in princ. & potius imaginaria venditio dici poterat ceſſante pretio, l.imaginaria, vbi Dec. ff. de reg. iur. Farinac. d.q. 162.num.243.ceſſante pretij ſolutione ſimulatio reſultabit, Rota Bonon. diuerſ. d.dec.75.n.21. vbi num.22.ſubdit, non ſufficere fictam ſolutionem pretij, niſi vera, & realis numeratio ſubſequatur. Quinta præſumptio reſultabat ex paupertate emptoris, qui in contractu de anno 55. non habebat pecuniam, & impetrauit dilationem ſex annorum, vndè Alexander filius de anno 60. & 61. quando finxit ſoluere dixit, nec habere pecuniam, & dat bona in ſolutum loco pretij nullius valoris, imò emptor habebat aliud Caſtrum Mõtis Lõghi, quomodo emere poterat, ex hoc Bart. inquit naſci præſumptionem ſimulationis in cõſil.68.col.1.lib.1. Aym in conſ.153.num.12.vol.1. Farin. d.q.162.num.175. erant pariter coniuncti, & eo fortius ſimulatio reſultabat, Muta dec. Sicil.26.num.32. Farin. vbi ſup.num.187. Bellus conſ.198.num.14 Sexta præſumptio erat fama, quod d.emptor non erat aptus ad emendum, ſed fuit ſimulatus contractus, & talis fama iam probata eſt, quocirca præſumptio ipſa bene procedit, vt dicunt Doct. allegati. Septima præſumptio oritur ex varietate tot contractuum inter partes, & ideò faciliimè oritur præſumptio ſimulationis, & fraudis, l.ab Anaſtaſio, C.mand. Bald. conſil.125.vol.1. Crauett. d.conſ.152. num.7. Farin. d.q.162.num.154. optimè Nizol. allegat.7. ſub num.41. ſimiliter ex mixtura contractuum, Iacob.Gall.conſ.57.num.23. Octaua præſumptio reſultabat, quia ſi Dauid vendere voluerat, nil habendo, eoſdem fructus, quos habebat in Caſtris ante venditionem, vel ſine venditione iure ſic inueriſimili arguitur ſimulatio, Anch. conſil.257.num.3. & 4 Dec. conſ.644.num.6. Aym. conſ.153.num.11.vol.1. Muta deciſ.35.num.17. Nona reſultabat præſumptio ex correſpectiuitate contractuum, nam emptio fuerat correſpectiua ad affictum tunc factum, nam venditor nil aliud habere voluerat, niſi ſua feuda, & emptor nil ſoluere intendebat, adeò quod datio in ſolutum bonorum in Ciuitate Luceriæ in pluribus corporibus conſiſtentium pro forma data fuerat, nam tantum fructus feudorum percipere vẽditor voluerat in vita ſua, quæ omnia donata fuerant poſt mortem, & venditor nil ſoluere, nec pretium, nec intereſſe, quia habebat feuda donata, ex quibus colligitur correſpectiuitas, Bal. in l.petens, C. de pact. Anch.conſ.434.col.2. verſ. præterea aduertendum, cum alijs allegatis per Crau.conſ.153. num.8. vol.1, & ſic contractus ſimulatus dicitur, quando contrahantes fingunt venditionem, & nihil eſſe voluerunt Iacob.Gall. d.conſ.116.num.4. Vltima erat præſumptio ſimulationis, quod nulla ſubſiſtebat cauſa neceſſitatis, nam venditor habebat domũ, ius, pecuniam in Banco, reditus Caſtrorum ducat.1300. etenim ſimulatio non præſumitur, niſi ſimulationis veriſimilis cauſa probetur, Camil. de Medic.conſil.36.num.10. Ex quibus omnibus apertiſſima ſimulatio reſultabat tam ex probationibus deſuper factis apparens, quocirca alias ex hoc capita ſimulationis non ita apertè probatæ, ex voto Reg. Salernitani deſuper facto ſic notatum apparet, fuit iudicatũ in Camera de anno 1557. contra Thomam de Marco poſſeſſorem Caſtri Lequilæ, & aliorũ feudorum fuiſſe feuda deuoluta Curiæ, non obſtante venditione ſibi facta per Hieronymum Teſta eius cognatum, prout idem in hac eadem cauſa deciſum dixi ſup. eod. verbo contractus.

Sindicus alicuius Ciuitatis an ex ſola præſcriptione immemorabili præſcribere poſſit iuriſdictionem plenam, merum, atque mixtum imperium, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in beneficium Sindici Biſaciarum in anno 1578. præuia relatione Reg. Conſil. Franciſci Alderiſij, ſic atteſtante cauſæ prædictæ patrono Camill. Borrell. in tract. de magiſt. edict. lib.1.cap.1.n.205.

Sindici, electi, & alij adminiſtratores Vniuerſitatum an durante eorum anno adminiſtrationis ſint immunes à datijs, & alijs impoſitionibus extraordinarijs, quæ imponuntur inter Ciues, deciſum fuit, quod reſpectu hoſpitiorum oneris ipſi debeant contribuere in pecunia, non tamen in actu recipere hoſpites in eorum domibus, ita Reg. Rouit. deciſ.70. ſcripſi,

Socer, qui dotem filiæ, & genero promiſit, contra quam fuit liquidatum inſtrumentum an carcerari debeat, ita vt etiam de perſona teneatur, relata fuit deciſio ſup. in verbo liquidatio, conſetũr allegata per Nizol. alleg.48. num.20. & ſeq.

Socer an teneatur ad reſtitutionem dotis receptæ per eius filium, & pariter ad reſtitutionem antefati ſuperlucrati per eius nurum, ſi non interfuerit

fuerit

Digitized by Google

fuerit in ſtipulatione capitulorũ, aut præter volũtatẽ ſuã, filius matrimoniũ cõtraxerit, licet tã in vita filij, quàm poſt mortẽ oretenus promiſiſſet nurui tàm dotis reſiduum, quàm antefatum ſoluere, quamadmodum in facto euenit fuiſſe conuentum Fabritium Zaccaria patrem Hieronymi Zaccariæ viri Gratiæ de Angelo ad inſtantiam ipſius ad ſoluendum ducatos centum pro reſiduo dotis, ac etiam ad ſoluendum ducatos quatuor centum ſuperlucratos per obitum viri pro antefato, quæ omnia oretenus promiſerat ſoluere tàm in vita filij, quàm poſt eius mortem, & non eſt dubium, quin ſi ſocer interueniſſet in contractu matrimonij, & ſe obligaſſet tàm pro reſtitutione dotis, quàm antefati, vt eo caſu, & ipſe, eiuſque hæredes tenerentur, taliter quod nurus etiam contra tertios poſſeſſores agere poſſet, iuxta deciſa per Affl. in dec. 349. quem ſequuti ſunt Præſ. de Franch. dec. 381. Fõtanell. de pact. nupt. clauſ. 6. Gloſ. 10. p. 2. num. 51. Franc. Hieron. de Leo dec. Valent. 54. num. 8. & ſub num. 14. & 16. Et pariter ſi ſocer interueniſſet in ſtipulatione capitulorum pro dote ſui filij, quam ipſe filius præſente eius patre confeſſus fuerat recepiſſe, faciendo augmentum dotis, quamquam eius pater eidem filio donationem fecerat omnium ſupellectilium neceſſariorum ad componendam domum, ac certę magnæ ſummæ nummorum, ſi inde ſubſequuto diuortio culpa viri, bona ipſa ad ſocerum deuenirent, ob quod vir factus eſſet non ſoluendo, non prohibetur mulieri pro dote, & lucro recurſum habere contra ſocerum, vndè et hoc contra eum fuiſſe pronunciatum, teſtatur Franc. Hieron. de Leo d. dec. 54. num. 11. & in fine, de qua etiam memor eſt Fontanell. eod. tract. clauſ. 7. Gloſ. 2. p. 2. num. 71. ſubdit idem de Leo, ibique etiam ſub num. 20. de alia deciſione memor, & cenſuit fuiſſe etiam contra ſocerum pronunciatum in fauorem nurus, conſentiente ſocero matrimonio, & præſente eo fuiſſe contractum attenta coęqualitate, & condigna conſtitutione dotis receptæ per filium, & hoc inſpecta filij inopia, ac patris ſufficientia diuitiarum, quãquam inde in vltimis conſtitutus ipſum filium exhæredaſſet, & extraneum hæredem inſtituiſſet, cum fuiſſet cõpertum, ante matrimonij contractationem donationem eidem filio feciſſe, arbitratum fuit, talem donationem loco donationis propter nuptias ſucceſſiſſe, & in ſumma eo ipſo, quod matrimonium fuerit contractum de voluntate patris, tàm recipientis dotem filio debitam eius bona obligata cenſeri, & pro dote, & pro antefato, ex Affl. d. dec. 332. num. 2. notat ibidem de Leo num. 17. & deciſum quoque teſtatur Fontan. d. clau. 7. Gloſ. 2. p. 2. nu. 72. quam etiam ſi ſimpliciter conſenſerit interueniendo contractui matrimonij, vt probat ibidem Hieron. de Leo num. 11. ſicque deciſum ex Oſaſc. dec. 44. in fine, ſed vbi nullatenus ſocer interuenerit in celebratione ſtipulationis capitulorum, prout erat caſus, de quo agebatur, videbatur omninò eſſe abſoluendum, ex eo, quod iura non dicunt, ſocerum eſſe obligatum pro ſponſalitio nurus, Fontan. vbi ſup. num. 68. licet verbotenus poſtea aliquid promiſiſſet, ex eo, quia verba generalia non ſunt obligatoria, l. obligationum ſubſtantia, §. fin. ff. de act. & oblig. hoc eſt, *appiccicatoria*, vt vulgò dici ſolet, Campag. in cap. frequens. ſub num. 73. verba enim generalia generaliter ſunt intelligenda, l. 1. §. quod autem, ff. de aleat. cum alijs adductis per Barboſ. in eius opuſculo princ. iur. lit. V. num. 22. & ſic cernimus, in fortiori caſu fuiſſe ſocerum abſolutũ à reſtitutione dotis nurus, ex ſimplici conſenſu in matrimonio contracto per eius filium, dum præſens fuiſſet ſtipulationi inſtrumenti dotalis, vbi dos ſoluenda filio promittebatur, vt dixit idem Franc. Hieron. de Leo d. dec. 54. nu. 10. vbi nu. 13. de alio caſu deciſo meminit, pronunciatum fuiſſe in beneficium ſoceri, qui non aliter interuenerat in contractu matrimonij filij, nec dotẽ receperat in illius præſentia, aut conſentiret, vt filio daretur, ita vt eius bona obligata cenſeri deberent, & demum in alio caſu alias occurſo, & deciſo in fauorem ſoceri interuenientis in ſtipulatione capitulorum fideiubentis pro dotis reſtitutione tantũ, vt non teneatur ad antefatum, non obſtante filij obligatione bonorum paternorum, & maternorum, & propriorum, vt in 2. p. noſtri Compendij, verbo antefatum, deciſio fuit relata. Inſuper dicebatur, quod licet regulariter pater obligetur ad reſtitutionem dotis per filium receptæ, recipit iſta concluſio limitationem illam proditam per Albet. in l. vnica, n. 5. in fine, C. de rei vxor. act. non procedere, vbi vigeret ſtatutum, quod filiusfamil. non poſſit obligari ſine conſenſu patris, vt eſt in hoc Regno in prag. 1. de S.C. Maced. tunc enim cenſeretur pater ſuum conſenſum, & authoritatem præſtitiſſe, non ad ſeipſum obligandum, ſed potius ad hoc vt filij obligatio valida eſſet, vt poſt Molfeſ. in Conſuet. Neap. p. 7. q. 3. nu. 3. Conſil. Paſcal. in tract. de vir. pat. poteſt. p. 2. cap. 7. n. 80. & tantò magis, vbi non interuenerit præſentia patris in contractu, proculdubio nullius redderetur vigoris contractus, ex diſpoſitione d. prag. & ſucceſſiuè, quod in locis, in quibus conſtituitur quarta, pater non tenetur obligare bona pro dote, ex Soc. conſ. 76. col. 3. lib. 1. ſentit Maxill. in Conſuet. Barenſ. tit. de donat. int. vir. & vxor. §. in omnibus, ſub nu. 11. adeò quod ſi ſocer non conſenſiſſet in tali conſtitutione, quoniam licet filius præmoriatur, tamen ius ipſius ſoceri dicitur quaſi dormiens, vt ſuo loco excitetur, & exeat in actum, & nurui præferatur, ex Neapod. tradit Molfeſ. vbi ſup. ſub num. 21. Nihilominus contraria ſententia nullo pacto ſubmoueri poterit, & principaliter, quando pater viuit tenetur obligare bona pro dote recepta à filio, vel pro conſtitutione quartæ, ex diſpoſitione l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſol. mat. vbi Doct. poſt Maxill. vbi ſup. quamplures allegat idem Paſcal. vbi ſup. num. 78. & 79. ſicquè ſtante tali iuridica concluſione parum afficere videtur, ſi interuenerit pater, vel non, & tantò magis aſtringi videbatur, ſi poſt contractum matrimonium filij, ratum habuerit, & promiſerit reſtituere dotem, & antefatum, licet oretenus, prout in facto præmiſſo verificatum fuerat, etenim quod ore promittitur, opere compleri debet, ad tex. in cap. qualiter, de pact. vbi Gloſ. & Doct. nam promiſſa non ſeruare eſt iniquum, & legi diuinæ repugnãs, nec non legi naturali, quæ iubet, datam fi-

dem

dem ſeruari debere, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 3. num. 64. quinimmò ex hac promiſſione videbatur inducta ratificatio, quæ facto, & verbis fieri poteſt, Franc. dec. 105. num. 4. inde ex tali ratificatione quis obligatur, Maſcar. de probat. concluſ. 347. num. 84. quare concluſio allegata, nempè vt pater teneatur conſtituere antefatum filio pro dote recepta, locum habebit etiã quando filius ſine patris conſenſu vxorem duxerit, ita ex Bal. Nouel., Soc. Aret. Neguſ. Campeg. & Oſaſc. firmat Molfeſ. loco relato, num. 7. quapropter obſtare non videntur in contrarium adducta, præſertim deciſio relata per d. Fran. Hieron. de Leo, vbi ſup. num. 10. nam illa proceſſerat, quia eius vir erat Notarius, & ſucceſſiuè artem habebat, ex qua honorificè victum quærebat, & compelli poterat alimenta vxori pręſtare, ad quę pater compelli non poterat, vt num. 16. conſiderat, ſimiliter altera eiuſdem deciſio relata, nu. 13. ex eo, quia cum fuiſſet contractũ matrimonium in abſentia patris, cuius obligatio nec petita, nec neceſſaria fuerat, imò nec dos aliqua recepta per filium, aut aliquid circa illum actum, merito abſolui debuerat, & demum reliqua deciſio noſtri S.C. nam ibi pater expreſsè conuenerat, vt pro antefato nullatenus teneretur, ſed tantum pro dote recepta, & propterea abſolutus fuit, demum cætera non obſtant adducta per Molfeſ. Maxill. & Paſcal. quoniam ipſimet referunt, in contrarium ſe habere communem opinionem Doct. & non ab re iure optimo in cauſa prædicta præuia ſententia condẽnatus fuit ſocer ad ſoluendũ ducatos quatuor centum pro antefato ſuperlucrato, ac ad alios ducatos cẽtum pro reſiduo dotis, ad relationem Regij tunc Conſiliarij Cæſaris Freccię die 13. Iulij 1617. vt ex actis in Banca Izzi Mag. Act.

Socer contra quem fuit liquidatum inſtrumentum an poſſit carcerari, fuit relata deciſio ſup. in verbo liquidatio inſtrumenti.

Sodomita an puniri debeat pœna ordinaria, vel extraordinaria, ſi repertus fuerit in actu cum patiente membrum in ano tenendo, ſed per ſuperuenientiam ſatellitum non potuerat actum explere, ſemen emittendo, hæc quæſtio incidit mẽſibus elapſis Neap. diſſerenda in facto, quam ſpecificè poſuit Maſtrill. dec. 295. num. 51. & 52. & concludit, valdè fuiſſe in propoſito caſu dubitatum, ſed per ea, quæ hinc inde colligi poſſunt intuendo verba tex. in l. 1. §. fin. ff. de var. & extraord. crim. ibi perfecto flagitio punitur capite, imperfecto in inſulam deportatur, quem ponderat ibi Maſtrill. nu. 25. propterea erit aduertendum, ſi tale crimen in hoc caſu dicatur perfectum, vel imperfectum, Affl. in Conſt. Legum aſperitate, num. 12. cenſuit, quod ſi priapus in anum non intrauerit, ſed ſolum fieret extraordinaria pollutio, tunc extraordinariè erit puniendus, & ita per Sapientes Regni determinatum fuiſſe ſubiungit, ſed ſi vltra extraordinariam pollutionem poſuiſſet priapum in ano, vtique ſodomia committi videretur, & locus ſodomiæ eſſet pœna, quia delictum iam poteſt dici conſummatũ, licet ſemen fuerit emiſſum extra anum, & contra eum inuehit Gram. in d. Conſtit. dicens, omninò eſſe plectendum pœna ordinaria tale delictum inhumaniſſimum, cum fuerit ad actum proximum deuentum, ob eius deteſtationẽ, eo quia in atrociſſimis non requiritur ſeminis emiſſio, vel conſummatio, de eis mentionẽ faciũt nonnulli Doctores relati, quos inſimul cum alijs ſequutus eſt Catal. de indulto cap. 35. à num. 124. cum ſeq. & poſt eos primus Iul. Clar. in §. ſodomia, num. 8. dicens, ab opinione Affl. in praxi non eſſe recedendum, & iuxta eius opinionem fuiſſe in Mediolanenſi Senatu deciſum, Theſaur. lib. 3. quæſt. forenſ. cap. 17. nu. 2. ſecundus Peguera in dec. Cathal. 75. num. 4. omnes prædictos allegando cenſuit, in alio conſimili caſu idem fuiſſe determinatum per illum Senatum, & fuiſſe ad triremes condemnatum reum, tertius Anton. de Ball. in tract. crimin. lib. 3. tit. de lit. diſpenſat. caſ. 15. num. 14. ſequendo Affl. Bontorn. Menoch. de arbit. caſ. 286. num. 18. & caſu 360. nu. 59. dixit, pœnam mortis locum non habere, quamuis cõtrarium teneat Intrigl. ſing. 131. & ante eum Farinac. q. 148. num. 61. ad 74. cum alijs cumulatis nouiſſimè per Phœbum in Arreſto 191. tom. 2. ſed in occurrenti caſu ab eo relato de ſene imputato de vitio ipſo cum cane habito, ex quo teſtes non affirmabant, quod ille intra vas perfeciſſet, euaſit pœnam mortis, ad quam condemnatus fuerat, Muta autem in pragm. Sicil. tom. 1. tit. 29. num. 30. hanc quæſtionem exactiſſimè perſcrutando, & opiniones hinc inde referendo, ſi pœna mortis, vel extraordinaria plecti poſſit reus, quod priapum in ano mittendo abſque ſeminis immiſſione reſidet, quod ſi ſtetit per eum, quin compleri non potuiſſet, niſi impedimentum interceſſiſſet, quia detectus ab alijs, ex Iodoc. cap. 96. num. 16. Quarant. Menoch. Roder. Farin. & alijs in hoc caſu arbitratur, pęnam eſſe extraordinariam num. 31. & ſic per M.C. in caſu prædicto ad torturam proceſſit, at cum nil confeſſus fuiſſet, condemnauit reum ad inſeruiendum in Regijs triremibus ad relationem Regij Conſil. D. Franciſci de Ocampo in cauſa N. de Rentio, vt ex actis in Banca . . . . anno 1628. quod ſecus eſſet ſi non fuiſſet impeditus ab alijs, ſed ſua volũtate membrum in anum impoſuiſſet, eoque extracto ſemen emiſiſſet, nam tunc locus eſſet pœna ordinaria, prout ita iudicatum retulit Maſtrill. eod. loco, num. 29. quia poſtmodum in condemnatione matrimonij, vt dicatur cõſummatũ exigitur, quod ſemen ſit immiſſum in vuluam, alias ſecus eſſet, probat Gutier. de matrim. cap. 54. nu. 14. hæc enim pro faciliori quæſtionis enucleatione dixiſſe ſufficiat, ſi caſus iterum euenire contingerit, nedum in Italia, vt arbitratur Çuall. pract. quæſt. q. 217. nu. 13. quod Hiſpani tale crimen abhorrent Itali appetunt, & pariter de Burgundis agit, qui non verentur Italos de hoc redarguere, Iacob. Bernſudi in ſuo panegirico, col. 32. verſ. addit illis animum, fol. 118. nam vbique ſunt mali, & boni, & pro claritate videatur tex. in cap. ſi gens Anglorum 56. diſt.

Sodomita, qui puerum aliquem affidauerit, vt rem haberet cum eo qualiter puniri debeat, de hoc videtur caſus expreſſus in l. cum vir, C. ad l. Iul. de adult. ſi ponderetur verbum illud nubet in fœmina, nam proprium eſt fœminarum nubere, inquit Tiraq. l. 5. conubial. ſub num 4 inde nuptiæ

dite-

deriuantur, ab ob nubendo dictæ; vt inquit Gloſ. in §.1. Inſtit. de nupt. verb. nuptiæ, quæ ad matrimonium pertinent, dict. §.1. & conſequenter ponitur caſus in d.l. cum vir, in viro nubente in fœmina, id eſt in officium fœminę ſe ſupponit, inquit ibi Gloſ. in verb. in fœminam, eo quod tunc vigebāt ſimilia delicta, prout ex Suet. Tranq. & Iuuen. probat Gomeſ. in l.80. Tauri, num.32. quem ſequitur Anton. de Ball. in tract. crim. lib.3. de lit. diſp. caſu 15. n.4. & ibi Gomeſ. ſpecificè agit de iis, qui in matrimonium copulant pueros cauſa libidinis, quo nā caſu impoſita ibi refertur pœna mortis iis, qui hęc committere auxi ſunt, cui adſtipulatur exemplum de hoc relatum à Menoc. de arbitr. Iudic. caſu 286. num.13. de quodam iuuene, qui nulla habebat ſigna lanuginis, & vti fœmina in multis domibus inſeruierat, deinde ſe nuptui tradidit cuidam, quem poſtea interfecerat, aliū deinde virum accipiendo, qui cum gallico morbo affectus in Hoſpitale ſe contuliſſet, demum morte præuentus fuit compertū habere virilia, nec alia muliebria ſigna, imo hermafroditę, tandem ob hoc fuit ſepultura priuatus, ac igne cōbuſtus, multo fortius in agente hoc erit obſeruandum, & maximè ſi ad actum deuentum eſſet ſodomiticum, cum ſit crimen deteſtabile, inquit Peguera deciſ.75. num.5. quod etiam de iure diuino execratur, & grauiſſima mortis pœna punitur, Farinac. quæſt.148. de delictis carnis num.9. Iul. Clar. in §. ſodomia, nu. . . Menoc. vbi ſupra, licet in Regno ſit de hoc ſpecialis pragmat.1. de ſodomia, hanc eandem pœnam imponens mortis, imò & ſodomitæ igne comburuntur, de conſuetudine teſtatur Caball. reſolut. crim. caſu 16. num.35. prout quoque ita ſtatutū eſt in Regno per aliam prag.2. eiuſdē tituli, & & ſic in cauſa N. Bubani, qui affidauerat puerum vti mulierē, habendo rem cum eo in viſita generali habita pręteritis annis per Ill. Ducem Oſſunæ, ad relationem Iudicis Carozæ, fuit communi voto totius Magnæ Curiæ, ac Collateralis Conſilij condemnatus ad mortē, & inde ad comburendum, vt ex actis penès Horatium Trencam, in Banca Milani.

Sodomita vt puniri poſſit ad pęnam ordinariam ex inditijs indubitatis, iuxta nouellę Pragmaticæ diſpoſitionem, an indifferēter de inditijs prætenſis indubitatis, vel de verè indubitatis intelligendum erit, & qualiter, ex ſequētibus allegationibus oſtenditur, editis in beneficiū Franciſci Antonij de Marino inquiſiti videlicet. In crimine ſodomiæ ſufficere ad condemnationem præſumptiones, & coniecturas ſcripſerunt Brun. de indit. part.1. quæſt.4. nu.7. Viuius deciſ.157. nu.9. Farin. quęſt.148. nu.66. Maſtrill. deciſ.295. num.1. & alij per eos relati, ratio eſt, quia in eiuſmodi crimine, quod ſecretè, & occultè cōmittitur, veroſimiliter nequeunt haberi plenę probationes, ad alleg. per Decian. conſ.83. lib.3. num.3. cæterum prædicta Doctorum traditio non eſt intelligenda de pœna ordinaria, ſed tantum de pœna extraordinaria. Nam verior, & communis recepta ſentētia eſt etiam in delictis carnis natura occultis præſumptiones, & coniecturas vtcunque violentas ſatis nō eſſe ad pœnam ordinariam infligendam, ita in fortioribus terminis, nempè in crimine adulterij cenſuerunt Matheſil. ſingul.119. Henric. Boich. in cap. pręterea, nu.3. verſ. fallit, vbi agitur criminaliter, extra de teſt. Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt.41. num.12. & ſeq. Farinac. quæſt.136. num.24. & num.157. dixi in fortioribus terminis, quia in crimine adulterij ſufficiunt leuiora argumenta, cum illud delictum habeat pręſumptiones naturæ, quas non habet crimen contra naturam, Gomeſ. in l. Tauri 80. num.18. Maſtrill. d. deciſ.295. num.31. & ſeq. ſed in terminis, quod in crimine ſodomiæ nō ſufficiunt ad pœnam ordinariam præſumptiuæ probationes, colligitur ex Afflict. in Conſtit. Legum aſperitate, in fine, vbi neceſſarias, ait, reorum in hoc crimine confeſſiones, quibus deficientibus deueniendum eſt ad tormenta, ex Foller. in pragmat.1. de ſodom. num.21. vbi quod requiritur plena, & concludens probatio, ex Gomeſ. in d.l. Tauri 80. num.18. ex Decian. d. conſ.83. lib.3. nu.11. vbi expreſſè, quod niſi huius criminis reus ſit confeſſus, vel legitimè conuictus, non poteſt ex inditijs indubitatis condemnari, ex Farinac. quęſt.136. nu.25. iunctis his, quæ tradit q.86. num.78. & ſeq. & nu.113. ad quæ loca ſe remittit in quæſito, an ex præſumptionibus poſſit imponi pęna ordinaria prædicto crimini, ex Muſcatell. in rubr. de adulter. & ſtupro, &c. num.33. vbi ſimiliter innuit, neceſſarias reorum confeſſiones, neque obſtat allegata ratio, quod in hoc delicto tanquam natura occulto, non poſſit haberi concludens probatio, quia reſpondetur, hanc rationem non ſubſiſtere, vel quia negari nō poteſt, quin ſaltim cōfeſſio haberi poſſit, vt ſenſere Afflict. & Muſcatell. ſupra relati, vel & melius, quia verum minimè eſt, non poſſe in hoc crimine haberi concludentem, & legitimam probationem, cum illa poſſit haberi vel per cōfeſſionem, vel per teſtes, qui viderint actus venereos, vt v.g. hominem ſupra hominem, & commotionem, Foller. in d. prag.1. de ſodom. nu.21. & clarius Gomeſ. d.l.80. Tauri, num.18. & Maſtrill. d. deciſ.295. nu.35. & licet adhuc dici non poſſit, per iſtos teſtes de viſu plenè probari cōſummationem actus, tamen cum DD. requirunt concludentem probationem, & legitimam conuictionem, intelligendi ſunt, loqui de ea conuictione, quæ in hoc delicto haberi poteſt, iuxta text. in cap. præterea, de teſtib. vbi S.P. copulam carnalem per teſtes de viſu, vel per præſūptiones poſſe probari, diſtinguit, nec dubitatur, probationes per teſtes de viſu eo modo, quo haberi poſſūt, diſtingui à probationibus per coniecturas, & firmiores eſſe probationibus præſumptiuis, vt probatur concludenter ex eodem text. docēt, & demum in Regno hoc caret controuerſia, nam d. pragmat.1. omnem ſubſtulit ambiguitatem, cum expreſſè requiſierit ad pœnę ordinariæ impoſitionem, confeſſionem, vel cōuictionem per legitimam probationem, quæ legi-

Digitized by Google

legitima probatio nil aliud eſt, quam probatio per teſtes omni exceptione maiores, vt tradit Gloſ. in cap. at ſi Clerici, verſ. legitima probatione, extra de iudic. & qualis probatio legitima in hoc crimine poſſit haberi, iam ſupra oſtenſũ eſt, nec dubitari poteſt, hanc fuiſſe Pragmaticæ mentẽ, tum quia id ſæpiùs Legiſlator inſinuat, ac repetit, vt magis enixam oſtenderet voluntatem, text. in l. Baliſta ff. ad S.C. Trebell. Crauett. conſ. 201. num. 42. tum quia hoc importat illa dictio, ita, ibi, ita videlicet, vt qui confeſſus, aut legitimis probationibus conuictus fuerit, tale crimen poſt prædictam publicationem commiſiſſe, igne comburatur, namque dictio, ita, reſtringit, & limitat, importatq; modum, ſine quo diſpoſitio ſortiri effectum non poteſt, l. libertas, §. hæc ſcriptura ff. de manumiſſ. teſt. vbi Bart. & cõfirmatur ex traditis per Afflict. in conſimili Regni Conſt. Ad eius interpretationem, & in Conſt. Omnes noſtri, num. 11. verſic. dico, quod non, & cum pragmat. de conuictione meminit, interpretanda eſt de conuictione per teſtes de viſu, ſecundum enim proprietatem verborum, à qua nõ eſt recedendum in interpretatione ſtatutorum, præſertim pœnalium, vulgatis iuribus, propriè conuictio denotat probationem per teſtes de viſu, Menoc. lib. 3. præſumpt. 141. nu. fin. idque etiam clarum reddit cõmunis vſus loquẽdi, ſecundum quem alio nomine appellamus conuictionem, alio nomine inditia indubitata, vt de horum terminorũ diſtinctione colligitur ex pragmat. 12. de offic. Iudic. ex quibus cum inquiſitus non ſit, nec confeſſus, nec legitimè conuictus, nõ poſſe contra eum deueniri ad condemnationem concludi tàm iuris communis, quàm municipalis auctoritate rectè poteſt. Difficultas vna ſupereſt, an quoniam ſuperuenit pragm. 12. de offic. Iud. permittens Iudicibus, poſſe in delictis atrocibus pœnam ordinariã ex inditiis indubitatis imponere, poſſint in caſu nõ applicari termini d. Pragmaticæ, & ex multis negatiuè reſpõdendum oſtenditur: Primò, quia non vrgent contra reum inditia indubitata, nam ſingula percurrendo, ſi agatur de depoſitione patientis (quia etiam impubes eſt, & non fuit ſecula ceſus ſub tortura, vt neceſſarium tradidere Doctores relati per Maſtrill. d. deciſ. 295. n. 16. ſed tantum territus) illa per ſe ſola non ſufficit ad torturam, ſecundum veriorem, & communiorem ſententiam, Boſſ. de indit. nu. 160. Bertazzol. conſ. 71. num. 66. Farinac. quæſt. 43. num. 43. & 99. Maſtrill. d. deciſ. 295. num. 3. & ſeq. dormitio cum prædicto puero neque inditium ſufficiens eſt ad quæſtionem, cum nõ ſit de genere prohibitorum, argum. text. in l. Gracchus, C. de adulter. & in terminis firmãt Gomeſ. d. l. Tauri 80. num. 18. Maſtrill. d. deciſ. 295. num. 30. diffamatio neque per ſe ſola ſufficit ad torturam, Decian. d. conſ. 83. lib. 3. nu. 29. vbi loquitur de hoc crimine, Farinac. q. 47. num. 55. vbi generaliter, quod fama vtcunque vehemens, & plurium teſtimonio roborata, niſi ſit adminiculata, ſola ad torturã ſatis non eſt quoad fracturã ani, illa reſpicit potius delictum in genere, quam inditium delicti contra certum hominem, nam nõ ſequitur, anum fractum eſſe ab inquiſito, cum potuerit frangi ab alio, neque hoc excludunt depoſitiones Medicorum, qui licet deponant de fractura de recenti, non tamen probant, fuiſſe neceſſariò commiſſam fracturam illa nocte, cum hoc verificari poſſit per vnum, vel duos dies ante, quia non probatur hoc eſſe, quod ab hoc cõtingit abeſſe, vulgata l. non hoc, C. vnde legit. & hoc infra certius oſtenditur, dum agam de delicto in genere quoad prætenſos conqueſtus, dum cubabat cum inquiſito, ſimiliter potuerũt ex alio prouenire, nec per ſe ſoli faciunt inditium ſufficiens ad torturã, vt colligitur ex dicto Andr. in Conſt. Regni, In quæſtionibus, verſ. aut ſi denunciatione, & ſcripſit Maſtrill. d. deciſ. 295. num. 34. non ergo prætẽdere poteſt Fiſcus adeſſe inditia indubitata, quod ſi prætendat Fiſcus ex pluribus dubitatis, in hoc caſu cõfici vnum indubitatum, neque hoc iuſtè prætendere poteſt, nam ad hoc vt plura dubitata inditia conſtituant vnum inditium indubitatum, neceſſe eſt, vt illa ſingula inditia ſint per ſe valdè vrgẽtia (id, quod in præſenti caſu, vt ſupra oſtenſum eſt, non concurrit) Brun. quæſt. 4. part. 1. num. 3. verſic. quod intellige, Farinac. quæſt. 86. num. 6. Secundò, eſto quod concurrerent inditia indubitata, adhuc pœna ordinaria à prædicta Pragmatica indicta locum habere in caſu noſtro minimè poteſt, nam ad ſummum Fiſcus prætendere poteſt, inditia indubitata non in primo gradu, & propriè indubitata, quæ ſcilicet nullam habent hæſitationem, ſed in ſecundo gradu, & cũ aliqua euitatione permixta, quæ propriè non ſunt indubitata, ſunt enim inditia propriè indubitata, quæ tem ita in claro ponunt, vt res ſe aliter habere nõ poſſit, Caſt. in l. ſciant cuncti, nu. 5. C. de probat. Farinac. quæſt. 36. num. 36. & quæſt. 86. nu. 67. nec dubitari poteſt, prędictam Pragmaticam permittentem ex inditijs indubitatis pœnam ordinariam imponi vti pœnalem, & correctoriam ſententiæ receptæ tam iure communi, quàm iure municipali, vt ſupra oſtenſũ eſt, eſſe ſtrictè intelligendam de inditijs indubitatis propriè, imò propriiſſimè acceptis, argumento eorum, quæ tradunt Bart. in l. omnes populi, nu. 58. ff. de iuſtit. & iure, Farinac. conſ. 27. num. 7. & conſ. 9. num. 18. adſtipulantur verba prædictæ Pragmaticæ, dum requirit talia inditia indubitata, vt inducant animum Iudicis ad delictum firmiter credendum, credere autem firmiter nil aliud eſt, quàm credere ſine illa dubitatione, text. eſt in cap. 1. in princ. & ibi gloſ. in verb. credimus, & Butr. num. 2. extra de ſumma Trinit. & fide cathol. Tertiò, & in hoc aduertatur, rogo, prædicta Pragmatica de inditijs indubitatis ex duabus opinionibus, quæ antea erant controuerſæ, vnam eligit, ac Iudicibus ſequendam propoſuit, decidẽdo id, quod erat antea controuerſũ, loquuta eſt igitur Pragmatica in caſu, in quo cadebat opinionum controuerſia, & ſic ſuper iure dubitabili, & conſequens non poteſt habere locum

cum in caſu, in quo nulla erat controuerſia, & indubitabilis, nam vbi verba ſtatuti non cõueniunt, ibi nec diſpoſitio adaptatur, Bart. in l. 4. §. ait prætor, ff. de dam. inf. Saluſt. de Gugl. inter conſil. crim. diuerſ. conſ. 33. num. 12. cum igitur quoad ſodomiæ crimen nulla antea fuerit controuerſia, quod abſque confeſſione, vel conuictione legitima non poſſet ordinaria pœna imponi, aderat enim ſuper eo lex ſcripta hoc clarè decidens, nec poteſt dici controuerſum id, in quo habemus ius ſcriptum, quod item reddit notorium, Colleg. Patau. conſ. 1. num. 15. inter conſil. crim. diuerſ. affirmandum eſt, non poſſe ad crimen ſodomiæ applicari terminos prædictæ pragm. 12. ſed in illo ſeruandum ius, quod nunquam fuit controuerſum, & conſequenter nec fuit à prag. immutatum, loquens, vt dictum eſt, de iure controuerſo. Quartò cum per prædictam prag. 1. ſit ſpecialiter prouiſum, vt ad pœnam ordinariam requiratur confeſſio, vel legitima conuictio, idquè ſpeciali ratione, tum quia hoc crimen licet atrociſſimum eſt expoſitum periculo falſitatum, & in eo latior campus patet inimicis, Maſtr. d. deciſ. 295. num. 48. tum quia grauatus in tàm atroci pœna, nempè ignis, æquiſſimum eſt, vt releuetur quoad probationem, ad tradita per Affl. in Conſtit. Regni Omnes noſtri num. 11. ſpecialis d. prag. 1. prouiſio non fuit per illam pragmat. generaliter diſponentem, ſufficere indicia indubitata, abrogata, quia communis opinio eſt in ſtatutis, ſeù legibus, ſpecialē diſpoſitionem diſpoſitione generali contraria non abrogari, Bart. in l. 1. §. hoc interdictum, n. 7. ff. de nou. oper. nunc. Dec. in l. in toto iure, nu. 11. ff. de reg. iur. Maſtr. d. dec. 216. nu. 51. & 54. quod verum eſt, vt ex d. locis patet, ſiuè præcedat, ſiuè ſubſequatur prouiſio ſpecialis prouiſionē generalē. Quę ſupra dicta ſũt eo tutius procedere poſſũt cũ de delicto in genere ſatis non cõſtet, nam licet Chyrurgi deponant de fractura podicis, & inflammatione ex ea proueniente, nullum tamen appàruit ſanguinis veſtigium, quod neceſſarium omninò erat, ſuppoſita tàm recenti fractura, & in illo inſtanti ferè commiſſa, ad tradita per Foller. in prag. 1. de ſodom. num. 10. Fab. Montel. in ſua praxi arbit. p. 4. de capit. in crim. ſodom. num. 508. & num. 513. Præterea conſidero, quod nullum appàruit effuſi ſeminis veſtigium, & conſequenter non apparet, flagitium fuiſſe perfectum, cum generale ſit, vt in copulis carnalibus, ad hoc vt delictum dicatur conſummatũ requiratur effuſio ſeminis, vt colligitur ex plenè traditis per Farin. q. 136. num. 36. & 59. & quod non poſſit dici hoc crimen expletum, niſi ille nepharius appetitus ſit pollutione intra vas prohibitum expletus, docuit Montel. in eadem par. 4. num. 510. quamuis non ignorem, quod immiſſio ſemel intra anum membro, ſatis ſit extra anum ſemen immiſiſſe (quod in caſu noſtro deficit) Clar. in §. ſodomia, num. 8. neque obſtat, quod hoc delictum puniatur, etiam ſi attentatum tantum fuerit, & non conſummatũ, Gram. in Conſt. Regni Legum aſperitate, quē ſequitur Muſcat. in rub. de adult. & ſtup. num. 33. declarans, Gram. intelligendum, vbi delinquens voluerit perficere ſodomiam, & fecerit quidquid potuerit; quia reſpondeo primo, Gram. opinionem in praxi non eſſe receptam, vt teſtatur Clar. in d. §. ſodomia, num. fin. Farin. q. 148. num. 67. vbi teſtantur de magis communi Doct. opinione, nec eſt attendenda diſtinctio, ſeù declaratio prędicta Muſcat. namquè indiſtinctè etiam vbi delinquens crimen voluit perficere, ſit mitius puniēdus, fuit de mente prædictorum Doct. præſertim Farin. d. q. 148. num. 64. & 58. & Gram. indiſtinctè reprehendunt Clar. & Farin. ſup. relati, Cabal. reſol. 16. num. 11. & reſol. 295. num. 19. & alij per eos relati, qui ſe fundant in hoc, quod .ſ. generalis conſuetudo, quidquid ſit de iure habet locum etiam in crimine ſodomiæ, vt mitius puniatur qui actum non perficit, quæ quidem generalis conſuetudo locum habet proculdubio etiam in eis, qui delictum perficere voluerint, Farinac. vbi copioſè alios allegat, q. 124. num. 37. & 38. Peguera dec. 7. num. 9. & ſeq. præſertim cum habeamus legem in hoc crimine expreſsè punientem conatum, ſeù flagitium imperfectum minori pœna, nempè rea. in l. 1. § fin. ff. de extraordin. crimin. cui non contradicit prag. de ſodom. quæ vt videre eſt, loquitur per verba denotantia perfectionem criminis. Reſpondeo ſecundo, neque Gram. opinionem poſſe adaptari in caſu noſtro, in quo inquiſitus potuit, ſi voluiſſet, perficere crimen, vt ex teſtibus Fiſci conſtat, ex quibus apparet, non defuiſſe illi tempus ad prædictum crimen perficiendum, ſed illud non perfeciſſe præſumendũ eſt (ad. attſlo ſine veri præiudicio, quod ſit culpabilis) quia noluit, aut pœnituit, quo caſu noluntas, aut pœnitentia prodeſt ad pœnæ ordinariæ excuſationem, prout hæc omnia colliguntur ex Farin. q. 124. num. 51. & ſeq. cum alijs per eos relatis, quos non refero, ne tranſcribam, & ex his pœnam mortis non poſſe huic inquiſito inferri iuſtè, ni fallor prætenditur. Io. Maria Cãpana Et ſubſequitur. In hoc delicto cõtra inquiſitum aderat depoſitio patientis pueri duodecim annorum, conſtabat de dormitione inquiſiti cum puero, abſque quod poſſet præſumi alia cauſa, quã delicti, concurrebat diffamatio probata per duodecim teſtes, qui illum publicè pro ſodomita reputari depoſuerant, tres teſtes audiuerant conqueſtus pueri, dum iacebat in lecto cum inquiſito conquęrentis in hunc modum, *ahi, ahi,* duo teſtes ex tribus audiuerant inquiſitum eodem tempore dicentem puero. ſile, vnus teſtis audiuerat commoueri lectum, ſtratio ſuper quibus ſarcinis repoſito in quodam magazeno, vbi iacebant d. puer, & inquiſitus, erat quoque probatum, quod inquiſitus tetigiſſet faciem pueri, concurrebat quoque, quod die præcedenti mendaciter dixerat inquiſitus quibuſdam teſtibus, illum puerum eſſe ſibi nepotem, aderat etiam fractura de recenti. Ex his omnibus M. C. referente Domino Bũrgos, illum condemnauit ad mortem ſub prætextu indiciorum indubitatorũ, verum quod ante exequutionem ſententiæ fieret relatio Suæ Excellentiæ in Collaterali Conſilio, & demum facta relatione per eundem D. Iudicem Burgos in Collaterali Conſilio die 15. Maij 1641. per Collat. Conſil. decretum eſt, non eſſe locum exequutioni ſententiæ ex indicijs indubitatis, & habitis pro vero, neceſſaria eſſe indi-

tia indubitata propriè ſumpta in prima ſpecie inditiorum indubitatorum ob præſumptionem naturæ. Scriba eſt Maurus me patrocinante pro inquiſito, in Banca Balſani Act. Mag.

Solemnitas l. libellorum, ff. de accuſ. an admitti debeat in libellis porrectis à quærulantibus aduerſus Officiales in ſindicatu, relata fuit deciſio ſup. in verbo libellus.

Soluere aliquid an debeāt vaſalli pro prouiſione, quod intimetur parti, & replicis factis hinc inde in ſcripturis, deciſum fuit per S.C. quod nihil exigatur, præterquam pro prima prouiſione actoris, quæ fit in prima petitione, pro qua ſoluantur grana quinque, teſtatur Nouar. de Grauam. vaſal. tom. 2. grauam. 93.

Soluere aliquid an debeant vaſalli pro literis exequutorialibus vltra vntiam, & infra vntiam, deciſum fuit per S.C. quod pro literis exequutorialibus vltra vntiam ſoluantur caroleni quatuor, infra vntiā, vltra auguſtalem grana decem, ita Nouar. de Grauam. vaſal. tom. 2. grauam. 94.

Solutio pretij alicuius rei ſtabilis facienda creditoribus venditoris ab eo delegatis an facienda erit de pecunia currenti, vel de duobus tertijs cuiuſlibet ſummæ remanſis in Bancis, prout contingit proximè elapſis annis decerni in omnibus Bācis Neap. exiſtentibus, vt de qualibet ſumma pecuniarum ibi exiſtenti retento tertio illius pro alijs duabus tertijs finerent diſponi facere creditores, non tamen de omnibus in vna vice, ſed ſingulis diebus pro certa ſumma, & ita etiam per girum cedere, vt notum eſt, cum igitur contingiſſet in cauſa illorum de Cirillo altercati de hoc, ex eo, quia Laura Romana, & Auellus Cirillus die 22. Feb. 1623. & ſic tempore, quo ipſi tertij currebant, ſed poſt interpoſitionem decreti generalis die 17. Nouembris 1622. vendidiſſent Coſmo Cirillo quandam maſſariam pro ducatis 600. delegatis creditoribus venditorum, & inter cæteros hæredibus Ioan. Lucæ Cirilli ducat. 200. capitalis, & duc. 20. pro tertijs, & inde emptor die 24. Maij 1623. feciſſet depoſitum d. partitæ ducatorum biſcentum aſſignatæ eiſdem hæredibus de duobus tertijs, & inde ſubſequuta liberatione per M.C. viſum fuit, optimo iure fieri potuiſſe, ex regula illa vulgata, quod in alternatiuis electio eſt debitoris, cap. in alternatiuis, de regul. iur. in 6. latè Euerard. in topica iuris, loco à natura alternat. num. 1. Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 4. cap. 1. nu. 87. præterea attendi debebat tempus contractus celebrati per ipſos emptorē, & venditores iuris, quo iam tempore currebat ſolutio ipſorum tertiorum, & ita communiter Doct. aſſerunt, ſolutionem faciendam eſſe de moneta currenti tempore contractus, ex Menoc. & alijs probat Flamin. Cartar. dec. Genuę 134. num. 4. idemque comprobat Larrea decit. Granat. 17. num. 8. poſt Io. Koppen. dec. Germ. 2. Verum quia poſt d. liberationem ſe oppoſuerunt ipſi hęredes, prætendentes ſibi ipſis fore ſoluendam pecuniam currentem, & non de tertijs, propterea fuit per eandem M.C. interpoſitum decretum die 12. Maij 1625. quod ſuſpenſo decreto liberationis emptor faceret depoſitum de moneta currenti, quod inde fuit per S.C. confirmatum die 16. Decembris 1625. prout ex exemplo adducto in proceſſu Helenæ Falangolæ cum Cæſare Ferrao Principe S. Agathæ in Banca Cioffi, eſtque verum, quod ſicuti depoſitum fieri debet de bona moneta currenti tempore contractus, vel ſolutionis, Borgn. dec. Fiuiz. 26. num. 39. & 40. p. 2. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 105. num. 3. ita ſolutio ſi promiſſa fuerit de pecunia currenti, de neceſſitate ſubſequitur, intelligi debere de pecunia currenti tempore ſolutionis, ita Gaſp. Anton. Theſaur. lib. 4. quæſt. forenſ. q. 72. num. 3. cæterum autem, vbi ſpecifica promiſſio monetæ facta non apparet, certiſſimum erit, eam faciēdam eſſe iuxta vſum, & curſum tempore contractus, Gloſ. vbi Doct. in Clem. 2. de decim. Affl. deciſ. 194. num. 5. Ceph. conſ. 31. num. 1. Rota Auen. dec. 208. num. 2. vbi num. 7. probat, tempus contractus eſſe attendendum ſuper valore monetæ, quæ nunc erit ſoluenda, Doct. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. & l. Paulus, ff. de ſolut. & ſic videtur cōcludere Affl. dec. 90. ibique Vrſil. & Papon. lib. 10. tit. 5. Arreſt. 2. ſic deciſum refert, prout etiam in ſimili deciſum tradit Vrſil. deciſ. 194. in fine, vnanimiter omnes concludentes, neque creditorem, neque debitorem in hoc eſſe debere in lucro, nec in damno, quocirca bene ſolutio ipſa potius de currenti moneta fieri debuerat, & non de tertijs prædictis, poſtquam in hoc erat obſeruandus cōtractus celebratus cum principali debitore, non autem cum emptore iuris, quibus accedit quod tradit Borgn. dec. Fiuiz. 16. num. 47. p. 2. q. ſi debitor tēpore obligationis, quo currebant variæ monetæ, & tempore ſolutionis aliquę ex illis etiam currerent, & expendantur, poteſt de illis currentibus ſoluere, præterea ſi bene ſolutio ipſa duorum tertiorum per giratam apocæ Banci facta videbatur etiam ſicuti per pecuniē in cōtanti facta, enimuero pecuniæ numeratio tàm fieri poteſt per præſentem, & numerantem, quàm per traditionem chyrographi ad campſorem, vt voluit Manent. dec. Mantuæ 72. num. 37. vltra eum Cencius de cenſ. par. 2. cap. 1. q. 1. art. 8. ibique in addit. nouiſſima num. 60. adhuc tamen non erat libera diſponendi facultas de pecunia, quia per girum tantum deſeruiebant fides Bancorum, & aliquando paulatim pecunia ex Banco percipiebatur, quod non erat conſultum creditori aliud pro alio eo inuito accipere, l. 2. §. mutui, ff. ſi cert. pet. cum alijs apud Aretin. in tract. de ſolut. cap. 7. per totum, quare regula in alternatiuis non procedit in exactione debiti, quia tunc electio erit creditoris, vt notat ibi Euerat. ſub num. 7. Nec propterea obſtare videbatur contraria deciſio in cauſa Ioſeph. Piſani cum hæredibus q. Petri Antonij Pandone, in qua fuit ad relationem Regij tunc Cunſil. Ferdinandi Brancia deciſum in Tribunali Regiæ Iunctæ, quod pro capitale duc. 3000. parte ex pretio cuiuſdam maſſariæ venditæ, ipſe Piſanus tempore ſolutionis deducere deberet ducatos 20. pro cētenario ex defectu monetarum tunc occurſarum, nam factum aliter ſe habebat. Primo, quia venditio facta fuerat die 12. Octob. 1622. antequam publicaretur decretum generale de menſe Nouembris 1622. quod ſolutiones fieri potuiſſent ea moneta duorum tertiorum, illę .ſ. de quibus debitor aſtringebatur, taliter quod ante publi-

publicationem edicti, dum talis ſolutio vſu recepta erat, bene emptor ſoluere poterat huiuſmodi, ſed poſt publicationem edicti inopinatè benè ſuccurri poterat contrahentibus deceptis ab vſu communi, quod non militare poterat poſt d. publicationem, præterea facti diuerſitas reſultabat ea pacto expreſſo in inſtrumento adiecto, quod in facultate emporis eſſet ſoluere d. tertias, aut in moneta Banci, vel in contanti.

Solutio, ſeù ſatisfactio an præſumatur facta inter ſocios ex præſumptionibus, ſeù coniecturis, data etiam temporis antiquitate, & ſi interruptio temporis interceſſerit, quemadmodum contingit in S. C. altercari in cauſa curatoris hæreditatis iacentis Dominici Sarachi cum hæredibus hæredum Franciſci Antonij Buzzelli, & pro ipſo curatore dicebatur, ſolutionem non aliter præſumi, niſi probetur, ad tea. in l. quinquaginta, ff. de probat. Zuccar. dec. Lucenſ. 4. num. 40. & ſeq. ſic etiam ſatisfeciſſe, qui aſſerit, & obſeruaſſe contractum, & conuentionem, probari debet, quia non præſumitur ſatisfactio, niſi probetur, Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. num. 49. & ratio eſt, quia ſolutio eſt quid facti, Maur. Aret. in tract. de ſolut. cap. 3. num. 6. & facta non præſumũtur, niſi probentur, l. in bello §. facta, ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. quinimò ſolutionem allegans, illam probare tenetur, vt probat Maſcar. de præſumpt. concluſ. 1324. nu. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. num. 2. quæ regulariter vel per ſcripturas, vel per teſtes probari ſolet, Aret. d. tract. cap. 4. num. 64. nam probatio per teſtes, & per ſcripturas æquiparatur, Carau. in ritu 275. num. 17. Cauenſ. in ritu 235. num. 20. quocirca dum nec per teſtes, neque per inſtrumenta probata fuerat, nulla ratio haberi debebat de temporis diuturnitate, nam præſumptio ſolutionis deſumpta ex diuturnitate temporis eluditur, quando ex coniecturis apparet, non conſtare de ſolutione, ex Nattà conſ. 358. nu. 13. Honded. conſ. 39. num. 71. firmat Zuccar. deciſ. Lucenſ. 52. num. 9. Accedebat quoque interruptio ſilentij, quæ fit per libelli oblationem, Specul. in titulo de libell. concept. §. 9. & 16. verſic. item ſecundum quoſdam, & in tit. de reſt. in integrum, §. 1. verſic. fin. Bertach. in verbo interruptio. Ex aduerſo autem pro parte ipſorum hæredum replicabatur huiuſmodi per V. I. D. perſpicaciſſimum Petrum de Philippo, quorum partes tuebatur, ex facti ſerie apparere, quod cum hæredes hæredum d. Franc. Ant. in anno 1619. cõdemnare feciſſent hæredes d. Io. Ant. & Io. Dominici fratrum ad reddendum compotum cum reliquorũ reſtitutione ſocietatis initæ inter eos in anno 1581, in qua ſocietate per paucos menſes duratura d. Borrelius poſuit ducatos quatuor cõtum, & iam mortuo hærede conuento relicta eius hæreditate iacente, prouiſo prius de curatore, fuit curator ipſe per ſententiam S. C. condemnatus ad illud reddẽdum, & facto calculo præfati Actores prætendunt, calculum liquidari pro ſumma in ea contenta tàm pro ſorte principali, quàm pro intereſſe, & proindè eorum prætenſio refelli videtur ex ſequentibus, & primò ex curſu longi temporis, eiuſque ſilentio arguitur ſatisfactio præſumpta, ſicuti Doct. omnes affirmãt in l. ſi filius, C. de per. hæred. Dec. cõſ. 596. Ceph. conſ. 240. num. 8. & 9. vbi allegat Corn. Calcan. conſ. 23. num. 5. Crauet. conſ. 48. num. 12. Menoch. conſ. 121. num. 98 Alex. conſ. 122. col. fin. vol. 6. Maſcar. de probat. concl. 891. num. 15. Afflict. dec. 13. num. 2. Marta dec. 109. Gratian. deciſ. 49. num. 10. Bertran. conſ. 118. num. 6. Simon de Petris conſ. 68 num. 2. Pedroc. conſ. 3. nu. 71. & 73. Surd. deciſ. 105. num. 4. de Franc. dec. 153. num. 6. & dec. 361. in fine, addo Ludou. Bellum conſ. 77. num. 11. & 39. ad quod facit illud celebre Cicer. dictum in oratione pro P. Quintio dicentis, in hac re te, inquam, teſtem Neui citabo annum, & eo diutius poſt mortem C. Quintij fuit in Gallia tecum ſimul Quintius, doce te petijſſe ab eo iſtam, neſcio, quàm innumerabilem pecuniam doce aliquando mentionem feciſſe dixiſſe deberi ea debuiſſe concedamus, relatum à Menoc de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. n. 19. vt aduertit Conſil. Theodor. allegat. 78. num. 9. Similiter ſolutio præſumitur, ex diuturnitate temporis, Maur. Aret. in tract. de ſolut. cap. 4. nu. 10. & cap. 17. num. 1. & 2. probat ex lapſu decem annorum præſumi ſolutionem factam eſſe, quibus addo id, quod ea mente Alex. conſ. 122. col. fin. vol. 6. & conſ. 115. vol. 7. tradit Eſcobar de ratioc. cap. 37. num. 5. quod ſolutio reliquorum facta præſumatur creditori, vt ipſe diuturno tẽpore diſtuliſſet reliqua petere à debitore, quia ex diuturnitate temporis ſimul interueniente ſolutio facta præſumitur, & ſubdit ex Soc. Menoch. Bertaz. Boer. & Maſcar. quod maximè verum eſſet, ſi mortuo debitore creditor tacuiſſet. Secundò præſumitur facta ſolutio ex qualitate debitoris, & creditoris, idem Aretin. d. cap. 4. num. 12. ideò conſideranda erit debitorum conditio, qui tunc, & ſemper ſoluendo fuerunt, eorumque optima fama, ſoluens enim præſumitur debitor, vt inquit Maſcard. d. tract. concluſ. 1325. nu. 11. eo magis concurrente eius bona conditione, atque fama, quæ ſiquidem adminicula concurrentia cum tempore decurſo, ac ſilentio longi temporis ſufficientiſſima ſunt ad inducendum ſatiſfactionem præſumptam, ex iuris concluſione indubitata in l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. ſic arguendo cenſet Pariſ. conſ 83. num. 29. vol. Simon de Pet. conſ. 98. in princ Bertran. d. conſ. 118. num. 13. Surd. dec. 105. in princ. Menoch de præſ. lib. 2. in præſumpt. 9. num 7. Rim. Iun. conſ. 407. num. 12. Præſ. de Franch. dec. 361. in fine, Præſ Amat. conſ. 45. num 25 & conſ. 53. num. 2. maximè inter creditorem, & debitorem, Duard. dec. 453. num 8. in 2. tomo de cenſibus, quod etiam locũ ſibi vendicat in reſolutione, & extinctione cenſus venditi ad formam Bullæ, vt probat Seraph. dec. 1333. quo circa dum locum habet in extinctione cenſus, fortius in extinctione actionis perſonalis procedere debet, vt in caſu iſto, eo quod tractatur de aſſerto debito Bancali de anno 1581. auth. multò magis, C. de ſacroſ. eccl. Et vltra prædicta concurrebant probationes per teſtes de auditu, deponentes compotum fuiſſe factum per fratres de Saraco eidem Burrello redditum, & debitum ſatisfactum, quã quam regula ſit, quod teſtes de auditu non probant, ad tex. in l. teſtium, C. de teſt. Franc. perſo-

 nal.

pal.conſ.10 num.1.conſ.18.nu.41.conſ.39.nu.6. conſ.50.num.38.tamen non procedit in antiquis, vt in caſu, de quo agitur, per tex. in l. ſi arbiter, ff. de probat. quem ponderat Marant. in ſuo ſpecul. p.6. verbo ſin autem produc.teſt. num.19. Crauett. de antiq.temp. p.1. §. viſo de fama, num.7. & factum antiquum dicitur quando excedit decennium, Surd. d.dec.105. num.4. Conſil. Theod. & Præſ. Amat. locis relatis, at in caſu præſenti nedum decem, ſed 34. anni decurſi ſunt. Imò & fortius cum ipſis teſtibus de auditu fuiſſet compotum redditum, ac debitum ſatisfactum, cócurrebat alia vnius teſtis depoſitio de viſu, qui iunctim cum alijs prædictis deponentibus de bona vita, & fama d. fratrum de Saraco, licet ſingularis concurrentibus prædictis alijs adminiculis plenè probat, cum deponat de facto proprio, Bal. & Salyc. in l. ſi quis decurio, & in l. quicunque, C. de ſeru. fugit. Alex. conſil.197. lib.7. Crauet. conſil.2. lib.1. Iaſ. in l. admonendi, ff. de iureiur. quos congerit Rota Genuæ dec.182. nu.2. & 4. & ſic deciſum refert Affl. dec.33. Duard. deciſ. 442. num.7. poſt tract. de cenſ. tom.2. Nec proinde obſtare videbatur ſilentium fuiſſe interruptum in anno 1585. in quo anno Burrellus conuenit fratres de Saraco ad reddendum d. compotum, tum quia eius petitio non apparebat notificata, tum etiam quia ex actis antiquis conſtat, conuentos depoſuiſſe, non ſolum nil deberi, ſed etiam eidem ſatisfeciſſe, & huic reſponſioni accedebant teſtes deponentes ad reuelationem excommunicationis, eodem tempore vidiſſe d. Burrellum feciſſe compotum, & ſæpius calculaſſe rationes cum d. fratribus de Saraco, vt conſtat ex proceſſu, & tales teſtes erunt ſaltim ſufficientes ad informationem Iudicis, & talis obiectio magis arguit ſatisfactionem, ad tex. in l. procula, ff. de probat. adeò quod d. Borrellus ſuperuixit, poſtea alios annos 14. vt ex pręãbulo facto in anno 1599 & nunquam de tali negotio loquutũ, neq; eius hæredes hæredũ poſt 34. annos contra hęredes, & curatorem eorum hæreditatis iacentis egerunt, & in ſumma cum pariter ſolutio reliquorum probetur præſumptionibus, & coniecturis, ex Calcan. conſ.22. col.1. probat eodem loco citato, num.4. ex quibus omnibus concurrentibus conſtare non ambigitur, reditum, & debitum fuiſſe ſatisfactum. Facta relatione in S.C. per Ill. Ducem Cagnani Alonſum Vargas Reg. Conſil. die 19. Maij 1635. Per S.C. deciſum fuit, quod ſumma ducatorum 1600. in calculo contenta exequatur pro omnibus pro ducatis biscẽtum tantum, pro qua ſumma exequatur ſententia, penès Secretarium in Banca de Martino Act. Mag.

Solutio, ſeù reemptio probata per coniecturas, & præſumptiones an ſit ſufficiens ad extinctionem cenſus venditi ad formam Bullæ, de quo tractari incidit in S.C. in cauſa Marij Prignani cum hæredibus Cæſaris del Vecchio, & alijs, & pro parte ipſius Marij confectum adducta ſup. eodem verbo ſolutio, & vltra ea dicebatur, ſolutionem præſumptam in Regno non ſufficere ex diſpoſitione Regiæ Pragmar.1. de cenſib. vbi in annuis introitibus ſtatuitur, ſolutionem realiter per publica documenta, ſiuè alias legitimas ſcripturas probari debere, vndè inferunt Doct. quod cum in annuis introitibus realis ſolutio exigitur, & per publica documenta, nec ſufficeret ſolutio præſumpta, ex tex. in l. quicunque, C. de apoc. publ. lib.10. Per. Gregor. in d. pragm. de cenſ. q.9. num.8. ibique Martell. in addit. Reg. Rouit. in eadem pragm. num 32. Intrigl. in Bulla de cenſibus, quæſt.5. num.44.49. & 50. poſtquam ſolutionis penſionis annuæ obligatio pendet à vera, ac reali pretij cenſus ſolutione, Duard. de cenſ. §. 3. quæſt.13. num.3. tom.1. Ex parte vero ipſorum hæredum, quorum partes tuebatur Petrus Philippi V. I. D. replicabatur, ex facti ſerie apparere ipſum Cæſarem vendidiſſe annuos ducatos 50. pro capitale duc.500. d. Mario, quocirca præſupponebatur, ex antiquitate temporis, ac præſumptionibus, & coniecturis fuiſſe ſolutionem factam, ſeù reemptionem, & ſi non producatur inſtrumentum reemptionis, adhuc tamen quia nedum ſolutio probari poteſt per ſcripturas, teſtes, & confeſſiones, ſed etiam per coniecturas, & præſumptiones, quę ſunt liquidiſſimę probationes, Menoch. de præſumpt. lib.3. præſump. 135. & de arb. iud. caſ.115. & 279. Affl. deciſ.44. num.15. & dec.13. Crauet. de antiquit. temp. p.1. § 7. limit.4. à num.3. Par. Ber. Neuiz. Dec. Ceph. Caſt. Cor. Calc. Sim. de Pręt. Berraz. Alex. Surd. & Gratian. vt infra, Duard. dec.442. num.9. in 2. tomo de cenſibus, quod procedit etiam ad impediendam exequutionem debiti Camer alis, Menoch. vbi ſup. num.19. imò etiam ſi adeſſet pactum in inſtrumento, quod ſolutio non poſſit probari per teſtes, Franch. dec.361. num.6. Maſcard. de probat. concl.10. num.42. Theſaur. dec. 114. num.4. quo fit, vt quemadmodum ex præſumptionibus, & coniecturis admittitur probatio ſimplicis debiti, eodem modo probari poteſt retrouenditio, & extinctio cenſus, vt probari videtur Menoc. vbi ſup. in prin. ibi ex coniecturis rei reſtitutio, Affl. d. dec.13. quanquam annui introitus vẽdantur ſuper certo corpore ad formam Bullæ cum rata dominij, & fiat pactum de retrouendendo, attamen idem venditor in effectu non abdicat à ſe nec dominium, nec poſſeſſionem illius corporis, ſed remanet in poſſeſſione illius, & percipit fructus, & reditus, ſicque potius pignorationes, quàm alienationes ſunt, Franch. deciſ.159. & ideò probata ſolutione per coniecturas, & probationes, ſequitur liberatio, & diſſolutio pignoris, ita & retrouenditio, & extinctio, cenſus venditi, qui ad inſtar pignorationis ſe habet, & incipiendo à coniecturis primo ſe offert antiquitas temporis, poſtquam contractus fuit celebratus in anno 1568 & poſt annos 54. pet ijs tertias decurſas, quotieſcunque creditor diù diſtulit petere eius creditum, præſumitur ſibi ſatisfactum, Menoch. ibidem, num.19. & præſumpt.91. num.7. lib.2. & conſ.121. nu.98. conſil.457. num.1. Pariſ. conſ.83. num.27. lib.1. conſil.137. num.12. lib.4. Bero conſ.19. num.9. lib.3. Neuiz. conſ.57. num.7. Dec. conſil.596. num.9. Ceph. conſ.240. num.8. Crau. conſ.148. num.12. Berraz. il conſ.118. num.6. Sim. de Pręt. conſ.68. num 2. Pedroc. conſ.3. num.2. & 73. Alex. conſ. 122 col. fin. lib.6 Maſcard. de probat. concl.891. num.15. & concl.1318. Marcell. Calà de modo

articul

Digitized by Google

articul.fol.236.num.1415.Præſ.Amat.conſ.45. num.25.& conſ.53. Martæ deciſ.109. Gratian deciſ.49.num.10. Surd. deciſ.105. num.4. Afflict.d.deciſ.13.num.20. ibique Vrſill. Franch. deciſ.153.num.6. & deciſ.361. in fine, in terminis quod ex lapſu temporis pręſumatur extinctio, & reſolutio cenſus venditi ad formã Bullæ, probauit Cardin. Seraphin. deciſ.1333. in fine. Secunda coniectura erat qualitas perſonæ Cæſaris iam diuitis, & ſoluendo, vt probatum patet ex actis, & facilè ſoluere poterat, nec erat veriſimile, dum pecunias in emptiones dabat ad rationem ducatorum octo, aut nouem, vt ſe obligatum teneret ad emptorem ad rationem decem pro centum, vnde coniectura percipiebatur abſque difficultate, & cum facilitate ſoluere poterat, & affrancare cenſum, vt probant Ruin.conſ.83. num.29. lib.1. Simon de Pręt. Bertazz. & alij per Surd. d.deciſ.105. Marcell.Calà vbi ſupra, Præſ.Amat.conſ.53.nu.3.de Franch.deciſ.361. in fin. Maſcard.concl.1324.nu.28.Rimin.iun. conſ.407.n.12.& pręſumptio erat, vt redimeret cenſum per eum debitum ad decẽ pro centenario, vt arguit Menoc.de præſũpt.lib.3.præſ. 135.nu.14.& conſ.457.n.5.Vrſill.dec.13.n.22. Tertia coniectura erat paupertas pupillorum iam probata per teſtes, & inde effecti maiores fuerunt diligentiſſimi in exigendo, & parum de bonis paternis habuerunt, imò multum æs alienum contraxerunt, & eorum bona ad creditorum inſtantiam fuerunt vendita, qua de re ex paupertate creditoris pręſumitur ſibi facta ſolutio, cum in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat, Alex.conſ.183.nu.19.verſ.& hanc partem, lib.6.Sim.de Petr.conſ.68.nu.1.Achill. Pedroc.conſ.3.num.71.Surd.deciſ.105.num.3. Afflict.deciſ.13.nu.15.Præſ.de Amat. conſ.53. nu.2. Franch. deciſ.361.in fine, & magis præualet coniectura, vbi cum paupertate concurrit qualitas creditoris, qui diligens erat in exigendo, Affl.dec.13.nu.19.Pariſ.conſ.83.nu.27. lib.1.& conſ.137.num.13.lib.4.Surd.conſ.105. nu.2.Menoch.d.præſumpt.135. Maſcard.concluſ.1324. Quarta coniectura erat, quia in cataſtro loci cõtractus debitoris, & creditoris in anno 1573.vſque ad annum 1579. nec creditores denunciauerunt creditum, nec debitor creditum, vnde præſumitur fuiſſe contractum extinctum, & reſolutum tempore, quo factum fuit cataſtrum, eo magis debitori incumbebat denunciare, nam ſi maiora onera habebãt eius bona, minus ſoluere tenebatur, & ſicuti alia bona denunciauerat, adhuc debitum iſtud denunciare debuerat, & certum eſt, quod ex libro æſtimi probatur, quem habuiſſe bona, Bart.& alij in l.decem ſtipulatus, nu.3.ff.de verb.oblig. Marcell. Calà de modo articul.gloſ.vnic.§.2.nu.157.& 1517.Menoch. eodem tract. lib.3.præſumpt.122. numer.111. Roland. conſ.40.num.37. Genũa de priuileg. ſcript. lib.5.de libro æſtimi, quæſt.5. Farin.deciſ.99.Maſcard.de probat.concluſ.665.num.5. & 6. vel non habuiſſe bona, Roman.conſ.165. Maſcard.concl.204.in fine, tanto fortius, quia denunciare tenebatur vigore proclamatum, & quando ea præcedunt, ſub pœna indiſtinctè librum æſtimi probare, dixerunt Alex. in l.decem, num.17.ff de verb.oblig. Maſcard. vbi ſupra. Quinta erat coniectura, quia dicti pupilli creditores in anno 1583. vendiderũt annuos ducatos 160. cuidam pro capitale ducatorum 2000.& ſubmiſerunt nouem corpora annuorum introituum conſequenda à diuerſis, & nõ fecerunt mentionem de hoc corpore debiti Cæſaris, vnde colligebatur, non extare, & inſuper dictus Cæſar in anno 1592. emit ducatos 90. à Fabritio Campana pro ducat.1000.& dictus Campana ſubmiſit annuos ducat.200. conſequendos ab ipſis de Prignano, vnde alia coniectura reſultabat, quod Cæſar non tenebatur Prignanis, nam ſi debebat ad rationem decem pro cẽtenario, cur emere intẽdebat ad nouẽ ſuper eiſdem effectibus, cũ non erit pręſumendũ, etenim pręſumitur quẽlibet feciſſe illud, quod alius diligens faceret, Soc. conſ.15.in fine, lib.4. Vrſill.ad Affl. d.deciſ.13. num.22. & nemo præſumitur iactare ſuum, l.cum de indebito ff.de probat. Inſuper ſi ipſi pupilli de Prignano fuiſſent creditores Cęſaris, vtique compenſaſſent, cum in anno 1594. Marius Prignanus fideiuſſerat pro vxore in ducat.600. & promiſerat ſoluere dicto Cæſari infra certum tempus, de quibus inde Cęſar in anno 96. delegauit duc.300. Monaſterio Carmelitano, & dictus Marius vna cum vxore promiſerunt, & ſe obligauerunt correſpondere dicto Monaſterio, vtique ſi fuiſſet creditor, non ſe obligaſſet, & amplius ipſi de Prignano in ſequentibus annis ſoluerunt certas quantitates pecuniarum eidem Cæſari pro terragijs quibuſdam, qui enim dicit ſe creditorem, ſi appareat ſe obligaſſe debitori ſuo, præſumitur quod non ſit creditor, quia ſi fuiſſet, compenſaſſet, cum nõ ſit veriſimile, quod qui ſoluit alteri, debeat ab eo aliquid cõſequi, Narra conſ.358.nu.3.lib.2. Bertaz. d.conſ.118.nu.17. Maſcard.de probat.concl.1325.in fine. Sexta cõiectura erat, quia in anno 1592. banniti introierunt in Ciuitatem Luceriæ, & poſuerũt eam in ſaccomanũ, & in ſpecie ſchedam Not. Io.Dominici Cęſarani, vt probatum extat, cõcurrente etiam ſilẽtio creditoris, & caſu ſcripturarum amiſſarum ex Ciuitatis direptione præſumi ſolutionẽ, vt probant Menoch. lib.3. præſumpt.135.nu.10.Afflict.in deciſ.13.nu.10. vbi Vrſill. num. 13. Septima coniectura eſt, quia in quadam ſcheda antiqua vnius Not. Tuſo de Luceria fuerunt repertæ aliquæ ſcripturæ diſſutæ, inter quas fuit reperta copia iſtius inſtrumenti huius annui introitus, & inde ſubſequebatur vna carta alba, in cuius dorſo repertæ ſunt hæc verba: retrouenditio annuorum ducat. 50. facta per Beatricem Gagliarda tutricem, &c. ſub die 16. Nouembris 1568. per manum Ioan Pauli Vitaliani, prout mihi conſtat per publicum inſtrumentum in forma probante aſſumptum, de quo duo Notarij fidem fecerunt, inueniſſe ſchedam antiquam dicti Notarij, quæ cõſeruatur in Archiuio publico, verum quia dictum verbum retrouenditio non apparebat extenſum, ſed ab-

breuiam in huiuſmodi ratio, vnde ex aduerſo præ ſupponebatur interpretatio .ſ. reaſſumptio, ſed replicabatur hunc intellectum non adaptari poſſe, tũ quia iſte Notarius non ſtipulatus erat inſtrumentum, vt potuiſſet illud reaſſumere, tum quoque quia quando hoc denotaret Notarij in breuiatura, dicunt t.ro, & ideò dum magis conueniat verbo retrouenditioni exiſtente pacti antiquitate, ſilentio creditoris amiſſio ſcripturarum ob ſaccomanum ſucceſſum, quibus ſtantibus, ac concurrentibus alijs coniecturis refertur, quod in antiquis leues probationes per inditia, & præſumptiones ſuffi ſunt, l. cenſus, & l. monumenta, ff. de probat. cap. cum cauſam, de probat. cap. cum olim, de cenſ. quod procedit etiam in his, vbi plena probatio exigitur, probat Maſcard. de probat. concl. 107 & talis probatio per teſtes de credulitate de auditu auditus etiam per verba enunciatiua admittitur, Crau. de antiq. temp. in prioc. verſ. viſo de fama, num. 8. cum alijs apud eundem Maſcar. concl. 106. nam id ipſamet antiquitas probat, Genua de verb. enunciat. lib. 3. cap. 3. num 20. Octaua coniectura eſt, quia in libro computi tutelæ ipſorum pupillorum in introitu deficiebat vna carta, & deficit introitus menſis Septembris 1570. vſque ad mẽſem Maij 1671. & infra tale tempus notantur expenſæ exitus duc. 2000. in qua exiſtebat, aut perſiſtere poterat retrouenditio, quæ facilè poterat ſubtrahi, nam ſemper præſumitur ſublata à parte cui nocere poterat, Grattan. dec. 84. in addit. num. 4. eo amplius quia non illico fuerat liber præſentatus, ſed poſt ſententiam ad alium finem, & præcedẽte ordine iudicis. Nona coniectura apparebat, quia nunquam ipſi de Prignano nominauerunt hunc cenſum, nedum in eorum contractibus vẽditionum annuorum introituum, & ſubmiſerũt multa corpora, ſed nec etiam quando tractabatur de venditione eorum bonorum ad inſtantiam eorum creditorum nunquam fuit deſcriptus debitor ipſe Cæſar, nec pariter quando dederunt, offerendo bona inſolutum creditoribus, qui ſi ſciuiſſent Cæſarem debitorem, procurauiſſent fieri ei mandatum, vt ſolueret, idcircò ex venditione bonorum ſub haſta, ex taciturnitate creditorum, ex credito non deducto, nec denominato arguitur ſolutio, vt tradit Præſ. de Franch. dec. 153 num. 6. Vltimò, quia tempore mortis Camilli Prignani ſuperſtite Carolo eius filio reliquit tutricem ei Beatricem Gagliardã, quæ fecerat inſtrumentum cum d. Cæſare vti matrem, & tutricem, & facto inuentario cum interuentu Alexandri Prignani fuit repertum d. inſtrumentum, quod in eo fuit notatum, quo tẽpore Aſcanius Mazzagrugno inſtiterat vti creditor, vt ſibi in compotum cederetur nomen ipſius Cæſaris, & ipſi Beatrix, & Alexander declarauerunt, qualiter fuerat ſatisfactum, ideò cedere non poterant, vt depoſuerat ipſe Alexander, qui & ſi eſſet vnicus, adhuc fidem faceret ob antiquitatem facti, etenim leuiores probationes, & coniecturæ in his ſufficerent, vt dictum eſt. Facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. Didacum Varelam die 3. Nouembris 1635. fuerunt per ſententiam abſoluti conuenti, vt patet ex actis in Bãca Stinæ pro Felice, nũc de Simeone.

Solutio, ſeù reemptio probata per coniecturas, & præſumptiones an operetur debiti extinctionẽ, maximè in materia cenſuali, in quo exigitur ſcriptura, vt dictum eſt in præcedenti verbo ſolutio, ſed pro reſolutione articuli inſtruendo eius veritatem replicabatur, contrarium ſubſtinere Bald. & alios apud Menoch. conſ. 5. num. 22. lib. 1. & lib. 3. præſump. 139. num. 23. Padill. in l. 1. n. 10. C. de fideicom. quamuis Maſtrill. ad Pet. Gregor. de cenſ. q. 9 num. 8. vbi prædictos Doct. allegat, qui loquuntur in caſu ſimplici, vbi ſolutio erit probanda per inſtrumentum tantum, non autem in caſu mixto, vbi diſponitur, realem ſolutionem eſſe probandam per inſtrumenta, quia ex propria vi, & efficacia illius verbi, realem, non non ſufficeret ſolutio præſumpta ex tex. prædicto, attamen Reg. de poteſt. Proreg. in tit. de Regal. impoſ. § 2. num. 3. inquit, illam præſumptionem inducere veram, & realem ſolutionem, vnde deciſum refert in Reg. Cam. ad probandum ſolutionem Fiſcalium in præteritum nedum ſufficere ſolutionem trium annorum præteritorum, ſed etiam ſolutionem trium tertiarum in eodem anno, ſed quantum pertinere videatur ad rem illam. quod d. pragm. 1. de cenſ. procedere comperitur, vbi agitur iudicio exequutiuo, nam tunc nulla alia exceptio admitti debet, niſi ſolutionis, illo modo probata, at vbi agitur iudicio plenario, & ordinario, tunc ipſa prag. non procederet, & quælibet alia exceptio actionis eliſiua opponi poteſt, ita Foller. in d. pragm. verbo tanquam res iudicatas, num. 38. & 48. & in verſic. quæ ſiquidem exceptio, num. 16. 17. 33. & ſeq. Intrigl. de cenſ. q. 14. num. 4 q. 40. & 46. num. 23. q. 68. num. 7. & q. 24 Conuerſ. ad eundem q. 34. lit. C. circa medium, & ad q. 40. lit. B verſ. quæ concluſio, Reg. Rouit. in eadem prag. ante nu. 21. vbi ita loquitur, quod admittendum puto in iudicio exequutiuo tantum introducto per pragm. contra tertios poſſeſſores, non autem in iudicio ordinario aſſiſtentiæ, in quo hæc prag. nihil operatur, & ita paſſim quotidiè in hoc Regno iudicatur, & ſic loquitur idem Pet. Gregor. in d. q. 9. vbi habetur, quod aduerſus exequutionem cauſatam ex contractu annuorum introituum, non admittitur exceptio, niſi ſolutionis, & ſic dicit aduerſus exequutionem, & num. 11. quod ſufficeret probatio per teſtes, quia aduerſus illos cõpetit terminus ad opponendum, & nu. 12 quod nec per ſcripturã priuatam, quia deberet verificari, & ideò ſemper loquitur in iudicio exequutiuo, vbi exequutiuè proceditur, & termini probatorij non admittuntur, & conſtat ex contex. eiuſdem pragm. ibi tanquam res iudicatas, nulla appellatione ſuſpenſas paratam exequutionem habere, & ibique exequutionem non impediri, item quia d. pragmatica excludit exceptionem falſitatis, nullitatis, & quamlibet aliam, præter ſolutionem, & tamen in dies practicamus, in iudicio ordinario admitti aduerſus hos contractus annuorum introituum exceptionem falſitatis, nullitatis, ſimulationis, pacti de non petendo, & aliam quamcunque actionis eliſiuam, & in terminis, quod in iudicio ordinario admittatur ſolutio præſumpta de tex. in l. quicunque, C. de apoc. publ. aduerſus contractum annuorum introituum

introituum

Digitized by Google

troituum S.C. habuit pro abſoluto, & tamen dubitauit, an ſolutio trium annorum intelligi deberet de tribus annis proximè præteritis, & cohærentibus tempore petitionis, an vero ſufficeret ſolutio trium annorum quandocunque, & per multum tempus, antequam debitor fuiſſet conuentus, & in cauſa illorum de Abenàte cum Veſpeliano Carafa decidit, requiri ſolutionẽ trium annorum cohærentium, non autem per multum tempus antea, de Franc. dec. 137. & proinde cum in caſu præmiſſo actum ſit iudicio ordinario, in quo admittitur ſolutio per præſumptiones, etiam contra cõtractus annuorum introituum, d. prag. non obſtat accedente etiam, quod cum in hoc caſu concurrat antiquitas temporis annorum 54. & direptio Ciuitatis per bannitos, & amiſſio ſcripturarum, difficilis redditur probatio per ſcripturas, ac concurrente difficultate minus ſufficiens probatio admitti debet, l. conſenſu, C. de repud. cap. veniens, de teſt. l. ſubmerſis, C. de nauf. Bellug. in ſpecul. Princ. rub. 475. ſciendum, n. 13. Fuit deciſum, vt ſup. in præcedenti verbo ſolutio.

Solutio annuorum redituum facta per debitorem minuſquam in inſtrumento fuerat taxata, an ita in futurum erit continuanda, non obſtante, quod ita fuerat petita à curatore, ſeù tutore pupilli, & huiuſmodi ſententiatum, quemadmodum ex facti ſerie inſpiciebatur iam in iudicium deducta in cauſa Ill. Ducis Acheruntiæ cum Ill. Duce S. Donati, eo ſiquidem prius in facto ſuppoſito, quod cum ipſe Dux S. Donati eſſet debitor in annuis ducatis 480. pro capitale ducator. 6000. eidem Duci Acheruntiæ, mediante publico inſtrumento prætendebat correſpondere ad rationem ducatorum 450. annuorum, & non ad rationem duc. 480. in inſtrumento contentam, & primo, quia ad eandem rationem fuerat petita reſciſſio contractus in anno 1606. & inde fuerunt præcepta ordinata, quod ſolueret tertias, & inde fuit contractus reſciſſus, vndè ſententia lata fuerat ad d. rationem ducatorum 450. ſecundo, quia ipſe conuentus iam ſoluerat aliquas annatas ad eandem rationem, ex quo reſultare videbatur tacitum pactum diminutionis reditus, ex tex. in l. aduerſus, C. de vſur. ibique Doctor. ad quod Rodriq. de ann. redit. q. 17. nu. 105. dum quærit, ſi creditor redditualis, qui ſingulis annis debuit accipere tres denarios, accepit duos quolibet anno, an ſibi præiudicauerit, allegat tex. in cap. olim, de cenſ. Bart. in l. ſi prius, de aqua pluu. arc. Balb. de præſcript. 4. par. q. 7. Dec. conſil. 2. num. 45. reſoluit, quod præſcriptio locum habet, quia annui reditus pecunia empti ſunt odioſi, & ſuſpecti, ſed replicabatur ex parte creditoris, hũc errorem fuiſſe commiſſum à balijs, & procuratoribus tempore minoris ætatis, vſque ad menſem Ianuarij 1613. quando fuit declaratus maior, poſtquam certum erat, quod tutor, ſiuè curator penſiones annuas pupillorum exigere non prohibentur citra Iudicis ſententiam, vt probat Duard. de cenſ. §. 3. q. 18. nam ſolutio non debet fieri pupillo ſine tutoris authoritate, Inrrigl. de cenſ. q. 70. num. 6. & proindè ipſi pupillo præiudicare non poterant, imò ſubdit ibidem Duard. num. 3. quod tutor, & curator licet poſſint pupillorum, & minorum bona exigere, nihilominus exceptis penſionibus annuis debitor nunquam liberatur, niſi interueniat Iudicis decretum, vel pecuniæ ſolutæ conuertantur in vtilitatem minorum, idcircò id pupillo obſtare non poterat, tum quia id ratum non habuit, tum quoque quia nullus poteſtatem habebat præiudicandi, dum erant procuratores ad litem. ſecundò, quia tale creditum fuerat de anno 1611. aſſignatum mediante decreto Duciſſæ eius matri in compotum ſuarum dotium, ex cauſa matrimonij contracti cum Ill. Principe Aritiæ, & ipſa comparuit, & inſtiterat, vbi ſibi correſponderetur vti Dominæ, & patronæ, quocirca in anno 1614. fuit ordinatum per S.C. vt ei correſponderetur pro capitale duc. 5000. & pro ducatis mille eidem Duci, qui inſtiterat in anno 1615. pro conſequutione tertiarum decurſarum, & fuerunt expeditæ literæ exequutoriales, quarum vigore proceſſum fuit ad exequutionem Terræ Policaſtrelli, & eius venditionem, ex quibus omnibus reaſſumitur primò, quod error contentus in petitione, & ſententia fuit clarificatus cum veritate inſtrumenti, cui per ſententiam relatio facta fuerat, ſecundò, quia nunquam à liquidatione, ac decreto poſt curriculum tot annorum fuit reclamatum, imò illud acceptauit debitor, quia pro exequutione ſententiæ, & decreti idem Dux debitor ſoluit d. creditori die 23. Nouembris 1629. certam quãtitatem ſcutorum in compotum ducatorum 3365. 2. 10. confitendo decretum, ideò admitti non potuit ad reclamandum, quia tempora non largiuntur, & ſententia fecit tranſitum in rem iudicatam, item quia per ſolutionem, & confeſſionem acceptauit ſententiam, ad tex. in l. ad ſolutionem, C. de re iudic. Gram. dec. 103. num. 40. & Cæuall. com. contra commun. q. 732. Nec propterea vis facienda erat in diſpoſitione tex. in d. l. aduerſus, quia dum maior vſura debetur, ſi minor ſoluatur, intelligitur per tacitum pactum diminutio facta, & loquitur in caſu defenſorum Ciuitatis, vt intelligatur comprehenſa minor ætas, dum in Ciuitate & minores, & maiores comprehendantur, in quo erit aduertendum, talem caſum non poſſe applicari caſui noſtro, primò, ſecundum Bal. in d. l. aduerſus notatur etiam caſum ſpecialem odio vſurarum, ex tex. in l. præſes, C. de tranſ. & proindè non habet locum in cenſu, ideò Prælatus poteſt recipere cenſum debitum, non obſtante, quod prædeceſſor per plures annos ad minorem exegerit rationem, cap. olim, de cenſ. quem ſequuti ſunt ibi Salyc num. 3. & Caſtr. in fine, quo tit, vt ſi procedere videatur in vſuris, non tamen in annuis introitibus, qui ſunt fauorabiliores, nec in eis cadit vnica præſcriptio, prout in vſuris, ſicuti expreſſim notat Io. Borcholten de vſuris cap. 4. num. 32. & ſeq. vbi differentias inter eas exiſtentes adduxit, etenim annuus reditus non eſt vſura, ſed vera merx, & res empta, Rodriq. d. tract. lib. 1. q. 4. num. 22. ſecundò, quia tex. loquitur in creditore ſciente deberi maiores vſuras, & quod minores exegerit, nam eo caſu cenſetur tacito pacto à maioribus receſſum, vt idem Bal. & Salyc. notant, & talis ſcientia in caſu præmiſſo ceſſabat, dum nunquam creditor principalis exigerat, ſed tantum

eius

eius balius, quocirca vt locum habeat diſpoſitio ipſius tex. ad hoc vt præſcriptioni locus ſit requiritur, nedum bona fides debitoris, ſed quod creditor redituus credat, ſibi maiorem quantitatem non deberi poſt Aret.conſ.112. Corbul. de iure emphyt. rub. de caul. emphyt. de cauſa priuat. ob non ſolutum canon. ampliat.42. Tertiò, ex quo Gloſ. ſentiens difficultatem hanc dixit, quod ſi prædeceſſores minorem exigerunt, poterunt tamen ſucceſſores maiorem exigere, ad quod allegat tex. in l. licitatio, §. earum rerum, ff. de public. vbi publicanus ſucceſſor, non obſtante minore exactione poteſt, quod erat ſolitum, & debitum exigere. Et reſpectu defenſorum Ciuitatis eadem Gloſ. dupliciter reſpondet, primò, quod Ciuitas ſucceſſerat maiori, nimirum ſi eodem iure vtatur, vel debebatur defenſoribus proprio nomine, & ſic penitùs in minori locum habere concludit. Verumtamen dato, & non conceſſo, quod hæc non ſubſiſterent, vt ſe vera firma remaneant, inquit tex. ſi per certos annos minorem poſtea conſequutus, ob quod plurium annorum exactionem requirit, vbi Gloſ. explicando illa verba dicit tempus decem, vel 20. annorum eſſe, ad quod allegat l. qui ſemiſſem, ff. de vſur. quæ concordat cum d. l. aduerſus, aut quinque, vel ſex ſecundum Azonem trium verò, Caſtr. tenet tempus requiri decem annorum, ſed melius Ang. in d. l. aduerſus notat, hoc eſſe relictum iudicis arbitrio, cum non habemus certum tempus determinatum, eapropter cum in caſu enarrato non modo deficit præſcriptio, ſed totum oppoſitum detegitur, quia nunquam ad rationem duc.450. ſolutio facta fuit creditori ſciẽti maiorem ſummam deberi, ſed tantum per procuratores ad lites erroneè petitum, quæ ſiquidem petitio, ſinè confeſſio, etiam ſi eſſet facta à procuratore generali, vel habente poteſtatem recipiendi ſolutionem, Domino non præiudicabit, cum eſſet alienare, & ius Domini eo inſcio remittere, ita notabiliter Affl. dec.129. num.11. eoque magis quando cõſtaret de errore, nã tunc nõ noceret, l. error, C. de iuris. & facti ignor. Marta voto 26. num.13. quinimò & ſi confeſſio in precibus, vel libello noceat confitenti, l. cum pretium, C. de liber. cauſa, vbi Doct. attamen hoc procederet, quando libellus eſſet ſcriptus manu principalis confitentis, vel ab eo acceptatus, ita Ant. Gabriel. in ſuis commun. concluſ. tit. de cõfeſſ. concl.4. num.18. & 30. Demum facta relatione in S. C. die 28. Nouembris 1635. per Reg. Conſiliar. Hectorem Latrum Capycium iunctis Dominis duatum aularum fuit decrſum, quod tertiæ liquidentur ad rationem ducatorum 450. pro quolibet anno, ſaluis iuribus, ſi quæ ſpectant pro alijs annuis ducatis 40. in cauſa reclamationis in Banca Romani pro Sarro, nunc de Amico ſub tutela Io. Antonij Parij Aduocati perſpicaciſſimi.

Solutio aliquarum quantitatum pecuniarum facta à debitore ſimpliciter, qui erat debitor tàm pro capitale, quàm pro tertijs decurſis, an in cauſam capitalis cedere debeat, vt prætendebat Ill. Dux Sancti Donati, eo quia intereſſe non erat liquidum, ex adductis per Annam in alleg. 54. & 112. vel in cauſam tertiarum, vt iuris eſt, ex communi Doct. ſententia in l. in his, §. apud Marcellum, ff. de ſolut. l.1. eod. tit. Anna d. alleg. 112. num.1. vt prætendebat Ill. Dux Acheruntiæ creditor, & hoc ſub diſtinctione illa clarificabatur, eo quod contraria opinio procedere videtur intereſſe liquidando, ex iudicis officio, ſecus tamen in intereſſe conuento ex inſtrumento, eo quia iudex ſequi tenetur partium conuentionem, vt notabiliter conciliat Conſil. Fab. Anna in conſ.30. num.8. & doctiſſimè Reg. Conſiliar. Scipio Theod. in alleg.5. num.7. & 8. quocirca facta relatione in S. C. per eruditiſſimum I. C. Hectorem Latrum Capycium die 28. Nouemb. 1635. fuit iudicatum, quod ſolutiones factæ cedant in extinctionem tertiarũ, penès Romanum inde Sarrum, nunc de Amico.

Solutio aliquarum quantitatum pecuniarum facta per debitorem eius creditori ſimpliciter, dum prætendebatur ex parte ipſius ſuperfluum ſoluiſſe, & è contra per creditorem, minus quam fuerat conuentum, an ſtante reſciſſione contractus pro capitale, & tertijs cenſeri debeat facta in cauſam intereſſe decurſi poſt reſciſſionem, ad quod non dum fuerat conuentus condemnatus, quemadmodum in eadem cauſa Ill. Ducis Acheruntiæ cum Ill. Duce S. Donati incidit etiã de hoc inter cætera altercari, poſtquam d. Ill. Dux S. Donati debitor intendebat continuare ſolutionem annuorum ducatorum 450. iuxta ſolutiones alias factas, & ita petitas per procuratores eiuſdem Ducis Acheruntiæ, & non ad rationem ducatorum 480. ſeruata forma inſtrumenti, & cum de omnibus fuiſſet factus calculus, & certum quid ſuperfluum ſolutum patebat, quod in cauſam intereſſe decurſi poſt reſciſſionem factam cedere debuerat dicebatur ex parte debitoris, hoc non fuiſſe deductum, neque de eo diſcuſſum in ſententia, adeò quod noua petitione, ac proceſſus compilatione opus erat, imò & ſententia, quocirca potius in capitale, quam in tale intereſſe computandum erat, ſed replicabatur ex parte creditoris, nulli dubium eſſe ipſum eſſe creditorem pro tertijs liquidatis in anno 1620. in ducatis 2700. & conuentum ſoluere cępiſſe in compotum in anno 1626. ducatos mille in anno 1627. alios ducatos 200. in anno 1629. alios ſcutos 6. & coaceruatis omnibus alijs partitis in omnibus aſcendentibus ad ſummam duc. 3365.2.10. & ex calculo formato inſpiciebatur, quod deductis partitis prædictis de tempore in tempus creditor erat vſque ad diem 28. Oct. 1632. in ducatis 3695.1.5. & quamuis in ſententia hoc fuerit omiſſum, non per hoc de ſtylo non comprehenditur, nam debentur ad eãdem rationem abſque nouo libello, & proceſſu poſt Reg. Rouit. in prag.1. de cenſ. nu.38. & 43. Conſil. Gizzarell. dec.65. adeò quod dum in hac cauſa conuentus idem prætenderet appellando à decreto cauſæ Commiſſarij, per quod fuerat prouiſum, quod procuret reuiſionem calculi, quo fuerant liquidatæ tertiæ poſt vltimam liquidationem per S. C. factam ad duc.480. non autem ad ducatos 450. annuos, alias procedatur ad illius diſcuſſionem die 28. Iulij 1633. porrexit ſupplicationem aſſerendo, non poſſe calculari, nec deberi tertias prædictas, ex quo non fuerat condemnatus, & nouus proceſſus, & ſententia requirebãtur. Facto verbo in S. C. die 26. Nouem-

Digitized by Google

bris 1633. fuit per S.C. decretum confirmatum, penès acta in Banca Sarri, nunc de Amico, quod ſimiliter fuerat etiam per decretum anni 1610. idem ſeruatum, cui pars acquieuit, nam ſententia fuit lata in anno 1618. & tertiæ fuerunt liquidatæ vſque ad 28. Octobris 1620. ad eandem rationem poſt reſciſſionem contractus, nam reſciſſo contractu venditionis debetur intereſſe pretij, L. 2, in 2. reſp. iuncta Gloſ. in verbo offerri, ff. de diſtract. pign. Bal. in l. acceptam, in 6. oppoſ. C. de vſur. D. Reg. Lanar. conſ. 63. num. 3. & tale intereſſe currit ad eãdem rationem, vt teſtatur Reg. Rouit. in d. prag. 1. num. 38. & 39.

Solutio facta de certa pecuniarum quantitate, & forma, ſeù de aliquo modo ſoluendi, ac ſatisfaciendi, an eodem modo, & forma erit reſtituenda, ita quod ſi aliqua pars ipſius fuerit per recipientem ſuo creditori ſoluta, vel liberata ordine Iudicis, & inde ſuperuenerit ordo Superioris, vt fieret deductio certæ ſummæ in beneficium debitoris, an fieri etiam debeat deductio de ipſa quantitate ſoluta, vel liberata, pro qua nullum damnum debitor ſenſerat, ſed potius commodum, de quo incidit controuerſia in facto occurſo iam decidendo in S. C. in cauſa creditorum q. Ioannis Angeli de Florentia, & ſucceſſiuè eius hæredum, cum Dominico de Loffredo, eo ſiquidem in facto prius ſuppoſitio, quod cum q. Io. Angelus, & Ianuarius de Florentia fratres vendidiſſent cum pacto de retrouendendo eidem Dominico annuos ducatos 357 pro capitale ducatorum 4200. exiſtentium in Banco ſacri Montis Pietatis de pecunia duorum tertiorum, quæ non erat pecunia ſolubilis, ſed tantum creditum Bancarium vigore apocarum crediti dari prohibitum, atque ſolui de contanti, exceptis caſibus in Regijs pragmaticis reſeruatis, quinimò vera ſolutio dici non poterat, ſed verius ficta per giratas, & vulgò dicebatur. *partite paſſatore*, quam ſiquidem ſummam ducatorum 4200. præfatus Dominicus vinculauerat etiam pro obſeruantia decreti generalis S.C. vt nullo modo ipſi venditores diſponere de illa potuiſſent, ſed remanere debuerat vinculata de illam ſoluendo creditoribus anterioribus Cõſtantiæ da Leone, & Thomæ Apicellæ coniugum, à quibus ipſi venditores emerant quandam maſſariam pro pretio ducatorum 5800. factis prius cautelis de recepto, ceſſionibus iurium, ac quietatione per eoſdem creditores in beneficium ipſius Dominici, cum expreſſo pacto, quod tempore reemptionis ipſi venditores ſoluere tenerentur etiam eodem modo de pecunia duorum tertiorum, prout erat pecunia, quam recipere debebãt venditores, verum quia creditores prædicti recuſauerant recipere ſolutionem de dicta pecunia Bancaria, ob quod inſtiterant, depoſitum ſtare riſico, & periculo depoſitantium, quapropter ſemper pecunia otioſa in Banco perſiſterat, poſtquam venditores ipſi nunquam de ea diſponere potuerant, licet de pecunia ipſa fuerint liberati ducati 900. Mario de Iudice, & pro dicta ſumma ſolutæ fuiſſent tertiæ decurſæ per tutorem filiorum eiuſdem Io. Angeli, propterea inſtiterant Polidorus, Antonius, & Franciſcus Antonius Florentia filij, & hæredes d. q. Ioannis Angeli, reſtitui depoſitum eidem Dominico, & ſucceſſiuè eius hæredibus iam quod eadem erat pecunia, & idẽ depoſitum duorum tertiorum per eundem Dominicum factum, iuxta pactum appoſitum in pacto retrouẽdendi, & pro reliqua parte ducatorum 900. deficiente ſe obtulerant ſoluere in contanti, deducta tamen quantitate promiſſa ad rationem ducatorum 20. pro centenario, habito reſpectu ad valorem monetæ currentis cum valore pecuniæ duorum tertiorum, & ſucceſſiuè declarari facere, minimè teneri ad ſolutionem tertiarum, ſeù intereſſe pro præterito, & in futurum, iam quod pecunia ſemper ſteterat in Banco culpa d. emptoris, qui impoſuit conditionem ſupra relatam, & demum cogi, & compelli ipſum emptorem, nedum ad reſtituendum quantitates ſolutas pro tertijs decurſis, ſed etiam ad faciendum retrouẽditionem dictorum introituum cum quietatione in forma, quorum iura videbantur ex pacto expreſſo adiacto in inſtrumento corroborari, ex quo reſtitutio capitalis eodem modo fieri debebat, quocirca inquit Borgn. dec. 3. num. 21. p. 4. quod pecunia ſoluẽda eſt primo loco ſecundum conuentionem partium, ſecundo loco, quod eſt conſuetum, tertiò, quod eſt de iure, niſi lex vniuerſalis, vel particularis reſiſtat, aut habeat decretum irritans, in quo non erit inſiſtendum, ſtante pacto prædicto, ſed dubium verſabatur in eo, quod cum de dicta pecunia fuerant liberati ducati 900. dicto Mario de Iudice, quos ſoluere promiſerant præfati hæredes de pecunia currenti deducto numero ducatorum viginti pro quolibet centenario, in quo articulo reſpondit Theſaur. iun. in tract. de aug. monetæ par. 2. num. 16. quod ſi debitor promiſit pecuniam in eadem ſpecie reſtituere, ad augmenti ſolutionem tenetur, ſi creuerit illa ſpecies promiſſa, & decrementum contingerit periculo creditoris, & refert ita fuiſſe deciſum, verum quia in caſu, de quo agebatur non aliter reſtitutio facienda erat de pecunia tertiorum, ſed de currenti, ita oblata videbatur fieri poſſe cum retentione d. ducatorum 20. permiſſa ex particulari lege, & licet in caſu reſtitutionis talis depoſiti, quatenus non admitteretur ſpecifica reſtitutio conſimilis tertiorum, ſed in pecunia currenti, admitti potuiſſet, non tamen procederet in caſu allegato, ſtante ſatisfactione facta per Iudicem eidem Mario, ex quo debitores nullum damnum ex hoc paſſi erãt, ideò nec lucrum conſequi debebant ex rationibus deductis ſup. eod. in verbo depoſitum, vbi ita deciſum fuit in facti contingentia, non aliter licere debitori retinere d. ſummam duc. 20. pro centenario, ſi commodum ex pecunia ſoluta ſenſerit, non tamen incommodum, adeò quod monetarum reductio vtrunque reſpicit, & debitorem, & creditorem, nempè vt debitor ſoluat nouã nummorum eualutationem, & creditor ſit iuſto pretio contentus, habita ratione valoris monetarum, qui fuit tempore contractus, & de eo, qui nunc eſt, cap. cum canonicis, de cenſib. vt tradit Hieron. de Laurent. dec. Auen. 207. num. 7. ad quod optimè Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 94. num. 7. addit, quod ſolutio erit facienda de noua moneta proportionabiliter ad æſtimationem antiquæ, quando valor, qui erat de tempore contractus

repe-

Digitized by Google

repetitur immutatus eo tempore, quo eſt ſacienda ſolutio in pondere,& bonitate intrinſeca, facit optima deciſio Cartarij 124. Relata cauſa in S.C. die 9. Iulij 1632. fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum videlicet. Facto de prædictis verbo in S.R.C. per Mag. V.I.D. D. Franciſcum Sauium Regium Conſiliariũ, & cauſæ Commiſſarium, viſa petitione præſentata pro parte hæredum quond. Io. Angeli de Florentia ſub die 3. præſentis menſis decreto S.R.C. declaratum eſt, reſtitutionem capitalis faciendam hęredibus quond. Dominici de Loffredo debere fieri de pecunia depoſita, iuxta tamen graduationem cum tertijs decurſis, facta tamen deductione in beneficium hæredum dicti quon. Io. Angeli ad rationem ducatorum 20. pro quolibet centenario vna cum rata tertiarum, verum pro ducatis nonigentum liberatis Mario de Iudice vna cum tertijs decurſis nulla fiat deductio, hoc ſuum,&c. D. Franciſcus Sauius. Franciſcus Antonius de Mercati Secretar. in Banca Franciſci de Martino, & iterum in cauſa Ill. Ducis Campiclari aui filiorum,& hæredum quond. D. Antonij Mormilis eius filij cũ hærede quond. Ill. Marchionis Cannæ, ex quo dicti Ill. Dux, & eius filius venditionem fecerant annuorum ducat. 240. pro capitale duc. 3000. eidem Ill. quon. Octauiano de Loffredo Marchioni Cannę, de quibus iam fuerant reempti ducati 2000. pro remanente ſumma ducat. 1000. inſtabat dictus Ill. Dux retinere ducat. 20. pro quolibet centenario tàm pro ſumma ſoluta ducat. 2000. quàm pro reſtanti ſumma duc. 1000. eo quia fuerat capitale ſolutum de pecunia tertiorũ duorum,& ad prędicta admitti nomine quo ſupra, etiam per viam reſtitutionis in integrum, quocirca facto de prædictis verbo in S.R.C. per Ill. Ducem Cantalupi Andręam de Ianuario, nunc Regentem apud Catholicam Maieſtatem in ſupremo Cõſilio Italiæ die 29. Maij 1632. fuit interpoſitum ſequens decretũ videlicet. Decreto S.R.C. prouiſũ eſt, licere Ill. Duci Campiclari tempore ſolutionis aliorum duc. mille debitorum Ill. Duci Nucariæ retinere ducatos viginti pro centum pro excomputo ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ tàm pro dicta ſumma ducatorum mille, quàm pro alijs ducatis bis mille ſolutis, hoc ſuum,&c. & cum fuiſſet poſtmodum aliud decretum interpoſitum, quod ſtante depoſito facto per dictum Ill. Ducem Campiclari, ac ſeruata forma decreti S.C. dictus Ill. Dux Nucariæ hæres eiuſdem Marchionis Cannæ, vt faceret retrouenditionem, & quietationem duc. 80. pro capitale ducatorum mille ſeruata forma inſtrumenti, &c. & ab eo appellatum pro parte ipſius Ill. Ducis Nucariæ, etiam obtentum de prędictis verbum fieri in eodem Sacro Conſilio, demum eodemmet referente die 14. Iulij 1624. fuit prolatum decretum huiuſmodi videlicet. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, explicando caput omiſſum in decreto Sacr. Conſ. declaratum eſſe licere Ill. Duci Campiclari retinere etiam intereſſe quinti contenti in prædicto decreto, & proinde benè eſſe prouiſum per Ill. cauſæ Commiſſarium ſub die 14. 16. & 19. Iunij, hoc ſuum,&c. penès Secretarium in Banca Scacciauenti Magiſtri Actorum.

Solutio pecuniæ facta de ordine Iudicis alicui creditori, hoc eſt in cauſam declarandam, an in ſortem, vel in intereſſe, ſeù vſuras cedere debeat, fuit relata deciſio ſupra eodem verbo pecunia.

Solutio facta per debitorem anticipatè creditori, an, & quãdo ipſum liberet, vel dicatur aut non facta in fraudẽ creditoris,& quid exiſtẽte mandato Iudicis, ex quo quia in dies hæc materia in omnibus Tribunalibus occurrit, & perſepè creditores decipiũtur ob colluſiones debitorũ cum ſuis creditoribus, operepretium duxi aliqua eſſe conſideranda, vt ius ſuum vnicuique tribuatur; eſt in iure certiſſimum, quod nemo tenetur ſoluere ante tempus præfixum, §. plus autem, Inſtit. de action. Maur. Aret. in tract. de ſolut. quęſt. 42. nec propterea ad talem ſolutionem faciendam ante tempus erit compellendus, Ripol. var. reſolut. cap. 12. num. 266. eo quia cenſeretur plus ſoluere, §. plus autem, Inſtit. de act. Barz. dec. 78. num. 5. Ludouiſ. deciſ. Rom. 65. num. 3. ſed benè in tempore præfixo quanquam debitor poſſit ante tempus ſoluere, l. eum, qui kalendis, §. fin. ff. de verb. oblig. l. poſt mortem, C. de fideicommiſſ. probat Hieron. de Laurent. deciſ. Auen. 117. num. 1. vbi rationem aſſignat; cum tempus gratia debitorum ſit appoſitum, l. cum tempus ff. de reg. iur. nec erit locus repetitioni, Linglois dec. 11. quæſt. 5. Attamen ipſa ſolutio anticipatè fieri non poteſt in prędiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæſitum, ex multis probat Graſſ. in tract. de except. in 25. except. num. 104. & 105. Anton. de Amat. variar. reſol. in 29. reſol. num. 6. nam talis ſolutio ante tẽpus non releuat, l. qui Romæ ff. de verb. oblig. Viu. deciſ. 218. num. 1. ſed hoc ſanè erit cum diſtinctione intelligendũ, quando voluntariè ſolutio fieret per debitorem, nulla colluſione, aut fraudis præſũptione interueniente cum creditore proprio, aut ſuggerente moleſtia creditoris, quo enim caſu diceretur ſolutio legitima, licet coactè, vt probant Maſtrill. deciſ. 304. num. 8. & Caſtill. deciſ. 120. num. 8. Regulariter tamen cũ ipſa ſolutio nõ aliter dicatur exceptio, ſed potius defenſio, Barz. deciſ. Bonon. 54. nu. 3. animaduertendum eſſe arbitror, quod ſolutio non præſumitur ante ſcripturam, vel inſtrumentũ facta, Manent. conſ. 124. num. 17. & 21. ſed poſtea quia ſoluens pręſumitur repoſuiſſe quietantiam, Ludouiſ. deciſ. 253. num. 1. & maximè ſi eſſet notabilis ſummæ, idem deciſ. 188. nu. 3. ideò non præſumitur, niſi probetur, Amat. variar. reſolut. cap. 97. num. 9. Thomat. deciſ. 23. num. 15. & deciſ. 67. num. 3. At cum in facto conſiſtet, quia facti eſt, Barz. d. deciſ. 54. nu. 1. Intrigl. deciſ. 36. num. 19. & conſ. 18. num. 2. verum quia factum non pręſumitur, niſi probetur, l. in bello, §. factum ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. ideò allegans ſolutionem debet eam probare, cum ei tale onus incumbat, Barz. vbi ſupra

ſupra,num.4.Ludouiſ.deciſ.139.num.2.Cenc. deciſ.9. num.1.tom.2. Leon.deciſ.Valent.139. num.1.idem Cenc.deciſ.78.num.3.tom.1.Linglois deciſ.1. quæſt.1. nu.17. Cartar. deciſ.45. num.2. Aret. d.tract. cap.3.num.1.& 5.& per hanc rationem,quia eſt facti,firmat Ant. Fab. in ſuo Codice, lib.7.tit.14.in 6.definit.num.1. qua probata debitor liberatur, idem Leo deciſ.130.num.3.vbi ita deciſum tradit num.13. etenim ſolutione debitũ extinguitur,Cartar. deciſ.139. nu.13. Thomat.deciſ.51.nu.25. deciſ.53.num.4.& deciſ.88. num.63. vbi probat, quod tollitur obligatio, & hypotheca. Tota enim vis conſiſtere videtur in eius probatione, nam ſi per inſtrumentum probaretur valida, vtique erit,quoniam quietatio ſolutionẽ probat,Thomat. deciſ.88. num.64. ſimiliter ſi per apocas bancarias,ſiue tabulam, Muta deciſ.Sicil.62.nu.19.Intrigl.ſingul.23.lib.1. nam ipſa eo modo facta liberat ſoluentem, Leon. d.deciſ.150. nu.3.& 13. ſin autem per detentionem pignoris,vel dationis fideiuſſoris,aut depoſiti probaretur, nõ diceretur realis ſolutio,Milan.deciſ.Sicil.13.num.124.lib.2. nam ficta ſolutio diceretur,& conſequenter realis ſolutio non dicitur ficta, idem deciſ.14. n.10. eod.lib.2.quod idem erit intelligendum,ſi per teſtes,Ripol. variar.reſol.cap.14.num.159. vel confeſſionem aduerſarij, Anton.Fabr. in eius Codice, lib.4. tit.15. defin.36.num.1.& 2. aut priuatas ſcripturas, vt ibi Ripol. nu.164. probaretur, vt ex communi praxi receptum eſt, quia fraudis præſumptionem cõtinere videretur, & ratio eſt, quia anticipata ſolutio virtualiter eſt mutuum,Maſtrill.deciſ.106.nu.19. Muta deciſ.18. num.22. nec reſpicit ſubſtantiam cõtractus,ſiuè anticipatè fiat,ſiuè poſtergatè, Cenc.deciſ.116.num.2.tom.1.negari tamen non poteſt, ſicuti anticipata ſolutio tertiarum arguit ſuſpitionem fęneris, Anna alleg.83.nu.3.hinc infert Gratian.cap.679.n.24. ad conſuetudinem fœneratorum, qui numerant centum, & retinẽt duodecim pro vſuris vnius anni, ita quando fieret in tertij præiudicium, nam tunc fraudis ſuſpitionem induceret, nam ſolutio anticipatè fieri non poteſt, quando tertio præiudicat,idem Maur.Aretin. d.cap.6. num.55. & conſequenter in fraudem creditorum facta præſumeretur, DD. in l. ait Prætor, §.ſi cum in diem, & l.omnes, §.fin. ff. quę in fraud.cred.notat Ripol.variar.reſolut. cap.12.num.60. Amat.variar.reſolut.reſol.29. num.6.exemplo oſtenditur in ſolutione facta locatori ad effugiendum exequutionem contractus cenſus aduerſus eum detentorem, Milan.deciſ.14.num.8.lib.2. idem in ſoluente Prælato moribundo in pręiudicium ſucceſſoris,Hieronym.de Laurent.d.deciſ.117. Borgn. deciſ.32.nu.54.part.2.Graſſ.d.except.25.nu... Ill.Epiſc.Ricc.deciſ.164.tom.4. latiſſimè Ant. de Amat.d.reſol.29.num.1. vbi per alia exempla hoc idem oſtendit,Maur.Aretin.eod.tract. cap.6.num.53.& ſeq. Ripol.d.cap.12. nu.147. ſed quid ſi mãdato Iudicis ſolutio fieret,certum eſt,quod ſoluentem excuſaret, Muta deciſ.18.num.22. Monter.deciſ.Arag.2.num.27. Caual.deciſ.581.nu.8. Aret.d.tract.cap.6.nu.4 ſed hoc non procederet, niſi facta intimatione prius ei, qui inhibuerat,ne ſolueret, Gratian.diſcept.forenſ.cap.636.num.2.tunc enim non excuſaret,ſin autem contra mandatum Iudicis fieret ſolutio,certiſſimũ eſt, quod malè ſoluit,Franch.deciſ.204.num.22.quare cum fuiſſet factum mandatum penſionarijs Matthæi de Porto ad inſtantiã Io.Baptiſtæ Aqueturbidæ vti creditoris Lucretiæ Reginæ, ne ſoluerent penſiones,& præſentatis apocis ſolutionum factarum per quatuor annos anticipatè, licet obtinuiſſent domi decretum, vt non moleſtarentur. Facta inde relatione in Sacro Conſilio per Reg.tunc Conſ. Fœlicem de Ianuario die 27.Aprilis 1624.decreto Sacr. Conſ. prouiſũ eſt, ſolutiones anticipatè prætenſas factas per pẽſionarios per annos quatuor poſt mandatũ non eſſe admittendas,penès Secretariũ,in Banca Sarri,nũc de Amico.

Solutio ſortis principalis pro re in emphyteoſim conceſſa per emphyteotam cum poteſtate affrancandi facta per ſubcenſuarios,ſiue ſubemphyteotas, cenſuario, ſeù emphyteotæ ob res cenſuatas, ſiue emphyteoticatas, an ipſos liberet à ſolutione dictæ ſortis facta cenſuario,ſiue emphyteotę,quin moleſtari non poſſint à domino directo, vt rectiùs intelligatur in facto apparebat, Fabritium Sapatinum accepiſſe quoddam territorium à Lucretia Caracciola pro ducatis ſexcentum, de quo ſubcenſuauerat tres partes tribus perſonis pro ducat.42. cum pacto affrancandi,præfati cenſuarij affrancauerũt cum dicto Fabritio ſubcenſuante debitas per eos ſummas capitalis, & cum ſuperueniſſet poſt mortẽ dicti Fabritij Io.Petrus Sabatinus creditor eiuſdem Fabritij vigore inſtrumenti,fecit ſe præuio decreto Magn.Cur.adiudicare dictum territorium, & in poſſeſſionem ſe cõtulit, in qua perexiſtente comparuit Io.Vincentius Funicella V.I.D. vſufructuarius annuorum ducat. 40. debitorum eidem Lucretiæ per dictum Fabritium, & inſtabat ſatisfieri ſuper bonis ipſi Io. Petro adiudicatis, & videbatur benè affirmandum, poſtquam ſubiugans dicitur verè debitor ſortis,& capitalis, Maſtrill.deciſ.215.num.6. & cõſequenter dominus cenſus, ſeù emphyteoſis creditor dum habet directum dominium in re conceſſa, tamen poterit eius creditum exigere,nõ tamen ab ipſo cenſuario, ſeù emphyteota, ſed agere poterit pro toto cenſu contra eum, qui poſſidet vnam tantũ ex pluribus rebus ſuppoſitis, vel partem vnius rei ſuppoſitæ,probat Cencius in tract. de cenſib. part.2.cap.2.quæſt.5.art.9.num.41. nec proinde damno afficere debet dominum per alienationẽ factam ab emphyteota, etenim emphyteota nõ poteſt alienare rem emphyteoticam, etiam ſi habuerit poteſtatem alienandi,Franch.deciſ.4.num.10. multo fortius ſi illam irrequiſito domino alienauerit, Iul.Clar. §.emphyteoſis,quæſt.13. Cancer. variar.reſol. lib.1.cap.11.n.4. etiam ſi vellet illã recuperare, Theſſaur.reſol. lib.1.qq.forenſ.q.34.n.36.hinc eſt, quod dominus directus poteſt ire contra

quem-

Digitized by Google

quemlibet poſſeſſorem, & propria authoritate ingredi poſſeſſione ob non ſolutionem canonis, deteriorationem, vel alienationem, Borgn. deciſ. Fiuizan. 30. num. 133. p. 2. & ſic, quod Dominus cenſus re cenſuata vendita non præuia denunciatione poterit conuenire tàm cenſus debitorem, & eius hæredes, quàm rei cenſuatæ poſſeſſorem pro ſoluendis penſionibus annuis, ſi velit ſtare contractui, Duard. de cenſib. tom. 1. §. 4. q. 20. replicabat Io. Petrus creditor eius fratris, dicendo ipſum Funicellam debere greſſus ſuos dirigere contra ſubcenſuarios prædictos, ſeù ſubaffiſtatores, qui & ſi affrancauerant capitale ab ipſo Fabritio emphytheota, nequiuerant hoc facere, ſed affrancare cum Domino directo, & non cum ſubalterno, ad quod notanter dixit Valaſc. in tract. de iure emph. quæſt. 38. ſub num. 25. quod ſi emphyteota rem alteri ſubemphytheotæ cauerit, & ille ſubemphytheota rem velit, tenebitur requirere conſenſum primi Domini, & illi ſoluere laudemium, non autem emphytheotæ, ſecundum Specul. Azon. Salyc. Iaſ. Io. And. Cardin. Bero. & Pet. Iacob. ibi relatos, Câcer. var. reſol. to. 3. cap 4. n. 194. quantò magis, & pretiū capitalis, in tantū quod ſi emphytheota ſecundus, licet ſoluerit primo emphyteori ſuo locatori canonem, non euitat caducitatem, ſi primus non ſoluit Domino directo, ità dixit probãdo Borgn. dec. Fiuizan. 30. num. 124. p. 2. ad quod optimè Bart. in l. grege, §. cum pignore, num. 2. ff. de pignor. quem ſequitur Martill. d. deciſ. 215. nu. 22. quod ſi pignus eſſet datum pignori per primum creditorem ſecundo creditori, & debitor ſoluerit primo creditori, qui pignus pignori cedit, quod omninò pignus liberatur, ita è contra ſoluendo ſecundo non liberaretur, & ſic in terminis noſtris emphyteoſis concludit ibi Cancer. d. cap. 4. num. 194. cum ſeq. vt remaneat Dominus directus in omnibus cõtra omnes emphytheotã, & ſubemphytheotã pro ſuis iuribus indẽnis, quocirca cum fuiſſet per M. C. V. prouiſum præuia relatione Iudicis Io. Franciſci Capoblanchi de anno 1630. quod dicti ſubaffictatores correſpõderent eidem Io. Vincentio Funicella, ſaluis eis iuribus contra hæredes d. Fabritij, & cum fuiſſet appellatum in S. C. demum ad relationem Regij Conſil. Octauij de Piccolellis die 10. Iulij 1632. fuit per idem S. C. confirmatum decretum ipſius M. C. V. vt ex actis in Banca Cantoni.

Solutio facta per Bancum vigore apocæ, ſed cum girata falſa antendat in præiudicium ipſius, vel Domini apocam facientis, fuit relata deciſio ſup. in verbo girata.

Solutio debiti allegati an ſufficiat fortè facta per intermediam partitam alicuius Banci, aduerſus petitionem alicuius creditoris, & certū eſt, quod non ſufficit allegare ſolutionem factam per Bãcum talis Bancherij, ſi in Banco non repertatur, non obſtante, quod in contractu ſit clauſula renunciationis exceptionis nõ numeratæ pecuniæ, quia talis ſolutio dicitur confeſſata per relationem ad aliud, ſub tali conditione, ſi talis ſolutio reperiatur, nam referens eſt in relato, l. in teſtamento, ff. de cond. & demonſt. Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. ideò ſi deſinit realiter ſoluere, quia fortè non reperitur pecunia debitoris in Bãco, vel Bancherius non facit ſibi bonum talem partitam, deſinit confeſſio facta in contractu referente, & renunciatio ſolutionis non factæ non facit ſolutionem valere in vim realis ſolutionis, ſi illa realiter non interuenit, hæc ex Milaneſ. dec. Sicil. 13. lib. 2. num. 123. de quo incidit pertractari in S. C. cum fuiſſet mandatum Io. Alphonſo Ruiſo debitori facto Hoſpitali Diuæ Mariæ Annunciatæ de Neap. vt depoſitare deberet ducatos centum, replicauerat, feciſſe apocam Gubernatoribus ipſius ſacri Hoſpitalis ante tale mandatum, per quos fuit acceptata, & licet inde prouiſum fuiſſet, vt faceret depoſitum cum effectu, alias contra ipſum exequeretur, vel grauatus obtinuit verbum fieri in S. C. tandem facto verbo per Reg. Conſil. Io. And. de Georgio die 16. Nouembris 1629. fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Decreto S. C. prouiſum eſt, quod Alphonſus Ruiſus in biduo exhibeat apocam acceptatam per Bancum mentionatam in ſupplicatione ſua, aliàs exequatur pro ducatis centum contra ipſum pro exequutione ſententiæ S. C. & decreti S. C penès Secretarium in Banca Chiaieſe, ſiuè Cantoni, nam & ſi cedulæ Bancariæ conſignatio contineat veram ſolutionem, Cenc. deciſ. 38. num. 5. & 6. poſt tract. de cenſ. tom 2. & in addit. p. 1. cap. 1. q. 1. art. 7. nu. 3. & conſequenter vim ſolutionis factæ habeant in pecunia numerata, idem deciſ. 126 num. 7. & deciſ. 103. num. 7. dec. 104. num. 1. dec. 131. num. 2. dec. 132. num. 1. deciſ. 290. num. 2. dec. 291. nu. 3. tamen intelligendum eſſe putat, quando à campſore acceptetur, alias ſecus, vt probat idem Cẽc. d. art. 7. num. 4. poſtquam ante illius acceptationem habent vim mandati ad exigendum, non ſolutionis, idem in d. art. 7. num 1.

Solutio dotis an probari poſſit ex præſumptionibus, & coniecturis, ſi fuerit legata, & non reperiretur expreſſa quantitas, niſi eius promiſſio in capitulis matrimonialibus, de quo incidit altercari in S. C. in cauſa Venerab. Monaſterij Monialium S. Mariæ de Iſernia donatarij Catharinæ Carbonariæ cum Angela Peridti hærede q. Io. Baptiſtæ Peridti, dum actum eſſet ad ſolutionem legatæ dotis, & antefati, non expreſſa certa quantitate, remittendo ſe cautelis dotalibus, nec aliter de ſolutione apparebat, vndè dicebatur ex parte ipſius Monaſterij, ex pluribus præſumi ſolutionẽ dotis factam primo, ex qualitate debitoris publici mercatoris diuitis, & abundantis pecunia ſoliti ſoluere æs alienū tẽpore debito, vt probatū extitit, vndè clara reſultabat præſumptio, quod is dotẽ promiſſam ſtatim, ac cedente die ſoluerit, Pariſ. conſ. 83. num. 29. lib. 1. Simon de Præt. conſil. 68. in princ. Surd. dec. 105. nu. 1. præſertim quia vir erat probus, Bertaz. conſ. ciuil. 118. num. 13. Præſ. Amat. conſ. 53. num. 3. Ant. Monac. deciſ. 2. Florent. num. 26. ſecundò, ſumma diligentia, qua vti ſolitus erat Peridtus creditor in exigendis ſuis creditis, vt probatum referunt, & pariter reſultabat præſumptio, quod exigerat dotes, Affl. deciſ. 13. num. 18. verſ. tertia coniectura, Menoch. conſ. 457. num. 6. lib. 5. Crauet. conſ. 77. num. 10. & ſeq. Surd. d. dec. 105. num. 2. Abb. Surd. & Aymõ, quos probat Grat. lib. 3. diſcep. 581. n. 4. extat dec. Farin. 124. n. 2. Eo magis ex altero inſpiciebatur

Digitized by Google

ſtatus dilligentia Perićti, qui tempore contracti matrimonij non erat admodum diues, vndè credendum non erat, fuiſſe paſſum incommodum dilatæ ſolutionis, Alex. conſ. 183. num. 19. verſ. & hanc partem, lib. 6. Achil. Padioc. conſ. 3. nu. 71. quæ ex probat ibi Surd. num. 3. tertiò, ex quo ſocer poſt promiſſas dotes in anno 1599. ſoluendas tempore contracti matrimonij in menſe Maij 1600. & pro altera infra annos duos ſuperuixerat per alios annos ſex, & nunquam aliquid petijt Perićtus, & pariter inſurgit præſumptio ſatisfactionis contra creditorem, imò dolus ſi inde creditum petijſſet, ſicque peritent probationes integræ ſolutionis, Pariſ. d. conſ. 83. num. 27. lib. 1. poſt eum Menoch. conſ. 422. num. 42. lib. 5. & conſ. 988. num. 8. & 9. lib. 10. præſertim quia creditor, & debitor in eadem Ciuitate ſemper fuerunt, Alex. conſ. 115. lib. 7. num. 4. Pariſ. conſ. 37. num. 12. lib. 4. Ant. Monac. vbi ſup. nu. 12. Quartò, vigens præſumptio ſolutionis deſumitur ex eo, quod creditor nedum viuente debitore tacuit, ſed poſt obitum ſuperuiuendo per alios annos 15. nec dotes petijt, nec conqueſtus fuit eas non recepiſſe, vndè reſultat de illis fuiſſe ſatisfactum tempore ſtatuto, alias vel petijſſet, vel cõquæſtus fuiſſet, hac argumenti ratione vſus eſt Cicero in orat. pro Pub. Quint quē citat Menoc. d. conſ. 457. nu. 1. & conſ. 579. num. 6. lib 6. & in tract. de præſumpt. lib 3 præſumpt. 135. poſt Pariſ. conſ. 137. num. 12. lib. 4. Dec. conſ 596. nu. 9. verſ. corroboratur, Cæpn. conſ. 240. num. 8. & 9. vbi alios citat, quos probat Surd. d. dec. 105. n. 4. & in terminis in creditore, qui tacuit etiam mortuo debitore, Soc. conſ 89. col. fin. lib. 3 quem ſequitur Berraz. conſ. 118. num. 12. in ciuil. cum alijs relatis ab Ant. Mon. dec. 2. Florent. num. 13. Quintò, altera irrefragabilis coniectura ſolutionis ſe offerebat, quoniam maritus ſemper, & continuò per annos 33. pacificè, & bene tractauerat Catharinam vxorem, nil vnquam de dote non recepta obijciendo, præſtando illi alimenta, ac omnia alia neceſſaria, ſunt verba Beroi conſ. 60. num. 43. verſ. aliud iudiciũ, lib. 2. citat Bald. in l. vnica, num. 4. verſ. vnde quæritur, C. de priuileg. dot. Soc. conſ. 82. num. 3. lib. 3. Dec. conſ. 536. nu. 10. cum alijs apud Barboſ. in l. 1. p. 6. nu. 41. verſ. illud denique, ff. ſolut. mat. Sextò, poſtquam integra hæreditas debitoris peruenisset penès credutorem generum, & nonnulli creditores inſurrexiſſent, eos pluribus exceptionibus coactus fuit excludere vti poſteriores, nam opponendo creditum dotis anterius potuiſſet, dum non oppoſuit, quia verè ſolutione eius extinctum fuit, & demum reiectis alijs exceptionibus illis debita ſoluit, ex quo præſumptio reſultauit, imò ſatis clara probatio, & hac probationis ſpecie in fortiori caſu vſi ſunt Menoch. d. conſ. 457. nu. 12. & 13. lib. 2. Ant. Monac. d. dec. 2. num. 14. Quocirca & ſi regulariter non dicatur plena probatio, quæ fit per inditia, & præſumptiones, l. ſi ons, §. argumentum, ff. de probat. num. 156. verſ. cum ergo à iure, at in dote ſpeciale eſt, vt admittatur probatio ſolutionis ex inditijs, & præſumptionibus ad ipſius repetitionem, l. cum citra, vbi Gloſ. in verbo probanti, vbi Bal. num. 1. & 2. C. de iure dot. Gloſ. in l. ſi chyrographum, ff. de probat. Pariſ. conſ. 137. n. 20. lib. 4. Marſil. ſing. 442. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 739. num. 10. & 11. tom. 4. vbi refert, pluries deciſum fuiſſe per Rotam Romanam, & eadem Rota dec. 316. num. 1. par. 2. in diuerſ. Surd. dec. 105. num. 20. Menoch. lib. 3. præſumpt. 7. num. 6. Maſcard. concluſ. 566. num. 5. & concl. 569. num. 1. poſt Curt. Sen. conſil. 34. num. 4. vbi in dubio dixit, probari iuramẽto mulieris, cum alijs nouiſſimè adductis per Mancin. in tract. de confeſſ. cap. 8. nu. 14. & ſeq. vbi comprobat deciſionam eiuſdem Rotæ Romanæ. Quanquam ex aduerſo replicaretur aduerſus primam præſumptionem, nunquam debitorem fuiſſe diuitem, ſed conſocium pro tertia parte alterius mercatoris diuitis, & poſtmodum dimiſſa ſocietate remanſiſſe debitorem in magna quantitate pecuniarum, aduerſus ſecundam præſumptionem replicabatur, creditorem fuiſſe diuitem, neque probari de eius diligentia in hoc caſu præſertim, ad tertiam, quia creditor ſoluit, dum filios alios non haberet debitor ſocer, niſi eius vxorem, quæ ſucceſſura erat, vt ei nõ diſpliceret, non petijt dotem, ad quartam, ex quo mortuo ſocero ſucceſſit eius filia, & ſe immiſcuit hęreditati, & dum ipſe creditor poſſidebat non poterat à ſemetipſo dotes expetere, ad quintam dicebatur, eſſe obnoxium ad hoc maritum, vt perpendit Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 12. ad vltimam replicabatur, non aliter apparere, niſi de ſolutione vnius creditoris ſpecialem hypothecam habentis in mercibus ſub ſocietate contentis, ex quo facto patet deciſio in verbo legatum, nam rei veritate, vt mihi innotuit ab vno ex Dominis, fuit latum decretum in fauorem Monaſterij vigore legati, & non aliter.

Solutio dietarum debitarum Commiſſarijs deſtinatis ad capiendas informationes contra reos delinquentes, licet ſpectet ad Fiſcum, tamẽ recuperantur à reis ipſis condemnatis ex diſpoſitione prag. 11. §. 67. de officio iudic. an autem erit facienda d. ſolutio à contumace pro aliquo delicto, qui pariter dicitur condemnatus, ex eo quia contumacia de per ſe eſt delictum, Carau. in ritu 65. num. 4. Farin. q. 18. num. 26. & contumax pro confeſſo habetur, Scagl. in ritu 264. num. 3. Caball. reſol. crimin. caſ. 288. num. 74. & in confeſſum non ſunt partes iudicis, niſi in condemnando, Giurb. conſil. 75. num. 37. Blanc. in praxi crimin. §. viſis, num. 48. & plenè Menoch. de pręſumpt. lib. 2. præſumpt. 70. ex aduerſo replicabatur, id eſſe intelligẽdum de verè condemnato, & conſequenter, quia condemnatus in contumacia non dicitur condemnatus ex maleficio, vt dixit Farin. dec. crim. 97. num. 3. & in eius praxi q. 18. num. 28. & ex alijs apud Molligo. in tract. de appellat. vtriuſque int. extenſ. num. 224. Nellus de bannitis 2. p. 2. tempor. num. 59. & 60 Caball. reſol. crim. caſu 287. num. 78. nam contumacia non eſt propriè delictum, Farin. d. q. 18. num. 28. quibus accedit optimum conſil. Franc. Perional. 37. vbi in terminis caſum conſimilem exarat, & ita reſoluit, hinc eſt quod pœna, quæ infertur alicui ob delictum alterius non habet locum, vbi ſententia lata eſſet in principalis contumaciam, vt idem Farinac. deciſ. crim. 87. num. 23. tom. 2. quocirca in cauſa Andreæ Bou'anno, & fratris

Digitized by Google

citatorum à Regia Iuncta, ex quo Fiſcus informationem cœperat, & Commiſſarius deputatus ad illam capiendam perceperat dieratum ſolutionem ab inquiſitis, fuit deciſum, quod reſtitueretur dieræ ſolutæ ad relationem Regentis Rouiti de hoc anno 1633. penès Mancinũ Scribam in Banca Sportelli, prout ita in terminis concludit idemmet Reg. Rouit. in dec. 67. num. 23.

Solutio facta per debitorem fratri creditoris vigore procurationis aſſertæ in fide facta per Notarium, an valeat, in facto apparebat, Ioãnem Dominicum de Georgio vti ceſſionarium Scipionis de Conſtantio baiuli vigore literarum exequutoriallum cum imploratione brachij M.C. pro ducatis 24. feciſſe carcerare Simeonem de Maio, qui fideiuſſionem præſtiterat pro ferijs æſtiuis de ſoluendo, vel concordando, aut redeũdo, dum finitis ferijs intendebat incuſare fideiuſſionem, ſe oppoſuit debitor allegãdo ſatisfeciſſe Anello de Georgio eius fratri, vti eius procuratori, pręſentando quietationem ab eo factam pro d. ducatis 24. in qua aſſerebatur, eſſe procuratorem ſui fratris, & cernens, d. quietationem non ſufficere ſine mandato procurationis, præſentauit fidem Notarij, qui fecerat quietationem, vbi aſſerebat vidiſſe d. mandatum, & licet per Iudicem Taſſonum fuiſſet prouiſum, vt accuſaretur fideiuſſio ſaluis iuribus d. Simeoni debitori contra d. Anellum, de quo grauatus obtinuit verbum fieri in S. C. dicebatur ex parte creditoris, cuius partes tuebatur Io. Baptiſta Pennaſilicus V.I.D. perſpicaciſſimus, talem ſolutionem debitori nullatenus proficuam eſſe, vti factam perſonæ illegitimæ, adeò quod cum nec patri ſolui poſſit quod debetur filio, eo amplius nec fratri, Gratian. diſcep. forenſ. cap. 365. num. 1. & fortius falſo procuratori facta, quod procederet, & ſi ſoluiſſet bona fide credens, eum eſſe procuratorem, ad tex. in l. qui hominem, §. ſi nullo, ff. de ſolut. Nec proindè obſtare videbatur fides Notarij aſſerentis, vidiſſe procurationem ad exigendum, cui ſe referebat, poſtquam ſi non exhibeatur mandatum procurationis, non proderit relatio, relatum eſt in referente, l. ait prætor, §. ſi Iudex, ff. de re iudic. l. aſſe toto, ff. de hær. inſt. vbi Bart. & l. ſi quis ſeruum, §. ſi cui centum, num. 5. ff. de leg. 2. ſicque dum ipſe Notarius ſe referebat d. procurationi, niſi exhiberetur, non ei crederetur, quodque ampliatur etiam ſi copia d. procurationis exhiberetur abſque originale, ad tex. in Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. & potiſſimum, quando Notarius atteſtaretur in aliquo inſtrumento de alio inſtrumento aſſeruiſſet, ſe legiſſe, & vidiſſe, & de eo rogatum eſſe, ei non crederetur ex multis idem Gratian. cap. 693. num. 1. & 2. tom. 4. eo maximè in præiudicium tertij, prout erat caſus, de quo agebatur, quo nam caſu ſemper conſtare debet de ſcriptura relata, aliàs nulla reſultaret probatio, Socin. Cardin. But. Gall. & cæteri ibi relati à Gratian. imò etiam ſi totus tenor d. procurationis fuiſſet inſertus in d. fide, adhuc ei nõ crederetur, cũ poterit falſitas immineri, Gloſ. in cap. Abbate Sancti Syluani in verbo fiat fides de verb. ſign. & ſic iudicatum refert Afflict. dec. 273. num. 4. vbi ſpecificè loquitur de inſtrumento faciente mentionem de inſtrumento procurationis, vt non probet procurationem, per tex. in d. auth. ſi quis in aliquo, quinimò aſſertio eiuſdem Notarij non fuit facta, niſi in ſimplici fide, & eo magis nullius erit momenti, & ſi coram Iudice, & teſtibus per viam inſtrumenti facta eſſet, non releuaret, vt ibi Affl. num. 5. & in fine aſſeruit. Facta relatione in S. C. per Iudicem Franc. Ant. Scacciauentum in aula Conſil. Claritatæ die 16. Iunij 1632. fuit confirmatum decretum ipſius M.C. vt ex actis in Banca Saleſij.

Solutio debiti, quæ in dubio in duriorem cauſam tendere debet, ſi non fuerit in actu ſolutionis declarata, In quam cauſam cedere debet per debitorem, quo caſu ad creditorem pertineret electio, quapropter ob dubietatis defectũ an ordinariè, vel exequutiuè agendum erit, & fuit reſolutum in M.C. ordinariè agendum in cauſa Cæſaris Lubrani cum Ill. Principe Auettanæ refert D. Fran. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 77. non omittendum.

Solutio debiti capitalis facta per hæredem alicuius debitoris, cui fuerat iniunctum mandatum adiudicationis ad inſtantiam creditorum per Iudicem in ſententia factum, an ritè procedat, vel iterum ſolutio erit facienda, vt contingit diſceptari in S.C. in cauſa hæredum q. Marcelli Magiſtriiudicis cum illis de Amone, & alijs, eo præſuppoſito in facto, quod dum Lælius Brancia in anno 1584. vendidiſſet annuos ducatos decem pro capitale ducatorum centum ſibi debito ab Horatio Curiale, & Cæſare Lamberto inſolidum Andreæ Maſſæ, & poſtmodum quidam de Aymone vigore generalis hypothecæ contractæ cum d. Lælio in anno 1580. obtinuerunt, mediante decreto lato in anno 1600. per Curiam Surrentinam facta prius excuſſione rei ſpecialiter obligatæ adiudicationem dictorum nominum debitorum, mortuo inde d. Cæſare eius hęres inſcius adiudicationis ſoluit d. capitale ducatorum centum eidem Andreæ Maſſæ, præuio depoſito facto in M.C.V. at cum ipſi de Aymone prætendiſſent, d. ſolutionem non fuiſſe ritè factam, & proindè iterum debere cogi prædictorum debitorum hæredes ad ſoluendum ſtante defuncti ſcientia, ex qua ſolutio alteri, quam eis fieri non poterat, ad tex. in l. 3. C. de nouat. l. nomen, C. quæ res pign. producebatur ante omnia decretum Curiæ Surrentinæ, per quod fuit prouiſum, quod pro exequutione ſententiæ latæ ſub die 27. Auguſti 1591. ac decreto lato ſub die 9. Maij 1592. ac euictione ſequuta bonorum deſcriptorum ab adiudicatione facta pretij ipſorum creditoribus anterioribus q. Lælij agitato in d. Curia, quod prædicti Horatius Curialis, & Cæſar Lamberto debitores d. q. Lælij in annuis ducatis decem pro capitale ducatorum centum correſpondeant ſingulis annis in futurum da eis prædicto Marcello Maſtroiudice, eius filijs, & hæredibus q. Iuliæ de Aymone eius matris ceſſionariæ crediti d. q. Lælij in partem eius dotiũ, &c. quinimò infertur, quod ſoluens in contemptum mandati male ſoluit, Præſ. de Franch dec. 204. num. 22. ex aduerſo replicabatur, quod ſciẽtia contracta cum defuncto non transfertur in hęredem, iniquiſſimum enim eſt ſcientiam vnius obeſſe alteri, & ignorantiam prodeſſe, l. iniquiſſimum,

Digitized by Google

mum, C.de iur.& fact.ignorant. idcirco ſi aliquid à ſciente detur ignorãter, remanet apud ignorantem, Gloſ.in l.qui contra, verſic.Fiſco vẽdicari, C.de inceſt. nupt. quod fortius procederet in hærede, inquit text.in l.qui in alterius ff.de regul.iur. Gloſ.in l.qui ſe, verſ.factũ ibi potuit enim ignorare, quia debitori ſucceſſit ff.ſi certum petatur, hinc eſt, quod alienatio rei alterius commodatę defuncto ex iſta probabili hæredis ignorantia ſubſtinetur, l. poteſt ff. de vſufruct. §.ſi autem, Inſtit. eod. ſic etiam rei emphyteoticæ ſine timore caducitatis, licet irrequiſito domino, Cagnol. in d.l.qui in alterius, ſic pariter de ſcientia contra ſuum prædeceſſorẽ, quam præſumitur hæredem ignorare, cenſuit Menoch.lib.6.de pręſumpt.præſ.23.n. 56.nec officit, quod hęres cũ defuncto ſit eadem perſona, nam hoc procederet ex iuris fictione, vt fundaui in voto 36. num.31. quod ſanè intelligendum erit reſpectu iuris repræſentandi, ſecus ſcientiæ, quia quòad eum reputatur nouus homo, inquit Bald.in l.ſcire, in fin. verſ.ſexto, C.ſi cui pluſquam per l.ſalcid.& in terminis pro huius articuli deciſione Bart.in d. l. quod te, num.15. verſic.& pro hoc doceo vos ff.ſi cert.pet. concludit, quod hæres non conſtituitur in mora pro debito defuncti, niſi formiter fuerit interpellatus, allegat text.in d.l.qui in alterius, his verbis: ſed ſi tu es debitor ex facto alieno, vt quia hęres, vel Procurator tuus promiſit, tunc ad conſtituendum te in mora nõ ſufficit ſimpliciter denunciatio, quia non intelligis, nec intelligere debes te debere, quia in facto alieno tolerabilis ignorantia, vt infra pro ſocio, l.fin. ideo neceſſe eſt, quod oſtendam tibi inſtrumentum debiti, & legas, vel dem tibi copiam, hæc Bart.ecce quomodo citatio, ſeù denunciatio requiritur, ex qua deprehenditur ſcientia defuncti, & remanet obnoxius, tanquam quid cohærẽs ſimpliciter eius perſonæ, non tranſit ad hæredes, l.hæres in commune, iuncta gloſ. ff.de acquir. hæred. Iaſ. conſ.147. num.44. vol.2. & ſemota dicta ſcientia, quæ præbet obſtaculum defuncto ſoluẽdi ſecundo creditori, remanet in hæreditate libera facultas ſoluendi primo creditori, & ſibi imputandum erit, ſi fuerit negligens in certiorando hærede, cum teneatur ſcire conditionem debitoris mortui, l.3.in fin.ff.de fideiuſſ. l.qui cum alio ff.de reg.iur. Quibus accedebat bona fides hæredis, qui ſi ſciuiſſet, non ſoluiſſet ſub periculo alterũ ſoluendi, quod præſumendum non erit, quem velle ſuum iactare, l.cum de indebito ff.de probat.adeo quod hæc bona fides pati non debet iterum cogi ad bis ſoluendum, vt tradit Ludou. deciſ.511. col.pen. Cæterum ſi cõſideretur vis generalis, ac ſubſidiariæ hypothecæ cõtractæ ſuper dicto nomine debitoris, ex quo non poterat extẽdi ad capitale ducatorum centum, ſed ſolum ad annuam præſtationem ducatorum decem, & illa actio, ſeù ius recipiendi capitale remanſit liberum penès Lęlium, ex doctrina Bart. in l. grege, §.cum pignore ff. de pignor. vbi Salyc. Neguſ.de pignor. 2.part.membr.3.num.28. & & ita affirmandum cenſuit Tiraq.de retract. conuent. §.3.nu.12. quos probat Maſtrill. deciſ.216.num.21.& 22.quod ſuadetur ea ratione, quia hoc ius non erat in poſſe ipſius Lælij ſubiugantis, ſed dictorum nominum, ſicque vti competens Lælio ſub conditione poteſtatiua alterius, ſub illa hypotheca generali non videtur comprehenſum, ad text.in §. ac ſi ita ſtipulatus, Inſtit.de verb.oblig.& in l.cum ſtipulemur ff.eodem, Rimin.iun.conſ.481.n.12. vol.5.Burſat.conſ.397.num.42.& 49. lib.4. ſequitur Maſtrill.ibi num.26. verſic.& rationes quidem eſſe, & ſic concluditur, non obſtare dictę generali hypothecæ iſtud ius vti liberũ potuiſſe vendi, & cedi, accedente tamen conſenſu dicti nominis, vt in iſto caſu cum venditione integralis nominis debitoris, ex deductis per eundem Maſtrill.deciſ.112.nu. . . & deciſ.116.num.28.Theſſaur.deciſ.201.nu.1. quapropter ex ijs facilè reſoluitur obiectum de adiudicatione, & ſcientia dicti Cæſaris, ex quo tempore, quo fuit latum dictũ decretum vigore dictæ ſubſidiariæ hypothecę erat iam tranſlatum dictum ius in poſſe dicti de Maſſa, & abdicatum à Lælio, & conſequenter extremum ad quem remanſit inhabile ad inducendam retrotractionem in beneficium dicti de Aymone, ex l.lecta ff.ſi cert.petat.& quamuis paritum videatur dicto decreto adiudicationis per ſolutionem factam per dictũ de Lamberto, vel dici poſſit feciſſe reſpectu tertiarum, prout ius intelligit, ſtante dicto capitale demortuo, vt exemplificat Maſtrill.dict. deciſ.216. num.24. & 25. vel dicamus, hoc factum defuncti fuiſſe nullum, cùm illud capitale non erat in dominio Lælij, ſed Andreæ Maſſæ, & proinde factum nullum poterit impugnari ab hęrede, & venire contra hoc, vltra prædicta extat bona fides, ex quibus remaneret eliſa iſta obiectio, hæc ex auſpicijs Iulij Cæſaris Galluppi I. C. Quare facta relatione in S. C. per egregium Reg.Conſ.Franciſcum Antonium Muſceptulam meum vndiq; Dominum præſtantiſſimum die 5.Maij 1634.fuit prolata ſententia huiuſmodi. Per hanc noſtrã ſententiam, &c. dicimus, &c.declaramus pręfatos hæredes quond. Marcelli Magiſtriiudicis cõuentos abſoluendos eſſe, & abſolui debere, prout præſenti noſtra ſententia diffinitiua abſoluimus, & penitùs liberamus ab impetitione prędicti Angeli Curialis, & proinde decretum latum per Curiam fideliſſimæ Ciuitatis Surrenti ſub die 24. Decẽbris 1601.debitæ exequutioni demandari, pro cuius exequutione dictus Angelus Curialis ſoluat annatas decurſas, & in futurum decurrendas, ſaluis iuribus, ſi quæ competunt dicto Angelo cõtra hæredes quond. Scipionis de Maſſo, penès Figliolam pro Amico Magiſtrũ Actorum.

Solutio adhoę pro feudis exiſtẽtibus in Prouincijs Regni fieri ſolet Perceptoribus Prouinciarum, an etiam in Ciuitate Neapolis fieri debeat, deciſum fuit affirmatiuè per R. C. S. in cauſa Ill.Ducis Mirãdæ, vt tradit Andr.Capan.in tract.de iure adhoæ, quæſt.11.num.16.

Solutio adhoæ facta per prædeceſſorē, an poſtmodum ſuccedente ſolutione releuij facienda per hæredem, excomputari debeat ex releuio, nam prætendebat Fiſcus vtrunque deberi, deciſum fuit per R. C. ad inſtantiam Franciſci Pappacodæ Baronis Maſſaſtæ eſſe faciendum excompotū, vt tradit Andr. Capan. de iure adhoæ, quæſt. 13. ſub num. 5. verſ. & ſic fuit, vbi in verſic. ſic etiam deciſum refert per eandem Reg. C. ad inſtantiā Antonij de Duce pro releuio Catrapliani, quod pro adhoa non moleſtaretur ſtāte ſolutione releuij, vbi alias deciſiones vtriuſque caſus adduxit.

Solutio facienda creditori ex duabus cauſis, vʒ. ex cauſa apocæ bancariæ vna ſūma, altera ex cauſa debita vigore capitulorū matrimonialium, in quam cauſam erit faciēda, relata fuit deciſio ſupra in verbo pecunia.

Solutio cenſus, canonis, ſeù annui reditus an extinguatur perempta re, ſiue ex cauſa ignis, terremotus, aquarū inundationis, aut caſmatis, & quantum ad cenſum pertineat, Doctores conſtituerunt regulam vniuerſalem, quod bonis cenſui ſuppoſitis peremptis, aut infructuoſis redditis, perit actio, ius, obligatio, & diſpoſitio, ſicut per multa exempla probat Alber. Brun. in tract. de interitu, & perempt. q. 5. per totam, & ſucceſſiuè extinguitur cenſus, vt poſt Io. de Lign. in cap. in Ciuitate, de vſur. & alios relatos per Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 5. Gregor. Lopez l. 28. gloſ. 9. tit. 8. part. 5. Sarmient. ſelect. lib. 7. cap. 1. nu. 29. Roman. conſ. 417. num. 6. Nauar. de vſur. num. 74. & 98. Stracca de inſt. mercat. cap. 15. Felician. de cenſ. lib. 1. cap. 4. num. 3. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. rub. de conſt. ann. cenſ. §. incip. conditiones, &c. num. 5. Gutierr. de communi pract. qq. lib. 2. quæſt. 177. num. 7. Rota diuerſ. part. 1. deciſ. 757. num. 2. quos probat Cenc. in deciſ. 88. poſt tract. de cenſ. num. 3. tom. 1. quibus addit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 659. n. 8. Cæuall. pract. quæſt. cap. 312. num. 6. Azor. inſtitut. moral. par. 3. lib. 10. cap. 5. q. 3. & ijs addo Duard. de cenſ. tom. 2. §. 5. quæſt. 1. per totam, latiſſimè Megal. variar. reſol. tom. 2. cap. 167. per totum, & ſic deciſum Romę pluries teſtatur Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 5. cap. vnic. num. 149. potiſſimum, vt inquit ipſe, quoties tota res periret, & confirmat in deciſ. 279. num. 1. poſt d. tract. Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 33. cū alijs relatis à Marcell. Conuerſ. in Addit. ad Intrigl. in tract. de cenſibus, quæſt. 66. lit. A. verſ. contrariam tamen, vbi in princ. concitat omnes Doctores contrariam opinionem ſectantes, vltra Maſtrill. ad Petr. Gregor. de cenſ. quæſt. 3. num. 58. quod non ſolum in cenſuata re, ſed etiam in emphyteotica procedere dixit Cenc. de cenſ. par. 3. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 4. & Vrſill. deciſ. 258. in fin. idem in conductore, vt non teneatur ad penſionem re in totum perempta, Theſſaur. lib. 2. qq. forenſ. quæſt. 47. num. 9. Sed quando non in totum res periret, & remāſerit pars, ex qua poterit cenſus totus percepi, tunc totus debetur cenſus, ex Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 3. de verb. oblig. & ita iudicatum Romæ teſtatur Statil. Pacif. vbi ſupra, num. 150. & ſeq. Duard. dict. tract. §. 5. quæſt. 2. idemque in emphyteota probat idem Statil. Pacif. vbi ſup. num. 152. deciſum tradit Farin. deciſ. poſthum. 699. tom. 1. Vrſill. vbi ſupra, & dixit fuiſſe obſeruatum tēpore tumultus huius Ciuitatis, ſi vero pars fundi, vel domus remanſerit, quæ non erit ſufficiens ad ſolutionē integri cenſus, pro ea pars ratę illius debetur, Cenc. d. deciſ. 88. num. 2. Duard. d. §. 5. quæſt. 1. num. 18. idem Cenc. de cenſ. part. 3. cap. 1. q. 1. art. 2. nu. 1. Coſta de port. ratæ, quæſt. 38. nu. 4. Maſtrill. in Addit. ad Petr. Gregor. de cenſ. q. 5. num. 59. nam remanet in eo obligatio, Alber. Brun. d. tract. quæſt. 6. verſic. quarto prædicta, & ita fuit iudicatum per Sacrum Conſilium in cauſa Franciſci Vollari V. I. D. cum Oeconomis S. Georgij, qui non intendebat ſoluere cenſum duc. 24. pro territorio conſumpto ex incendio Veſuuij, ex quo remanſerat medietas, fuit condemnatus ad ſoluendum ducatos duodecim, referēte Reg. Conſ. Petro Antonio Carauita, in Banca Sarri, conſerunt prædictis verſus illi vulgati relati à Beſoldo de caſibus fortuitis, cap. 8. ſect. 1. ſub num. 17. ſi perit tota, non dolet emphyteota, ſed ſi pro parte, nulla ſe liberat arte, & ſic in emphyteota pro rata concludit ibi Coſta num. 7. ſin autem pars remanſa erit ſufficiens ad ſoluendum totum cenſum, tunc ex illa debetur, vt ipſi arbitrantur, quemadmodum ſi cenſus erit impoſitus ſuper diuerſis corporibus, ſi aliquod perierit, & cętera eſſēt ſufficiētia, ſubſtinebitur cēſus, & ſic fuit pluries in Rota Romana deciſū, vt refert Mareſc. variar. reſol. lib. 3. cap. 10. nu. 11. & ita etiam cōcludit Scrader. Miſcell. cap. 26. num. 3. demum ſi area tamen ſuperſit, ex quo cenſetur maior pars domus, l. res, §. aream ff. de ſolut. tunc totus cenſus debetur, vt reſpōdit Ripol. variar. reſolut. cap. 7. num. 291. præſertim num. 293. & ſeq. prout quoque in re emphyteotica idem aſſeuerandum tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 195. num. 18. ex Iaſ. in l. 1. col. 3. verſ. ego autem, num. 15. C. de iure emphyt. Surd. conſ. 197. num. 12. vol. 2. aſſequitur idem Surd. deciſ. 198. num. 11. poſtquam ex hoc ſemper durat obligatio, quæ in iure reali conſiſtit, optimè Alber. Brun. d. tract. q. 6. verſ. ſecundò dicta cōcluſio, vbi plura ad hoc, & ideò cum fuiſſet factum depoſitum per Reuerendos Patres Ieſuitas S. Mariæ de Carmelo Neap. ſiue S. Ignatij emptores certi ſoli cuiuſdam domus caſmate perem[illegible]æ, quæ fuit Franciſci de Amato, & in concurſu creditorū concurrebat Ill. & Reuerendiſſ. D. Ioannes Salamanca meritiſſimus Capellanus Regius pro certa ſumma cenſuum decurſorum, fuit integraliter ſatisfactus pro cenſibus, nulla defalcatione perhabita ad relationem Reg. Conſ. Petri Antonij Carauitæ die 23. Ianuarij 1638. fuit interpoſitū ſubſcriptum decretū videlicet. Facto de prædictis verbo in Sacro Conſilio per Mag. V. I. D. Petrnm Antonium Carauita Reg. Conſ. & cauſæ Commiſſarium. Per Sacrum Conſiliū viſa declaratione facta per Reuerendum D. Ioannem de Salamanca

proui-

prouiſum eſt, ꝙ de depoſito liberentur dicto Reuerendo D. Ioanni ducati 169. cum dimidio, iuxta relationem, hoc ſuum, &c. Carauita, penès Secretarium, in Banca Mareſchæ, apud Franciſcum Tipaldum, nunc in Banca Scacciauenti. Et ſubdit Gratian. d. cap. 195. nu. 18. ex Iaſ. & Surd. quod debitor cenſus nedum tenetur ad præſtationem integram canonis, ſed etiam ad reficiendum ædificium, Surd. d. deciſ. 198. num. 12. & in tract. de aliment. tit. 7. quæſt. 33. nu. 18. quod procederet, quando ipſe fuerit in culpa, alias ſecus, ex Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 353. notat Surd. d. deciſ. 198. num. 7. & 13. Imò refecto ædificio, etiam per tertium ad cẽſus præteritos, & futuros, ex rationibus deductis ibi per Ripol. idemque in annuis reditibus, probat ex Surd. dict. tract. tit. 7. quæſt. 33. nu. 15. Felic. de cenſ. lib. 1. cap. 8. num. 19. Matthienſ. l. 2. gloſ. 1. nu. 5. tit. 15. lib. 5. recopil. tradit Rodriq. de ann. redit. lib. 2. q. 7. num. 4. & propterea cum fuiſſet facta promiſſio per Ill. Principẽ Caſtellionis D. Ioanni de Aquino eius fratri ducatorum centum mille pro ſua portione, & vita, & militia, & pro illis annuorum ducatorum trium mille, ſuccedẽte obitu ipſius Ill. Principis fuerunt conuenti eius hæredes ad ſoluendos illos ab ipſo D. Ioanne vigore pacti exequtiui, oppoſuerũt hæredes Principis non aliter teneri, cum per terremotum generale occurſum in Prouincia Calabriæ die 27. Martij 1638. omnia caſmate perierunt, & deuaſtata conſpiciebãtur, & infructifera, & non eſt dubium, quin terremotus inter caſus fortuitos connumeretur, Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 12. nu. 29. cum ſeq. vbi recenſet terremotus occurſos per diuerſos annos, Sebaſt. Medic. de caſib. fortuit. part. 1. q. 13. num. 23. quaſi quod cum non culpa ſua res perierint, ſed cauſa terremotus ſucceſſi, ideo ad promiſſa, & conuenta teneri nõ videbatur, nam caſus fortuitus neminẽ obligat, Marta voto 58. num. 3. ex aduerſo conſerunt allegata in terminis annui reditus per Rodriq. de ann. redit. lib. 2. quæſt. 9. num. 75. cuius verba ſunt hæc, & ſi fuit conſtitutus, vt aſſolet, ſuper certis rebus, & generaliter ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris, & hypothecæ ſpeciales extinguantur, non conueniunt Doctores, an etiam extinguantur, an vero maneat reditus ſuper generali bonorũ, & perſonali obligatione, & quæſtionis reſolutio ab ea pendet, an poſſit reditus conſtitui ſuper perſonali obligatione, de qua egimus lib. 1. quæſt. 4. & infra hoc libro quæſt. 19. num. 29. vbi affirmatiuam partem eligimus vt veriorem de iure, ſecluſa noua diſpoſitione motus proprij Pij V. diximuſq; in contractu reditus obligationem perſonalem principaliter eſſe, obligationem vero rerum acceſſoriam, & pro certiori ſolutione reditus iure pignoris accedere perſonali, l. fundum, quem, vbi Bart. ff. de ann. leg. Couar. lib. 3. variat. c. 7. num. 5. verſ. 4. Soto de iuſtit. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. col. 7. in fine, vnde peremptis ſpecialibus hypothecis, ſalua manet reditus obligatio, l. aduerſus, vbi Bart. & Bald. C. de act. & oblig. & ita tenet Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. rub. de conſtitut. annui cenſ. à num. 49. vſque ad nu. 55. Gayll. lib. 2. obſeru. 7. à nu. 11. Decian. conſ. 2. à num. 141. vſque ad 144. lib. 1. Soto vbi ſupra, Surd. conſ. 162. quæſt. 12. lib. 2. ſequitur Franc. Milan. in deciſ. Sicil. 2. part. deciſ. 2. num. 113. vbi dicit, hanc opinionẽ comprobari extrauag. & Bulla Nicolai V. qua permittitur conſtitui reditus ſuper omnibus bonis generaliter cum perſonali obligatione vendentis, quod importare videtur, quod emptor nunquam ſubit periculum rei emptæ, quia impoſſibile eſt, quod genus bonorum cum perſonali obligatione pereat, l. incendiũ, C. ſi certum petatur, & ita conſiderat Coſta ab eo relatus, hæc ille, eum ſequitur Maſtrill. ad Petr. Gregor. de cenſ. quæſt. 5. num. 58. vbi ex multis probat, quod ſi prædium, ſuper quo conſtitutus ſit cenſus perit, ex quo vigore Bullarum, potiſſimum Nicolai V. & Gregorij XIII. tàm ſuper perſona, quàm ſuper rebus imponi poſſit, perempta re remanebit ſuper perſona tantum, nam ſufficiens erit, quod à principio fuerit rectè cõſtitutus ſuper fundo, quibus addo Intrigl. in tract. de cenſib. q. 66. num. 2. vbi in terminis confirmat, quod obligatio ad ſolutionem annui reditus præcipua videtur eſſe perſonalis, & fundus, ſuper quo reditus conſtituitur videtur acceſſoriè apponi pro certiori, & ſaniori ſolutione, Gloſ. in verb. in mora, in fine, l. 2. C. de luit. fund. l. fundus, quem, vbi Bar. ff. de ann. legat. & ſequitur, vnde fundo caſmate perempto remanet nihilominus perſonalis obligatio ad annui reditus ſolutionẽ de iure communi, l. creditor, qui non idoneum, vbi Alex. nu. 1. ff. ſi certum petatur, l. quæſitum, §. fin. ff. de diſtract. pign. l. fin. §. penult. C. de iure dom. impetr. hæc ille, quod eſt confirmatum per Bullas Nicolai, & Gregorij ſupra relatas, eapropter cum fuiſſet domi prouiſum per Reg. Conſil. Hectorem Capycium Latto, quod conuenti ſoluerent tertias, appellauerunt ad Sacrum Conſilium, & obtinuerunt in eo verbum fieri, tandem facta relatione die 24. Decẽbris 1638. fuit dictum, benè prouiſum, & conſequenter confirmatum decretum, penès Secretarium, in Banca de Simeone, etiam in reclamatione.

Solutio facta à debitore ſuo creditori alicuius ſummæ debitæ vigore apocæ bancariæ ſolutæ in contanti cum receptione apocæ cũ girata in bianco facta à creditore illam reſtituẽte eidem debitori, ad hoc vt poſito nomine potuiſſet partita per Bancum pertrãſire pro ſua cautela, ſi caſu apoca cum girata in bianco fuerit aliquo modo diſperſa, ſeù ſubtracta, & ibi nomen in girata deſcriptũ, ob quod fuerit debitor conuentus vigore dictæ apocæ, an ſolutio ipſa iam probata extraordinariè operetur, ne depoſitum facere compellatur ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, vt factum innoteſcat accidit, quod cum Felix Pignella duas apocas bãcarias cõfeciſſet eius creditoribus, vnam ducatorum 17. 1. 12. ſoluendorũ Mattheo de Maria, altera ducatorum 15. ad complementum ducat. 16. ſoluendorum Magiſtro

Ieſueli de Florio ex cauſis in eis expreſſis, in quibus apparebant giratæ in bianco factæ ab eiſdẽ creditoribus, qui receperãt ſummas prędictas de contanti, cum inde accidiſſet, apocas prædictas furtò ſubtractas cum alijs ſcripturis ex arca ipſius Fœlicis, fuit appoſitum nomen in giratis D. Petri Cioffi, qui poſtea conueniri fecerat ipſum Fœlicem in M.C.V. ad ſibi ſoluendum quantitates in illis expreſſas, nec non ad recognoſcendum illas, vnde conuentus recognouit apocas, & aſſeruit, manu eius factas eſſe, ſed ſolutiſſe dictas quantitates eiſdem creditoribus in cõtanti, qui apocas ei reſtituerant cum girata in bianco, ad hoc vt cum ſuo commodo appoſuiſſet nomen, quod ſibi videbatur, & eo peracto potuiſſet partitã per medium Banci pro ſua cautela pertrãſire, & propterea expoſtulauit declarationem circa vſũ ipſius D. Petri, qui declarauerat, prędictas apocas ei fuiſſe giratas à Chriſtina Patundelli vidua quond. Anelli de Guido, aſſerente, ei ſibi à ſuo viro conſignatas fuiſſe, qui voluit de propria ſua pecunia ſolui, quemadmodum ſoluerat dictas quantitates prædictis Matthæo, & Ieſueli nomine ipſius Pignellæ, vt recuperare potuiſſet ab eodẽ Pignella prædictas quãtitates ſolutas ab ipſa Chriſtina, quę dictas apocas dederat, vt quãdo ipſe Fęlix ſolueret, potuiſſet ſibi ſatisfieri, quo autẽ audito ab ipſo Fęlice, porrexit memoriale Reg. Conſ. Io. Frãciſco Sanfelicio, vt prouideret, quod de pdictis caperetur informatio criminalis, quo prouiſo, & examinatis creditoribus prędictis, qui depoſuerunt formiter pnarrata, aſſerẽtes, nõ aliter tale nomen appoſuiſſe, ſed recepiſſe dictas quãtitates à dicto Fœlice, nõ ab alio, ex quibus reddebatur depoſitio giratarij admodum ſuſpecta, & productis atteſtationibus prædictis, fuit domi prouiſum per Ioannem Arcamone Iudicem M.C.V. vt Fœlix faceret depoſitum die 13. Ianuarij 1637. & ita confirmatum per M.C.V. die 27. Februarij, à quo decreto cum fuiſſet appellatum, & ordinatum per Spectab. Præſidem S.C. vt parti intimaretur ſupplicatio, producta copia informationis criminalis nedum, ſed partitis Banci ſequentibus cum declaratione ſatisfactionis ex præterito factę eiſdem creditoribus, fuit per ipsũ D. Præſidem prouiſum, vt M.C.V. verbum faceret in S. C. cum poſtea fuiſſet aditũ ex parte actoris Reg. Collat. Conſ. & mandatum eidem Magn. Cur. vt iuſtitiam faceret, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, & confirmatũ per aliam decretationẽ, fuerunt inde tales decretationes reuocatæ, & obtentũ per ipſum Fœlicem, quod Spectab. Præſes S. C. prouideret de iuſtitia, & confirmatũ per Spectab. Regentem Caſanate, auditis partibus, ſicque de conſenſu partium præfatus Spectab. Præſes Sacr. Conſ. mandauit ſeruari dictam regiam decretationem de verbo faciendo in Sacr. Conſ. quocirca dicebatur ex parte creditoris, omnino eſſe confirmandum decretum ipſius M.C.V. quod erat conforme diſpoſitioni Regiæ Pragmaticæ 64. §. 6. de offic. Procur. Cæſ. mandanti, quod conuenti vigore apocarum directarum Banco, facta recognitione ipſarũm, aut fuerint legitimè probatæ, non audiantur, niſi facto depoſito in Banco, aut ipſis conſtitutis in carceribus, ac ſi fuiſſent inſtrumenta liquidata via Ritus M.C.V. vel ſi fuiſſent obligationes penès acta illius ſtipulatæ, &c. ex quibus patet, quod dum fuerat facta recognitio per ipſum Fœlicem, non poterat audiri in ſua exceptione, niſi facto prius depoſito, & amplius, quia ſi conſiderẽtur verba ſtatuti prędicti, deſignant, apocas recognitas ſimiles eſſe inſtrumentis liquidatis, ac obligationibus penès acta ſtipulatis, & ſic conſũmato actu iuridico nulla conceditur exceptio, niſi facto depoſito, adeo quod licet ab initio contra inſtrumẽta liquidanda poſſint aliquæ exceptiones opponi, vt traditur in ritu 166. vbi Carau. non tamen facta liquidatione permiſſum videtur, nam permiſſum ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum, l. ſi vnus, §. 1. vbi Bald. ff. de pact. cum alijs apud Barboſ. in princ. vtriuſque iur. lit. P. num. 18. quare tunc erit forma ſtatuti obſeruanda, hoc eſt, vt poſſit audiri conuentus huiuſmodi, debet facere prius depoſitũ pecuniæ, adeo quod exceptio ſolutionis vti peremptoria nõ poteſt opponi, nec poſt concluſum in cauſa, nec poſt rem iudicatam, ſecundum aliquos, vt tradit Pyrrus Maur. Aret. in tract. de ſoluc. cap. 80. num. 10.

Replicabatur ex parte ipſius Fœlicis, ex informatione capta ſatis liquere de ſolutione facta principalibus creditoribus iam examinatis, deponentibus, pecuniam eis debitam à dicto Fœlice recepiſſe in contanti ab eo, cui apocas factas in eorum beneficium eidem reſtituerãt cum girata in bianco, vt dictum eſt, & ad maiorem probationẽ ſolutionis fuerunt productæ aliæ conſimiles apocæ bancariæ eiſdemmet creditoribus poſtea ſolutis per medium Banci cum declaratione expreſſa, fuiſſe eis ex præterito ſatisfactum de annatis decurſis, in quibus etiam includebantur dictæ apocæ giratę vt ſupra, ex quibus colligebatur prõptualis ſatisfactio ex præterito in tempus præsẽs, & proculdubio quamuis exceptio ſolutionis non cenſetur excluſa à ſtatuto excludẽte omnes exceptiones, vt inquit Graſſ. de except. in except. 25. in princ. tamen non ſolum ab initio opponi poſſit, ſed ſemper, & quandocunque, vt probat Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 54. num. 6. Imò talis exceptio ſolutionis non dicitur propriè exceptio, ſed defenſio, idẽ Maur. Aret. d. tract. cap. 80. num. 8. & propterea non tantum impedit exequutionem inſtrumenti, verum etiam poſt ſententiam opponi poterit, vt ibidem nu. 1. firmat, & num. 2. ſubdit, quod exceptio ſolutionis etiã in actu exequutionis oppoſita ſuffragatur; & propterea nunquã tollitur, quin allegari, & probari poſſit, vt ſubdit num. 4. Quanquam autem difficultari cõtingiſſet, tales teſtes fuiſſe receptos ex informatione criminali parte nõ citata, ita quod probare nõ poſsũt, latius Foller. in praxi crim. rubr. & demum repetantur, nu. 1. niſi fuerint parte citata repetiti, ex Capyc. probaui in voto 17. nu. 52. & 53. adeo quod cum fuiſ-

fet

ſet neceſſaria illorum repetitio indigebat cauſa ipſo termino, & propterea interim depoſitum fieri debuerat, quia ſoluere non dicitur qui deponit, idem Maur. Aret. eod. tract. cap. 2. §. 4. n. 1. vltra quod dictis teſtibus deponentibus de facto proprio fides adhiberi non poterat. Nihilominus replicari poterat, quod etiam aduerſus liquidationem admittuntur teſtes in promptu producti ad probandum ſatisfactionem, vt deduxi in voto 84. num. 363. & ſeq. pariformiter & teſtes recepti ad reuelationem excommunicæ, quod pariter indigent repetitione, vt dixi in d. voto 17. deſeruiunt tamen ad inſtructionem Iudicis, ita vt impedirent liquidationem inſtrumenti, vt deciſum retuli 1. par. verbo teſtes, adhuc tamen & ſi legitimè probari debueret, hoc eſt parte citata teſtes repeti, negari non potuerat, quin conſtare inceperat de ſolutione, & propterea Iudex ex officio ſuo exceptionem ſolutionis ſupplere poterit, vt voluit præfatus Maur. Aret. d. tract. d. cap. 80. num. 9. neque obſtabit, quod teſtes ipſi deponebant de facto proprio, etenim ſolutio etiã probatur per confeſſionem creditoris, idẽ Maur. eod. tract. cap. 4. num. 4. maximè ſi ſolutio vera ſit, remiſſa cauſa prædicta per Spect. Reg. Caſanate Præſidi S. C. fuit per eum mandatum verbum fieri in eo. Et propterea facta relatione per benemeritum Iudicem Io. Arcamone die 21. Iunij 1638. fuit per S. R. C. interpoſitum ſequẽs decretũ, vz. Per S. R. C. remiſſa eſt cauſa eidẽ M. C. V. quod partibus auditis viſis ſcripturis de nouo præſentatis iuſtitiam faciat, & per ipſam M. C. die 2. Iunij einſdem anni fuit prouiſum, quod infra quatuor dies audiantur partes, hoc ſuum, &c. in Banca Anaſtaſij, à quo decreto cum fuiſſet obtentum iterum verbum fieri in S. C. fuit aliud decretum interpoſitum facta relatione die 19. Auguſti 1638. Per S. R. C. remiſſa eſt eidem M. C. V. quæ prouideat, quod audiantur partes infra quatuor dies, hoc ſuum, &c. penès Secretarium in eadem Banca,

Solutio literarum cambij, ſeù banchi per aliquem factarum alicui directarum, in poſſe tertij peruentarum an impediri poſſit per exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ oppoſitẽ per illas facientem; ex facto deſumebatur Ioannem Zeuaglios aduerſus inſtantiam factam ex parte Io. Philippi Sellutij, vt ſibi ſolueret ſummam ducatorum 318. debitorum vigore duarum apodixarum banci factarum die 1. Iulij 1636. aſſerentem, ex ſequentibus eſſe abſoluendum, primo, quia factũ nõ bene probatũ fuerat à Sallutio, quod ipſe Io. promiſiſſet ſoluere noĩe Marchionis Villefranchæ, nam Rationalis Reuaghedo, & Io. Baptiſta Coppula erant homines d. Marchionis, ſicut etiam Petrus de Origliar, qui non aliter fidem faciunt vti familiares, cap. in literis, de teſt. l. etiam, C. eod. Crott. de teſtib. p. 4. nu. 61. Monticell. in repert. de teſtibus, verbo familiaris, neque Vincentius Blanco homo ipſius Sallutij. Secundò, quia dato, & non conceſſo, quod verum fuiſſet, ipſe Io. non aliter cum d. Sallutio negotium iſtud tractauerat, nec etiam cum Reuogliedo, & id, quod dicunt apocæ pro alijs tantis non eſt verum. Tertiò, quia dici non poterat, quod ipſe Io. ſit fideiuſſor, dum non interuenerat ſtipulatio, quæ de iure requiritur, l. blanditus, C. de fideiuſſ. Affl. deciſ. 39. Herring. de fideiuſſ. p. 1. cap. 11. num. 1. Quartò, quia & ſi eſſet fideiuſſor, gaudere debet beneficio excuſſionis, ad tex. in auth. præſente, C. de fideiuſſ. Valent. Franc. de fideiuſſ. cap. 5. in 3. præiud. num. 181. Pyrr. Maur. Aret. in tract. de fideiuſſ. ſect. 6. cap. 2. Herringius in tract. de fideiuſſ. par. 1. cap. 27. num. 16. & alios citat Baldaſſ. Clamor. in ſuo prompt. iuris tit. 34. de fideiuſſ. §. 8. num. 1. poſtquam creditor prius debet exigere à principale, & deinde deuenire ad fideiuſſorem, & ſi non exegit, cum potuit, eſt ſuo periculo, & non fideiuſſoris, Male in conſult. 9. num. 13. Et tandem quia poterat recedere ab iſto contractu innominato, prout receſſerat, dum pecuniam iuxta mandatum datum per d. Reuogliedo nõ exigerat, & quod Io. Philippo non ſoluerat, niſi ducatos 7500. quód poterat damnum importare. Replicabatur pro parte ipſius Io. Philippi, cuius partes fouebat Io. Antonius Pariſius I. C. ſolertiſſimus, obſtare primam oppoſitionem, quia præfatus Marchio non habebat commodum, neque incõmodum in d. negotio, quo nam caſu probarent teſtes prædicti, ad tex. in l. quæro, §. 1. ff. de ędil. edict. Valeſc. conſult. 73. Secundo, poſtquam illi fuerunt mediatores, quibus de iure creditur, Curt. in tract. de teſt. concluſ. 43. ſub num. 89. latius Stracca in tract. de proxen. p. 4. §. ille etiam, Ludouic. Vitalis in tract. de reis, & teſtibus monend. num. 44. & ſi vnus eſſet teſtis, probationem induceret, Veral. dec. 267. p. 3. Menõch. de arb. iud. caſu 99. Item quia etiam domeſtici teſtes admittuntur, quando veritas aliter haberi non poteſt, l. conſenſu, C. de repud. ex Alb. Abb. & Imol. notat Monticel. d. rep. verbo domeſtici, verſ. teſtis en poſſit., ita quod etiam Aduocatus in teſtem admitteretur, quando aliundè veritas haberi non poteſt, Maſcard. de probat. concl. 66. num. 14 latè Præſ. de Franch. dec. 538. idem Menoch. d. tract. caſu 106. quod militat etiam reſpectu Vincentij Blanchi, & ſuppletur ipſorum depoſitio ex alijs, aut ſi maiorem notitiam haberent, quam alij, d. l. conſenſu, §. ſi in plagijs, Crot. ibi num. 24. & quantum ad ſecundum caput pertinere videatur, non indiget reſponſione, quia ex depoſitionibus Reuogliedo, & ipſorum teſtium apparebat, & propterea dum d. apocæ dependebant ex præcedenti cauſa ſuſcepti mandati ad exigendum, habetur, ac ſi vere interueniſſet numeratio, & ſufficit, præcedentem cauſam eſſe veram, l. ſi ex pretio, C. ſi cert. pet. & ita ibi in terminis Cuman. & Alex. ſequitur Ruin. conſ. 19. num. 11. vol. 4. congerit Surd. conſ. 162. lib. 2. num. 42. & ſeq. & non habebit locum exceptio non numeratæ pecuniæ, Graſſ. latè de except. in except. 43. num. 30. nam non ſpe futuræ numerationis apocas facit, ſed ex cauſa de futuro, & ex præcedenti ſuſcepto mandato, Ruin. loco citato, & non eſſet locus exceptioni, l. aduerſus, iuncta Gloſ. C. de except. non num. pecun. & iſto caſu ſolutionis vim apocas habere, dixit Affl. deciſ. 353. num. 3. Scaccia de commerc. & camb. §. 2. Gloſ. 5. num. 245. Quo verò ad tertium obiectum certum eſt, de iure non ſubſiſtere, etenim quæſtio iſta eſt de apicibus iuris, & ceſſat inter milites, & mercatores, Iaſ. in §. in perſonam,

Digitized by Google

ſonam, inſt. de action. num. 70. Stracca de mercat. tit. de except. num. 10. Vrſil. in citata dec. ad Afflict. 39. num. 2. Maur. Aretin. eod. tract. ſect. 6. cap. 3. num. 211. Secundò, quia conſtituit ſe debitorem nomine Marchionis, ob quod tenetur de conſtituta pecunia, & non eſt opus alia diſcuſſione, l. 1. C. de conſt. pec. & admittitur probatio abſque ſtipulatione, D. de Franch. dec. 343. Neque obſtat quarta obiectio, quia negauit ſe fideiuſſorem, quo caſu amittit beneficium, Bald. in auth. contra, qui propriam, colum. 2. in fine, C. de non num. pec. Bart. Ang. Imol. & Caſtr. in l. ſi dubitet, §. 1. ff. de fideiuſſ. ſequitur pluribus citatis Ant. Gabriel. com. concl. tit. de fideiuſſ. cõcl. 1. num. 79. Vinc. Carroc. de excuſſ. bon. p. 2. q. 69. num. 1. Valent. Fran. d. tract. cap. 5. num. 407. Secundò, procedit inter mercatores, Gloſ. eſt notab. in §. argentariorum, vbi Ang. in auth. de fideiuſſ. Bal. in l. fruſtra, C. de nõ num. pec. Boer. dec. 221. num. 14 idem Gabrial. ibidem num. 98. & ſic deciſum refert Theſ. deciſ. 52. n. 5. maximèquãdo agitur ſola facti veritate inſpecta, Doct. in locis ſup. relatis, cum alijs apud Valent. Franc. d. tract. cap. 5. num. 396. Maur. Aretin. eod. tract. ſect. 4. cap. 13. num. 3. Et demum non obſtat vltimum, primò, quia contractus iſte inter ipſum Ioannem, & Rauogliedum eſt deductus in ſtipulationẽ, & eſt contractus mandati, & dum præcipuum habet nomen, non dicitur innominatus, ſuſcepit etiam mandatum exigendi, & in mandato onus ſoluendi, vt ſoluit Bartholomæo de Aquino creditori eiuſdem Marchionis duc. 1951. ex ſumma ipſi aſſignata duc. 28269. ipſemet Io. Philippo dictas apocas ſuo tempore ſoluendas conſignauit, l. 2. & toto tit. ff. mand. ob quod ſi mãdatum ſuſceptum non complet, vel intempeſtiuè renunciat, mandati actione tenetur, l. ſi mandatum, §. ſicut autem, ff. mand. quod & ſi fuiſſet renunciatum, & renunciatio ad procuratoris notitiam non peruenerit, renunciatio nihil operatur, l. ſi mandatum, ff. eod. & ſucceſſiuè locum habet reg. quæ ab initio ſunt voluntatis, poſt factum ſunt neceſſitatis, l. ſicut, C. de act. & oblig. eſtque ratio, quia ab initio ſunt hinc inde contractus iſti perfecti, l. iuriſgentium in princ. ff. de pact. Bart. in l. ſi pecuniã, n. 8. ff. de cond. cauſ. dat. & poſt ſuſceptum mandatũ mandatarius deſeruire non poteſt, & ſi adimplere non valet, Domino denunciare tenetur, alias quanti mandatoris intereſt tenebitur, tex. eſt in l. ſi quis alicui, §. qui ſuſcepit, ff. mand. & ſi eſſet innominatus, vt pars prætendit, vt non eſt, ex Bart. in d. l. ſi pecuniam, num. 11. dum iſti contractus innominati ex vtraque parte ſunt adimpleti, non eſt locus pœnitentiæ, l. ex placito, C. de rer. permut. & in caſu noſtro dum reſpectu Marchionis fuit datum mandatum cum ſcripturis exactionis, & Ioannes non modo illud ſuſcepit, verum adimpleuit, & ſoluendo, & promittendo, vt dictum eſt, & vti procurator exigere cœpit dicti mandati vigore anno 1637. & ſi poſt non compleuit, in dolo eſſet, l. dolo, ff. mand. quod eo magis procedit, quando res non eſſet integra, dum Sallutius apocis, & promiſſione Ioannis confiſus Marchioni ſe obligauit, quo caſu etiam pœnitentiæ locus non eſſet in ipſius detrimentum, idem Bart. loco præcit. &

eſt tex. in cap. mutare, de reg. iur. in 6. vbi Dyn. dicit, mandato re integra in alterius præiudicium non datur, re tamen integra notitia reuocari non poſſet per mandantem, nec propterea dicat Ioannes, Ioannem Philippum non eſſe in damno, niſi in ducat. 7500. nam conſtat ex præcedẽtibus partitis cum Marchione initis eſſe creditorem ſup. 25. milla duc. & vt eis poſſit ſatisfieri contraxit, & dictas apocas recepit, & ſi Ioannes à d. Rauegliedo mandatum non ſuſcepiſſet, vtique ad extinguendum eius creditum ipſe idem Philippus exigẽdi onus aſſumpſiſſet, vt per prius, & poſtea ſuſcepit, eſt etiam in damno, quia ob apocas prædictas inſtrumento Marchioni eſt adhuc obligatus, in tantum quod vltimo inſtrumẽto anni 1637. d. Marchio nõ modo ab eis recedere noluit, verum ipſa confirmauit, vt eſt videre in proceſſu fol. 47. accedat prædictis, quia longè poſt ſuſceptum mãdatum prædictum ſoluando, & promittendo, vt ſup. fundatum eſt ab ipſo Io. Philippo, dilationem petijt, & cambij literas per nundinas obtulit, quo caſu non modo promiſſa ratificauit, verum hac eadem ratione ſoluere cogitur, arg. tex. in l. ad ſolutionem, C. de re iud. l. cum fidem, C. de non num. pec. & exceptione non numeratæ pecuniæ priuatur, Magon. dec. Lucenſ. 24. & totum ſoluere cogitur, Dec. conſ. 618. & ſic non eſt, vnde modo Io. condemnationem effugere poſſit. Peracta relatione in Collat. Conſil. die 18. Nouembris 1639. per ſpectab. Reg. Matthiam Caſanatæ interueniante Circumſpecto Præſide S.C. coram Excellentiſſ. D. Protege, fuit condemnatus conuentus ad petitam quantitatem vna cum intereſſe, vt ex actis penès de Amico à mandatis Scribam. Poſt hæc ſcripta inſurrexerũt nouiſſimę deciſiones S.R.C. à Peritiſſimo viro nobilitata, & virtutum cumulo ornatiſſimo, Regioque Conſiliario meritiſſimo D. Hectore Capycio Latro Domino meo obſequentiſſimo recollectæ, qui in dec. 111. de eademmet cauſa prolixius agit, & referi per S.C. fuiſſe prius deciſum, vt audirentur partes infra quatuor dies, non tamen deciſo articulo principali, ſi audiri deberet debitor præueniens pro reſtitutione epocarum factarum ſpe futuræ numerationis, vel facto prius depoſito iuxta deciſiones, alias per me relatas ab ipſo Authore adductas, quarum ſecreta Senatorum pro illarum deciſione, & ſi mihi nota non fuerint, omni, qua potui diligentia per iuris tramites propoſui illas cõualidare, ſed cerneo ex ſupra allegata deciſione Collat. Conſil. fuiſſe in condemnationem proceſſum, ſed in his non inſiſto, placuit illas recenſere tãtùm pro publica vtilitate, pro qua diutius elaboraui, ſic Deo permittante, & talis deciſio poſtrema Collat. Conſil. corroborari cernitur ex notabili dec. Pauli Duran. in dec. 193. tom. 1. vbi in fortiori caſu apocæ priuatæ mutuum continẽtis, contra quam fuerat oppoſita talis exceptio non numeratæ pecuniæ, vndè fuit proceſſum ad exequutionem, relaxato prius mãdato exequutiuo, vt ibi refertur per Dominos de Rota, cõfert altera deciſio Marc. Ant. de Amaris in dec. 45. Ferrar. ibiq; deciditur, exceptionẽ non numeratæ pecuniæ non aliter fuiſſe admiſſam aduerſus literam cambij acceptatam, & maximè ſtante gemina

minatione illarum, quemadmodum ex prænarrato facto probatum extiterat.

Soror maritata, quæ nedum excluſa eſt per Regni Conſtitut. ſed etiam ob eius renunciationem annſtante remiſſione fratris de nece alterius fratris poſſit iudicium cœptum à fratre contra reum proſequi, deciſum fuit per Collat. Conſil. ad relationem M.C. negatiuè in cauſa Marchioniſſæ Burgentiæ cum Duce S. Agathæ, vt refert Reg. Tapia dec. S.C. 28. per pragmaticam.

Soror vtrinque coniuncta in capillo exiſtẽs an ſuccedat ſorori vtrinque coniunctæ in medietate dotis reuerſæ ad hæredem patris inſtituentem filiam ex ſecundo matrimonio, videbatur in eius fauorem decidendum, poſtquam inſpecto iure communi ſoror vtrinque coniuncta præfertur conſanguineę, Auth. ceſſante, C. de legit. hæt. quamuis etiam inſpecto iure conſuetudinario per Conſuet. Si quis, vel ſi qua procedere videatur, eo quia conſanguinea ſuccedit cum vtrinque coniuncta, prout deciſum tradit Præſ. de Franch. dec. 26. & 99. n. 3. & 619. his tamen replicabatur reſpectu primi obiecti, id procedere, quando ab inteſtato ſuccederetur, §. conſequens, Auth. de hæred. & ſalcid. apertè oſtenditur in d. auth. ceſſante, notat Gaſp. Ant. Theſaur. quæſt. foranſ. lib. 1. q. 74. num. 1. ſed quia Delia Pignone ſoror vtrinque coniuncta teſtamentũ condiderat, merito ceſſare videbatur nedum obiectũ primum, ſed etiam ſecundũ, eo quod de medietate diſpoſuerat ſuarum dotium ad beneficium Hyppolitę ſororis primogenitę, quinimò infertur ex hoc, ad quem iure legitimo pertinere videatur altera medietas, de qua non potuit diſponare, & certum erat in facto, in capitulis matrimonialibus fuiſſe pactum adiectum per tutores Beatricis dotantis Deliam, quod in caſu mortis ipſius ſine liberis ad Beatricem dotantem, eiuſque hæredes rediret dos, prout ex iuris diſpoſitione cautum eſt, dotem reddere ad dotantem, l. dos à patre, ff. ſolut. mat. Affl. dec. 296. num. 5. & Bart. in l. poſt dotem in fine, ff. ſol. mat. dixit, quod decedente filia ſine liberis ſuccedit ſolus pater dotans, etiam quod cum eo concurrerent ſorores, vel fratres, aut mater dotatę, cõtra tex. in Auth. defuncto, C. de leg. hæred. Præſ. de Franch. dec. 619. num. 3. Reg. de Ponte conſ. 69. num. 1. vol. 2. vbi refert, quod per viam conſolidationis redit ad patrem dotãtem, ſed ne videatur punctualis deciſio deficere, Minad. in Conſt. In aliquibus, fol. 129. num. 6. circa medium confirmare hoc idem vidatur, quod etiam vigore noſtræ Conſuetudinis prouidetur, vt mortua filia ſine filijs dos redire debeat ad hæredes dotantis, eo quia dum dos recedit à patrimonio patris, non redit, niſi ex pacto, Auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. act. quod ſiquidem pactum fecit nouus vſus, vt mortua filia ſine liberis dos rediret ad dotantem, eiuſque hæredes, Præſ. de Franch. dec. 44. ſub num. 1. Reg. Rouit. conſ. 99. num. 5. poſt Dec. conſ. 106. quapropter pro confirmatione opinionis Minad. refertur, nullam extare Conſuetudinem, quæ loquatur de diſpoſitione huius medietatis dotium, ſed tantum in caſu ſuperexiſtentiæ filiorum, quæ incip. Si qua moriẽs, bene tamen adſunt quędam capitula (quæ aliqui ex errore Cõſuetudines vocãt) deſcripta per Camill. Salern. in Conſuet. Neapol. ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt. fol. 131. & ſeq. in quibus habetur, quod ſecundum vſum Capuanæ, & Nidi, mulieres decedentes cum liberis diſponant decimã de dotibus, & ſi ſine liberis de medietate, iſtę namque Conſuetudines non ſunt, ſed quædam capitula exemplata ex protocollo Not. Camilli de Valle, vt fundat Molfeſ. in addit. ad Conſuetud. p. 1. cap. 4. num. 5. & ſeq. quæ ſiquidem capitula, ſeù nouus vſus tantum valẽt, quatenus ſunt in pactum, redacta, vt poſt Afflict. in dec. 237. dicit ibi Molſ. num. 9. & 10. ideò ſi non ſunt redacta in pactum, remanent ſub diſpoſitione iuris communis, ſeù Conſuetudinarij in ſcriptis redacti, vt ibi Molſ. num. 15. notat, ſubdens num. 22. quod hodie in S.C. de hoc non dubitatur, & merito bene Minad. eo loco dixit, quod etiam vigore dicti noui vſus mortua muliere ſine liberis reddit ad dotantes, quatenus autem eſſent Conſuetudines, prout nõ ſunt, vel nouus vſus, dum de iſta medietate dotium non diſponunt, nec determinant, remanent ſub diſpoſitione iuris communis, quæ eſt, vt ad dotantes, eiuſque hæredes reuertatur dos, d. l. dos à patre, quamuis tam ſtipulatum appareat expreſsè, vt redeat ad dotantes, ex quibus patet, quod non eſt quid diſputara de conſanguinea, vel vtrinque coniuncta, ſed de hærede dotantis, ad cuius hæreditatem, & patrimonium talis medietas redire debet, dum ab eo exiuit, congruum erit, vt ad eius hæredem deueniat, & nõ ad ſororem vtrinque coniunctam, per ea, quæ Franc. & Reg. de Ponte locis citatis probant, per tex. in l. 4. C. ſi de falſ. cauſ. adiect. leg. vltra quod ipſa Portia teſtamentum paternum approbauerat, dum legitimam, & portionem bonorum maternorum petierat, nec proindè reprobare poterat, l. parentibus, vbi Gloſ. C. de inoff. teſtam. & l. Pomponius, ff. de neg. geſt. Quapropter facta relatione in S.C. per cauſæ Commiſſarium die 16. Septembris 1616. iunctis aulis, fuit deciſum inter cætera, dictam Beatricem eſſe abſoluendam à petita portione medietatis dotium Deliæ eius ſororis, & licet poſtea fuerit reclamatum, tandem peracta relatione per Reg. Conſil. D. Franciſcum Sauium die 13. Februarij 1628. deciſum fuit, per idem S.C. iunctis aulis bene prouiſum, & proindè eſſe imponendum perpetuum ſilentium, penès de Mondellis Mag. Act.

Soror, quæ fuit à patre maritata, & aliis bonis etiam feudalibus renunciauerat, & futuræ ſucceſſioni, ſi à fratre in feudo ſuccedente hæres inſtitueretur, an excluſa ſorore ſecundogenita in capillo admitti debeat ad ſucceſſionem feudi, fuit deciſum affirmatiuè in cauſa Lucretiæ Como per Collater. Conſil. vt manuteneretur in poſſeſſione feudi, & iterum iunctis Tribunalibus in cauſa illorum de Suriano, referente D. Matthos teſtificatur Iul. Cæſ. Gallup. in eius methodo feud. p. 3. cap. 4. nu. 37.

Soror an petendo portionem dotis maternę peruẽtæ alteri ſorori ſine filijs decedenti, nec non medietatem dotium ipſius vti proximior, iuxta Cõſuetud. Neap. erit audienda, ſi ei pater legitimam reliquerat, quia ob inhabilitatem eius maritari non poterat, & per patrem fuerat alia eius filia

secundi

ſecundi matrimonij inſtituta hæres, quanquam prius pro eius legitimæ petitione teſtamentum approbauerat,& iam per ſententiam coosequuta fuerat legitimam, fuit per S.C. die 16. Septembris 1616. iunctis aulis deciſum, eſſe abſoluendam Beatricem Pignone à petita portione medietatis dotium Deliæ eius ſororis, ſed condemnandã eſſe ad quintam partem medietatis quintæ partis dotis Ioannæ Carafæ, peruentę ad Deliam cum intereſſe liquidaodo in cauſa Portię Pignone, ita Taſſoo. in 2. tomo obſeru. iuriſd. ſuper pragm. de anteſ. verſ. 5. obſeru. 1. in 20. alleg. col. 2.

Soror an admitti debeat ad faciendum partem in iudicio, ſtante remiſſione facta per fratrem deſuoctum de vulnere, & morte inde ſequuta, deciſum fuit negatiuè etiam per Collaterale Conſilium facto verbo per Magn. Cur. tradit Reg. Salernit. deciſ. 5. in M.C.V.

Soror primogenita an ſit immittenda in poſſeſſionem feudi, non obſtante inſtitutione facta in perſonam ſecundogenitæ, accedente quoque renunciatione ipſius filiæ primogenitæ, deciſum fuit per Collaterale Conſiliũ in cauſa ſororum de Cuomo in fauorẽ primogenitæ tanquam primę vocatę ex lege inueſtiturę, ita refertur in alleg. diuerſ. 11. num. 18. poſt deciſ. Regent. Salernit. quod apparet ex voto ipſius Regentis poſito in fine dictarum allegatioonũ diuerſorum fol. 187.

Sors principalis dicitur etiam intereſſe promiſſum in ioſtrumento, nimirũ ſi intereſſe ex eo debeatur, quia prouenit ex mora, ita Anchar. conſ. 48. num. 27. & 29. & conſ. 30. num. 6. & 7. Ruin. conſ. 55. volum. 2. Rota Genuę deciſ. 78. nu. 16. Fœliceus de ſociet. cap. 24. nu. 58. & 59. præſertim nu. 61. Milanenſ. deciſ. 8. lib. 1. num. 553. Reg. Lanat. cooſ. 79. nu. 6. Alex. Trentac. variar. reſolut. tit. de intereſſe, reſol. 1. num. 37. Caſtill. deciſ. 22. nu. 46. & 47. & deciſ. 29. nu. 6. Præſ. de Franch. deciſ. 154. num. 9. vltra Hottoman. de vſur. lib. 1. cap. 3. & ita fuit deciſum in cauſa Scipionis Deoſe contra Ill. Ducẽ Eboli, ad relationem Reg. Conſ. Fabij Riccardi die 17. Martij 1614. in Banca de Viuo pro Fœlice, & per R.C.S. in cauſa patrimonij Veſpeſiani Terracini cum Monaſterio Montis Oliueti, ad relationem Præſidentis Iulij Cæſaris Minadoi die 22. Martij 1620. in Banca Franciſci Antonij Longhi.

Spoliatus vigore ſententiæ latæ à Iudice ſuſpecto tacitè habito,& animoſè procedẽdo præter ordioem iudiciarium, & ſic malo modo, an erit ante omnia reſtituendus, quemadmodum ex facti ſerie percipiebatur, etenim formata inquiſitione de vſuraria prauitate contra Antonium Godereccium præuia querela aliquorum ciuium ſecum contrahentium, fuit citatus ad informandum, de quo grauatus, recurſum habuit ad Regiam Audientiam Aprutinam ſua iura deducendo tum reſpectu ſuſpitionis in perſonam ipſius citantis Auditoris ſtatus Atrij, quam probare non dubitauit, tum quia ab eo cognoſci non poterat vti exterus, placuit eidem R.A. præcedente petitione Ill. Duciſſæ circa remiſſionem cauſæ ad ſuos Officiales dictam cauſam committere Iudici ſecundarum cauſarum ſtatus, vt de iuſtitia prouideret,& reaſſumptis actis, ipſiſque ab eo recognitis iterum citando ipſum reum ad informandum, nedum incompetentiam ſuæ perſonæ exteræ allegando, ſed etiam ſe eſſe Clericum coniugatum, fuit ad vlteriora in contumaciam io cauſa proceſſum, interea primus Iudex, qui erat Auditor, procurauit ſibi fieri remiſſionẽ cauſæ prædictæ à Iudice prædicto ſecundarũ cauſarum, poſt cuius obtentum proceſſit ad promulgationem ſententiæ, declarando, ipſum eſſe vſurarium publicum, & proinde eius bona omnia confiſcanda, atque applicanda in beneficium Ducalis Cameræ, prout cum effectu exequutum fuit, de quibus omoibus grauatus reus, adijt Excellentiſſimũ Proregem, hæc omnia detegendo,& commiſſa cauſa grauaminum ad S.R.C. & per illius Pręſidem Reg. Conſ. Petro Antonio Carauita, qui cũ plura decreta protuliſſet pro actorum tranſmiſſione,& illis parere non curauerunt, demum ſuum interpoſuit decretum, vt omnia exequuta reo reſtituerentur,& ambæ partes in eorum iuribus audirẽtur, ſed tranſmiſſis poſtmodum actis exiſtente regia decretatione verbi faciendi in S.C. contingit ſuper prædictis in iure, & in facto hæſitari, poſtquam ex parte Curię coadiutoris dicebatur, ab informatione capta conſtare de mala fama ipſius rei, ac de contractu quodam celebrato cum aliquibus eius debitoribus, eo quod dum ipſe erat creditor in certa frumenti quantitate, & cum illã reſtituere non poterant debitores in tempore præfixo, aliud inſtrumentum inter eos celebrãtes certificauerunt pretium frumenti ad valorem ducatorũ trium cuiuſlibet modij, aliam ſummam pecuniarum ſuperaddendo, dum tumulus frumẽti currebat ad rationem carolenorum decem, vndecim, duodecim, &c. & ſic videbatur, quod ex hoc exceſſiuam ſummam exigeret, & conſequenter in vſurariam prauitatem incidiſſet, quapropter ex Conſtit. Regni, Vſurariorum, & pragmat. 3. de vſur. videtur impoſita pœna publicationis bonorum, prout quoque ſectatur Muſcatell. in praxi crimin. poſt tit. de vſur. in rubr. de priuileg. & pœn. vſur. num. 28. & quod cognitio vſurariæ prauitatis etiam ad Barones ſpectet, dubitari nefas eſſet, cum in eorum fauorem deciſum teſtetur Reg. Rouit. in pragmat. 1. de vſur. num. 12. & ſic in effectu obſeruatum per S. C. contra decretum M. C. remittendo vaſallum ita inquiſitum eius Baroni, refert Viuius deciſ. 237. quem ſequuti ſunt Capibl. Surgen. Amend. & Reg. Conſtãt. quos probaui in prima parte noſtri compendij verbo vſurarũ, & quod iure legitimo fuerat cõtra eum proceſſum ex actis demonſtrabatur, in quibus apparebat, proceſſum fuiſſe ob eius contumaciam ad prolationem ſentẽtiæ prædictæ, ſic iuſta ſuggerente cauſa, ſed replicabatur ex parte rei, ſententiã ipſam nulliter prolatam fuiſſe. Primò, ob ſuſpitionem ipſius Auditoris, quam probauerat in dicta

Regia

Regia Audientia, quæ cauſam Iudici ſecundarum cauſarum commiſerat, ab eo illam abdicando, tacitè annuendo ſuſpitioni propoſitæ, eapropter licet iuriſdictio Iudicis recuſati eo ipſo ſuſpenſa dicatur, quando recuſatus fuerit, multo magis probata cauſa ſuſpitionis, vt optimè fundat Farinac. in 2. part. fragment. lit. I. nu. 930. & 931. & quàuis poſtea fuiſſet per eandẽ R.A. commiſſa cauſa Iudici ſecundarum cauſarum, vt de iuſtitia prouideret, ab eo idem Auditor procurauit remiſſionem eiuſdẽ cauſæ, & illam obtinuit, ex hoc igitur alia noua ſuſpitionis cauſa ſuborta fuerat, nam ſi Iudex procurauerit ſibi cauſam committi, tunc poterit recuſari, ita ex Specul. Io. And. Archid. Domin. & Bald. probat Aufret. in tract. de recuſat. quæſt. 57. periculoſum eſt enim corã Iudice ſuſpecto litigare, cap. quia ſuſpecti 3. q. 5. l. apertiſſimi, C. de iudic. idem Farinac. eodem loco, num. 686. quo fit, vt ſententia ab eo lata, ſtante cauſa de iure expreſſa, nulla reddatur, quemadmodum Farinac. ibidem nu. 939. probauit, & dictum eſt ſupra in verbo ſententia, ſicque ſentẽtia nulla nullam reddit exequutionem, & conſequenter ea retractata, eiuſdẽ exequutio retractari debet, Anna ſingul. 472. Secundò principaliter vltra prædicta aſſerebatur, tum in iuſtitia cauſæ, tum etiam in ordine ſuiſſe ſatis læſum, & ſecum nulliter proceſſum, ob quod ſpoliatus proculdubio dici poterat, adeò quod malo modo diceretur, quando malo ordine procederetur, Anna in alleg. 103. ſub num. 2. & ſpoliare diceretur Iudex, qui non procedit ritè, & rectè, Caualer. deciſ. Rotæ 328. nu. 1. & maximè quando nulliter, & iniuſtè Iudex procederet, idem deciſ. 539. nu. 9. in iuſtitia dicebatur, non alias fuiſſe de eodem crimine inquiſitum, nec ob id publicus, aut manifeſtus vſurarius dici poterat, etenim is verè manifeſtus vſurarius dicetur, qui eſt notorius de iure, vt quia fuit cõuictus, & condemnatus de vſuris, vel notorius facti, quia publicè tenet altare paratum, & mutuat omnibus volentibus capere, ex Abb. in cap. quia in omnibus. extra de vſur. Camp. in cap. Regni. Noniter, num. 13. vbi in Addit. alios citat, & melius Diaz in eius praxi crim. canon. cap. 91. num. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſu 233. Muſcatell. in d. praxi, rubr. de vſur. num. 36. & ſeq. vbi num. 44. dubitat, ſi ex vnico actu vſurario dicatur probata qualitas manifeſti vſurarij, & vſuras committere non ſolitus eſt, qui ſemel committit, Bertazzol. conſ. crim. 213. verſ. quidquid tom. 1. & hoc procederet, quando vera vſuraria prauitas in contractu ineſſet, & eo caſu contractus duntaxat reſcinderetur, reſtitutis ſuperfluis exactionibus, iuxta deciſionem Maſtrill. 106. in terminis loquentem, & præſertim in taxa frumenti facta ex anticipata ſolutione à num. 45. cum ſeq. ſed cum ageretur de exceſſu pretij à principio inter contrahentes facti, & ꝙ fieri poſſe nõ ambigitur taxatio pretij ab initio, vt ex multis probat idem Maſtrill. deciſ. 245. nu. 23. talis enim exceſſus poterat ad iuſtitiam reduci, vt proſequitur in d. deciſ. & ſic non procedi ad talem interpoſitionem ſentẽtiæ, ex quo in dubio vſura non præſumitur, Farinac. conſil. 191. nu. 23. tom. 2. debebat enim prius contractus vſurarius declarari, vt inde ad pœnã vſurariorũ deueniretur, quo vero ad ordinẽ prætermiſſum certum erat ſtante ſuſpitione probata, dicta Regia Audientia non poterat procedere in cauſa, adeò quod Iudex vt ſuſpectus legitimè recuſatus vlterius procedere non poteſt, Vant. de nullit. rubr. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 140. vbi ſubdit, quod ſi ſecus proceſſerit, erit nullus. Secundò, dum reus alias oppoſuiſſet eſſe exterum non ſubditum, debebat Iudex ſuam iuriſdictionem fornare ſe eſſe competẽtem, & exceptionem reijcere, ſecundum Innocent. & alios relatos per Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. part. 5. gloſ. reſeruatis, num. 36. & in ſumma data pœna iſta cõfiſcationis bonorum, ſeruandus erat in hoc ordo procedendi, traditus per Iul. Clar. in eius praxi, §. fin. quæſt. 44. ſub nu. 2. verſ. facta, & idcirco ſpoliatus vigore ſentẽtiæ, quę nulla eſt, reſtituendus erit, & reſtitutionem petere non prohibetur, cap. conquęrente, de reſt. ſpol. l. meminerint, C. vnde vi, vbi Bart. Andr. & Alex. quos probat Anna in alleg. 7. num. 4. & 6. de quo latiſſimè per Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſ. remed. 8. nu. 19. & ſeq. vbi plura, quemadmodum Iudex nulliter procedendo ſpoliat, & ſpoliatus eſt reſtituẽdus, Verall. deciſ. 112. nu. 1. part. 2. & conſequenter ſicuti contra ſpoliantem agi non prohibetur, ita cõtra Iudicem iniuſtè ſpoliantem poſſeſſorio recuperandæ, Feder. Schench. in ſuo viridar. concluſ. 72. ex quibus videbatur comprobari decretum latum per cauſæ Commiſſarium, prout fuit per Sacrum Conſilium confirmatũ eodem referente de hoc anno 1630. & menſe Maij penès Secretarium, in Banca Scacciauenti.

Spoliatus de facto aliquo ſacello gentilitio, an erit reſtituendus vigore Capitulorum Regni, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. ſic teſtatur Franc. de Petr. conſ. 56.

Stilus Curiæ in aperiendis teſtamentis an erit obſeruandus, ita quod ſtari debeat fidei Notarij, ſeù Officialis Archiuij, vnde teſtamentũ fuerit conditum, taliter quod cum fuerit conditum teſtamentum Florentiæ à quond. Alexandro Ridolphi olim Marchione Baſelicis, & producta illius copia in S.C. in cauſa vertente inter Marchionem modernum, & Ludouicum Ridolphi ſuper illius validitate, & inualiditate, inter cætera fuit oppoſitum de defectu aperturę illius, quinimò ex ſtilo illius Ciuitatis, vbi Archiuiũ ſcripturarũ exiſtebat, ſolitum eſt in aperturis ſtilus quidam obſeruari, in quo ſtatim confectis teſtamentis reperiuntur ad conſeruandum, & poſt teſtatoris obitum quilibet iintereſſatus pro apertura apud Cancellarium eiuſdẽ Archiuij obtinet ab eo decretum, eſſe teſtamentum aperiendũ, & pro dicti ordinis exequutione Notarius ab eo nominatus, atque electus coram duobus teſtibus procedit ad aperturam, tradendo copiam teſtamenti taliter aperti, de cuius ſtili

obſer-

obſeruantia fidem faciunt Cancellarius, & Miniſtri eiuſdem publici Archiuij, quibus ſtandum eſſe refertur, cum ad eorum officium ſpectet, probatur in l.ſi quis decurio, C. ad l.Cornel. de ſalſ. l.apparitores, C. de exact. trib. alios cumulat Reg. Valenz. conſ.33. nu. 195.vol.1.& eo amplius cum teſtentur de obſeruantia in cæteris teſtamentis,quę pleniſſimè probant ſtilum, Caſſad. de conceſſ. præb. deciſ.3.num.5. Pariſ.conſil.112.num.13.lib.4. Reg.de Ponte conſ.1.nu.67.lib.1.benè Corn. conſ.73.col.1.in fin. lib.2. Crauett. conſil.201. num.22.lib.2. Gratian. deciſ.237.num.18. & tanto fortiùs, quia talis ſtilus non eſt iuri contrarius,vnde Iudex ex officio poterit,& debet ſe de illo informare,Surd.conſ.423. ſub num.7.lib.1. Mareſc.lib.2.variar.reſol. cap.12. num. 3. cum igitur omnia requiſita per dictũ ſtilum plenè in apertura dicti teſtamenti obſeruata fuerunt, ſubſequitur, validam eſſe iudicandam, atque ei vti ſtilo conformi ſtandũ erit, ſicque omnes Doctores concludũt, ſemper ſtilum eſſe attendendũ, nedum Notarij, ex Bal.Imol.Alex.Iaſ. & cæteris, fundat Surd. deciſ.223.num.8. & conſ.187.nu.19. lib.2. ſed etiam Curiæ,qui pro lege ſeruatur, Afflict.deciſ.135. Reg.Rouit.in pragmat.1.num.675.de iur.& exact.fiſcal.Rebuff.tom.3.Conſtit.Gall. in tract.de conſuet. artic.2.gloſ.13.à num.22. & amplius dixerunt, ſtilum Cancellariæ eſſe obſeruandũ, atque attendendum, Afflict. deciſ.253.ſub num.4. Menoch. conſ.282.nu.27. lib.3. Reg.de Ponte d.conſ.1.nu.2.& 67. dum fuerit ſtilus obſeruatus in dicto teſtamento, vt iure comprobatum eſt in l.2. C.quemadm. teſt. apet. ſequitur,obiectionem nullitatis nõ obſtare,comprobatur etiam,cum poſt clauſuram factam teſtamentum iſtud fuiſſet ſtipulatum, & in publicam formã redactum per publicum inſtrumẽtum coram duobus teſtibus tali ſtipulationi interuenientibus,vltra teſtes teſtamentarios. Secundò,poſt ſtipulationem fuerunt omnes teſtes vocati ad recognoſcendum eorum ſigilla, & ſubſcriptiones, quæ recognitio fuit à ſingulis eorum confecta cum iuramẽto, & de tali recognitione iurata Notarius fecit actum publicum ſtipulatum corã duobus teſtibus. Replicabatur ex aduerſo, non eſſe ſtandum tali fidei ex pluribus,tum quia teſtibus,non teſtimonijs fides erit adhibenda, tum quia cum reſpiciat deciſoria cauſæ, ſtilus formiter probandus erat,nec ex fide Curialium, neque Iudicum probatur, ita extat deciſio Rotæ 793. circa medium, par.1.in nouiſſ.poſt Socin.Dec.Craſſ.Rebuff.Maſcard. Gratian.diſcept.forenſ.cap.694.num.52. quocirca in iure dato, quod dictus ſtilus fuiſſet legitimè probatus,non aliter effectum operaretur,quia non eſt ſufficiens ad derogandum requiſito iuris cõmunis, nec potuit introduci per Iudices deputatos ad ius reddendum cõtra iuris diſpoſitionem, vt poſt Rotam d. deciſ.reaſſumit Gratian.vbi ſup.num.53.nec per Notarios potuiſſet introduci dictus ſtilus, ſed neceſſaria erat conſuetudo per vniuerſalem populi conſenſum,adeò quod fides plurium Notariorum nil in hoc operaretur vti de vno genere perſonarum non valente contra iuris diſpoſitionem,ex Abb.in conſ.53.lib.2.& alijs relatis per eundem Gratian. cap.763. num.8. neque ſimplex productio inſtrumenti ſine ſollemnitate iuris communis, ſine dicta vniuerſali conſuetudine probata aliquid operaretur, nam neceſſe fuiſſet producere ad probationem dictæ conſuetudinis, quod diſcuſſo negotio in iudicio, fides inſtrumentorum remanſiſſet approbata, iuxta alterã deciſ. Rotæ 72. num.1.ad 32.part.2.cum alijs apud ipſum Gratian.vbi ſup. num.7.inſuper dum iudicium Neap. fuerat inſtitutum,& in hoc foro productum teſtamentum, vbi bona reperiuntur, apertura teſtamenti erat regulanda iuxta mores loci, vbi iudicium agitur, DD.in l.2.C.quemadm.teſtam.aper.vbi Angel. ex eo notat,in apertura eſſe inſpiciendum morem, vbi iudicium agitatur,Bald.eodem loco dixit, quod teſtamentum debet aperiri ſecundum conſuetudinẽ loci vbi petitur, & ex hoc notat quantum ad proceſſum ſeruatur mos loci iudicij, Iacob.Butrig.in princ. hæc lex probat quantum ad ſollemnia inſpicimus locum iudicij, Petr.de Bellapert. in princ. inquit, & ſic notabitur vbi agitur de bonis defuncti,inſpicitur non ritus, vel mores loci vbi fuit factũ, Cyn. ait, nota quod teſtamentum debet aperiri ſecundum ritus, & modos illius Prouinciæ vbi ſunt bona, & ſic in teſtamentis conſuetudo illius loci inſpici debet vbi ſunt bona,Alb.ibi,& Paul.de Caſtr.num.4.& 5.Salyc. num.1. Dec.in addit. Bald.in l.fin.num.5.verſ. iſta enim, C.de fideicommiſſ. ſicque teſtamẽmentum Florentiæ conditum,quia bona hæreditaria erant in Regno cum requiſitis iuris communis fuit Neap. apertum, teſte Præſ. de Franch. deciſ.530. & tamen ſecundum illius Archiuij leges nullam fidem faciebat, vti ibi non præſentatum, nec ad Archiuium tranſmiſſum, demum & ſi fides prædicta morem, & authoritatem illius Archiuij teſtatur extra locum,& iuriſdictionem vbi eſt Archiuium, nil operatur,ex Io.And.ad Specul.de inſtrum. edit.§.nunc dicendum,in Addit.magna, Bald. in rubr.C.de fide inſtrum. probauit Felin.in cap.fin.in fine, extra de fide inſtrum. iſte igitur mos,& iuris communis obſeruãtia diſpoſitio erit attendenda,cætera vero pertinentia ad fidem tranſumpti huius teſtamenti referuntur infra in verbo tranſumptũ,vltra quod fuit iudicatum pro validitate teſtamẽti, vt infra in verbo teſtamentum.

Stipendium debitum Legatis, vſque ad quam diem poſt expletam legationem eis debeatur, per maiorem partem votorum fuit reſolutũ, deberi ſalarium Legato vſque ad diem ſui reditus ad Curiam Regis,ex quo fuit ingreſſus Villam Madritij, iuxta diſpoſitionem iuris communis, cui videbatur etiam voluntas expreſſa per Suam Maieſtatem in literis, reſpectu vero reſtantis temporis vſque ad menſem Auguſti 1629. ſiue vlterioris conſulatur Sua Maieſtas,Reg.Rouit.deciſ.76.dum.Iil.

Stuprans viduam ſub ſpe matrimonij contrahendi

hendi cum ea præcedente promiſſione, qua pœna puniri debeat, licet per M.C. ac S.C. nõ fuiſſet ad pœnæ punitionẽ proceſſum in contingenti caſu ob inopiam probationis, & ſic liberatus reus in forma, deciſio tamen patet apud Hieron. de Laurent. deciſ. 72. vt retuli in meo voto 53. num. 41.

Stuprator, qui virginem puellam ſub ſpe matrimonij deſtorauerit, qua pœna debet puniri, & omiſſa pœnarum qualitate ſtupratoribus inflicta ab vtroque iure, & municipalibus Conſtitutionibus, ſi eum vi, aut ſine vi crimen patrauerint, adhuc tamen in caſu de quo agebatur non vidi determinationem formiter factam, verumtamen cum frequenter ſtupra ipſa huiuſmodi committi cernũtũr, eritq; ſatis animaduertendum ad punitionem illorum, etiam pro indemnitate puellarum prætextu talis promiſſionis deſloratarum, ideoq; quando ambo eſſent conſentientes tali delicto per antecedentem promiſſionem factam, & acceptatam, ac poſt delictum ratificatam, non eſt dubium, quin pœna ſtupri ceſſaret, per ea, quæ tradit Affl. in conſimili caſu occurſo in Conſtit. Si quis rapere, num. 12. quem ſequutus eſt Caball. reſol. crimin. caſu 196. num. 13. poſt Farinac. in ſua praxi, q. 147. num. 93. ſed quoties ſtuprator id negauerit, ſubdit ibi Affl. tunc ſi conſtaret de ſimulatione prædicta, aliter dicẽdum erit, nam ſi hoc contingerit in vidua ſtuprata huius prætextu matrimonij, & pariter ſi eſſet vidua, eo enim caſu præciſè illam in vxorem ducere compellaretur, vt ex Farin. dec. crim. 74. num. 4. probaui in meo voto 53. num. 29. in fine, cui addo Theſaur. dec. 3. num. 3. & ſi ducere noluerit, ſeuerius cum eo agendum erit, vt in terminis proſequitur P. Marcel. Megal. conſ. 96. ſed melius Hieron. de Laurent. deciſ. Auen. 72. qui licet nil dicat, quomodo fuerit hoc deciſum, neque etiam in caſu per me relato in d. voto 53. in fine apparet deciſum, eo quia reus habilitatus fuit ſuper nouis indiijs ob defectũ probationis, adhuc tamen ea pro nunc omiſſa reſolutione, deueniendo ad caſum Virginis ſtupratæ ſub tali colore matrimonij contrahendi, & quidem putarem, eſſe delictum rigoroſa animaduerſione condignum, quãquam caſum in terminis à noſtratibus, hucuſque ſcriptum non viderim, conſerẽ vtique, quod non ſolum ſtuprator conſtito de prædictis ad ipſam in vxorem habendũ cogi poſſe, vt dictum eſt, ſed pariter aliqua pœna congruenti puniri, & per ea, quæ concludere videtur ex multis Menoch. de arb. iud. caſu 288. num. 12. quod ſi dolus, aut vis in ſtrupro interuenerit, locus pœnæ erit mortis naturalis, vt dicunt Muta in cap. Sicil. 166. ſub num. 2. tom. 6. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 8. cap. 15. nu. 7. & Theſaur. Iun. lib. 4. quæſt. forenſ. cap. 57. quod tamen non vidi vſu receptum meis temporibus, ſed bene in puellis nõdum viri potentibus, vt proſequitur Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. Gloſ. 5. p. 2. num. 13. & ſeq. vbi in hoc etiam contrariam ſententiam tenet num. 14. in ſimplici ſtupro, niſi concurrente crimine raptus, Affl. Cabal. & Muta in locis ſup. relatis, vltra Theſaur. Iun. eod. loco, num. 13. aut in caſibus ſtupri ſimplicis violenti traditis per eundem Theſaur. vt ſup. cæterum in ſimplici ſtupro, licet violento, nullatenus pœna mortis locum haberet, ſed leniorem pęnam ſubiret reus, vt dixit idem Theſaur. Iun. in addit. ad eius patrem in d. dec. 3. lit. D. verſ. imò tunc, & in hoc caſu quoties ſtuprator nollet contrahere matrimonium, ad quod contrahendum etiam vltra cenſurarum Eccleſiaſticarum vigorem cogi poſſe, putat Muta in dec. Sicil. 77. num. 13. & iterum in addit. ad d. cap. 166. lit. D. imò puniri debet vltra dotationem pœna corporali, ſeù pecuniaria, Doct. in cap. 2. de adult. poſt Theſaur. patrem vbi ſup. Caball. reſol. crimin. caſu 196. num. 12. quæ erit arbitraria, vt ex Grill. hæc retulit Theſaur. pater d. deciſ. 3. num. 3. quapropter in contingentia conſimilis facti occurſi de famulo ſtrupante famulam Domini, capta informatione, cum diù ſtetiſſet carceratus, fuit poſtmodum excarceratus, & Domino traditus, vt contraheret matrimonium iuxta ipſius promiſſionem, vt refert Muta in d. dec. 77. num. 13. & in d. cap. 166. lit. D. cæterum autem, vbi reus negauerit, locus erit pœnę corporali ptætetdotationam, adeò quod cũ nouiſſimè id cõtingiſſet in cauſa Honophrij Corteſa inquiſiti de ſtupro in perſonam Gratiæ Expoſitę puellæ Sanctiſſ. Annunciatæ de Neap. Fuit per M.C.V. facta in ea relatione die 25. Septembris 1636. per Reg. Conſil. Io. Franc. Sanfelicium Iudicem delegatum condemnatus, vt eum ea nuberet, vel dotaret, in Banca Nobilij Ioalis, penès Tagliaferrum Scribam, quod iuri conſonum eſſe oſtendit ex multis Caball. d. reſol. 196. ſub num. 12. vltra eum in tatminis Farinac. dec. crim. 73. nu. 4. & 5. & ſi fortè ſtuprator ſit inops, qui dotem puellæ ſtupratæ dare non poteſt, fuſtigatur, & in exilium damnatur, idem Farinac. in praxi crim. q. 147. num. 109. ſed verius erit, vt puniatur pęna arbitraria, Fõtan. d. tract. clauſ. 5. Gloſ. 1. p. 2. nu. 5. et cum fuiſſet matrimonium inde ſubſequutum, non fuit vlterius proceſſum ad pœnæ inflictionem.

Subfeudatarius pro adhoa debet recognoſcere immediatũ Dominum, cui correſpondere debet de adhois, releuijs, & alijs ſubuentionibus, vt alij ſubfeudatarij, vt fuit per R.C.S. deciſum in cauſa Fabritij Brancatij cum Ill. Marchione Laini die 3. Decembris 1573. refert And. Capan. in tract. de iure adhoæ, q. 60. nu. 26.

Subfeudatarius an ſit immunis à ſolutione adhoæ pro tempore, quo fuit in obſidione pro ſeruitio Regis, deciſum fuit affirmatiuè per Reg. Cam. in cauſa Ciarlantæ Caraccioli, vt dixit And. Capan. in tract. de iure adhoæ, quæſt. 11. n. 15.

Subfeudatarij an teneantur contribuere pro rata in adhoa iam Baroni ex gratia remiſſa, ex quo ſuis impenſis inſeruierat in bello pro Rege, deciſum fuit affirmatiuè per R.C. die 20. Octobris 1505. in cauſa Marchionis Laini, teſtatur And. Capanus in tract. de iure adhoæ, q. 15. ſub nu. 6. in fine.

Subfeudatarij tenentur ſoluere adhoam in loco, vbi adeſt caput feudi, ſicut deciſum teſtatur Reg. Reuert. relatus ab And. Capan. in tract. de iure adhoæ, q. 60. nu. 10.

Subfeudum, vel feudum erit iudicandum, ſi illud fuerit à feudatario alicui conceſſum francum, ex-

Digitized by Google

cepto à regali ſeruitio, & inde per alium actum venditionis eidem factum cum reſeruatione appellationis, ac ſubuentionis dari ſolitæ per Vniuerſitatem, ſi idem deuolutum fuerit ad Regem ob crimen feudatarij, & ab eo alteri conceſſum, vt in capite à Regia Curia teneret, quanquam poſtmodum ſuccedente gratia facta per Regem ſucceſſori feudatarij cum reſtitutione omnium feudorum, & eius vigore ſucceſſor confirmauerit conceſſionem factam à Rege eidemmet conceſſionario in ſubfeudum cum d. reſeruatione, faciendo mentionē, quod illud tenuerat in capite à Regia Curia, cui acceſſerat aſſēſus Regius, ob cuius combuſtionem capta informatione declaratum fuerat, aſſenſum præſtitum fuiſſe, & eſſe ſubfeudum, licet Fiſcus, cui illud obuenerat ob mortem conceſſionarij ſine hærede prætendiſſet eſſe feudum, ita conceſſum, vt à Rege in capite teneretur, fuit iudicatum contra Fiſcum in beneficium Ill. Principis Biſiniani, prout refertur in allegat. diuerſ. 26 poſt dec. Reg. Salernitani.

Subingreſſio in linea collaterali quamadmodum conceditur exiſtentibus in pari gradu, an etiam quando nepos concurreret non cum patruo, ſed cum auo, vel alijs ſimilibus, Gaſpar de Leo in Apoſtill. ad Conſuet. ſed ſi morienti, incip. an hic tex. et Neapol. tenet, quod non, & ibidem in antiquo Codice Conſuet. Neap. reperit hanc apoſtillam manuſcriptam, & ſic iſta ſubintratio debet fieri quando ſucceditur cum fratribus, & non cum alijs, & ita S.C. determinauit in cauſa Pauli, & Nicolai Brancatij contra N. Brancatiū, aduocante Mag. Colutio Coppula, hæc ille.

Subingreſſio in linea collaterali conceditur inſpecta Conſuetudine Neapolitana in bonis exiſtentibus in diſtrictu, potiſſimum quando tractatur de ſucceſſione patrui, vel auunculi, & in hoc cōcordat tàm ius commune, quàm conſuetudinarium, teſtatur Præſ. de Franc. dec. 24. num. 6. ex tex. in auth. poſt fratres, C. de leg. hær. & iterum in dec. 149. in princ. & dec. 652. num. 2. Camill. de Medic. conſ. 2. num. 39. Conſil. Theod. alleg. 1. num. 2. 3. 4. tunc ſibi locum vendicat, quando defuncto ſupereſt frater carnalis, patrualis, amitinus, ſeù conſobrinus, & cum eo concurrunt deſcendentes ex alio fratre, vſque in infinitū, vt in Conſuet. Sed ſi morienti, ibique Doct. Martial. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, incip. verum, quod dicitur, fol. 152. Ant. Capyc. in eadem Conſuet. incip. ad ſucceſſionem, fol. 116. at. Reg. Rouit. conſ. 23. num. 2. vol. 1. Camill. de Medic. conſil. 43. num. 22. Molfeſ. in Conſuet. Neapol. par. 4. quæſt. 36. num. 10. ſed quando nullus adeſſet frater carnalis defuncti, neque cōſobrinus, aut amitinus, tunc proximiores tantum admitterentur, excluſis remotioribus, vt in pluribus locis teſtatur Neapod. relatus à D. Præſide de Franc. d. deciſ. 24. vbi ita deciſum fuiſſe teſtatur iunctis aulis, & pariter in alia cauſa relata in dec. 157. & dec. 266. de quibus meminit d. Reg. Rouit. d. cōſil. 23. num. 2. vbi hanc partem ſubſtinendo plura adduxit, ſubdens in caſu ab eo relato, idem fuiſſe decretum, quidquid in contrarium ſcripſerit, & in iure allegauerit Conſ. de Georgio in allegat. 30. alias adduxit deciſiones Molf. vbi ſup. nouiſſimè autem in hæreditate q. Fabritij Sportelli Turris Octauæ pertinentiarum Ciuitatis Neapolis cōcurrebant Apollonia filia Chryſoſtomi filij d. Fabritij, & Angela filia Mariolę pariter filię ipſius Fabritij in gradu pares, nec non Martius filius Victoriæ prædefunctæ ſimiliter nepos eiuſdem Mariolæ in quarto gradu exiſtens, licet per M. C. fuiſſet in eius beneficium iudicatum, vt omnes ſuccederent, facta inde relatione in S. C. per Iudicem Don Ferdinandum Mexiam die 11. Martij 1632. in aula Conſil. de Piccolellis fuerunt d. Apollonia, & Angela admiſſæ ad ſucceſſionem, excluſo ipſo Martio, vt ex actis in Banca Io. Gregorij Canalis Mag. Act.

Subingreſſio an impediat, quominus filij ingrediātur gradum matris excluſæ per eius renunciationem, ita vt non valeant ipſi ex eorum propria perſona ſuccedere, eo magis ſi gradus vigore renunciationis occupatus reperiatur, & per conſequens ſint ex eorum gradu remotiores, prout inter cætera contingit hæſitari in cauſa Hieronymi, & aliorum de Follerio cum illis de Rendina, quæ cum eſſent fœminæ ortę ex fratre auunculi, de cuius ſucceſſione agebatur, prætendebant ipſos de Follerio excludere vti filios ortos ex Laura Rendina ſorore ipſius auunculi, & renunciante, ſicque vti ingredientes in locum patris prædictæ de Rendina, remotiores de Follerio excludi inſtabant, nulla ratione habita de eorum prætenſa ſubingreſſione impedita per renunciationem, ſed ex eorum parte multifariam replicabatur, & primo quandoquidem talis effectus oriri, atque conſiderari poſſit, ſi renunciatio adeſſet, & locum ſibi vendicare poſſit, verum tamen ob conditionis deficientiam totaliter reſolutam eſſe cōſpiciebatur, & haberi, ac ſi non factam, eo quia actus conditionalis habetur pro non actu, defecta conditione, l. 1. ff. de cond. & demonſt. quapropter actus conditionalis non valet, niſi exiſtente conditione, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſt. cum alijs apud Barboſ. in opuſc. iuris Princip. lit. C. num. 31. ſicque renunciatione non exiſtente, ſicuti liberum actoribus fuiſſet gradum aſſequi maternum, ad finem cum proximioribus concurrendi, eodem modo nunc illa euaneſcente, & reſoluta, ſed dato, & non conceſſo, quatenus ipſa renunciatio aliquid operaretur, & quod ſororis renunciantis filij non valeant ſuccedere ex perſona matris, nihilominus, ex proprijs capitibus, & perſonis poſſunt conſequi matris gradum, licet non perſonam, vti repręſentantes gradum, non perſonam, vndè licet gradum matris ſubingrediantur, non per hoc ſequitur conſequentia, ergo veniunt ex perſona eiuſdem matris, ſed intelliguntur venire ex propria perſona, etiam ad finem concurrendi cum auunculis, materteris, vel patruis, non tamen per viam tranſmiſſionis à matre faciendæ, ſuccedendo ex eius perſona, eam repræſentando, accipiendo materiam iam extinctam, ſed remotiuè, hoc eſt remoto materno impedimento perſonæ illius à loco ob illius mortem, locum, qui matris fuerat prius per eandem occupatus vti vacantem repertum aſſumere ipſum, & introire valeat, id enim filijs conceditur à iure, & legis prouidentia, non à matre, neque illius hæreditatem, itaque communiter Doct. crebrius cōſuluerūt, & Senatus pluries deter-

Subſtitutio pupillaris an dicatur ſi nõ expreſsè fuerit facta ſubſtitutio, ſed tantum iuſſum aliquid fieri ſuccedente instituti morte in pupillari ætate, ad hoc vt excludatur mater à legitima, quemadmodum in facto euenit, dum fuerat conditum teſtamentum per quon. Franciſcum d'Ambroſio V. I. D. inſtituendo eius hæredem vniuerſalem eius filiam Camillam de Ambroſio infantem, ſubiunxit dicendo, *& morendo detta mia figlia in pupillari etate, ſi facci detto Monaſterio, come di ſopra, &c.* Succeſſo obitu ipſius in pupillari ætate, inſurrexit Blanca Maria Tortorella eius mater prætendendo, non eſſe ſubſtitutionem pupillarem, ſed tantum nudum præceptum teſtatoris, & proindè non eſſe excluſam à ſua legitima, eius prætenſio fundari poterat ad excluſionem ſubſtitutionis, quia licet adiecta fuiſſent verba illa, *& morendo detta mia figlia in pupillari etate,* videantur ſubſtitutionem pupillarem importare, vt inquit Intrigl. de ſubſtit. centur. 1. q. 22. nu. 79. nihilominus deficiebat verbum ſubſtitutionis, quod eſt cõmune, vt probat Intrigl. d. tract. cẽt. 1. q. 8. n. 14. & in 2. cent. q. 61. n. 29. vnde pernecesse dicendum erit eo caſu, ſubſtituo N. inquit idem Intrigl. d. cent. 1. q. 86. num. 21. & 43. ſubſequebantur tandem verba illa, *ſi facci detto Monaſterio*, talia dictio, ſi, regulariter importat conditionem vt ex multis probant Grat. de diction. in dict. 239. & Barboſ. eod. tract. in dict. 313. Intrigl. d. cent. 1. q. 87. num. 31. Nizol. alleg. 3. num. 31. vbi in præcedenti num. 30. putat, aliquando importare modum diſpoſitionis, quod poterit applicari huic noſtro themati, ſed fortius in hoc caſu videtur importare præceptum, quod inducitur ex verbis præceptiuis, vt exemplis oſtendit Galgan de condit. & demõſt. p. 2. cap. 5. q. 3. num. 7. & ſubdit num. 8 quod voluntas teſtatoris quibuſcunque verbis expreſſa eſt præceptum, quo fit, vt nudum præceptum teſtatoris non valeat, ad tex. in l. Lucius, ff de leg. 3. ex eo, quia per illud non inducitur fideicommiſſum, neque ſubſtitutio aliqua, quoniam hæc æquiparantur, atque ſimbolizantur, Ramon. conſil. 100. ſub num. 550. & eo caſu nil aliud præceptum nudum operatur, niſi quod teſtator vellet bona ab vno adimere, & in alium transferre, iuxta notata per Romul. in tract. de teſtam. præcept. bona extra fam. alien. ſub nu. 59. verſ. Gloſ. in verbo. Quocirca facta relatione in S. C. per Reg. Conſil. Franciſcum Antonium Muſceptulam die 9. Aprilis 1639. per S. C. iudicatum fuit, legitimam deberi Blãcę Marię Tortorella liquidandã, &c. penès Secretariũ in Banca Io. Baptiſtę Iadonisij.

Subſtitutio pupillaris facta pupillæ à patre, ſi in pupillari ætate deceſſerit fiat Monaſterium, an vera dici poſſit, vt mater ſit excluſa à legitima ei debita ob obitum pupillæ prædictæ, cum iterum contigiſſet de eodem negotio pertractari in eodem Sacro Conſilio vigore reclamationis per viam reſtitutionis in integrum petitæ ex parte Gubernatorum Monaſterij erigendi fuerint ponderata verba ipſius teſtamenti, quoad ſubſtitutionem pupillarem inſtitutam, vt ibi legitur, *maritandoſi detta mia figlia Camilla, ma ſe puro la Beatiſſima Vergine del Santiſſimo Roſario della Santità nella mia Congregatione ſotto quell'iſteſſa Imagine che hoggi ſi troua mi faceſſe gratia che detta Camilla mia herede ſi monacaſſe ſi habbia da fare vno Monaſterio ſotto nome di detta Vergine,* & inde infra, *e morendo detta mia figlia in pupillari etate, ſi facci detto Monaſterio, come di ſopra, e voglio, che detto Monaſterio ſi facci contiguo, ò à muro di detto Conuento, ò Chieſa della Santità, &c.* quocirca dubitari contingit, ſi per talia verba inducta ſit pupillaris ſubſtitutio, pro excluſione matris à legitima, & non eſt dubium, quin verba iſta, ſi in pupillari ætate deceſſerit ſint modus, & forma, quibus ſubſtitutio pupillaris fieri ſolet, Soc. Iun. conſ. 95. num. 13. vol. 1. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 7. num. 4. nihilominus erit aduertendum ad verba ſubſtitutionis, quæ videntur deficere in hoc caſu, poſtquam ipſa ſubſtitutio regulariter expreſsè fit, quoties verbis generalibus concepta eſſet, vt ſi dictũ ſit, filium inſtituo, Fuſar. in tract. de ſubſtitut. q. 242. num. 11. & plenius quæſt. 167. poſt Alex. Trentacinq. de ſubſtit. p. 2. cap. 4. num. 1. Intrigl. de ſubſtitut. p. 1. q. 86 num. 21. ſimiliter ſi verbis ſingularibus talis ſubſtitutio facta fuerit, vt puta ſi teſtator dixerit, inſtituo filium meum impuberem, & ſi hęres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ei ſubſtituo pupillariter Titium, vt idem Fuſar. eod. tract. q. 103. num. 1. iterum q. 112. exemplificat, eo maximè quandò facta eſſet pupillo ſubſtitutio ipſa ſimpliciter, quo caſu nedum pupillarem ſed etiã vulgarem contineret ſubſtitutionẽ, Marzar. conſ. 88. num. 1. vbi plures allegat Doct. at cum deficiat verbum, ſubſtituo, videbatur ſubſtitutionem euaneſcere, nihilominus ex mentione pupillaris ætatis colligitur, teſtatorem voluiſſe facere pupillarem ſubſtitutionem, inquit Mãt. in eodem tract. d. lib. 5 tit. 7. num. 4. & de hac quæſtione videtur caſus in terminis poſitus à Bart. in conſ. 15. pater habens, vbi expreſſim loquitur de patre inſtituente filium hæredem, & ſi ſine filijs decederet ſubſtituit Hoſpitale de Miſericordia, & ibi concludit, matrem excludi à ſua legitima, ad idem Bart. in conſ. 56. Bart. fecit, ſed excogitandum erat, qualiter hæc verba in teſtamento concepta erint iudicanda, dum dictum fuerat, *ſi habbia da fare vn Monaſterio,* & paulò poſt, *ſi faccia detto Monaſterio*, talia enim verba non aliter, nec directè, nec indirectè dirigi videntur inſtituto, nec ſubſtituto, ſed videntur ità præceptiuè referta, ex quo tale verbum, fiat, non requirit factum Iudicis, ſed eſt latæ ſententiæ, ex Bal. & Salyc. in l. 2. C. de iure emphyt. notat Tiraquel. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, num. 171. C. de reuoc. donat. ibi ad hoc plura notat, pręſertim cum denotet tempus futurum, & ſi poſtea, num 172. dicat contrarium, nempè non importare latam ſententiam, attamen reſticari non poteſt, quin præceptum faciendi denotet, nec aliter ſubſtitutionem pupillarem conſtituere videatur ex tali verbi appoſitione, ſed potius fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ex notabili conſil. 9. Caldetini, ſub tit. de teſtam. ab vno ex Dominis allegato, vbi caſus refertur de teſtatore quodam, qui fratrem ſuum hæredem inſtituerat

tuerat

tuerat in vita ſua, & poſt eius mortem mandauit fieri Capellam de bonis ſuis, vbi quærit, ſi directa, vel obliqua verba eſſent, & tunc ſi eſſent facta pupillo, eſſent directa tùm reſpectu verborum, tùm reſpectu perſonæ, vt eo decedente in pupillari ætate fieri deberet, ſecus tamen ſi puberi, vel decedenti poſt pubertatem prolata apparerent, quoniam ad fideicommiſſariam pertinerent ſubſtitutionem, vt ibi per eum, & iuxta hanc opinionem fuit confirmatum decretum ipſius S.C. per quod fuit dictum, deberi legitimam Blanchæ Mariæ Turturellæ liquidandam, & pretium gemmarum, ad relationem Regij Conſiliar. Franc. Ant. Muſceptulæ die 9. Aprilis 1639. & aliud interpoſitum, videlicet. In cauſa Blanchæ Mariæ Turturellæ cum hæredibus q. Franciſci de Ambroſio. Die 24. menſis Decembris 1639. Neap. Facto verbo de prædictis in S. R. C. per Mag. V.I.D. D. Iulium Maſtrillum Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto S.R.C. declaratum eſt, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum pro parte Gubernatorum Monaſterij erigendi, hoc ſuum, &c. Iulius Maſtrillus, penès Secretarium in Banca Io. Baptiſtæ Iadoniſij. Poſt hæc inſpeai Barry de ſucceſſ. tom. 1. lib. 3. de ſubſtit. vulg. ſub num. 5. hæc verba ſatis conferentia protulit, ſimiliter verbum, fiat, alij dicunt eſſe commune, alij directum, ſed verius eſſe, quod eſt commune dicit Intrigl. d. quæſt. 35. num. 28. licet ibidẽ dicat, alij diſtinguant ſic, vt ſi adiungitur verbo, hæres, vt quandocunque deceſſerit fiat hæres Titius, tunc ſit cõmune, ſin aũt adijciatur verbo, hæreditas, vt quandocunque deceſſerit hæreditas fiat Titij, tunc ſit obliquum, ſin verbo Monaſterium, vt fiat Monaſterium de hæreditate, tunc ſit directum, talia enim verba directa operantur, vim habent, & ſignificationem, vt ille, qui ſubſtituitur, vel aliter vocatur poſſit per ſe immediatè propria manu ſine alterius miniſterio, & reſtitutione capere ipſam ſubſtitutionem, & relictum, quemadmodum idemmet Barry loco relato, nu. 2. probat, & ante eum Bart. d. conſ. 57. nu. 2. quinimò verba directa non ſunt contraria fideicõmiſſariæ interpretationi, Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 3. num. 6. & conſequenter trahuntur ad interpretationem fideicommiſſi, idem lib. 8. tit. 1. num. 16. quocirca ſtantibus verbis illis directis, ex quibus ſubſtitutio ipſa directa concipitur, vt inquit Marzar. conſ. 88. num. 3. operatur, quod ſuccedirur teſtatori immediatè indirectè per fideicommiſſum, Idem in conſ. 1. nu. 31. & rationem aſſignat Marzar. d. conſ. 88. in fine, ob differentiam exiſtentem inter pupillarem, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem, eo quod in pupillari continentur omnia bona, non modo teſtatoris, ſed etiam pupilli, neque vel legitima, vel Trebellianica detrahitur, in fideicommiſſaria autem ea tantum, quæ teſtatoris fuerunt, l. pater filiã, ff. ad l. falc. nimirum ſi talis ſubſtitutio pupillaris tàm ad bona patris, quàm filij trahatur, Vaſquez de ſucceſſ. progreſſu, lib. 2. §. 15. nu. 18. ea quo principaliter ipſa pupillaris ſubſtitutio fit fauore ipſius pupilli, idem Vaſquez lib. 3. §. 25. num. 48. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 7. num. 31. & tit. 12. num. 41. & tit. 11. num. 2. idcircò ei ſuccedirur, latè Graſſus de ſucceſſ. tom. 1. § ſubſtitutio, quæſt. 29. in princip. Intrigl. de ſubſtitut. par. 1. q. 9. num. 22. & q. 75. num. 2. hoc eſt in bonis eius, Mart. deciſ. Senenſ. 69. num. 45. ea quo dicitur teſtamentum filij ſubſtitutio pupillaris, Merlin. de legitima lib. 3. tit. 2. q. 13. Ferrer. ad Conſtit. de los impubres, Gloſ. 1. num. 92. Intrigl. d. p. 1. q. 2. num. 3. verum quia in præſenti facti ſerie non aliter de bonis pupilli agebatur, ſed de bonis ipſius patris tantum, & eo caſu ſubſtitutionem pupillo factã eſſe vice fideicommiſſi, ſi pupillus non habuit propria bona Ioan. Deker. deciſ. Belgiæ, lib. 1. diſſert. 12. num. 10. eo magis ſuper quibus ipſa ſubſtitutio directis verbis concepta fuerit, quæ ſiquidem directa ſubſtitutio deſcendit in fideicommiſſariam, Vaſquez dict. lib. 2. §. 11. num. 11. ibique num. 12. firmat, ipſam fideicommiſſariam ſubſtitutionem tranſire in directam fauore piarum cauſarum, vt eſt in caſu noſtro, & eo caſu ſuccedirur teſtatori, vt dictum eſt ſup. nimirum ſi mater excluſa non videatur ab eius legitima, Merlin. deciſ. 63. nu. 4. conferunt adducta per Tiraq. de priuil. piæ cauſæ in priuil. 69. in fine, verſ. ſed quanquam Iaſ. vbi ea mente Cornei, ibi relati cõcludit, matrem non debere priuari hæreditate ſibi debita, & Eccleſia inſtitui, per tex. in cap. vlt. 17. q. ult. ubi dãnabile aſſerit eſſe relinquere Eccleſiæ, & priuare filium hæreditate paterna, & ſequitur, & ſimiliter dicendum eſt de matre, arg. l. nam & ſi parentibus, ff. de inoff. teſt. uidelicet, ut non debeat priuari legitima ex pupillari etiam expreſſa, dicens d. cap. ult. procedere de iure poli, & l. ſi patet procedere de iure fori, quo ſiquidem iure canonico inſpecto mater excluditur à legitima per expreſſam pupillarem ſubſtitutionem, cum hoc iure ciuili expreſsè deciſum non ſit, Alex. Trentacin. de ſubſtit. p. 2. cap. 16. num. 4. & quamuis Viuius in Sylua commun. opin. in opin. 864. num. 4. & poſt eum Intrigl. d. tract. p. 1. quæſt. 91. num. 23. dicat, matrem excludi à legitima per pupillarem ſubſtitutionem, non ſolum in foro contentioſo, ſed etiam in foro conſcientiæ ex multis ibi relatis Doct. aſſerentibus, ita eſſe communem opinionem, attamen ibidem in fine allegat alios cõtrariam ſententiam aſſequentes, ſed uerius præfati Doctor. non loquuntur in caſu, quo fuit pia cauſa ſubſtituta, pro vt in facto noſtro liquebat, & bene ad corroborationem noſtræ deciſionis ſatis conferre videtur eiuſdem Intrigl. limitatio relata eodem loco ſub num. 27. non eſſe excluſam matrem à conſequutione legitimæ ob talem ſubſtitutionem expreſſam à bonis debitis pupillo ratione ſuæ legitimæ, ex Menoch. Corn. Lancellott. Polyt. & Zaſio, ibi relatis, verum quia attentis prædictis enarratis ob verborum directorum qualitatem ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem inclinari videatur diſpoſitio, vt ſupra ponderata, & per fideicommiſſariam ſuccedirur teſtatori, ſicuti etiam comprobat Martius deciſ. Senenſ. 69. nu. 44. non mirum ſi à conſequutione legitimæ ipſa mater non excludatur, vt dictum eſt ſup. & amplius ſubſtituta pia cauſa per viam fideicommiſſi, & in dubio erit iudicandum pro matre, Martius deciſ. 78. num. 37.

Sub-

Digitized by Google

Subſtitutus locus pius in caſu mortis pupilli in pupillari ætate, vel quandocunque an poſſit hæreditatem pupilli in eo caſu obuenientem renunciare in beneficium ipſius pupilli, etiam accepta aliqua pecuniarum quantitate, de hoc incidit pertractari in M.C.V. ſuper interpoſitione decreti, vt licitum ſit Syluię Baſile relictæ q. Laurentij de Martino ſe concordare cum ſacro Hoſpitale Incurabilium ſubſtituto hæreditati Ioſephi Baldaſſaris de Martino pupilli, in caſu, quo decederet in pupillari ætate, vel quandocunque pro quacunque pecuniarum quantitate, ad hoc vt ſubſtitutioni futuræ renunciare potuiſſet d. ſacrum Hoſpitale in beneficium d. pupilli, & vt libera ei ſit in futurum facultas diſponendi de dicta hæreditate, videbatur hoc fieri non potuiſſe, eo quia voluntati teſtatoris videbatur oppugnari, quæ lex dicitur, §. diſponat, Auth. de nupt. adeò quod cum liberum ſit cuilibet de ſuis bonis diſponere, l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & conſequenter quia quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mand. poterat quoque legem, quam vellet in ea diſpoſitione adijcere, nedum per viam inſtitutionis, ſed etiam ſubſtitutionis, ſicque dum ipſe teſtator ſuum inſtituiſſet filium hæredem, ipſique ſubſtituiſſet d. ſacrum Hoſpitale in caſu decedentiæ in pupillari ætate, vel quandocunque, ſubſequitur facta tali diſpoſitione eſſe teſtatoris præcepto obtemperandum, vt inquit Roland. in ſuo flore teſtament. p. 1. rub. 33. in princ. Secundò dicebatur, quia ius nullatenus remitti poterat viuente ipſo pupillo, eo quod agebatur de hæreditate viuentis, l. patris, & filij, ff. de vulg. & pupil. Ripa in l. 1. num. 28. C. de pact. poſt Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæſt. 7. ff. de verbor. obligat. & Curt. in d. l. fin. num. 19. C. de pact. quos etiam probat Gallerat. in tract. de renunciat. centur. renunciat. 44. num. 14. tomo 2. Tertiò, quia non videbatur eſſe licitum tutrici procurare præuio pretio renunciationem ſubſtitutionis in fauorem pupilli, nam contra præceptum teſtatoris hoc tendere conſpiciebatur, & conſequenter in pupilli detrimentum, poſtquam tutoris officium eſt onus per conſequentiam inductum in pupilli fauorem, Angel. in tract. de ſutate, nu. 28. non mirum ſi vtilia agere, & inutilia prætermittere compellatur, §. fin. Authent. vt ij, qui obligat. Anton. Piag. in tract. de tutore, & curat. quæſt. 7. num. 22. Ex aduerſo replicabatur, quod licet teſtatoris voluntas ſit lex, cui parendum erit, adhuc quandoque ex cauſa poterit recedi à voluntate teſtatoris, probat Grammat. deciſ. 55. cauſa ſiquidem conſiderari poterat reſpectu ipſius teſtatoris, ex quo dum pro ſalute ſuæ animæ diſpoſuerat ſubſtituendo ſacrum Hoſpitale ſuo filio in caſu obitus, erat tamen certa quoad obitum, ſed incerta ob filiorum procreationem, & ſic nullum iuuamen adhuc percipere poterat, ſed ſi aliquo pretio ius ſibi deferendum remitteret, vtique iuuamen animæ ſentiret, hinc dici ſolet, ad præſens oua, cras pullis ſunt meliora, inquit Gloſ. in l. cum ij, ff. de tranſact. imò ſubſtitutio erat incerta, & tranſactio erat certa pro eius ſalute, vndè illud Auguſtini congruit imitari, dicendo, ergo tene certum, & dimitte incertum. Secunda cauſa erat reſpectu pupilli, qui hæreditatem ſibi delatam oneri ſubſtitutionis ſubiecta erat, & per talem remiſſionem libera reddebatur, nec proindè impediebatur teſtandi facultas, quæ libera eſſe debet, ad text. in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Romul. in tract. de teſtament. præcept. bon. extra famil. alien. num. 91. Tertia cauſa erat reſpectu ipſius ſacri Hoſpitalis remittendo ius futurum incertum pro certa mercede conuenta, quod poterat contingere caſus, & non contingere, & ſic tutius erat certum habere, quàm incertum ſperare, taliter quod ſicut ſpes vendi poteſt, ad text. in l. ſi ſpes, C. de contrahend. empt. ſic iuri futuro incerto renunciata, Gallerat. d. tract. par. 2. renunciat. 17. per totam, ſicque ius futurum remitti poteſt, l. nec emptio, ff. de contrahend. empt. Gallerat. d. tract. par. 2. renunciat. 17. num. 10. potiſſimum fideicommiſſarius fideicommiſſo ſibi relicto renunciare non prohibetur, l. 1. C. de pact. cum alijs innumeris relatis ab eodem Gallerat. vbi ſupra, num. 11. vbi in fine num. 13. ſubnectit, quod ſi locus pius ſubſtitutus fuerit filio, poterit remittere ſubſtitutionem fideicommiſſariam etiam viuente filio, & licet remiſſio non valeat in præiudicium cauſæ piæ, tamen non præiudicatur illi ex remiſſione eius fideicommiſſi, cuius dubius eſt euentus, modo tamen pro dubio cauſa pia aliquid accipiat, l. preces, C. de tranſact. Ripa in d. l. 1. num. 28. C. de pact. & poſt num. 11. verſic. & ideò ſi prohibita dixit, quod ſi in caſu contrauentionis ſubſtituta fuerit cauſa pia, poterit ipſa remittere eam ſubſtitutionem in eius fauorem factam, & remiſſio poterit fieri ex cauſa tranſactionis, appoſitis illis verbis, inſpectis cognitis verbis teſtamenti, ex Angel. in l. quoties, la prima, C. de fideicommiſſ. Dec. conſil. 323. column. 1. & talis renunciatio inducitur etiam per clauſulam, quod partes remittunt omne ius competens, & competiturum, vel per ſimilia verba, vt inquit Fuſar. in tract. de ſubſtitut. quæſt. 593. num. 92. & ſic renunciatio fideicommiſſi facta ab Eccleſia, vel Hoſpitale, tenet, vt voluit idem Fuſar. eodem tract. quæſt. 589. Non obſtat, quod ſubſtitutioni pupillari viuente pupillo renunciari non poſſit, quia accedente iuramento fieri poteſt, cum in fauorem ſubſtituti facta videatur, ut ex Gutier. de contract. iur. cap. 42. num. 5. uerſic. & ſic indiſtinctè firmat ibi Gallerat. ſub num. 14. ubi fortius ſubnectit ex Gomeſ. ad leg. Taur. 22. num. 16. uerſic. ſed his non non obſtantibus, quod poſſit renunciari ſubſtitutioni pupillari, etiam ſine iuramento, & ſic facta relatione in Mag. Cur. Vic. die 1. Aprilis 1636. per Iudicem D. Ferdinandum Mexiam fuit interpoſitum decretum, quod viſa concluſione Oeconomorum ſacri Hoſpitalis Incurabilium liceat ipſi Syluiæ tranſigere pro cauſa prædicta in Banca Palmæ.

Subſtitutus ſubſtituti hæredis inſtituti in medietate fundi, & in caſu præmortis conſtituti in toto fundo, & ſi cõtingerit decedi abſque filijs legitimis, & naturalibus, eadem medietas fundi applicari debeat Eccleſiæ ſubſtitutæ cum onere celebrandi miſſas, & è conuerſo

decedente ipſo ſubſtituto ſuperuiněte cohærede, vſusfructus medietatis fundi ad eum pertineat, an facto caſu decedětiæ ipſius ſubſtituti abſque liberis immitti debeat in poſſeſſioně fundi, & ſi de facto immiſſus fuerit, conſeruari debeat in ea, vel amoueri, & illa reſtitui eius cohæredi inſtituto in vſufructu, caſus notabilis agnoſcitur ex lectura verborum teſtamenti videlicet. *Laſcio al Reuerendo Don Vincenzo, & al Magnifico Gaſparo miei fratelli cariſſimi la mia maſſaria con caſe, con conditione, che morendo detto Don Vincenzo, & dopò la morte di detto Don Vincenzo detta maſſaria ſia integramente di detto Magnifico Gaſparo, verum ſi detto Gaſparo morirà ſenza figli legitimi, e naturali, l'integra mità di detta maſſaria ſia, & debbia eſſere dell'Eccleſia, & Hoſpedale dell' Incurabili, con peſo de dire ogni dì in perpetuum nell'Altare priuilegiato tante meſſe per l'anima mia in perpetuum. Verum ſi occorreſſe prima morire il detto Gaſparo di detto Don Vincenzo lo detto D. Vincenzo habbbia, & debbia hauer l'integro vſufrutto di detta maſſaria ſua vita durante, non obſtante ſarà primo morto detto Gaſparo, &c* cum contingiſſet, dictum Gaſparem ab hac luce migraſſe relicto hęrede dicto D. Vincentio abſque filijs legitimis, & naturalibus, præſata Eccleſia, ſiue dictũ Hoſpitale Incurabilium ſe de facto in poſſeſſionem fundi poſuit, prætextu quod dictus Gaſpar præmortuus erat abſque filijs legitimis, & naturalibus, & ſic facto caſu decedentiæ ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtitutus admitti debuerat, ex traditis, atque concluſis per Chriſtoph. Mart. deciſ. Senenſ. 70. vbi omnes collexit DD. nec proinde ſubſtitutus obnoxius erit probare conditionem. ſi ſine liberis deceſſerit, ex ijs, quæ congerit Fuſar. in tract. de ſubſtit. quæſt. 436. Præterea iuxta vulgatã regulam fortificabatur ius Hoſpitalis, quod caducato primo gradu ſubſtitutionis, locus erit ſecũdo, & ſucceditur hæredi, ac ſi primus gradus factus non eſſet, idem Fuſar. in eodem tract. quæſt. 940. nu. 13. & in quæſt. 469. latius proſequitur materiam ipſam, ſi caducato primo gradu ſubſtitutionis, ſecũdus ſubſtitutus vulgariter admittatur, & concludit affirmatiuè. Suadet pariter fauor piæ cauſæ, dum fuerat Hoſpitale ſubſtitutum cum onere celebrari faciendi miſſas pro anima defuncti, ſicque diſpoſitio teſtatoris facta ad pias cauſas habere debet locum, licet caſus non contingat ſecundum voluntatem teſtatoris, ex text. in l. 2. ff. de manum. teſt. firmat Carocc. ſingul. 271. diſpoſitio, vbi allegat Roman. in Auth. ſimiliter, in ſpeciali 30. C. ad leg. falcid. dicentem, quod ſi teſtator hæredě inſtituit Titium, & ſi Titius hæres non erit, Caium ſubſtituo, Eccleſiæ tantum lego, & ſic legatum Eccleſiæ videtur in caſu ſubſtitutionis non exiſtente Titio hærede, & tamen ibi decidit, quod legatum debitum Eccleſiæ, ſi Titius hæres erit, non aufert formam teſtamenti, quia fauore piæ cauſæ præſumitur, quod teſtator voluerit abſolutè relinquere, & alijs rationibus comprobat Dec. conſ. 182. num. 2. Ex aduerſo replicabatur, dubium non eſſe, quin factus eſſet caſus ſubſtitutionis per mortě defuncti præmortui, non tamen acquiſitionis, poſtquam non peruenerat adhuc fundus totus in poſſe ipſius Gaſparis per mortem ipſius D. Vincentij, ita vt inde eo decedente ſine filijs legitimis, & naturalibus quæſitũ fuiſſet ius Hoſpitali, quo nam caſu ſi caducetur primus gradus per mortem ſubſtituti, non caducatur, ſi eſſet caducatus gradus ob defectum cõditionis, vt quia non euenit caſus primę ſubſtitutionis, quia tali caſu nec ſecundus caſus poſſet habere locum, ita ex multis confirmat Fuſar. d. tract. quæſt. 469. num. 79. Præterea quia agebatur de caſu contrario, inſpecto tenore ipſius teſtamenti, eo quia prius deceſſerat dictus Gaſpar, & eo caſu mandauerat teſtator, vt integrum vſumfructum fundi cõſequi deberet ipſe D. Vincentius, ſicque perexiſtente controuerſia inter proprietarium, & vſufructuarium, erit attendenda conditio adiecta in vſufructu, quapropter cum eſſet legatus integer vſusfructus fundi eidem D. Vincentio prædeceděte ipſo Gaſpare eius vita durante, debebat eo prius D. Vincentio frui, & expectanda dies, quæ ſupereſſet, per text. ſingularem in l. vxori, la terza, ff. de vſufr. leg. ibique exemplum in terminis ponitur, ibi quæſitum eſt, cum vxor intra quinquěnium deceſſerit, an libertis proprietatis petitio iam, an vero completo quinquennio competat, quia peracto quinquennio teſtator proprietatem legauerat, reſpondi poſt completum quinquennium, fundum ad libertos pertinere, ſicque durante vita ipſius D. Vincentij vſusfructus debetur iuxta legatum paternũ, & propterea cum de facto proceſſum fuerat ad capturam poſſeſſionis, de facto reuocari debebat, Gloſ. in l. ſi minor ff. de euict. quam probat Carocc. ſingul. 236. factum, vbi allegat Bald. in l. ſi pacto, quo pœnam, num. 2. not. 5. C. de pact. inferentem, quod ſicut Iudex fuit facilis in immittědo, ita in exmittendo, & ſi Iudex tenutam dedit parte non citata, vel cępit perſonaliter, ita debet reuocare, & dimittere parte non citata, vbi alios citat, poſtmodum per Sacrum Conſilium relata cauſa, fuit interpoſitum decretum, quod reſtitueretur poſſeſſio eidem D. Vincentio, in cauſa ipſius D. Vincentij de Franco cum dicto Sacro Hoſpitale Incurabilium, in Banca Cioffi Mag. Act.

Subſtitutus admitti an debeat ad ſucceſſionem alterius ſubſtituti iam condemnati ad triremes perpetuò, hoc accidit cõtrouerti in cauſa Ioannis, & Franciſci Sebaſtiani cum Alexandro Allerta, ex eo quia in teſtamento quondã Felicianæ Sebaſtianæ apparebat, fuiſſe inſtitutum hæredě vniuerſalem Martium Benincaſa quoad vſumfructum tantũ vita eius durante, & poſt eius mortem iuſſum, ſuccedere dictum Alexandrum per hæc verba: *E dopoi la morte di eſſo Martio in detti ſuoi beni mobili, e ſtabili, & heredità ſocceda, & debbia ſoccedere herede Aleſſandro Allerta ſuo legitimo, & naturale, nato da eſſa Teſtatrice, e lo quondam Franceſco Allerta ſuo primo marito, quale al preſente*

ſtà in

ſtà in galera in vita, & hauendo libertà, ò morendo detto Aleſſandro ſenza figli legitimi, & naturali, in tal caſo in detti beni mobili, & ſtabili, ci ſocceda in detta heredità, e debbiano ſoccedere Giouanne, e Franciſco Sebaſtiani ſuoi fratelli carnali, &c. prætendebant ipſi ſubſtituti ſuccedere, ex eo quod dictus Alexander iam in triremibus condemnatus exiſtebat ſua vita durante, & vltra cõgeſta ſupra in ver. præambulum, ſuper eadem cauſa reperi Doctorẽ Martam in ſumma de ſucceſſ.leg.part.3. q.14. artic.3. vbi exactè articulum examinat, an ſit ſucceſſibilis damnatus ad triremes, vbi nu.2. probat, hanc pœnam ſucceſſiſſe loco damnationis ad metallum, iuxta communẽ opinionem Doctorum ab ipſo relatorum præter relatos in d. verb. præambulum, & ſubdit probando num. 3. tales ſimiles condemnatos nõ eſſe ſucceſſibiles, quoniam ſerui pœnæ facti ſunt, ſicut damnati ad metallum, quare mortui ciuiliter dicuntur, Caſtill.deciſ.37.num.9. & 11. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.14. nu.52. in tantum quod talis damnatio ad triremes quoad effectũ æquiparatur morti naturali, vt ſubdit ibi Marta num.4. & ſequitur num.ſeq. quod ſubſtitutus admittitur eo ipſo, quod inſtitutus ſit damnatus ad triremes, ex Caſſan. Vidal. & alijs ibi relatis. Præterea quia dãnatus ad perpetua vincula, ſcilicet ad perpetuò remigandum, cum ille deportato æquiparetur, vt inquit Gloſ. in §.legari, Inſtit. de leg. hæres inſtitui non poteſt, vt communiter DD. teſtantur, ex Bart. & Vaſq. probat Paul. Gall. in tract. de except. quæ oriri poſſ. in ſucceſſ. in 10.except. nu.11. & amplius, quia ſcienter fuerat inſtitutus ab eius matre, vt percipiebatur ex dictis verbis teſtamenti, & eo caſu quemadmodum relinqui aliquid teſtamento non poſſit ei, qui teſtamenti tempore in rebus humanis nõdum eſt, vt proſequitur latiſſimè Franc.Hottom. qq.Illuſt.quæſt.6. per totam, ita in caſu præmiſſo ex adductis ſuperius. Quamuis ex aduerſo poſſit, quod ſupra relatũ eſt in dubium reuocari, & concludi, quod ſi quis ſit grauatus ſub conditione mortis, & bannitus, vt ſubſtitutus non admittatur ſtatim, ſed expectatur eius mors naturalis, & interim bona remaneant apud Fiſcum, & præmoriente ſubſtituto fideicommiſſum efficitur caducum, nec ſubſtitutus illud tranſmittit ad ſuos hæredes, ex l.Statius Florus, §.Cornelio Fœlici ff.de iure fiſci, notat cum alijs Fuſar.de ſubſtit.quæſt.442.num.1.& 4. quo fit, vt ſi tales condẽnati ad triremes æquiparentur bannitis, certum erit, quod in hoc caſu expectanda erit mors naturalis cum effectu, vt ſubſtitutioni locus ſit, & non aliter. Et in hoc putarem, ſic diſtinguendum eſſe, nam aut loquimur de bannitis ſimpliciter, qui dicuntur illi effecti, vel voce præconis, aut pro mulcta ſine annotatione bonorum, ſiue condemnati vigore ſententiæ banni, quę erit interloquutoria, vt tradit Caſſan. in conſuet. Burg. rubr.2. §.1. num.4. nam iſti cum ſint condemnati ob contumaciam, nequeunt eſſe cõdemnati pro delicto, & conſequenter offendi non poſſunt, vt ex pluribus confirmat poſt Caſſan. vbi ſup num.7. Cartar. in tract. de exequut.ſent. capto reo, cap.1. num.37. & iſtis non verè æquiparantur condemnati ad triremes, qui non pro contumacia condemnati videntur, ſed pro pœna delicti. Sed quoties eſſent pro delicto condemnati in contumaciam, tunc verè dicerentur bãniti, & poſſent occidi, Cartar. vbi ſup. num.39. & iſti verè æquiparantur deportatis, vt ibidem ſub nu.7. fundat Caſſan. verſ. ijs ergo, & tunc amitterent Ciuitatem, & eorum bona publicarentur, & iſti in Regno noſtro dicuntur foriudicati, & hoc eſt nomen vſitatum à iure Romano incognitum quaſi foris ab omni aditu iudicij, propter quod eis denegatur audientia, vt refert Affl. in Conſt. Pœnam eorum, num.69. ſubdens in numeris ſequentibus, eum eſſe hoſtem publicum, & poſſe impunè occidi, cuius ſentẽtia eo capto, ſtatim exequutioni mandari debet, ita quod appellationi locus non ſit, adeò foriudicato ſuccedit Fiſcus non habenti agnatos, aut cõgnatos, ita Afflict. in Conſtit. Foriudicatorum bona, num.1. niſi eſſet Neapolitanus, quo caſu ſuccederent proximi eius vigore priuilegij iam conceſſi, vt ſubdit num.14. iuxta deciſa per Franch. deciſ. 213. & iſto caſu expeditur præambulũ, iuxta tradita in 2.par. noſtri compendij verbo præambulum, & ijs foriudicatis quodammodo aſſimilantur condemnati ad triremes, contra quos ſimile præambulũ poterit expediri. Pendet deciſio.

Subſtituti in caſu deficiẽtiæ filiorum primo loco ſubſtitutorum, vſufructuarij legatarij an admittantur ad hæreditatem decedente tali legatario, qui filios habuit, ſed non tempore eius mortis exiſtebant, prout contingit in Sacro Conſilio vẽtilari in cauſa Ducis Teleſiæ, & Marchionis Petrecatelli cum hæredibus quondam Thomæ Carrafæ ex hæreditate quondam Ioannæ Ceuæ Grimaldæ ſuæ vxoris. Verba enim teſtamenti eiuſdem Ioannę ſunt hæc videlicet. *Item per ogni meglior via, e ragione, che mi è permeſſo laſcio al detto Tomaſo Carrafa mio dilettiſſimo conſorte della ſumma, che poſſo diſponere delle mie doti duc. 4500. delli quali detto Tomaſo ne ſia vſufruttuario ſua vita durante, e dopoi ſua morte ſenza figli ſoccedano, e debbiano ſoccedere li predetti Gio. Franceſco, e Gio. Antonio Grimaldo miei fratelli, e loro heredi, e ſucceſſori pro equali portione, verum ritrouandoſi ad accaſare detto Tomaſo mio marito, al che l'eſorto, e facendo figli legitimi, e naturali detto Tomaſo in tal caſo voglio, che in detti duc. 4500. ſoccedano li detti figli legitimi, e naturali del detto Tomaſo.* Ex ijs verbis colligitur, dictam Ioannam duas ordinaſſe ſubſtitutiones, alteram ad beneficium fratrũ præmortuo eius viro abſque filijs, alteram priori aduerſatiuam ad beneficium filiorum procreandorũ ex ſecundo matrimonio dicti Thomæ, quæ ſecũda ſubſtitutio (quia per dictionem aduerſatiuam proponitur facta, ibi, *verum ritrouandoſe*, cuius dictionis, verum, natura eſt aduerſati præcedẽti, l.hoc amplius, §.de ijs autem, vbi Bart. ff.de damn.infect. &

l.ſi vero, ff. qui ſatiſd. cog. latè Surd. conſ. 315. nu. 1.) inducit ademptionem primæ ſubſtitutioni, & beneficium d. ſubſtitutionis à fratribus primo loco ſubſtitutis adimitur, transfertur, & transfunditur in ipſos filios, Bald. & Salyc. in l. ſi forti·dianum, num 1. C. de legat. & ibidem Alex. & Iaſ. Crotus in l. reconiuncti, num. 3. verſ. ſecundus caſus, ff. de leg. 1. quam opinionem ſecundum Menoch. lib. 4. præſumpt. 173. probat tex. in l. nam ad ea, §. 1. verſ. tunc enim, ff. de cond. & demonſt. ſuppoſita dicta ademptione remanet videndum, an conditio appoſita primo ſubſtituto adempta ſubſtitutione cenſeatur reperita, & tranſlata in ſecundum ſubſtitutum, ita vt ſi primus ſubſtitutus conditione non adimpleta admitti non poterat, ita & ſecundus ſubſtitutus ab agendo repellitur, in quo iuris articulo eſt tex. rotundus, quem rogo videri in l. legatum, ff. de adim. & transfer. leg. vbi Papinianus in hæc verba reſcribit, legatum, ſub conditione datum, cum transfertur ſub eadem conditione transferri videtur, Bart. in l. Caio in princ. ff. de aliment. & cib. leg. ita poſt Caſtrenſ. ex Alex. Ruin. Soc. Sen. Dec. Curt. Iun. Natta, Hieronym. Gabriel. & Cephal. probat Menoch. lib. 4. præſumpt. 174. nu. 2. qui ait, hanc opinionem manifeſto iure probari, tùm per tex. in d. l. legatum, de alim. & cib. leg. tùm etiam per tex. in l. legatum ſub conditione, ff. de cond. & demonſt. l. Caio, & l. ſi adimendo, ff. de adim. leg. quæ opinio indubitabilis in caſu præſenti redditur, nam legantur illa verba, *Voglio, che in detti ducati* 4500. quæ faciunt relationem ad præcedentia, cum qualitatibus ſuis, Bart. in l. ſi quis ſeruum. §. fin. de leg. 2. quem refert, & ſequitur Alex. in d. l. ſi fortidianum, num. 2. verſ. oſtendo, quia illa dictio, eadem, C. de legat. cum ergo in caſu prædicto prima ſubſtitutio erat cõditionalis ad beneficium fratrum in caſu mortis mariti abſque liberis, huiuſmodi ſubſtitutio tráſlata in filios eandem recipiat conditionem, & ſic eatenus vocabantur, quatenus ſupererint tempore mortis Thomæ, illis ergo præmortuis in ipſius Thomæ vita ſequuto obitu d. Thomæ fratres primo loco ſubſtituti admittuntur, quod ex alio deducitur, quia d. dictio, verum, aduerſatiua inducit repetitionem, conditionem, & qualitatem præcedentis diſpoſitionis in ſequentem, Merend. conſ. 76. num. 6. Paregr. de fideicomm. art. 16. num 91. Galgan. de condit. & demonſtr. p. 2. cap. 1. quæſt. 18. num. 5. & apertis verbis colligitur, voluiſſe teſtatricem eatenus eius fratres remanere excluſos, quatenus tẽpore mortis Thomæ filij eſſent ſuperſtites, ibi, *& dopò mia morte ſenza figli*, ratio ergo axcluſionis fuit conſiderata in extitentia filiorum tempora mortis, & qualitas tanquam adiuncta verbo regulatur ſecundum tempus verbi, l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. action. l. 1. §. tutoris, ff. quod iuſſu, l. Titius, vbi Bart. ff. de teſt. milit. c. ſi eo tempore de reſcript. in 6. cum alijs penès Mohed. dec. 23. num. 1. de præben. ceſſante ergo ratione excluſionis dictorum fratrum, quæ erat dictorum filiorum ſuperexiſtentia tempore mortis Thomæ ceſſat ipſamet ſecunda ſubſtitutio, latè Tiraq. in tract. ceſſant. cauſa, num. 97. dicens, filiam excluſam à ſucceſſione patris ob maſculos, his deficiẽtibus admitti, tanquam ceſſet excluſionis cauſa, allegat Angel. Raph. Cuman. Paul. de Caſt. Ang. Aretin. & Affl. ceſſante dicta ſecunda ſubſtitutione fratres vigore primæ in dubio admittuntur. Hæc à Io. Baptiſta Iouino I.C. & Aduocato Neapolitano pro Ill. Duce Teleſæ, ac Marchione Petrecatellæ prodierunt, in quorum fauorem fuit pronunciatum per S.C. vt dixi ſup. in verbo reſtitutio.

Subuentio, ſiuè adiutorium an debeatur patri, qui filio contemplatione matrimonij feudum refutauit, cum clauſula, ex nunc, prout ax tunc ſequuta morte, deciſum fuit negatiuè per S.C. in cauſa Ill. Ducis Nuceriæ, quia æquiparatur vſufructuatio, vt tradit Reg. Tapia in 6. p. iuris Regni ſuper Conſt. Quamplurimum, col. pen. verſ. ſic etiam non debetur.

Subuentio, ſiuè adiutorium debitum per vaſallos Baroni in cauſis de iure competens ad quam rationem fieri debeat, videatur deciſio relata in verbo adiutorium.

Subuentio ſemel ſoluta patri pro emptione Terræ, an ſolui debeat iterum filio ſucceſſori aliam ementi, deciſum fuit per Sac. Conſ. negatiuè in cauſa Vniuerſitatis Nuceriæ Pagmorum cum Ill. eius Duce de anno 1573. referente Reg. Conſil. Villanoua penès Figliolam, commemorat Iul. Cæſ. Gallup. in eius methodo feud. tom. 2. pat. 4. cap. 3. num. 56.

Subuentio, ſiuè adhoa ſolui an debeat à Barone, qui vaſallos ex feudo poſſidet in emphytheoſim, deciſum fuit negatiuè per Reg. Cam. in cauſa Federici Pandone, vt refert And. Capanus in tract. de iure adhoæ, q. 12. nu. 6.

Succaſſio feudi plani, & de tabula an reguletur ſecundum ius commune feudorum, vel ſecundum ius commune Romanorum, deciſum fuit per Sac. Conſ. iunctis aulis, feudum dello Marchetto, eſſe feudum planum, & de tabula, quod recognoſcitur à Curia Baronali Ciuitatis Tricarici in capite ſub onere fidelitatis, & militaris ſeruitij, ſeù adhoæ, & proindè in eo ſucceſſionem regulandam eſſe ſecundum conſuetudines feudales, ſeù de iure commune feudorum, & non Romanorum, & per conſequens in hoc feudo nouo acquiſito per Io. Ant. Caſtellanum, cui legitimè ſucceſſit Fabius filius, per mortem Fabij ſine deſcendentibus non potuiſſe ſuccedere Alexandrum eius patruũ, & reliqua apud Reg. Rouit. dec. 442. capta poſſeſſiona.

Succeſſor ſingularis ſuccedens in re immobili ex cauſa iudicati, & ſic neceſſaria an teneatur ſtare conductori, hoc in facto euenit in S.C. decidi in cauſa Io. Baptiſtæ Ciero cum Berardino Serſale, in quo quidem articulo videtur, I.C. in l. in venditione, §. 1. ff. de bon. auth. iud. poſſid. affirmatiuè reſpondere, idemque voluerunt Gloſ. in l. diuortio, ff. ſol. mat. vbi Bart. num. 6. & 7. & in l. ſi filiofam. §. fin. vbi id pro limitatione poſuit ff. eod. Iaſ. in d. l. diuortio, num. 32. alios refert Tiraq. de retract. §. 3. Gloſ. 1. num. 14. & ſequitur Cachet. dec. Pedemont. 82. vbi loquendo de colono partiario putat, eſſe diſtinguendum, quod primo anno, quo fructus pendent, quia expendit, & laborauit, tenetur ſucceſſor ſingularis ei ſtare, eum citat Marta voto 139. num. 6. latè Mantic.

de

de tacit.& ambig.lib.5.tit.10.num.10.cum multis alijs allegatis nouiſſimè per Anton. de Amat. var.reſolut. tom:2. reſolut. 68. num.4. quamuis Præſ.de Franch. in dec.488. huic opinioni contradicere quodammodo videatur, ea tamen ratione,quoniam non ex cauſa neceſſaria, ſed voluntaria fit translatio poſſeſſionis in tertium per Iudicem,inſpecto initio obligationis debitoris, quæ voluntaria fuit, ex qua ratione laudemia debentur ex venditionibus factis ſub haſta, vt alias deciſum tradit, & quod Gloſ. in d.l.diuortio bene reſpondit in caſu d. legis, qualiter ob diuortium ſequutum vir transtulit in vxorem bona dotalia,quę ſi alienata reperiantur per virum, ei ſtare teneatur, ea quo reſtitutio prædicta fit ex neceſſitate,& iure cogente,non ſic in caſu noſtro, Amat. vbi ſup.num.5. nihilominus non per hoc aduerſatur opinioni eorum tenentium affirmatiuam opinionem,quoniam I.C.& Doct.non conſiderauerunt neceſſitatem,habito reſpectu ad initium obligationis contractus per debitorem, ſed tantummodo ad neceſſitatem,quæ oritur ex decreto Iudicis mandantis,rem in tertium creditorem transferri contra debitoris voluntatem, cui cum contradici non poſſit, ſed potiùs parendum ſubſequitur,quod ipſe ſucceſſor neceſſarius dicatur,& proindè ex allegatis ſtare teneatur cōtractui locationis facto per debitorem, ſeù per tertium poſſeſſorem,vt voluit Gratian. diſcept. forenſ.cap.37.num.4.cum ſeq. Benint. deciſ.Bonon.54.in fine,Rolan.conſ.49.num.6.vol.2.Bal. in cap.quoniam frequenter, vt lite non conteſt. Iaſ.in d.l.diuortio,nu.35.& alij relati per Surd. dec.40.num.13.cum alijs congeſtis per Giurbam deciſ.58.num.7.dec.63. num.6. quibus addendi ſunt Marilian.in repet.l.quoties,num.249. C.de rei vind.Cancer.var.reſol.tom.2. cap.14. nu.21. cum alijs adductis per Petrum Gaſſiam in dicto 7.incip. omnis ſuccedens. Inſuper ſtante quod ipſe conductor prædium in actis deductum gubernauerat, atque ſeminauerat, ac alias expenſas fecerat, ſaltim pro anno illo in affictu continuare nullatenus poterat per eundem ſingularem ſucceſſorem moleſtari,authoritate Bald. in l.expenſas,num.7.C.locat. ſequitur Cagnol. in l.2.num.221.C.de pact.int.empt.& vend.& ſecundum eum per Senatum Mantuanum ita iudicatum eſſe teſtatur Surd. dec.52. nu.10. & 20. quibus etiam accedebat,quoniam Iudex adiudicando bona creditori,noluit præiudicare iuribus tertij,& ſic conductoris,ſed ei reſeruare, ex tex. in d.l.in venditione, §.1. notant Rom. & Ang. Alex.in l.filiusfam.§ fin.ff.ſol.mat.Tādem facta relatione in S.C.per Reg.Conſil.Alonſum Vargas Ducē Cagnani,deciſum fuit per idem S. C. quod ipſe conductor continuaret affictum per annum tantum,de hoc anno 1628.in Bāca Cioffi *Mag. Act.*

Superſederi an debeat in ſententia foriudicationis lata contra reum,qui volēs occidere vnum,vulnerauerat alium,qui ſua culpa inde mortuus eſt, iſthæc quæſtio dependet à pœna delicti, qua ſi non poterit procedi ad foriudicationem, vt exēplo oſtendit Affl.in Conſtit. Pœnam eorum ſub num.48.& deciſum per M.C.tradit Viuius dec. 439.num.36.at in caſu noſtro erit intuendum, qua pœna puniri debeat is, qui volens occidere vnum,occidit alium, in quo Doct. variæ fuerunt opinionis, nam aliqui cenſuerunt,eſſe pœnam extraordinariam, vt poſt Iul.Clar. in §.homicidium, verſ.dicunt etiam,Theſaur.dec.243.Maſcar.de probat.concl.864. num.6. Surd. conſ.40. num.33.quos probat Mar. Anton. var. reſolut. lib.1. reſol.5. num.13. latiſſimè Farinac. in conſil.1.num.15.& 18. cum alijs adductis per Famian.Centol.in addit.ad conſ.65. Farinac.lit.M. Goff.à Bauo in tract. reatuum, quæſt.7. nu.128. alij autem Doct.cenſuerunt,eſſe pœnam mortis, ex Claro probat Farin. in d.conſ.1.num.14. qui in praxi crimin.de homic.cap.125.p.4.num.157. vbi ex Couar. Gomeſ. Placza, & Caball. idem probat,& aſſequitur ibidem Goff. à Bauo, quinimò pro concordia ambarum opinionum dixerunt,quod aut tale homicidium inciderit ad defenſionem neceſſariam,tunc quia cenſeretur dare operām rei licitę,nō aliter puniri debere reum exiſtimat ibi Farin.d.q.125.num. 158. ex Mandel.ibi citato, aut vero non in caſu defenſionis, ſed ſimpliciter loquendo,an quis volens occidere vnum,occidit alium,licet præfati Doct. de rigore iuris teneri videatur pœna mortis, poſtquam non ſola culpa,ſed dolus interuenit, nihilominus attenta ęquitata pœna erit extraordinaria, & ſic communiter Doct. concludunt,relati per eundem Farin.d.q.125. à num.152.ad 154. vbi inquit, ita iudicatum Mantuæ,& præſertim Neapoli,iuxta relata per Gram.in Conſt.Regni fol.14.nu.21.relatum à Claro d.§.homicidium, ſub num.4.& à Farin.ibidem cum alijs adductis per Famin.Centol.in d.addit.in princ.Hac firma remanente concluſione, quod in caſu præmiſſo non ſit pœna mortis,ſed tantum extraordinaria, quæ erit exilij, ſiuè pecuniaria ex multis probat Farinac.d.conſ.1.num.15,& d.q.125.num.152. ſubſequitur,foriudicationem non eſſe imponendam,niſi vbi pœna mortis, aut membri abſciſſionis,aut perpetui carceris imponeretur, ex cap. Caroli 2.firmat ibidem Affl.& eo magis quando vulneratus cauſam dederit morti ob aliquod eius incitamentum,præſertim ſi cum vxore concubuiſſet,ſicut ex Bal.in l.qui occidit,§.fin. ff. ad l. aquil.notat Felin.in c.presbyterum, ſub num.1. de homic.Carter.in praxi crim. in tract.de homic.§.vndecimo igitur ſub num.1.quocirca cum fuiſſet inquiſitus Maſillus Camarota, qui volens occidere vnum, vulnerauit fratrem illius, & inde mortuus fuit,per M.C. citatus ad informandum,& inde foriudicatus, & dum appellauerat ad S.C.producendo fidem,qualiter mortuus cognouerat ſuam vxorem carnaliter, & infra 30. dies obijt, & alia ſimiliter patrauerat inconuenientia,& ideò facta relatione in eo in aula Conſil.Sanfelicij, fuit remiſſa cauſa eidem M.C. & dictum,vt ſuperſederetur in foriudicatione de anno 1636.in Banca Nobilij Ioelis.

Supplementum dotis petere an poſſit filia, quæ fuerat dotata à fratribus, & attentis facultatibus tempore mortis patris dos non aſcendebat ad legitimam,non obſtante quod non renunciauerat, fuit deciſum per S.C.iunctis aulis die 9. Aprilis 1552.negatiuè referente Regio tunc Conſil. Io. Andrea de Curte in Banca Coppulæ, refert

D. Franciſcus Merlinus controu. forenſ. c. 3. ſub nu. 4. vbi alias deciſiones ex alijs Doctor. refert.

Supplicatio porrecta in cauſa appellationis ab indebita citatione ſuper tenore inſtrumenti ab vno ex debitoribus, an omnibus condebitoribus proſit, deciſum fuit per M. C. prodeſſe ſi omnia nomina ipſorum eſſent deſcripta, & vnus eorum illam præſentauerit in cauſa Vincentij Cecere, in Banca Saleſij, dixi in voto 84. num. 380.

Suſpectus Iudex an ſit ex eo, quod eius filius erat Aduocatus alicuius partis, non tamen in ea, vbi pater iudicare debuerat, & quid ſi alapſo tempore præfixo fuiſſet allegata ſuſpitio, tanquam de nouo ſuperueniens, prout accidit diſcuti in ſuſpitione propoſita aduerſus Regium Conſil. Marcellum Mercianum à Iulio Cæſare Brancaſio V. I. D. & ſuis fratribus in cauſa informationis criminalis captæ per Curiam Catouineæ, ex eo quod Franciſcus Marcianus V. I. D. & Aduocatus Neapol. vir ſiquidem bonæ ſpei, & virtutibus omnibus ornatiſſimus, erat Aduocatus Octanij Serræ ordinarius, ſed non in illa cauſa, in qua iudicaturus erat pater eius, ſed aliarum, & dictus Octauius erat Dominus Terræ prædictæ, & intereſſe prætendens, ideò ex hoc videbatur ſuſpitio militare, eo quod ſi Iudex ſuſpectus eſſet in vna cauſa alicuius, pariter in omnibus reddebatur ſuſpectus, vt dixit Aufrer. in tract. de recuſat. in 45. limit. verſ. ſed quid fiet; ſic etiam inferri poterat ad omnes alias cauſas, in quibus filius eſſet Aduocatus alicuius, quamuis in illis noninteruenîſſet, ſed hoc ex præſumpta ſuſpitione, quia præſumeretur habere affectionem ad cauſas clientis ſui filij, de quo extat pragmat. 23. §. item ſtatuimus, de offic. S. C. & quod pater recuſari poſſit in cauſa, in qua filius eſt Aduocatus, firmat Seſſe dec. Aragon. 414. num. 3. tom. 4. & dec. 200. num. 6. tom. 2. eo magis, quia filius ipſe commenſalis erat, in domo paterna exiſtens, ideò nedum quia filius, cum quo maior affectio præſumatur, ſed etiã, quia pater, & filius pro vna perſona reputantur, vt tradit Aufrer. eod. tract. in 24. caſu, & ſic in terminis ex Reg. de Ponte conſ. 14. 1. col. refert Muta in pragm. Sicil. tit. 4. de recuſ. iud. ſub num. 61. quando filius Aduocatus commoratur cum patre Iudice, vt poſſit recuſari, ſed etiam quia commenſalis, & in domo cum familia perſiſterat paterna, per adducta ab eodem Aufrer. vbi ſup. in 9. ſpecie, verſ. verũ tamen propriè familiaris, Farinac. in 2. p. fragm. lit. I. num. 816. in terminis loquens de continua familiaritate, quia in menſa bibunt, & comedũ continuo. Præterea ſuſpitio Iudicis inſpecto iure communi licet proponi poſſit poſt concluſionem, vt probat Io. Iacob. de Laurent. in tract. de Iudice ſuſpec. cap. 14. num. 20. regulariter tamen ante litem conteſtatam poſſit ſuſpitio allegari, Farinac. in 2. p. fragment. lit. I. num. 895. Rebuff. in Conſt. Galliæ art. 1. Glōſ. 2. de recuſat. tom. 3. In Regno autem ex particulari lege cautum eſt, ante concluſionem poſſe opponi, vt eſt diſpoſitum in pragm. 7. de ſuſpit. official. nouiſſimè autem in pragm. 11. §. hac ſe parti, eod. tit. apparet, terminum 40. dierum eſſe præfixum ad proponendum ſuſpitiones, decurrendorum à notificatione primæ petitionis principalis factæ, & ob id ſi eo tempore non fuerit propoſita, erat tamen incognitum patrocinium ipſius Aduocati, quod præſtabat aduerſarius ipſis actoribus, ſed quia poſt lapſum temporis ſuperuenerat cauſa allegandi ſuſpectum Iudicem, vtique admitti debuerat, cum ſemper cauſa de nouo incidẽs, ob quam potuit Iudex ſuſpectus allegare, debet admitti, non obſtante lapſu temporis, vt apparet ex diſpoſitione eiuſdem pragmaticæ allegatæ conceſſum, quæ eſt conformis cum pragmatica Siciliæ, ſuper qua idem teſtatur Muta in tit. 4. de recuſat. iud. num. 13. & num. 72. vbi cenſuit, quandocunque poſſe opponi, quando de nouo emerſerit cauſa ſuſpitionis, ſed his replicari contingit, quoad primam obiectionem, nullo pacto ſubſiſtere potuiſſe, etenim non ſolum quia diuerſa erat cauſa, in qua filius ipſe Aduocatus patrocinari auſus non erat, in qua pater iudicaturus erat, quemadmodum Iudex, qui fuit Aduocatus partis in alia cauſa, quàm in ea, in qua fuit deputatus Iudex, recuſari non poteſt, ita Farinac. in 2. p. fragm. lit. I. num. 852. ſed etiam ſi eſſet eadem cauſa, pro qua filius patrocinium præſtitiſſet, in qua pater iudicaturus eſſet, apud Doct. determinatum eſt, non eſſe legitimam occaſionem recuſandi Iudicem ex hoc, per ea, quæ deduxit Euer. in ſua topica, loco ſi à ſuffic. part. enunc. Lancell. de attent. 2. p. cap. 6. num. 40. Alban. conſ. 92. n. 2. vol. 1. quos probat Caualc. in tract. de brach. Regio p. 3. num. 343. Marant. in eius ſpecul. p. 6. in 2. actu, num. 55. Muta loco citato, num. 61. Ball. in tract. crimin. lib. 5. rub. de pragm. Regn. in tit. de recuſ. iud. nu. 5. licet contrarium teneat Franc. in cap. poſtremò, num. 19. de appellat. quem ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 100. num. 24. Quoad ſecundam obiectionem replicabatur, non aliter nouam eſſe cauſam ſuperuenientem lapſo termino præfixo, cum antea erat Aduocatus, & cauſam extitiſſe liquebat, nec noua dici poterat, ſed à prima dependens, & inde ſublata cauſa principali, cẽſetur quoq; acceſſoria inde cõtingẽs ſublata, arg. l. eos, C. de vſuris. Facta inde relatione in S. C. per M. C. V. deciſum fuit, quod interueniat die 26. Octob. 1628. penès Groſſum.

Suſpectus Iudex allegatus ab vna ex partibus an interuenire poſſit ea conſentiente in deciſione cauſæ, relata fuit deciſio ſup. verbo Iudex.

Suſpectus in iudicando an etiam ſit ſuſpectus in delegando cauſam, vel decretando ſupplicationes de verbo faciendo, aut relationem facere, vt ſæpè ſæpius in Præſide S. C. euenit, non tantum ſi fuerit ſuſpectus ob inimicitiam, quantum ex alia cauſa, deciſum fuit per Collaterale Conſilio in cauſa Monaſterij S. Laurentij propè Padulam cum Horatio de Ponte Marchione illius in anno 1614. videlicet. D. Marcus Ant. da Ponte Marchio S. Angeli, & Præſes S. C. poſt recuſationem propoſitam ex cauſa conſanguinitatis non interueniat amplius, nec in delegando, nec in decretando ſupplicationes de verbo faciendo in Banca Scacciauenti refert Io. Dominic. Taſſonus in eius tomo obſeru. iuriſd. ſuper pragm. de antefato, verſ. 3. obſeru. 3. ſub num. 113. verſ. & ideo in facto.

Suſpectus Iudex allegari an poſſit, ne interueniat in cauſa illius, qui vti Aduocatus patrocinatur

in cau-

in cauſis contra Iudicem illum, deciſum fuit per Collater. Conſil. vt non interueniat in perſonam Antonij Orificij olim Præſidis Sact.Conſil. cum Scipione de Bonooia, iterũ in cauſa eiuſdẽ in perſonã Petri Pauli Theodori Reg. Conſil. ac etiam Andreæ Marcheſij Reg.Conſil. refert Donat.Ant.de Marin.quotid.reſol.cap.210.

Terminus ad proſequendum an incipiat à die lapſus dierum ad porrigendum querelas ſindicando, vel ſi intra eundem terminũ ad porrigendũ petitiones fuerint oblatæ, & ſic à die præſentationis petitionũ, hanc quæſtionẽ adhoc punctualiter tactã non inueni ſpecificè, ſed ex ijs, quæ in ſimili determinari videtur, vt poſſit eius reſolutio comprobari, certum eſt enim, quod à ſententijs Officialium duobus modis ſuboenitur litigantibus, vel per viam iuſtæ querelæ in ſindicatu ipſorum, vel per viam appellationis ad Superiores, & in vnoquoque ipſorum modo ſtatuti videntur diuerſi termini in vnum conſentientes, poſtquã tam reſpectu ſindicatus de iure ſtatutus reſpicitur terminus quinquaginta dierũ, vt infra triginta dies querelæ dari debeant, & intra reliquos dies viginti ad proſequendum, & determinandum iudicium, l. 1. C. vt omnes cauſæ, Paris de ſindic. rubr. de inſtant. ſindic. cap. 1. in princ. incip. eſt videndum de inſtantia, licet autem de iure huius Regni videatur ſtatutus terminus dierũ quadraginta, hoc eſt viginti ad porrigendum, & viginti ad proſequendum, ex diſpoſitione text. in cap. Regni incip. Item quod parti Officiales, & Iuſtitiarij, de quo etiam meminit Paris eod. tract. verbo ſindicantur, quem ſequitur Scagl. in titu 291. num. 3. & melius in cap. Regni 132. Item ſtatuimus, quod tàm Iuſtitiarij, quàm Officiales, & ibi Campagn. quo vero ad appellationem certũ eſt de iure, ipſam infra decem dies debere proponi, Auth. hodiè, C. de appell. cap. cum dilecti, de elect. cum alijs citatis per Marant. in eius ſpecul. part. 6. rubr. & quandoque appellatur, num. 213. nam prius tempus duorũ dierum erat in cauſa aliena, & intra triduum in propria de iure Digeſtorũ, & Codicis, vt in ſeq. num. 214. ſubiunxit, & ad proſequendam appellationem annus de iure concedebatur, & ex cauſa alius annus, vt ſubdit nu. 228. de quibus omnibus memor eſt Muſcatell. in eius praxi Sacr. Conſ. lib. 2. Alex. Trentac. var. reſol. lib. 2. tit. de appellat. reſol. 11. in princ. Io. Bapt. Scuuarten. in tract. iudic. d. lib. 3. cap. 9. licet autem de iure noſtri Regni ex diſpoſitione Conſtit. Appellationum tempora, confirmata in pragmat. appellationum, eod. tit. de appell. conſtituti ſint dies quinquaginta, hoc eſt decem ad appellandum, & quadraginta ad proſequendum, refert ibidem Marant. num. 221. & ſequitur Muſcatell. in ſua praxi Sacr. Conſ. lib. 2. part. 1. gloſ. proſequendum, per totam, Alex. Trentac. vbi ſupra, quo fit, vt licet tempus appellandi currat de momento ad momentum, Alex. conſ. 87. num. 1. & 10. vol. 7. & conſ. 85. nu. 5. vol. 2. Polid. Ripa in obſeru. 377. nu. 1. quaſi quod cenſeri debeat tempus continuum, quod currit de momẽto ad momentum, Amar. deciſ. Ancon. 69. num. 11. nam vbi tempus eſt certum, & determinatum, eſt continuum, non vtile, Carrar. deciſ. Genuæ 66. nu. 10. & 22. quemadmodum terminus ſindicatus, qui eſt adeo priuilegiatus, vt nedum currat de momento ad momentum, ſed nec etiã feriæ ad honorẽ Dei in eo ſeruantur, ex Auil. probat Reg. Rouit. in pragmat. 1. nu. 8. de ſindicat. official. Quamuis autem tempus appellationis vtile dicatur reſpectu initij, & continuum quoad progreſſũ, vt probat nouiſſimè Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorum, quæ incontinenti fiunt, lib. 2. cap. 34. nu. 1. vltra Bard. de temp. vtil. & contin. cap. 7. nu. 3. taliter quod dies decem ad appellandum videantur eſſe vtiles, non continui, ita quod ſi intra dictum tempus appellatio fuerit interpoſita, non cenſeretur currere de momento ad momentum, adhuc tamen hoc procederet exiſtente aliquo

impedimento,ex parte Iudicis cauſato, vt declarat ibidẽ Bellon.vltra Muſcat.d.praxi lib.1. part.1.gloſ.poteſt,nu.23. cæterum eo non exiſtente tempus decem dierum,adhuc currere non ambigitur de momento ad momentum, ſicut teſtantur Gratian.deciſ.Ancon.124.nu.6. & diſcept.forenſ.cap.161.nu.4. Bellon.eodem tract.lib.1.cap.94.ſub num.10. tamen neceſſe erit, vt appellans,probare debeat,appellationẽ interpoſuiſſe intra dictos decem dies à die latæ ſententiæ, alias appellatio non deuolueretur,Roland.conſ.141.num.45.vol.1. Ripa vbi ſupra. Hinc quærũt DD. à quo die tempus proſequendæ appellationis currere intelligatur, etenim Angel. in §.anteriorum, nu.2. Auth.de appellat. putat,à die ſententiæ currere de momento ad momentũ,& in hanc ſententiam inclinauerũt Roland.conſ.91.nu.7. vol.4.Bertazzol.conſ.511.nu.48.vol.2. Cabed. deiſ.Luſit.30.num.48.Ripa vbi ſup.Marant.in d.ſpecul.loco citato,num.220. Muſcat.d.praxi part.1.gloſ.poteſt, num.2. alij voluerunt,currere à die ſcientiæ,& non latæ ſentẽtiæ, quos probat Amat.deciſ.Ancon.37.num.1.ſequitur Oſaſc.deciſ.Pedemont.142.num.36. vbi etiam dixit, quod talis ſciẽtia debet eſſe per intimationem ſententiæ,adeo quod tempus datum ad appellandũ non currit, niſi à die ſcientiæ, & non ſufficit, quod grauatus ſciat ſententiã latam,niſi etiam fuerit certificatus de quantitate,& tenore ſentẽtiæ, Natta conſ.348.nu.1. & ſubdit num. 3. quod ſententia ſi intimetur Iudicis auctoritate, ſufficit dicere,ſententiam latam eſſe,& in eius præiudicium latam, alias quod eo, quod notificetur tenor ſententiæ, ſicque tale tempus currere incipit à die grauaminis,hoc eſt quando habetur notitia ſententiæ,ex Veſtrio in eius praxi lib.7.cap.3.n.5. firmat Medic.deciſ.Ancon.43.nu.2.& ſic poſt diem intimationis, Hieron.Gabr.conſ.43.n.4. lib.1.etenim ab eo die intimationis currit tale tempus, Borgn.deciſ.10.nu.67.part.3. Bellon. eod.tract.lib.2.cap.34.nu.7.Muſcatell.vbi ſup. Intrigl.deciſ.44.nu.14. Sed verius ad noſtrum propoſitum ſi infra dies decem fuerit ipſa appellatio interpoſita, vtique tempus ad proſequendũ illico curreret,vt voluit Bart.in l.cum anterioribus,§.illud,nu.3.C.de temp.appellat. ex diſpoſitione text.in clem.ſicut,de appellat. confirmat Gargiar.patroc.69.num.1.part.1.ſequitur Bard.loco citato,num.4.nouiſſimè Bellon.d.cap.34.nu.7.& deciſum teſtatur Puteus deciſ.Rot.Rom.151.nu.1.part.2.& deciſ.154. nu.1.ſequitur Muſcatell.in d.praxi par.1.gloſ. proſequendum,num.18. vbi alios citat,Trentacinq. ibi nu.3. ſed pro concordia Ruginell. de appellat.§.4.cap.1.nu.20. cenſuit,inter præſentes currere à die latæ ſententiæ, inter abſentes à die ſcientiæ, vbi plures allegat DD. Quo fit, vt ſi fuerit interpoſita appellatio, vel in primo,vel ſecundo,tertio,quarto,& ſequẽti die à reo, illico terminus ad proſequendum curreret, vt ad propoſitum cenſuit Caſtr. in l.ſi quis hæres, nu.7.ff.de acquir.hæred. quod ſi dixerit ſtatutum, quod debeat quis appellare intra decem dies,& poſt decem dies terminus ſexaginta dierum ad proſequendum, & aliquis appellauerit in prima die, quod tempus ad proſequendum incipit ſtatim currere, non expectato lapſu decem dierum,& iterum in l.fin.§.eo adito, num.3. C.qui admitti,& in l.vt verborum, num.8. C.eod. quem ſequitur Conſil.Anna in Addit.ad ſingul.227. eius patris,vbi conſimilia habentur, eundẽ Paul. ſequitur Tiraq.in tract.ceſſante cauſa,par.1.nu. 80. per regulam illam,quod ceſſante cauſa dilationis, ceſſat dilatio, ad quod Bart. in d. l. ſi quis hæres, in princ. quærendo dixit, quod ſi Iudex aſſigni daret terminum trium dierum ad reſpondendũ poſitionibus, & ille reſpondẽs primo die,quodammodo Iudicis officium poteſt procedere,ſicut ſi illa dilatio eſſet finita, nec illum diem expectare debet, quem ibi reliqui Doctores ſequuntur, quos ibidẽ probat Tiraquell.num.75.& 76. nouiſſimè Palma in eius praxi, ſeù diuerſ.iuris cõmunis, & Regni part.1.gloſ.8.nu.20. ex quibus inferebam, dum fuiſſent nonnullæ querelæ præſentatæ intra tempus ad porrigendum contra Petrum Ludouicum Tocculi Iuſtitiarium Ciuitatis Pennæ, & obiectũ, non aliter tempus ad proſequendum eſſe elapſum, niſi elapſis viginti diebus ad porrigendum, fuit per M.C.V. ad relationem perſpicaciſſimi I.C. Io.Aloyſij Piſcicelli patritij Neapolitani,illius Iudicis prouiſum, termini ſtante lapſu, vt querulãtes cauerent, & ita confirmatum in S.C. eodem referente die 10.Aprilis 1625. penès Secretariũ, in Banca Auerſanæ Mag.Actor. Poſt hęc perſpexi,hunc articulum tractaſſe Carrab. in ſingul.243. terminus,vbi probat, quod terminus ad proſequendum,non eſt dandus 20.dierum querulantibus per ſindicatores, ſed dierum ſex, vel octo, & ſic arbitrariè, ex ratione ibi deducta.

Terminus ad docendum impedimẽta oppoſita exceptione præſcriptionis an erit concedendus,deciſũ fuit per S.C. iunctis Aulis negatiuè,Reg.Rouit. conſ.40.aduerſus,nu.12.tom.2.

Terminus conceſſus ſuper liquidatione intereſſe debiti vigore ſentẽtiæ latæ ſuper reſciſſione contractuum, vt in dies accidit in Tribunalibus huius Regni controuerti,quoties petuntur reſciſſiones contractuum pro capitalibus, & tertijs, ſeù intereſſe decurſis ob ſolutionem ipſarum,& ipſorum in tempore ſactis vigore pactorum reſciſſotiorum,de quo ſupra in verbo aſſiſtentia,an currat à die ſententiæ, vel à die ſactę liquidationis,videbatur currere à die ſententiæ latæ mandantis ſolui intereſſe infra tot dies, alias reſcindatur contractus,ex ijs, quæ tradit Lancellott. in tract.de attent. part.2.cap.4.limit.28. vt exequutio pro liquidis fieri poſſit remanente litis pendentia ſuper illiquidis, & ſic Romæ deciſum teſtatur,ſubdens num.4. quod ſi debitum principale ſit liquidũ, & cambia, & recambia ſint illiquida, licito iure fieri poteſt exequutio ſuper principali, & conſequenter liquidi exequutio fieri debet, nec retardatur per illiquidum,Surd.deciſ.184.nu.4.Ludouiſ.deciſ.Rot. Rom.220.num.5. vbi Additio num.6. de quo

ſupra

Digitized by Google

ſupra eod. verbo reclamatio; & vltra prædictos Gratian. diſcept. forenſ. cap. 183. num. 44. vbique ex multis probat, exequutionem ſententiæ nõ liquidæ peti poſſe, ſi liquidatio fieri intenditur in liquidatione, & ijs accedit quod tradit Giurba deciſ. 60. num. 17. & 27. quem ſequutus eſt Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorum, quæ incontin. fiunt, lib. 2. cap. 88. ſub n. 6. quod quando exceptio oppoſita contra exequutionem ſententiæ requireret altiorem indaginem, tunc præſtita cautione mandabitur exequutioni ſententia ſine præiudicio cauſæ liquidationis, ex quibus competitur, terminũ currere ab eo die latæ ſententiæ, non autem liquidationis, nihilominus in cauſa Nicolai Grimaldi cum Ill. Principe S. Seuerij, ad relationem Reg. tunc Conſ. Gaſparis Palatij, deciſum fuit per Sacrum Conſilium, terminum currere à die liquidationis factæ, vt apparet ex actis in Banca de Felice, & in alijs quàmplurimis cauſis, vt percepi, quæ ſiquidem deciſio corroborari poterit ex illo, quod Doctores vnanimiter affirmant, nempè quod liquidatio debet præcedere exequutionẽ, Oſaſc. deciſ. 129. num. 6. Magon. deciſ. Lucenſ. 62. nu. 19. Coſta in praxi conuent. part. 2. clauſ. 66. num. 1. Paul. Bellon. vbi ſup. nu. 6. Caualer. deciſ. 348. nu. 1. Andr. Gayl. lib. 1. pract. obſeruat. in obſeru. 68. num. 6. & optimè idem Grat. cap. 198. num. 17. & ſic facta liquidatione mandabitur exequutioni, Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 90. nu. 15. Scayn. deciſ. 79. num. 79. alias exequtio non præcedente liquidatione eſſet nulla, idem Grat. cap. 318. num. 7. & ijs conueniunt rationes relatæ ſupra eodem verbo reclamatio, vbi reſponſũ fuit contrarijs oppoſitionibus, ſicuti inſtrumentum guarentigiatum licet ſit exequibile ſuper facto, & intereſſe, ſed hoc facta prius liquidatione, Barz. de guarent. cap. 10. in fine, nec demum obſtare videtur id, quod ex multis probat Grat. d. cap. 183. vbi in fine tradit cauthelam per debitores præſtandam ad euitandum exequutionem, vt ſoluat liquidum, & offerat ſoluere quod liquidabitur, etenim hoc eſt improbatũ, præſertim in hoc Regno, ex deciſis per Franch. deciſ. 141. poſtquam liquidatio bonorum eſt acceſſoria ad cauſam principalem, vt ex Afflict. deciſ. 35. num. 4. probat ibidem Gayl. nu. 4. & durum quodammodo videtur exequi ſententiam principalem ſine acceſſorio, vltra quod mora ante liquidationem crediti non committitur, Camill. de Medic. conſ. 105. nu. 4. Magon. deciſ. Lucenſ. 3. num. 3. & Chriſtoph. Mart. in deciſ. Senenſ. exam. 7. nu. 31. ſicuti pactum de ingrediendo non exercetur, niſi facta liquidatione, Statil. Pacif. deciſ. 140. nu. 11. poſt tract. de ſalu. inter. ſic fructus non liquidi ante omnia in ſpolio ſunt liquidandi, & reſtituendi, Giurba dec. 39. nu. 9. ſed vberius de hoc erit videndus Scayn. in deciſ. Bonon. 12. à num. 6. ad 16. vbi multa ad hoc deduxit pro confirmatione præmiſſorum ſatis notabilia.

Terminus an erit concedẽdus prius ad ſeruandum conditiones, & pacta in inſtrumento cenſuali appoſitas, & appoſita priuſquã procedatur ad reſciſſionem contractus ob inobſeruantiam, deciſum fuit affirmatiuè per Magnam Curiam teſtatur Io. Maria Nouar. lib. 2. qq. forenſ. quæſt. 89. num. 5.

Terminus in exceptione oppoſita, vulgo nuncupata *della capitulatione fatta* ex cauſa pacis rupturæ Attipaldæ inter Regem Catholicum, & Regem Franciæ, quæ iuuetur poſſeſſores, vt in manutentione poſſeſſionum tueantur, de qua per Reg. de Ponte conſ. 63. num. 6. vol. 2. agit, adeo quod eum ipſa opponi poſſit, prout deciſũ fuit alias per R. C. in cauſa Ducis Andriæ cum Vniuerſitate Aquæuiuæ, & iterum in cauſa Ill. Ducis Turris Maioris, conſequẽs erit, vt terminus concedi deberet ad probandum extrema requiſita in dicta capitulatione, ex quo dum exceptiones conſiſtere videntur in iure, vel in facto, l. 2. ff. de except. rei iudic. quando in facto conſiſtunt, indigent probatione, quoniã factũ non præſumitur, niſi probetur, l. in bello, §. factũ ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. & ita in exceptione oppoſita de Pragmatica edita Thori iudicauit Sacr. Conſ. in cauſa Spectab. Comitis Condeianni cum Vniuerſitate dell'Albo, ad relationem Conſil. Cæſaris Vitelli, in Bãca Lõghi, & ita cõtingit hæſitari in cauſa Baronis Marſicani cõuenti ad inſtantiã Regij Fiſci ad oſtendendum titulum ſecundarũ cauſarũ Caſalis S. Petri, qui in auctorẽ laudauerat Comitem Calatiæ, per quẽ fuit oppoſita talis exceptio rupturæ Attipaldæ, & terminus expetebatur ad probandum extrema requiſita, vt habui ex manuſcriptis Regentis Salernitani.

Terminus in cauſa an quemadmodum non requiritur, vt ſententia proferri poſſit, quando de facto liquet, ſicut tradit Anna ſingul. 470. idem erit attendendum, quoties punctus iuris eſſet, in terminis dixit Præſ. de Franch. deciſ. 221. num. 13. quod ſi punctus ſit iuris, non requiritur terminus in cauſa, quẽ ſequitur alios citando Antoh. de Amat. variar. reſolut. tom. 2. reſolut. 63. num. 6. deciſum vidi per Sac. Conſ. in cauſa Ioannæ Meſugniæ cum Cæſare Capone, & alijs, facto verbo in Sacr. Conſ. die 18. Decembris 1623. per Regium Conſiliarium Ioannem Franciſcum Sanfelicium, cuius decreti tenor eſt, viſa petitione ſub die 11. Martij 1623. fol. 208. decreto Sacr. Conſ. prouiſum eſt, quod articulus an ſit immittenda in poſſeſſione ratione vſusfructus relicti decidatur abſque termino, & fuit in reclamatione confirmatum die 6. Februarij 1624 penès Secretarium, in Banca Izzi Mag. Actor. & quæ ſit quæſtio facti, vel iuris, declarat idem Ant. de Amat. vbi ſup. num. 12. & 13.

Terminus ſecundo loco conceſſus, vel tertiò à quo die incipiat, certũ eſt, quod incipit à die, quo primus fuerit finitus, licet peti debeat infra primum terminũ, per ea, quæ tradit Franc. Marc. deciſ. 34. tom. 1. prout in dilatione quinquennali ſecundo loco cõceſſa, vel tertio deciſum fuit, vt dixi ſupra eodem verbo dilatio quinquennalis.

Terminus vnicus pro pluribus terminis competentibus concedi poteſt, & ſic plures dilatio-

nes ſimul, vt vtitur Curia Romana quando ſit citatio, vel monitio infra triginta dies, quia ſtatuuntur decem dies pro primo edicto, decem pro ſecundo, & decem pro tertio, dixit Franc.Marc.deciſ.34.ſub nu.1.tom.1.vbi nu.2. tradit, idē practicari in magno Conſilio, quia ſtatuitur ſimul, & ſemel terminus actori ad dandum petitionem infra octo dies, & infra alios octo reo ad dicendum, & ſic de ſingulis, Fauſtin.ad Panciroł.in eius praxi part.2.§.in cauſis vero, verſ. & ſi poſt terminum, fol.103. vt poſſit omnes terminos vnico contextu, & ex cauſa aſſignare Iudex, hinc pariter in Sacr. Conſ. in partiri ſolet terminus vnius menſis, duorũ, vel triũ in cauſa pro omni termino, & beneficijs competentibus, vt dixi in 2.par.noſtri compendij, verbo terminus vnius, & iam fuit ita iudicatum in cauſa Ill. Ducis Bracciani cum Ill. Duciſſa Atriæ, in Banca de Felice, & in quamplurimis cauſis, vt notum eſt.

Terminus ſtatutus in ſindicatu Officialium an poſſit arctari in beneficium ſindicandi, & ſi forte fuerit arctatus, an comparente quærulante inſtante, terminum reduci ad terminum iuris, tutiſſimè fieri poſſit, ſi enim inſpiciatur diſpoſitio iuris communis ſtatutus reperitur terminus dierum quinquaginta, l.1. C.vt omnes Iud.vbi DD. Ferrar.caut.14.nu.8. Afflict.in Conſtit.Volumus,num.3. ante eum Paris in tract.de ſindic.verſ.an ſi poteſtas cōdemnauit, num.16.& in verbo videndum eſt, cum alijs apud Rundinell. in tract. de ſindic, num.99. quamuis de iure huius Regni ex diſpoſitione pragm.1. de ſindic.official. ſit conſtitutus terminus quadraginta dierum, quam ſectantur Afflict. vbi ſupra, Campagn.in cap. Item ſtatuimus, quod tam Iuſtitiarij, num.7. & 146.Troyſ.in pragm.38.num.5. vltra diſpoſitionē d.cap.Item ſtatuimus, &c.hoc eſt medietas ad porrigendũ querelas, altera ad proſequendum illas, Quapropter Doctores hanc eandem quæſtionem pertractantes cenſuerũt, non aliter poſſe dictum terminum prorogari, cum ſit à lege præfixus, ex Bart.in d.l.1.& l.2. ff. de re iud. probat Pariſ. d.verb.& modo videndum, num.2.& d.verb.deinde vero, in fin. Troyſ.vbi ſupra, Montan.in pragmat.2. num. 201.de admin.Vniuerſ. & copioſè Carau. in ritu 295. num.29. aſſerentes, malè hoc ſeruari per ſindicatores, cum illũ ex cauſa abbreuiari poſſe exiſtiment, vel etiam de conſenſu partiũ fieri poſſe non dubitatur, vt ex Iulian. de ſindic.cap.10.firmat Cumia in ritib.Sicil. cap.39. num.29.& in praxi ſindic.cap.13.nu.16.& 11. adhuc tamen exiſtente reg. pragmat.7.§.3. de compoſ.ac altera 4. de ſindic.offic. expreſſim videtur inhibitum, nullatenus terminos in ſindicatu Officialium arctari poſſe, quinimò in vſu practico cernimus obſeruari, habita prius licentia ab Excell.Prorege, vel eius Collater. Conſil.Vniuerſitates abbreuiari tempus ſindicandis poſſe, at cum nouiſſimè in ſindicatu D. Alonſi de Cardenas Regentis Magn. Cur, Vic. fuiſſet per Electos huius Ciuitatis Neap. abbreuiatus terminus præfatus ad dies duos, fuit inſtatum ex parte cuiuſdam querulantis, hoc fieri non poſſe ex pluribus. Primò, ſtante dicta Pragmatica. Secundò, exiſtente litera particulari Suæ Maieſtatis mandante, vt Regentes dictæ Magn. Cur. pateant ſindicatui. Tertiò, ex quo per aliqua Sedilia ita fuerat concluſum, non aliter fieri poſſe dictā abbreuiationem, & conſequenter reduci inſtabatur terminus arctatus ad terminũ iuris, prout ita fuit ordinatum per Conſultorem Electum Sindicatoribus Electis, ſed introducta appellatione ad Sacrum Conſiliũ ex parte ipſius D.Alonſi, dicebatur, talem terminum præfixum pro exercitio vnius anni eſſe certũ, non poſſe prorogari, Rundinell. vbi ſupra num.101. vtputa ſi vltra annum, & bieonium, aut trienniũ fuerit adminiſtratio proſequuta, quicquid dixerit Paris vbi ſupra, nam refert Afflict. ibidem ſub num. 3. vidiſſe interdum Regem reſcribiſſe, arctando hoc tempus, vt ſtet per dies viginti, ſequitur Campag. vbi ſup. num.6.Carau.vbi ſup.num.30.verſ.nono quæro, ita è contra ſi non fuerit completum tempus anni, pro rata temporis erit arctandus, Paris vbi ſupra in fine, Campag.ibid.nu.2.& 65. at ſi tempus congruum fuerit adimpletũ, nullatenus tempus breuiari poſſet, taliter quod ſi fuerit breuiatus, poterit prorogari inſpecta diſtantia locorum, vt deciſum fuit per Mag.Cur. atque Sacr.Conſ. ex Battagl. probaui ſupra in prima parte verbo terminus ſtatutus, imò eſſet nullius momenti vti contra Iuris Regni diſpoſitionem, nihilominus hoc nō procedere comperitur in ſindicatibus Regentium, atque Iudicum M.C.V. ex quo cum ſint Officiales generales, ſindicantur in hac Ciuitate Neapol.ex diuturna obſeruatione, atque particulari ordine Suæ Maieſtatis cōceſſo ad ſupplicationem eiuſdem Ciuitatis, vt apparet inter priuilegia Regis Catholici cap.66. fol.47. & confirmatum per aliud cap.66. Cæſar. Maieſt. fol.47.& in pragmat.2. de ſindic. Official. tale priuilegio exiſtēte dicebatur, certum eſſe hanc noſtram Ciuitatem Neap.eſſe caput huius Regni, vt in pragm.1. de immun. Neapol. ibi, nos tamen attendentes maiorem fieri frequentiam hominum exterarum nationum in hanc noſtram Ciuitatē Neap. quæ caput noſtri Regni eſt, Franch. deciſ.360. num.4. quæ repræſentatur per quinque Sedilia, & Plateā Populi, idem deciſ.207.num.8. per quæ conſtituuntur Sindici, & Electi, etenim Ciuitas repræſentatur per Sindicum, & Electos, & Conſilium, idem deciſ.253.num.8. ſic hæc noſtra Ciuitas Neap. regitur per ſex Electos Platearum, Montan.in pragmat.2.nu.317. de adminiſtr.Vniuerſ. congruebat enim, quod cum ipſa M.C.V. ſit caput, domina, & fons aliarũ Curiarum, Cauenſ.in ritu 1. nu.7. pariter Officiales ipſius, vt à conſimilibus ſindicarentur, non ab inferioribus, eo magis ratione loci vbi adminiſtrarunt, ibique ſindicati debebant, ita Rundinell. in d.tract. nu.9. Cumia in eadem praxi ſindicat. cap.17.num.44. facit text. d.l.1. cum alijs ſupra relatis, ac vltra Conſtit. & Capit.Regni, pragmat.1.de ſindic.Official. non enim congruum eſſe conſpicitur, vt Regētes,

atque

atque Iudices Magn.Cur. in qualibet Prouincia Regni,aut locis omnibus domanialibus, ſeu Baronalibus parere, ſed in loco maiori, ſicut cernimus in Officiali plurium terrarum, vt in maiori loco parere adſtringatur, vt per Carab. in ſingul.170. de ſindic. & ſic etiam deciſum retuli in verbo . . . . . . , ibique enim banna publicantur in forma, ſic etiam in Ciuitate Neap. nam cenſeri debent publicata in omni loco inferiori,per ea,quæ diſcutit Præt.de Franch. deciſ.360. num.3. ſic bannum publicatum in Magna Curia Vicariæ, intelligitur ad omnes perueniſſe,Regens de Ponte de poteſt. Proreg. vnde infertur,quod cum ſit per binas Pragmaticas vetitum abbreuiari tempus ſindicatus, quamuis generales ſint per totum Regnum illas comprehendere nõ videretur caput,niſi ſpecialiter fuerit expreſſum, quemadmodum in ſimili diſpoſitum eſt,quod nunquam caput Baroniæ videtur conceſſum ſtante conceſſione generali, ſicuti per multa exempla oſtendit Paris de reintegrat. feud. cap. an Baro ſol. 118. à terg. ſicuti priuilegia conceſſa Caſali, non cenſentur conceſſa Ciuitati,quia acceſſorium ſequitur principale, non è contra Reg. de Ponte conſ.51. nu.35.vol.1. & ſi dicatur, quod tunc lex localis dicatur quando cum in vno Oppido tantum cuſtodiri mandaretur, Burg.de Paz conſ.30.nu.19. adhuc tamen quando vni fuerit directa,generalis diceretur, Franch.deciſ.43. num.3. aduertendum erit, quod cum ipſa Ciuitas Neap.particularem,atque ſpecialem habebat facultatem ſindicandi Regẽtes, ac Iudices M.C.V. qui ſunt ſupremi Officiales per totum Regnum, debebant etiam tales Pragmaticæ de caſu ipſo ſpeciali mentionem facere,ſicuti diſpoſitio quantumuis generalis non comprehendit caſus ſpecialiter prouiſos, ita Franch.deciſ.162.num.14. Attamen ſecus eſſe perſpicitur, & ratio eſt, quia nunquam Princeps præſumitur velle alijs præiudicare, nec iuri alterius derogare, Reg.Lanar.conſ.72 nu.10. ad quod notanter dixit Anna alleg.53. nu.26.per hanc rationẽ,quod priuilegijs Vniuerſitatis non cenſetur derogatum, & ſi de eis ſit facta generalis mentio, imò in ſpecie illa reuocare,ſubdit probando nu.31.& ob id poſtquam vigore d. cap. Ciuitas Neapol. hoc iure vtitur ſindicandi tales Officiales abſque alia reſtrictione poteſtatis, ſed ſimpliciter reſtat diſpoſitio iuris communis, iuxta quam Iudex poterit ex cauſa talem terminum reſtringere,vt ex Par. Campagn.& Carau. locis relatis,ſed vltra hæc certum eſt,quod cum ſæpius per eandem Ciuitatem fuerint tales termini ſindicatus abbreuiati diuerſis Regẽtibus Magnæ Curiæ,atque Iudicibus citra licentiam Proregum,certò certius ex hoc videbatur inducta cõſuetudo, quæ ſimiliter iuriſdictionem tribuit, ſicut lex etiam illam non habenti, cap.ſi clericus laicum, & in cap.cum contingat,de foro compet.Iacob.Bonaud.in ſuo panegir. col.11. verſ. Regi tamen, Macer.variat.reſol. lib.1.reſol.103. nu.6.& 7. Borrell.de magiſtr.edict. lib.2.cap.6.nu.8. Rocch. de Curte in cap.fin.de conſuet. verſic.octauo infertur,fol.17. à ter. And.Gayll.pract.obſeru. lib.1. obſeru.57.num.14. & obſeru.1. num.18. verſ.conſuetudo, Borgn. deciſ.10.nu.5.part.4. Giurba conſ.52.num.2.& conſ.59.num.6.& ideo non obſtabat litera Suę Maieſtatis mandans, vt Regentes pareant ſindicatui, ex quo ipſe Regens ſe obtulerat parere,non enim loquebatur de arctatione termini, ſed ſimpliciter, & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l.de pretio ff.de publ.in rem act. cum alijs apud Barboſ.in opuſc. principia vtriuſque iuris, lit.L. num.28. vbi alia tradit, nec pariter obſtare videbatur,quod hoc vetitum fuerat ab aliquibus Sedilibus,non temen per omnia Sedilia, quoniam tunc rectè inhibitio procedebat, per ea, quæ in ſimili tradit. Anna in alleg.130, num.6. & 7. quibus omnibus reſolutis, facta relatione per benemeritũ I.C. Aloyſium Gamboa vnum ex Conſultoribus eiuſdem Ciuitatis ſub die 7.Iulij 1632. in Sacro Conſilio, in Aula Regij Conſiliarij Petri Antonij Carauitæ deciſum fuit, quod terminus datus firmus remaneat, & amplius nõ recipiantur querelæ,quod fuit confirmatum in reclamatione, prout conſtat ex actis penès Secretarium Ciuitatis Neap.

Terminus defenſionis reis criminum dari an poſſit,ſi ipſi non eſſent in carceribus adducti, ſed tantum vocati per Superiores, prout accidit controuerti in cauſa Auditorum,& Fiſcalis Regiæ Audientiæ Capitinatæ, & Comitatus Moliſij,qui fuerunt vocati per Collaterale Conſilium, & ordine Suæ Excellentiæ, prætextu quod malè ſuſpendi fecerant quendam minorem,prætextu quod eſſet bannitus, de quo ſupra in verbo Iudex, talis enim conuocatio vim haber citationis, vt plenius deductum infra in verbo vocatio, prætendebãt ſtante dicta vocatione de eorum innocentia docere præuio termino defenſionis, & non eſt dubium, quin talis terminus concedi debeat vnicuique ad ſe defendendum, ex Marſil.ſingul.388.tradit Blanc.in praxi crimin.in tract.ad defenſam, rubr.an indit. pro reo danda ſint,num.5. Guazzin.in tract.ad defenſam, defenſ.24.cap.5.num.1.vbi plures allegat. Sed qualiter erit dandus, dicebat Fiſcus non eſſe denegandam dationem termini defenſorij, ſed cum qualitate prædicta exiſtentibus reis in carcere, non extra carceres, hinc Ambroſ. in ſuo proceſſu informatiuo, lib.3.cap.1.n.20. notat,pendente fabricatione proceſſus informatiui ſolere detineri reos ſemper in ſecretis carceribus,& ſubdit, poſt conceſſas defenſiones poni ad largã,vt poſſint facere ſuas defenſiones, quod ſequitur Ciazius diſcept. forenſ. cap.32.num.32.niſi fortè aliter qualitas cauſę, vel perſonarum ſuaderet, quoniam ipſis reis in ſecretis carceribus permanentibus ſolent dari defenſiones,vt ibi Ambroſ.num.21.& ſic facta relatione in Collaterali Cõſilio per Regium Conſiliariũ D.Thomam Carleual cauſę Commiſſarium,cum adiunctis Iudicibus, deciſum fuit, quod dicti Auditores cauerent de tenendo palatium loco carceris ſub pœna

vntia-

vnciarum centum per quolibet ipſorum ſub die 6. Februarij 1631. penès Guertaſium Scribam, in Banca Panſæ.

Terminus cócedi an debeat nouo poſſeſſori alicuius rei immobilis prętextu probationis meliorationū pro illis opponenda aduerſus ſententiam aſſiſtentiæ contra eum prolatā, & deciſum fuit per Sacrum Conſiliū affirmatiuè, impedita exequutione ſentētiæ in cauſa Marchionis Poſtillionis cum Fabio Caracciolo, teſtatur Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. cap. 256. num. 31.

Terminus datus in contumacia, nec apparente incuſatione contumaciarum, an ſit nullus, & quid ſi fuerit datus contra mortuum exiſtentem in alia Ciuitate, prout cótingit diſceptari in Magna Curia, in cauſa hæredum Annæ de Palo cum hæredibus Lauræ de Palo, nam cū fuiſſet eorum pater in Magna Curia conuentus, & inde poſt certum temporis ſpatium datus terminus in contumacia, & inde eo mortuo, dum fuiſſet de nullitate dictum principaliter, quia non apparebāt incuſatæ contumaciæ, dicebatur, quod contumacia non comparentis, ſi non accuſatur, contumax non dicetur, Carau. in ritu 123. nu. 4. adeo quod per ſolum temporis curſum contumacia non inducatur ex dict. Carauit. notat Gallupp. in praxi Sacr. Conſ. part. 1. cap. 4. num. 4. & eo amplius ſucceſſo obitu defuncti conuenti, nam contumacia morientis ante declarationem ſententiæ eius hæredi non nocet, ita ex Bart. in l. 1. §. pen. ff. de cal. & alibi notat Annib. Troyſ. in ritu 120. nu. 7. Ex aduerſo replicabatur, non obſtare prædicta, quoniam hæc incuſatio cōtumaciarum eſt ſollemnitas extrinſeca à iure inducta ex Ritus diſpoſitione, vt latè proſequitur Follet. in rubr. accuſ. contumaciæ, per totam, & ſollemnitas extrinſeca ex diuturnitate temporis præſumitur, Angel. in l. ſciendū, num. 5. verſus finem ff. de verb. oblig. Nec obſtat, quod erat conuentus defunctus, nam ad hunc finem fuerunt citati hæredes ipſi ad videndum iuramenta teſtium. Et ſic facta relatione in M.C.V. per Iudicem Scacciauentū de menſe Iulij 1632. deciſum fuit, nullitates non obſtare, in Banca Pulſoni.

Terminus dierum 20. ad petendum primum beneficium poſt publicationem factam, & aliorum dierum 30. ad petendum primum beneficium poſt publicationem factam, & aliorum dierum 30. ad petendum ſecundum poſt elapſum primum ſtatutus per pragm. 16. de ordin. iudic. an currat pendēte reclamatione interpoſita à decreto publicationis, ſi in ea pars reclamans ſuccubuerit, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, vt refert Reg. Rouit. deciſ. 18. in cauſa.

Terminus aliquis à Iudice datus an currat, ſi nō fuerit notificatus parti, vt accidit in termino beneficij petiti per conuētum, & iam conceſſo per Iudicem, nulla tamen apparente notificatione illius, an propterea currere intelligatur, ex quo ſi terminus aliquis conceſſus fuiſſet, & ob aliquod partis impedimentum non currit, vnde opus erit, vt Iudex interloquatur, quod terminus currat à tali die, vt poſt Carau. in ritu 69. num. 5. quem ſequitur Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib. 1. part. 5. gloſ. defendendum, num. 12. prout ita iudicatum aſſerui in prima parte noſtri compendij in verbo terminus, ſed quoties nullum extaret impedimentum, neque partis alia obiectio, dum fuerat petitum beneficium per conuentum, & per Iudicem conceſſum, videbatur dicendū nullam fore neceſſariam notificationē, ex ijs, quę tradit Capyc. deciſ. 83. quod ſi fuerit datus terminus ad probandū exceptiones, & actor ſe opponeret, dicendo non debere admitti vti friuolas, dat cautelam ſub num. 4. vt actor taceat, & non contradicat, ſi vult quod terminus currat, eum ſequuti ſunt Imbrian. in tract. de primo, & ſecundo beneficio, conſid. 8. 26. & 27. Gallupp. in recentiſſima praxi Sacr. Conſ. part. 2. cap. 2. cap. 5. num. 12. præterea quia dilationes non currunt ipſo iure, ſed ad partis inſtantiam, vt ex Troyſ. in pragmat. poſt prædictas, de ord. iudic. perpendit Imbrian. dicto tract. conſid. 9. nu. 77. ſequitur Muſcat. d. gloſ. defendendum, num. 5 & 6. & ideo cum fuerit petitum ad inſtantiam partis, & per Iudicem conceſſum, currere intelligi debeat in ſui prę iudicium, ita vt alia notificatione opus non ſit, nihilominus per Sacrum Conſiliū in cauſa Mideæ Sanctæcrucis cū Octauiano de Thoro, dum fuiſſet eidē Mideæ conceſſum ſecundum beneficium, non aliter notificatum, inde facta relatione in Sacro Conſilio per Regiū Conſiliarium Marcellum Marcianum die 17. Decembris 1629. fuit interpoſitum decretum huiuſmodi videlicet. Decreto Sacr. Conſ. prouiſum eſt, quod terminus ſecundi beneficij datus vigore decreti interpoſiti per Magnif. cauſæ Commiſſarium ſub die 25. Octobris inſtantis anni currat ab hodie hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Licti, eo quia debebat notificari, iuxta diſpoſitionē l. de vnoquoque ff. de re iud. vt pro vnoquoque actu debet pars notificari, & dilatio data abſenti non currit niſi à die quo fuerit intimata, ita habetur in l. Labeo ff. de iureiur. vbi Bart. Alexand. & cæteri, Bald. in l. ſi ea, col. fin. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. 2. in fin. C. de temp. appell. Marant. in ſpecul. part. 6. in 3. actu, de dilatione, num. 14.

Terminus ad probandum inimicitiam exiſtentē inter occiſorem, & occiſum an erit cōcedendus ad tollendam qualitatem proditorij homicidij, vt prætendebat Fiſcus, ſtante inimicitia ſublata per ſequentem amicitiam ex ſalutatione inuicem, vt contingit in cauſa Caroli de Valle, & Antonij Lamberti ſuper homicidio commiſſo in perſonam Proſperi de Tufo, poſtquam dum procedebatur ex proceſſu informatiuo ex abrupto, & per horas ob qualitatem proditionis, quæ alterauerat delictum, ſublata illa qualitate per contrariā probationem non aliter poterat eodem modo procedi, ſed ordinariè, & conſequēter tortura ex proceſſu informatiuo euitari poterat, & demum pœna, quia proditoriè occidens acrius punitur, quam occidens ſine proditione, Farin. in

eius praxi quæſt 18. num. 73. & videbatur negandum, ex quo iam Fiſcus erat in probatis quoad qualitates delicti, nec propterea impediri poterat curſus cauſæ proceſſus informatiui procedendi ad vlteriora, hoc eſt ad torturam, eo maximè exiſtente delegatione cauſæ prædictæ, ſed completa tortura non denegatur terminus defenſiuus reo ad probandum eius innocentiam, vt communiter practicatur vigore Capituli Regni. Nihilominus fuit contrarium iudicatum per Magnam Curiam ad relationẽ Iudicis D. Ioãnis de Pineda ſub die . . . Auguſti 1634. in Banca Panſæ, penès Guetraſium, & fuit cõceſſus terminus ad probandum qualitatem inimicitiæ, quæ deciſio fundari arbitror, ex adductis per Mariũ Burginum in tract. de modo procedendi ex abrupto, quæſt. 4. num. 15. 16. & ſeq. vbi probat ex multis, eſſe concedendum terminum extraordinarium reo ad probandũ contra producta in informatione, quoties ageretur de modo procedendi ex abrupto, vt poſſit ſe releuare à deductis contra eum, pro quibus hujuſmodi proceditur, ad hoc vt probationes luce meridiana claræ eſſe debeant.

Terminus particularis an cõcedi debeat ad docendum impedimentum ab eo, contra quem fuit oppoſita exceptio præſcriptionis, deciſum fuit negatiuè per S.C. iunctis Aulis, vt retulit Reg. Rouit. conſ. 40. num. 12. vol. 2.

Terminus aduerſus qualitatem proditionis cõcedi an debeat reo extracto ab Eccleſia in iudicio repoſitionis ad illam, deciſum fuit negatiuè per Magnam Curiã in cauſa Io. Baptiſtæ Verde pro homicidio proditorio in perſonam ſoceri, referente D. Annibale Moles Iudice illius, & ſic etiã in cauſa clericatus Franciſci de Auxilio Ciuitatis Auerſæ inquiſiti de aſſaſſinio, vt refert Conſiliar. Merlin. controu. forenſ. cap. 40, ſub num. 15. verſic. ijs fundamentis.

Terminus in cauſa nobilitatis prætenſæ per aliquem, cuius frater fuerat declaratus nobilis alicuius loci, an cõcedi debeat, vel potius immitti in poſſeſſionem nobilitatis vigore dictæ ſententiæ; difficultari contingit in Sacr. Conſ. dum fuiſſet ſententia lata per S. C. in fauorẽ Frãciſci Antonij Fera V.I.D. cum Nobilibus Ciuitatis Montis Alti, poſtmodum illinc ad certos annos inſurrexit Io. Ferdinandus Fera V.I.D. germanus ipſius Antonij, & petijt virtute dictæ ſententiæ immitti in poſſeſſionem nobilitatis, fuit aduerſus prætenſa petitus terminus iuris in forma ex parte nobilium dictę Ciuitatis, quod ſiquidem videbatur ſuffragari, eo quod fraternitas indigebat probatione, ex quo fraternitas probatur per tractatum, Maſcard. de probat. concl. 789. nu. 24. & concluſ. 812. num. 4. & eiſdem modis, quibus probatur filiatio, vt ibidem refert, cum in facto conſiſtat, & facta non præſumuntur, niſi probentur, l. in bello, §. facta ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Ex aduerſo replicabatur ex fide baptiſmatis, ac alijs documẽtis in promptu deductis ſatis conſtare de fraternitate, adeo vt vbi notorium eſſet, aliquem eſſe talem qualẽ ſe facit, id probare non tenetur, Maſcard. eodem tract. concl. 1253. num. 9. & tunc opus eſſet probatione, quoties à parte negaretur quod peteretur, vt ſubdit num. 12. in facto enim de quo agitabatur non aliter fraternitas impugnabatur, ſed ex actis eius probatio in promptu oſtendebatur, merito probatione opus nõ erat, neque inde terminus impartiri debuerat, cum in ſolo puncto iuris conſiſtebat altercatio, num ſcilicet ſententia lata in beneficiũ fratris admiſſi ad nobilitatem proficiat alteri fratri, quod eſt de iure expeditum, vt ex Alex. Angel. Boer. Anchar. & Tiraquell. probat Anna ſing. 468. cum alijs adductis per Reg. Rouit. conſ. 80. nu. 6. & 7. vol. 1. & inde idem deciſum fertur in cauſa Sanſonetti de Alexandro cum Sedile Portus, cum alijs adductis per me in prima parte verbo ſentẽtia, quocirca dum in ijs, quæ ex iuris diſpoſitione proferuntur non erit terminus impartiendus, vt ſupra eodem verbo deductum fuit, Conſil. Paſcal. de virib. patr. poteſt. part. 4. cap. 1. num. 70. ex quo ſi per ſententiam vnus frater ſit declaratus ciuis, omnes intelliguntur fratres declarati, ex Angel. in §. 1. Auth. vt lic. matri, & auiæ, prout in nobilitate, ex Afflict. & Tiraquel, notat Viual. in ſuo reſponſo de nobilit. in princ. num. 10. quod eſt de iure, Petr. Garſia à Toledo in dicto 221. nam ſententia lata ſuper nobilitate ad fauorẽ vnius, facit ius quoad alios, Farinac. deciſ. ciuil. 204. nu. 4. tom. 1. ita è contra ſententia lata contra fratrem ſuper nobilitate non pręiudicat alteri, idẽ deciſ. 535. nu. 6. tom. 2. merito in præſenti facto impartiri non potuerat, & cum ita fuiſſet domi prouiſum, quod oppoſitis non obſtantibus ipſe Io. Ferdinandus immitteretur in poſſeſſionem nobilitatis vigore dictæ ſentẽtiæ, licet fuiſſet appellatum ad Sacrum Conſilium, & obtentum in eo verbum fieri, tandẽ facta relatione per Regium Conſiliarium Alonſum Vargas die 12. Iulij 1631. fuit per Sacrum Conſilium confirmatum decretum, vt patet ex actis in Banca de Fœlice.

Terminus ad laudandum authorem an concedi debeat facta electione examinatoris illinc ad certos annos, quo fuerit lis intentata, prout ex facto demõſtrabatur, cum fuiſſet lis intentata in anno 1628. & inde lite intermiſſa, ſed proſequuta vſque ad annum 1637. & tunc facta electione, quo tẽpore terminus ad laudandum authorem, petierat reus conuentus, dicebatur hoc fieri nõ potuiſſe, quia tempora non largiebãtur poſt decurſum tot temporis, ad hoc ex aduerſo replicabatur, talem laudationem quandocunq; fieri potuiſſe, dummodo non ſit prope condemnationem, ex ijs, quę adduxit Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 1. part. 3. gloſ. nominet, num. 11. ibique in fine ex Afflict. notat, ſic dicendo videtur permitti poſt concluſionem poſſe comparere inſpectis prius articulis ſi concernunt ipſius defenſionem, & ſic in cauſa Ill. Ducis Girifalchi cum Dianora, & Ioanna de Orlando, ad relationem Regij Conſiliarij Don Franciſci Merlini die 26. Nouembris 1638. deciſum fuit, quod

infra

infra quatuor dies producat articulos, ſuper quibus vult probare, in Banca Croſſi.

Terminus ad impugnandum concedi an debeat in cauſa reclamationis, quæ in limina expeditionis reperiebatur aduerſus ſcripturas publicas præſentatas, hoc eſt partitas Banci, & ſcripturas forenſes alias in iudicio præſentatas, & videbatur non eſſe concedendum, tum quia tempora non largiebantur, dum in limine expeditionis cauſa reclamationis reperiebatur, de quo ſatis per Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib. 1. part. 7. gloſ. præſentatas, num. 23. vbi articulum pro vtraque parte examinat, ex quo regulariter præſentari debent ante actum concluſionis, vt ex Afflict. proſequitur Io. Cæſ. Gallopp. in eius praxi Sacr. Conſ. part. 2. cap. 29. num. 9. Tum quoque, quia ſcripturæ præſentatæ erant publicæ, hoc eſt partitæ Banci, & ſcripturæ forenſes, quo nam caſu pragmatica curſu dilationum, in fin. de ord. iudic. intelligi debet de ſcripturis publicis quoad terminum comprobandi, eodem modo quoad terminum impugnandi, nam in iudicijs debet eſſe æqualitas, vnde quemadmodum non poterit actor ſcripturas priuatas præſentatas comprobare, eodem modo, & reo nō debet licere eas impugnare, argum. l. non debet ff. de regul. iur. & notat Muſcat. in praxi Sact. Conſ. lib. 1. part. 7. gloſ. præſentatas, ſub nu. 19. verſ. ſed poſſet dici, vbi hanc opinionem tuentur. In contrarium tamen autē, vt nedum terminus prædictus concedi debeat in quacunque parte iudicij, ſed etiam ſi in limine expeditionis cauſa reperiretur, cum ſit relictum Iudicis arbitrio, vt diſpoſitum eſt in dicta pragmatica curſu dilationum, ex eo, quia dum ſcripturæ præſentantur in quacunque parte iudicij, ſemper competere videtur terminus parti ad impugnandum, quo circa in hoc fauendum erit reo, vt notat Muſcatell. eodem loco, num. 20. ſubdēs in hoc, quod actor ſuſtinet partes rei aduerſus ſcripturas præſentatas in fine expeditionis cauſæ, vt poſſit ſe tueri contra illas, dummodo non calumnioſè fuerit petitus, vt ibi Muſcatell. num. 25. firmat. Quantum vero ad ſcripturas concludere videtur indiſtinctè, omnes ſcripturas comprehendi in dicta pragmatica, quæ loquitur vniuerſaliter per dictionem, omnia, vtràm publicæ, quàm priuatæ comprehendantur, & ſic hanc opinionem ſubſtinendo concludit Muſcatell. loco relato, ſub num. 19. verſ. ſed verior, nam contingere poſſet, aduerſus partitas banci non eſſe reales, hoc eſt abſque vera numeratione pecuniarum, ſed per tranſennam, vt dici ſolet *paſſatora*. Similiter aduerſus ſcripturas forenſes, quæ etſi in aliquo iudicio fuerint productę, fidem nullam facerent in alio iudicio aduerſus alias partes ex communi regula deſumpta ex titulo C. res inter alios actas, alijs non præiudicare, vbi Tiraquell. in princ. allegat iura concordantia. Et ſic cum fuiſſet terminus conceſſus per cauſæ Commiſſarium aduerſus tales ſcripturas, ſcilicet partitas Banci, & ſcripturas forenſes, interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium, fuit confirmatum eius decretū, vt apparet in proceſſu Vrgiliç Longhæ cum hæredibus Carpli Longhi, ad relationē Reg. Conſ. Andreæ Prouenzani de menſe Iulij 1636. in Banca Cantone.

Terminus præfixus à Regia Pragmatica quatuor menſium ad faciendum diſcuſſiones contra fideiuſſores per Actuarios M. C. aut alterius Tribunalis, à quo die incipit, ad hoc vt ipſi teneātur pro illis, vel à die interpellationis, vel incuſationis fideiuſſionis, ſuppoſito quod cum fuiſſet incuſata fideiuſſio ad inſtantiā Franciſci de Summa contra ſuum debitorē, & facta relatione per nunciū, ipſum non reperiri, neque bona reperta fuiſſe in domo illius, recurſum habuit contra Actuarium, vt exequeretur pro dicto debito, ipſum interpellando, iſth æc altercatio depēdere videatur à conſimili quæſito, à quo die terminus ſtatutus quatuor menſium per Conſtit. Regni Sancimus, de iure prothomiſ. incipit currere, quod nouiſſimè attingit Rendell. in ſuo tract. de iure prothom. in Gloſ. infra quatuor mēſes fol. 179. ex mente Antonij Caputi antiqui Doctoris, vbi prius aſſerit currere à die denunciationis, inde ſubſequitur currere à die ſcientiæ, & meo iudicio idem eſſe refertur, poſtquam in alijs partibus præter Aluerniam tempus trium menſium non currit niſi à die poſt denunciationem, vel ſcientiam ius retractus habentis, ex Boer. in conſuet. Bitur. §. 1. & 2. de retract. & Guid. Papa deciſ. 257. firmat Io. Beſſian. in conſuet. Aluerniæ, tit. de retractu, artic. 3. verſ. & pro ſecunda, & circa dubium tempus in eadem materia iuris congrui, ſeù prothomiſeos à die ſcientiæ currere non ambigitur, vt probat Maaſ. in conſuet. Barij tit. de iure prothom. §. poſt venditionem, num. 4. per rationes ibi adductas, quo fit, vt ſcienti ſit neceſſaria etiam denunciatio, latè Iacob. Nouell. in tract. de iure prothom. §. 3. nu. 30. ſicque tempus præfixum à ſtatuto nunquam currit niſi à die notificationis, inquit Marc. Mantua eodem tract. iuris prothomiſeos, nu. 29. quapropter nedum ipſa certificatio, ſiue denunciatio fit ad ſimplicem ſcientiam Domini, ſed vt incipiat currere tempus, quo elapſo denunciationis liberationem conſequatur à retractu, ideo opus erit notificatione licet ſciat dominus, ita ex Barr. in l. denunciaſſe, § quid ergo ff. ad legem Iuliam de adulter. & l. non ſolum, § morte ff. de noui oper. nunc. & Angel. d. l. denunciaſſe, Bald. in cap. 1. ſi de feud. vaſall. ab aliq. interp. fuer. Alex. conſ. 27. lib. 6. firmat Aegid. Tull. in conſuet. Carnut. tit. de retract. artic. 2. verſ. ſera notifier, &c. licet aliqui voluerint in hoc caſu tempus currere à die celebrati actus venditionis, vt putat Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 10. num. 111. tutius tamen erit, vt fiat denunciatio, quæ requiritur per neceſſe, etiam ſi adeſſet ſcientia, cum ea ſit de forma, vel ſubſtantia, vel ſollemnitate, idem eodem tract. §. 36. gloſ. 2. num. 24. & ſeq. & Afflict. in eodem tract. de iure prothom. §. 6. nu. 17. & Bald. eod. tract. nu. 16. Iacob. Nouell. eodem tract. §. 1. num. 279. & ob id tempus currit à die ſcientię, nō autem à die contractus celebrati in iure congrui, Borgn. deciſ. 19. num. 11. part. 2. idemque dicendum erit in caſu de quo quæritur, poſtquam regulariter terminus præfixus à ſtatuto eſt peremptorius, Magon. deciſ. Lucenſ. 29. num. 3. Borgn. deciſ. 13. num. 57. & deciſ. 17. nu. 31. part. 1. Cartar. dec. 16. nu. 13. non mirum ſi in modum præſcriptionis præfixus cenſeatur terminus præfixus à ſtatuto, idem Cartar. d. deciſ. 16. nu. 12. Magon.

deciſ.

deciſ.Florent.98.num.1. quocirca nunquam currere videtur terminus præfixus niſi à die ſcientiæ, etenim in omni materia terminus incipit a die ſcientiæ, Thomat.deciſ.Macerat. 116.num.86. poſt Theſſaur. deciſ.260. num.3. poſtquam tempus ſtatutum a lege, vel ſtatuto, in quo requiritur factum hominis, non currit ignoranti, idē Thomat.deciſ.68.nu.117. Et quemadmodum tempus ad appellandum currit de momento ad momentum, Thomat. deciſ.36.num.1. adhuc tamen exigitur ſciētia, quam operatur intimatio eius, & in eodem termino computatur dies intimationis ſententiæ, vt ſubdit nu.2.poſt Borgn.deciſ.10.nu.67. part.3.Intrigl.deciſ.44.nu.14. Oſaſc.deciſ.130. num.36. ita erit in præſenti caſu aſſeuerandū, inſpecta eiuſdē termini præfixi peremptione, vt currat à die ſcientiæ, quæ fit per citationē, optimè Cartar. deciſ.21.num.18. interpellando Actuarium ad faciendum, & explendum actum diſcuſſionis bonorum fideiuſſorum infra dictum tempus, etenim tempus appoſitum actui, qui dependet à futuro euentu, non currit pendente euentu, Bouius in tract. de ſtatutar.vrb.præſcript.gloſ.19.num.255. Tiraquell.de retract.conſang.§.1.gloſ.10.ſub num. 47. vbi plura, ideo opus erit interpellatione, quia dies non eſt certa, vt dixi in voto 62.nu. 26. & vt inde in mora conſtitueretur, vt ibi num.24. probaui, quæ ſiquidem interpellatio operatur curſum temporis præfixi, vt probaui in dicto voto 62.num.28. ad hoc vt eo elapſo amplius non audiatur, Cartar.deciſ.4.num.5. cum per eam conſtituatur in mora, Surd. deciſ.341.num.8.Rota Genuæ deciſ.117.num.2. nec proinde ipſa ſola interpellatio ſufficeret in caſu iſto, niſi fuiſſet tēpus præfixum, adeò quod ſi non fuiſſet tempus præfixū, tunc ipſa ſola non ſufficeret ad conſtituendum debitorem in mora, ſed poſt interpellationem creditor expectare debet per tempus aliquod conueniēs, intra quod actus explicari poſſit, Surd. deciſ.179.num.12.eo quod tempus, quod ſtatim præcedit, vel ſequitur actum, idem tempus cum ipſo actu eſt, Tiraquell. de retract. conuent.§.1.gloſ.4.num.1.& ſeq. vbi plura, & tunc tempus ſtatutum reſpectu actus currit ſtatim ab ipſo actu, idem in d.§.1. gloſ.10. nu. 111. & ſi de actu non conſter, non curreret niſi conſtito de eo, idē de retract.conuent.§.2. gloſ.1. num. 57. Peracta relatione in M.C.V. per Iudicem Io. Baptiſtam Muſceptulam, fuit deciſum, quod terminus curreret à die interpellationis, & licet ab hoc decreto appellatum fuiſſet ad Sacrum Conſilium, & obtentū, verbum fieri, demum eodemmet referente die 6. Septembris 1637. fuit confirmatum decretum ipſius M.C. penès de Ferdinando Act.Magiſt. in cauſa Franciſci de Summa cum hæredibus Actuarij Io.Dominici Sixti.

Terminus præfixus à ſtatuto, & ceptus currere à die interpellationis factæ vigore decreti, à quo fuerat appellatum, licet deinde confirmatum, an intelligatur currere à die primi decreti lati, vel à die confirmationis illius, de quo pariter incidit controuerti in eadem cauſa Franciſci de Summa cū hæredibus Actuarij Io.Dominici Sixti, dicendum videbatur, incipere à die primi decreti, ex quo in appellatione ſuccubuit, ex doctrina Regent. Rouiti in pragm.16.num.2.& 5. de ord. iudic. quod termino conceſſo, ſi ab eo reclamatur, ſuccumbens in reclamatione, ſuccumbit etiā in curſu termini, ex regula text.in l.contra maiores, C.de inoffic.teſtam. nam qui ſuccumbit, cenſetur in mala fide fuiſſe, ita Tiraquell. de retract.conſang.§.1.gloſ.10. ſub num.41. & ita fuit iudicatum per Magn. Cur. in dicta cauſa, & dictum, quod exequatur decretum M.C. contra dictos hęredes ſeruata forma Pragmaticæ de menſe Octobris 1637. in Banca de Ferdinando, quamuis regulariter terminus curreret à die confirmationis ſententiæ, latè Carpan. ad Statut.Mediol. cap.158. à nu.254. cum ſeq.

Terminus ad conuincendum an ſit concedendus poſt condemnationē, ad hoc vt reus poſſit ſe releuari à condemnatione facta, in facto apparebat Franciſcum Veſpulum fuiſſe condemnatum per M.C.V. ad quantitatem liquidandam ad inſtantiam Ioſephi, & fratrum de Camera, & inde in liquidatione cum fuiſſet inſtatum ſuper interrogatione exhibitionis librorum, ſi fortè alij libri adeſſent, fuit tandem per Magn.Cur. ita iudicatum, & confirmatum per Sacr. Conſil. in Aula Conſ. Carauitæ, vt cum iuramento interrogarentur, iuxta tradita per nos in 2.part. compend. verbo terminus ad conuincendum, & peracta interrogatione, quia ex eā Franciſcus releuari nequiuerat, inſtiterat, vt ſibi concederetur terminus ad conuincendum, ex eo quia partitæ ſolutæ, & notatæ in libro exhibito cantabant in compotum rationum, & ſic non ad complementum, poſtquam ex dicto termino conceſſo releuari poterat, ſi ſibi concederetur ad conuincendum, alios libros adeſſe etiam per teſtes, nō enim probationum facultas erit anguſtanda, l. quoniam in fine, C. de hæret. vbi Gloſ.in verbo anguſtetur notat, vt facultas probationum ampliari debeat, & licet per Magn.Cur.Vic. ad relationem Iudicis Io. Baptiſtæ Arcamoni fuiſſet prouiſum, eſſe procedendum ad vlteriora, oppoſitis non obſtantibus de menſe Decembris 1637. in Banca de Ferdinando, nihilominus introducta appellatione ad Sacrum Conſiliū præuio reſcripto verbi faciendi in eodem Sacr. Conſil. dicebatur ex parte ipſius Franciſci, alias idem deciſum fuiſſe per Sacrum Conſilium in fortiori caſu, nempè ſi ex officio Iudex peracta interrogatione cum iuramento, ſi libri alij reperirentur aduerſus hæredes creditoris, & fuit reſolutum, eſſe concedendum, vt dixi in eodem verbo terminus, quanto magis ſi ad inſtantiā partis fuerit terminus petitus ad conuincendum, debuerat concedi, & eo impenſius, quia producta fuerat fides cuiuſdam partitæ Banci ſolutionis certorum bonorum emptorum, nec reperiebatur notata in libris præſentatis, vnde arguebatur, alios libros adeſſe, qui non fuerunt præſentati, & propterea concedi debuerat

buerat terminus ad conuincendum,& ſic facta relatione in Sacr.Conſ. die 4.Martij 1638. fuit deciſum, vt M.C.V. concederet terminũ prædictum.

Terminus ad laudandum in Authorẽ in cauſa feudali an erit concedẽdus, vt interim ſuperſedeatur in cauſa, quemadmodum incidit altercari in cauſa Ill.Principis Hoſtiliani cum Marchione Polignani, ſuppoſito quod cum dictus Ill.Princeps petijſſet aſſiſtentiam ſuper Ciuitate Polignani vti creditor Marchionis olim Polignani D.Gaſparis de Toraldo, fuit ex parte moderni Marchionis Marini Rodolouich, ſiue eius Procuratoris, qui cauſam habebat ab Ill. Duce Balneoli petitus terminus ad laudandum Authores, & interim ſuperſederi in cauſa, iuxta diſpoſita in pragmat.2. de dilat. ſicque nulla facta prouiſione ſuper petita conceſſione termini fuit compilatus proceſſus ex parte Principis, inde pro parte eiuſdem Marchionis inſtante eius Procuratore pro dicti termini conceſſione, fuit per cauſæ Commiſſarium domi denegatus, ſed obtenta Regia decretatione verbi faciendi in Sacro Conſilio Aduocatus pręfati Ill.Principis contendebat inſtando pro confirmatione decreti, ex ijs, quæ tradit Reg.Rouit. in d.pragm.2. n.3. vbi tradit exiſtẽte iudicio in actione reali, & potiſſimum ſuper re feudali non procedere diſpoſitionẽ dictæ Pragm. vbi affert deciſionẽ pro confirmatione eiuſdem decreti relatam per Liparul.ad Iſern. in cap.in generali, ſi de feud. defunct. fuer. controu. in apoſtilla magna circa mediũ, in cauſa Ill. Comitis Cariati, qui laudauerat Regem in Authorem, vbi fuit denegatus terminus, ea ratione, quia in generali ſermone feuda non continẽtur. Pro parte autẽ dicti Marchionis replicabatur, diſpoſitionem dictæ Pragmaticæ concedentis terminum ad laudandum Authorem fundari nõ in actione perſonali, vel feudali, ſed in abſentia Authoris laudati à loco iudicij, vt ex eius verbis ſatis liquet, ad hoc vt conuentus poſſit ſe informare de modo defenſionis, & ob id terminus concedi permittitur, quo pendente vlterius procedi non debet, ſed iudiciũ ſilere debet, vnde videbatur extranea intelligentia diſpoſitionis eiuſdem Pragmaticæ. Dicebatur quoque, præfatam deciſionem in ſuo caſu iuſtè proceſſiſſe, etenim Comes Cariati conuentus laudauerat Regem in Authorem, verum quia Fiſcus mediante perſona Regis ſemper eſt præſens in loco iudicij, non immerito ſi fuerat denegatus terminus ad laudandum Authorem, quod videtur comprobari, & relatis ibidem per eundem Reg. Rouitum in illis verbis: ſi Author in loco iudicij præſens fuerit. Tandem dicebatur Liparulum referre deciſionem illam de auditu, in qua S.C. nullatenus pedes figere poterat, quibus omnibus diſcuſſis ad relationem Regij Conſiliarij Andreæ Marcheſij, iunctis Aulis, fuit per Sacrum Conſilium conceſſus terminus dierum quindecim ad laudandum Authorem, vt apparet ex actis in Banca Strinæ.

Terminus ſi ſit datus in cauſa, ſi fuerit eius curſus impeditus ob aliquod impedimentum nõ officiunt acta inde ſequuta, niſi fuerit impedimentum ſublatum, vt notat Afflict.in Conſtit.Iuſtitiarij per Prouincias, ſub num.7.verſ. vnde ſi eſt datus terminus, vbi probat, quod ſi datus eſſet terminus ad probandum, & aduerſarius petierit depoſitionem principalis, & ille tardat reſpondere, non currit terminus, vbi num.8. per alias doctrinas corroborat, & conferunt adducta per Reg. Rouit. in pragmat.10. de ord.iudic. Et propterea cum fuiſſet datus terminus in cauſa aſſiſtẽtiæ vertente inter Ill. Principẽ Hoſtiliani, & Marchionem Polignani, dum fuiſſet inſtatum pro deciſione cauſę principalis, replicabatur ex parte Marchionis, eſſe iterum terminum ſtatuendum in cauſa principali, dum fuerat petitus terminus ad laudandum Authores, & per diſcuſſionem articuli ſi concedi debuerat, vel non, terminus præfixus currere non poterat, donec articulus decideretur & ob id omnia acta facta corruebant, quapropter ad relationem Regij Cõſiliarij Andreæ Marcheſij, iunctis Aulis, deciſum fuit, quod terminus alias datus curreret ab hodie, penès Secretarium, in Banca Strinæ.

Terminus in cauſa datus ſi fuerit impeditus ob aliquod impedimentum, ſi inde impedimentum fuerit ſublatum, & inde proceſſum ad limen expeditionis, an iterum concedi debeat, ſeù decerni, quod currat, vel procedi ad expeditionem cauſæ, accidit in cauſa Matthæi de Maria cum Lucretia de Thoro mea ſorore, & alijs, poſtquam cum ipſe Matthæus conueniri feciſſet ipſam Lucretiam ad contribuendũ in legatis pijs factis per quondam Octauium de Maria, & quia interceſſerat tranſactio inter eos, oppoſuit tam in termino impartito, quàm etiam in alio termino decurrendo exceptionem periurij, ſuper qua nulla facta prouiſione ipſe actor proceſſerat ad vlteriora, ſicque cum poſtea fuiſſet ſuper ea prouiſum, reſeruando exceptionem periurij ad merita cauſæ, & confirmatum per Sacrum Conſiliũ, & ſublato tali impedimento, proceſſit actor ad limen expeditionis cauſæ, & ſic remanſerat conuenta abſque termino, vt ſua iura proponere potuiſſet, quocirca grauata de concluſione facta in cauſa, quoniam ſententiam latam eſſe, & concluſum in cauſa paria ſunt, ex Bart. Iaſ.Felin. & Alex. probat Mantua in ſuo enchirid.rer.ſingul.lib.17.cap.280.in princ.idcirco inſtabat reintegrari in termino, quia iam non incęperat currere ob impedimentũ exceptionis propoſitæ, nam debebat poſt reiectionem exceptionis decerni, quod terminus alias datus curreret, vel ſaltim de nouo concedi, quanquam ex parte ipſius Matthæi prętenderetur, terminum ipſum concedendum eſſe actum iudiciarium, vt inquit Marant. in eius ſpecul.in 6. part. verſ. inſtrumentorum productio, num.43. eſt tamen eius curſus cõtinuus, nõ vtilis, Marant.in d.part.6.in 3.actu, num.18. Io.Bapt.Schuuarzen. in tract. iudic. ord.lib.2. tit.de dilat. cap.2. num.4. Et quamuis

uis curſus ipſius fuerat impeditus per oppoſitionem exceptionis, ex quo fuerat proceſſum ad vlteriora tam ante exceptionis determinationem, quàm poſt illius remotionem, tamen cenſebatur reiecta, ad text. in l. à procedentè, C. de dilat. vt in terminis exceptionis periurij oppoſita, quod per proceſſum ad vlteriora cenſetur reiecta, tradit Alex. Raud. in conſ. 9. num. 115. vol. 1. Ex aduerſo replicabatur, nulli dubium eſſe, quin terminus datus in cauſa impediatur currere ob aliquod impedimentũ, quod vel procedit ex facto Iudicis, vel partis, vtroque modo terminus datus non currit, exempla vtriuſque poſuit Afflict. in Conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias, ſub nu. 7. verſ. vnde ſi eſt datus terminus, de quo ſatis in 2. part. verbo terminus vnius menſis, quapropter quando is, qui habuit dilationem, impediretur facto aduerſarij, vtputa ſi eſſet datus terminus actori ad probandum, & reus opponat multas exceptiones, & ſubterſugia, interim non currit dilatio, ſecundum Alex. conſil. 72. col. 1. vol. 3. Iaſ. in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, col. 3. & 4. ff. ſi quis caut. quos probat ibi Marant. num. 8. vltra eundem Alex. conſ. 71. lib. 5. Iaſ. conſ. 10. & 35. & ſubdit ibi Marant. cauthelam eſſe, vt actor proteſtetur, & ita alias practicaſſe, alias etſi iuxta regulam permittentem, vnicam dilationem dari, limitaretur non procedere, quando extaret iuſtũ impedimentum in prima dilatione, nam poteſt dari ſecũda, l. oratione ff. de feriis, Marant. ibi num. 5. Ioan. Ferrat. in ſuo proceſſu Iudic. lib. 2. cap. 6. verſ. quia vero, Bernard. Murſer. pract. qq. tit. de dilat. deciſ. 4. verſ. modo quæritur, Andr. Gayll. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 91. ſub nu. 2. verſ. ſatis iſta, Minſyng. centur. 2. obſeruat. 99. ſatis per Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib. 1. part. 5. gloſ. defendendum, num. 10. Præterea non eſt dubium, quin terminus datus in cauſa, dicatur terminus iuris, Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib. 1. part. 5. gloſ. defendendum, num. 8. & terminus legalis nunquam eſt peremptorius, ſi iuſtum probetur impedimentũ, Minſyng. cent. 5. obſeru. 9. num. 4. Nec obſtat quod dictum eſt de periurij exceptione, poſtquam cum ipſa exceptio ſit peremptoria litis finiræ, & impeditiua litis ingreſsũ, vt ex multis probat Muſcatell. d. praxi lib. 1. part. 4. gloſ. periurij, num. 2. neceſſe erit, vt ſuper ea ſpecificè per Iudicem interloquatur, fundat Raud. d. conſ. 9. nu. 116. ex Gabr. lib. 2. commun. opin. tit. de except. concl. 1. num. 15. & ſi non interloqueretur, cauthela erit, vt adeat pars Iudicẽ Eccleſiaſticum, vt inhibeat Iudici, ne audiatur pars, niſi obtenta abſolutione, ex Caualc. & Lapo firmat Iul. Cæſ. Gallupp. in praxi Sac. Conſ. part. 2. cap. 12. num. 4. Tandem die 18. menſis Februarij 1639. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnif. V.I.D. Hectorem Capycium Latro cauſæ Commiſſarium. Decreto S.C. prouiſum eſt, quod Lucretia de Thoro infra 20. dies pro omni termino, nominatione, & beneficijs valeat deducere omnia ei incumbentia, hoc ſuum, &c. Hector Capycius Latro. De Mercat. Secr. in bãca Speræ.

Terminus ad reijciendum qualitatem aſſaſſinij capto reo foriudicato an erit concedendus, & potiſſimum Clerico, per quem ſi fuerit probatum, nõ adeſſe qualitatem aſſaſſinij, remaneret homicidium ſimplex citra talem qualitatem, & ſucceſſiuè locus erit remiſſioni ad Iudicem ſuum competentẽ, & cum de hoc fuiſſet in contingentia facti hæſitatum in Magn. Cur. dicebatur ex parte Fiſci, nullatenus eſſe concedendum. Primò, quia reus licet aſſeruiſſet eſſe Clericum, adhuc nil de eo probauerat in promptu, nec inter nullitates propoſitas aduerſus ſententiam foriudicationis fuerat propoſita nullitas ex defectu iuriſdictionis ob clericatum, ergo de eo ratio nulla habenda. Secundò, quia ſi concederetur talis terminus, publicaretur proceſſus informatiuus, quod nullo modo ferendum eſſet. Tertiò, quia inanis reddebatur talis conceſſio termini, quia nil ſibi profuturus erat, nam dato, quod de clericatu probaſſet, ſtante qualitate aſſaſſinij, ex probabilibus argumentis, iuxta diſpoſitionem cap. 1. de homicid. in 6. nil ſibi iuuare poterat, inſuper quia alias in contingentia facti ita fuit per eandem Magn. Cur. Vic. iudicatum, non aliter concesso termino petito ad vlteriora proceſſum in cauſa attenta cõſuetudine huius Regni, de quo teſtatur Maſtrill. deciſ. 288. num. 31. & ita nouiſſimè iudicaſſe Magn. Cur. teſtatur D. Conſil. Merlinus controuerſ. forenſ. cap. 40. vt ſupra in verbo qualitas, alias eſſet ſubuertere iuriſdictionem Iudici laico conceſſam ex dicta qualitate, quę ipſi iuriſdictionẽ tribuit, Placza in epit. delict. cap. 19. ſub nu. 27. & demum idẽ eſſet concedere terminum poſt ſententiam foriudicationis, quam admittere ipſum ad nouas defenſiones, quod de iure eſt prohibitũ, nam non niſi de ordine Principis hoc conceſſum eſt, Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 94. num. 12. poſtquã ſententia foriudicationis illico mandari debet exequtioni, facta recognitione rei, Afflict. in Conſt. Pœnam eorum, num. 17. Follet. in praxi crim. rubr. captis foriudicatis, num. 6. Ex aduerſo replicabatur, quod licet Iudex laicus effectus competens per qualitatem aſſaſſinij iam probatam per probabilia argumenta, iuxta diſpoſitionem d. cap. 1. Maſtrill. deciſ. 288. nu. 5. & ſeq. nam qualitas, quæ fundat, & priuat iuriſdictionem, debet ante omnia conſtare, Grammat. conſ. 1. de foriudic. num. 33. Maſtrill. ibi nu. 6. Felic. alleg. 3. nu. 40. & 41. part. 1. Attamen per non exiſtentiam talis qualitatis prohibetur ad vlteriora procedi in cauſa, & eo magis, ex quo ipſe reus oretenus confeſſus fuerat eſſe Clericum, & talis exceptio clericatus erit in conſideratione habenda, nam eo tunc, quod Clericus eſt, ſtatim eſt exemptus à poteſtate Iudicis ſæcularis, verum etiam & Imperatoris, Grammat. deciſ. 61. num. 13. Foller. in d. praxi rubr. accuſentur contumac. num. 38. & conſequenter captus per Iudicem ſæcularem, ſi oſtendit literas clericatus ſtatim remittendus erit, Cępoll. conſ. crim. 11. num. 3. Coſta Siculus conſ. 2. nu. 64. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in 1. effectu,

num.335. & conſequenter comparendo allegatum eius priuilegium fuerit, vt conſiderat ibidem Foller.num.39.Carau.in ritu 65.nu.2. Grammat.voto 18. num.12. Franch.deciſ.329. num.4.vt latè per Graſſ.d.effect.1.num.448. & ſeq. nam talis allegatio ſuſpenderet iuriſdictionem Iudicis laici, & interim neſcit eſſe Iudex, Iul.Clar. in § fin. quæſt.36.num.4. & maximè ſi in promptu appareret, vtique impediret exequutionem ſententiæ, Grammat. d.conſ.1.num.47. prout ſępè ſæpius allegata contra ſententiam foriudicationis fuit ſemper ſuperſeſſum in ea, vt deciſum retuli in prima parte compendij,verbo ſententia,Maſtrill.deciſ.113.num.8. ſicque Iudex debet eſſe certus, & non dubitare de ſua iuriſdictione,Gramm. d.conſ.1. num.53.etenim nullitas ex incompetentia Iudicis maior eſt,quæ in mundo eſſe poſſit, idem Grammat. d.conſ.1. ſub num.48. Et licet in caſu aſſaſſinij,etiam docto de clericatu nil ſuffragari videbatur ei, adhuc quia illa qualitas poterat infringi per contrarias probationes, & ſic ſe releuare, ideo denegari non poterat,nam Clericus non amittit priuilegium, ex eo quod de aſſaſſinatus crimine tractetur,niſi probatum fuerit,Placza epitom. delict. cap.19. num.27. licet imputetur de aſſaſſinio,non tamen eſt aſſaſſinus,Maſtrill.deciſ.288.n.8.& ſequitur nu.11.quod ex ſola imputatione de aſſaſſinio nõ perdit clericatũ. Ad Secundam Fiſci obiectionẽ replicabatur,quia non ex hoc publicatio proceſſus oriebatur,ex quo iſta exceptio clericatus eſt merè ciuilis. Ad Tertium dicebatur, quod licet alias fuerat contrariũ deciſum,procedere poterat, quia reus habuerat terminũ defenſionis in genere, in quo probare poterat ſuam intentionẽ, etiam circa qualitatem ipſam, ideo alius particularis concedi non debuerat, & tandem licet ſententia foriudicationis habeat paratã exequutionem, non tamen quando contra eam fuerit oppoſita talis exceptio incompetentiæ,vt dictum eſt, præſertim etiam in cauſa Simeonis Sannuti, ad relationem D.Ioannis de Vera die ... Februarij 1633. fuit datus terminus duorum dierum ex cauſis diſcuſſis, penès Manattam Scribã, in Bãca Buonocore. ideo facta relatione in M.C.V. per Iudicem Marcum Antonium Ruſſinum die 9.Nouembris 1632. communi voto fuit iudicatũ, quod detur terminus duarum horarum ſuper expoſitis, vt ex actis in Banca Roſæ, in cauſa Antonij Ferrareſe, qui cum fuiſſet interrogatus, vt dixi, eſſe Clericum, licet iſta confeſſio aſſerentis ſe Clericum non probet clericatum, Grammat. deciſ.61. Camill.de Medic. conſ.2. num.6. clericus ſe talem probare debet, Fęlic. alleg.37.nu.1.part.1. ideo Clerico erit per Iudicem præfigendus terminus ad docendum de clericatu, Guazzin.in tract. ad defenſam defenſ. 20. cap. 8. num. 4. & iterum defenſ.1. cap.3. num.8. & dum in termino non docuerit de clericatu, ſequitur, quod Clericus captus à Iudice ſæculari, ſi non apparet de clericatu, poterit per Iudicem ſæcularem denegari, & non remitti,idem Guazzin. d.cap.3. num.5. ex quo etiam reſpondit amiſiſſe bullas clericatus,ideo fuit conceſſus terminus, quia clericatus literæ deperditæ poſſunt per teſtes probari,Muta in cap.61.Regis Iacobi, num.7. tom.1.& per literas Epiſcopi,ſubdit nu.8. Nec proinde erit admirandum, ſi non fuit conceſſus terminus particularis aduerſus talem qualitatem aſſaſſinij, nam licet verum ſit ad fundandam iuriſdictionem Iudicis laici, vt poſſit punire Clericum aſſaſſinum, exquiritur, vt de aſſaſſinio conſtet, ex Gram. voto 11. nu.7. firmat Fęlic.allegat.3.num.40.part.1. attamen hoc eſt intelligendum, vt nõ ſufficiat tantum probatio homicidij, ſed exigitur qualitas aſſaſſinij, quæ prius erit probanda,Giurba conſil.41.num.9.etenim qualitas aſſaſſinij non diceretur probata, probato homicidio, Farinac. conſ.10. num. 54. & 57. ex quo talis qualitas transformat homicidium in aliam ſpeciem, idem eod.conſ.10.nu.17.& 23.tom.1.Giurba conſ.22. nu.15. & 17. & vti qualitas maior aſſaſſinij,idem ibi num.54. ideo probanda erit, non tamen præſũptiuè,& per inditia, ſed concludenter, quia iuriſdictionẽ fundat, Farinac. conſ.76. nu.4. in quo erit aduertendum,quod ipſa qualitas per probabilia argumẽta probari poſſit ex ſpecialitate ipſius criminis, vt dicunt DD.in cap.1.de homicid.in 6. Farinac.de homicid. quæſt.123. inſpect.3. num.46. Giurba conſil.10. numer.22. quæ probabilia argumenta dicuntur illa, ex quibus inditium indubitatum oritur, idem conſ.99. num.29. & in praxi quæſt. 86. num.42. hoc tamen procederet, quando de condemnando ageretur, vt idem Farinac. d.conſil.99. num.3. declarat, & Giurba d.conſ.41.num.32. Cæterum autem quando ageretur de inquirẽdo,vel carcerando,ſufficerent læuia, Giurba d.conſ.41.nu.29. vbi de torquẽdo ageretur vrgentiora ſufficere cenſuit, quanquam fuiſſet certis aſſaſſinis denegatus terminus prędictus,de quibus memor fui ſupra eodem verbo Iudex,ſub relatione D.Ioannis de Vera, penès Ioelem ſub die 20.Auguſti 1634. vel torquendo,non ita exactè requiruntur probationes, vt voluit Fęlic. ibi num.43. eapropter quando aliquis reperiatur inquiſitus de tali delicto, licet non ſufficienter probato, in procedendo non prohibetur contra reum, nam tunc illa qualitas aſſaſſinij per argumenta probabilia probata ſufficeret, idem Farinac. conſ.168. num.6. & 18. vol.2. quo fit, vt cum fuerit proceſſum contra aſſaſſinum in contumacia, inſpecta qualitate aſſaſſinij per argumenta probata, non tamen fortè ad condemnandum ſufficientia, ſed iuriſdictionem firmandam, effecto inde contumace, certum eſt, quod habetur pro confeſſo citra diſpoſitionem iuris communis; attenta conſuetudine Terrarum Italiæ, vt fundat Foller.in eius praxi crim. rubr.& confitebuntur,num.1.& 2.Farinac.conſ.5.num.95. nam contumaces vt pro confeſſis habeantur, fieri poteſt à ſtatuto,& dicto ſtatuto ſtãte efficiuntur ſerui pœnæ, Fęlicens alleg.1. nu.16.par.1. & conſequenter contra eos proſequitur ad condemnationem tanquam habitos pro con-

feſſis

Digitized by Google

feſſis, ita ex Claro in §.fin. quæſt.44. verſ.licet
autem,& verſ.dictum eſt firmat Farinac.con-
ſil.5. num.84. vol.1. vbi ex Arex. Boſſ. & Clar.
ſubdit,ideo condemnatio non poteſt dici la-
ta ſine probationibus,quia ſola hæc confeſſio
ex contumacia reſultans, inducit fidẽ,& pro-
bationem delicti, hinc ad propoſitum tradit
Fęliceus in d.alleg.1. nu.24.part.1. quod con-
tumax habitus pro confeſſo,ſi in eum ſenten-
tia feratur, ea non ob contumaciam eius lata
diceretur, ſed ob delictum, & quamuis talis
contumacia in criminalibus cõtracta, ad eui-
tandum bannum purgari poſſit, vt late proſe-
quitur Carau.in ritu 220.num.22. adhuc talis
contumacia purgata facit inditium ad tortu-
ram,nõ data probatione cauſæ abſentiæ, Fol-
let.d.praxi,rubr.banniantur,num.54. Farinac.
conſ. 22. quamuis alij DD. communiter con-
cludant,facere inditium ad torturam,ex Mar-
ſil.in l.1.nu.3.ff.de quæſt.probat Foller. d.pra-
xi, rubr. verum ſi citati compareant, num.11.
Farin.conſ.85.nu.89.& 90. conſ.22.n.1.tom.1.
& conſ.116. nu.15.tom.2. veruntamen quan-
do fuerit proceſſum ad ſententiam foriudica-
tionis, quæ ab ipſa bannitione dependere vi-
detur, Afflict.in Conſt.Pœnam eorum,nu.19.
ex quo talis foriudicatus tanquam mortuus
tunc reputatur, Afflict. vbi ſup.num.71. quia
eſt condemnatus, Maſtrill.deciſ.296.num.13.
ita quod vti legitimè hoſtis publicus dictus,
idem ibidem nu.72. Maſtrill.deciſ.285.nu.13.
ab omnibus impunè offendi poterit, vltra Af-
flict.eodem loco,num.73. Maſtrill.vbi ſupra
num.14. ſi tamen contingerit, in fortiam Iu-
dicis duci, tunc ad furcas abſque alia ſenten-
tia ducendus erit, ſubſequitur ibi Affl. nu.82.
Follet.in d.praxi,rub.capris foriudicatis,nu.6.
Quamuis in reuiſione cauſę foriudicati capti
non aliter mortis naturalis pœna plecti de-
bent, ſed ea ſolum, quæ pro crimine imponi
deberet,probet Giurba conſ.83.num.3. adhuc
tamen ſententia exequi deber abſque alia re-
plica, nam quemadmodum in confeſſis ſunt
partes Iudicis in condemnando, l. proinde,
§.notandum ff. ad l.Aquil. & l. confeſſus ff.de
cuſtod. reor. ita in foriudicationis ſententia-
rum partes ſunt in exequẽdo,& ſic,cur ter-
minus aduerſus qualitatem aſſaſſinij quomo-
dolibet probatam,ac per contumaciã robora-
tam concedi debeat? nonne fruſtratorius red-
deretur, dum de exequutione talis ſententiæ
tractatur,verum quia cõtingere poſſet, vt de-
lictum non ſit plenè probatum, licet per con-
tumaciam alterarum, & eo caſu cõdemnatus
ex contumacia in negatiua perſiſtens non pu-
nitur, ſi non conſtet de delicto, ita ex Marſil.
in eius praxi crimin. §.vltima quæſtio, nu.28.
& ſing.72. Auguſt.ad Angel. ex Natta probat
Franc.Perſon.in conſ.37.num.3.itidem ſi non
fuerit qualitas tribuens iuriſdictionẽ proba-
ta, potiſſimum in hoc crimine aſſaſſinij, quæ
ſimiliter per probabilia argumẽta probari di-
xit Maſtrill. d.deciſ.288.num.13.vel quod de-
lictum ſit ſemiplenè probatũ, nam hoc ſuffi-
ceret ad probandum qualitatem tribuentem
iuriſdictionem, quando Clericus de hoc eſſet
accuſatus, Mich.Ferter.obſeru.Cathal. part.3.
obſeru.193. quinimo in termino poſſit ſe tue-
ri contra delictum, & eius qualitatem, non
mirum ſi erit concedendus,eo amplius quia
alias terminus defenſorius nõ fuerat conceſ-
ſus,nec proinde iuſtum videtur abſq; defen-
ſione,quæ eſt iuris naturalis puniri, tunc cer-
nimus dari breue terminum bannito,ſi aliquã
habeat defenſionem, Nellus de bannit. 3.par.
1.temp. quæſt.4. Lapus alleg.1. nu.28. Aſin.in
praxi Iudic.cap.5.§.7.limit.99. Menoch.de ar-
bitr.Iudic. quæſt.17.num.10. Anton.Gabr. tit.
de citat.num.39. quos probat Cartar.de exeq.
ſentent.capto reo,cap.fin.num.502. & fortius
ſi fuerit per eum exceptio oppoſita erit con-
cedendus terminus, quia nemo condemnari
debet, niſi prius fuerit auditus, dato termino
defenſorio, vt communis praxis ſeruat, Salyc.
in l.2.ſub nu.7. C.de cuſtod. reor. nam poteſt
reus contra ſuam confeſſionem aliqua dedu-
cere, ita quod etiam non petenti erit conce-
dendus,nec etiam à Principe tollendus,vt in-
quit Peguera in praxi crimin. cap.2. num.16.
vbi multa ad hoc cumulauit.

Terminus in cauſa reconuẽtionis propoſitæ ad-
uerſus comparitionem præſentatam in Aula
tempore expeditionis cauſæ per Clericũ con-
cedi an debeat,vt accidit controuerti in Sacro
Conſilio in cauſa Marchionis Baſelicis con-
tra D.Ludouicum Rodulphum, cuius partes
tuebatur Franciſcus Maria Pratus V.I.D. Ad-
uocatus, reſpondẽdo huiuſmodi porrecto li-
bello pro parte Domini Ludouici Rodulphi
die 21.Aprilis 1637.apud acta cauſæ vertentis
in Sacro Conſilio inter ipſum Marchionem
Baſelicis fratrem, in quo petijt condẽnari di-
ctum Marchionem ad ſibi ſoluendum duca-
tos ſex mille, ſiue aliam veriorem ſummam,
pro quibus in ſententia Sacri Conſilij lata
die 14. Iunij 1631. fuit reſeruata prouiſio fa-
cienda,eoque notificato Procuratori, fuit pa-
riter pro Marchione nedum per viam princi-
palis conuentionis, verum etiam mutuæ re-
conuẽtionis inſtatum, præfatum Ludouicum
condemnari ad ſibi erogandum alimenta ex
quocunque capite,ac meliori via ſibi compe-
tenti, nec non ad alia in dicta reconuentio-
ne contenta, cui ſanè reconuentionis iudicio
(iuxta morem) pars oppugnans, prætendit,lo-
cum non eſſe reſpectu capitum,quæ per Sacr.
Conſ. determinata fuerunt, ipſum abſoluen-
do ex præfata ſententia in fine, & ſic obſtare
exceptionem rei iudicatæ, quodque reſpectu
capitum noniter deductorum Ludouicus vti
Sacerdos ſit remittẽdus ad Curiam Eccleſia-
ſticam, nec valear Marchio ſe tueri ex regulis
traditis in materia reconuẽtionis, vt ex repli-
catione. Huic equidem obiectioni, quam in
duas partes diuidendas ducimus: vnam ſcili-
cet, quæ reſpicit exceptionem rei iudicatæ, al-
teram remiſſionẽ petitam ad Iudicem Eccle-
ſiaſticum reſpectu capitum nouiter propoſi-
torum facilis ſeſe offert reſponſio, Vtque ab
hac poſtrema rem aggrediar, ea ſatis de per ſe
patet, ſi reconuẽtionis effectus recenſebimus
ex ijs, quæ per DD. communiter tradita re-

perimus, qui ſatis apertè docent, reconuentionem fieri poſſe in quacunq; parte iudicij, etiã ad ſententiam vſque, iure canonico inſpecto, quo in hac re vtimur, cap. diſpendia, §. reus quoque. de reſcript. vbi Abb. num. 13. Socin. num. 17. & hoc modo factam operari ſolum prorogationem iuriſdictionis etiam incompetentis, prout reſpectu Clerici affirmant frequentius DD. ex Italis Afflict. deciſ. 173. Menoch. de arbitr. quæſt. 44. num. 2. Theſſaur. iun. lib. 1. qq. forenſ. q. 98. Peregrin. deciſ. 142. n. 11. & 12. Farinac. quæſt. 8. num. 98. & ſeq. D. de Franch. deciſ. 193. 319. 349. & 376. Oſaſc. deciſ. 1. num. 11. io fin. Viuius deciſ. 49. nu. 4. & 5. vbi dicit, id procedere, tàm ſi reconuentio fiat ſuper eadem re, quàm etiam ſi ſuper penitus diuerſa, Honded. conſ. 24. num. 5. vol. 4. Carol. de Graſſ. de effectib. cleric. effect. 1. num. 746. Alex. Trentac. variar. reſolut. lib. 2. tit. de mut. pet. reſol. 1. num. 22. Anton. de Amat. reſol. 86. num. 60. part. 2. vbi de praxi Regni Siciliæ, ex Hiſpanis Greg. Lopez, Couar. Suarez, Bonad. Vaſq. Ceuall. Amad. Rodriq. & Cancer. lib. 2. reſolut. cap. 13. de reconuent. num. 8. ex Luſitanis Barboſ. Ant Souſa in Bulla Cenæ, Mendez de Caſtro, Quæſada, & D. Auguſt. Barboſ. in locis serioſè adductis per Cutell. deciſ. Sicil. orat. 16. nu. 21. cuius rei rationem expendunt, quia per reconuentionem prorogatio iuriſdictionis non fit ab homine, ſed à iure, Bal. in l. 2. §. ſed ſi agant ff de iudic. Guid. Papa deciſ. 183. vnde Card. Tuſc. concl. 61. inquit, reconuentionem ſemper eſſe permiſſam, niſi quatenus reperiatur prohibita, quo fit, vt idemmet Cutell. d. deciſ. orat. 16. num. 25. profiteatur, in Regno vlterioris Siciliæ reconuentionem fieri de cauſis etiam diuerſis, ibique in fine caſum deciſum recenſet, quod ſi, vel incontinenti, vel ſtatim poſt litem cõteſtatam fieret, reconuentio operatur, vt ſimultaneo proceſſu, eademque ſententia terminetur cum cauſa conuẽtionis, ſecundum Bart. in Auth. & conſequenter, C. de ſent. & interl. omn. Iud. nu. 12. Oſaſc. d. deciſ. 1. num. 11. Viu. deciſ. 49. nu. 5. & deciſ. 128. num. 1. Cancer. d. lib. 2. num. 6. Pereg. d. deciſ. 142. num. 14. Graſſ. loco citato, nu. 762. Quatenus autem poſt ſententiam non poſſit fieri reconuentio, eam adhibent rationem præfati Doctores, & alij, quotquot fuerint, de materia loquuti, quia finito iudicio eſſet noua conuentio, & conuento petere remiſſionẽ ad Iudicẽ ſuum competentẽ liceret, vulgatis iuribus, cũ nulla conſideretur prorogatio legalis, ſuper qua fundatur reconuentio, finito iudicio reconuentionis, per text. in l. cum Papinianus, C. de ſent. & interloc. Iud. ibi, cuius enim in agendo eligit arbitrium, eum habere, & contra ſe Iudicem in eodem negotio non dedignetur. Ijs iactis fundamẽtis dum D. Ludouicus adhuc certat pro deciſione, & explicatione ſupradicti capitis reſeruati, & petit, Marchionem condemnari pro petitis quantitatibus rectè procedit reconuentio ad finem prorogandi iuriſdictionem Sacr. Conſ. in quo D. Ludouicus ſtare debet etiam ſuper petitis per Marchionem, ita enim fuit practicatum in S.C. teſte Afflict. deciſ. 173. poſt Gloſ. & Abb. in cap. at ſi Clerici, de iud. latè Carau. in Ritu M.C. 67. de quo non meminit Afflict. & de practica prædicta capta fuit informatio, & ſic iudicandum fore in caſu præſenti, cum mos, & conſuetudo S.C. fuit ſemper opiniones recipere tutiores, & æquiores, ſecundum tradita per D. præceptorem meum Conſiliar. Theodor. allegat. 34. num. 9. in fine, iudicium namq; fundatur, dum aliquid petitur, ſecundum Bald. in l. vbi decretum, §. de plano ff. de offic. Proconſ. num. 1. verſ. ſecus ſi ſola poſitio, quem adducunt moderni in praxi S. C. lib. 1. part. 1. gloſ. petitur, num. 46. nec officium ſuũ impartitur Iudex niſi petenti, ſecundum Soc. in reg. 23. Roland. conſ. 83. num. 15. lib. 1. Magon. deciſ. Lucenſ. 27. num. 21. etiam ſi lex, vel ſtatutum quid ipſo iure fieri velit, Gloſ. in l. ſcimus, verbo ipſo iure, C. de inoff. teſtam. & in l. vniuerſa, C. de precib. Imp. offer. vbi Bart. Bald. Iaſ. & cæteri claſſici, Menoch. lib. 2. præſumpt. 46. per totam, Peregrin. de fideic. art. 2. num. 64. Oſaſc. deciſ. 29. num. 12. Surd. deciſ. 57. nu. 2. 3. & 4. D. de Ponte conſ. 81. nu. 12. lib. 1. Quinimò etiam ſi vellet pars à iudicio conuentionali deſiſtere, minus ei liceret in præiudicium reconuentionis, dum ante eam liti motæ non renunciauit, vt docet Afflict. d. deciſ. 175. num. 4. & 5. D. de Franch. deciſ. 193. num. 13. & deciſ. 349. Graſſ. de effectib. cleric. d. effect. 1. num. 748. Carau. d. ritu 67. num. 8. quo vero ad alteram partem propoſitam rei iudicatæ reſpectu capitum iam determinatorum vnico verbo ſatisfaciamus, nam ſuper ijs (licet ius Marchioni competat) pro nunc nõ inſiſtimus. Dicimus tamen reſpectu alimentorum (quibus ne quidem indigere Marchio ſperat, ſed omnino pro ipſo determinandum fore articulum Porcariæ, & Montis Saraceni, ex latius deductis in alijs allegationibus, ſed ne in hoc deficiamus pro eius iuribus tutandis, & quia abundans cauthela obeſſe non conſueuit) ea à principio non fuiſſe petita in reconuentione tunc facta, ſed tantum deducta fuiſſe poſt ſententiam incidenter, & per viam exceptionis, & nullo dato termino, nec diſcuſſione adhibita ſuper ijs emanauit decretum, quod procedatur in S.C. non obſtante remiſſione petita, à quo grauatus Ludouicus, dum obtinuiſſet verbum fieri loco reclamationis, & oppoſuiſſet Sacerdotiũ, fuit mediante alio decreto ordinatum, quod procedatur in S.C. reſpectu retentionis alimentorũ ex fructibus Terræ Baſelicis etiam ſtante cõſenſu partium in Aula declarato, quod decretum (nulla facta reconuẽtione à Marchione) fuit etiam confirmatũ alio decreto, quæ fermè decreta non poſſunt parere exceptionem rei iudicatæ, quia tempore interpoſitionis decretorum minimè facta erat reconuentio, & S.C. volens tunc articulum decidere, vtrum ſcilicet abſq; reconuentione cõpeteret Marchioni actio ſuper bonis à Ludouico poſſeſſis, adijt viam prouiſionalem, cui modo non patet aditus ſtante venditione Baſelicis, & adeſt formata reconuentio, nec pretium venditio-

Digitized by Google

ditionis eſt penès Ludouicum, & ſic non eſt, quomodo applicetur exceptio rei iudicatæ, quæ tres requirit comites, identitatem perſonarum, cauſam eandem, ac eundem modum agendi, ex tex. in l. cum quæritur, cum duabus ſeqq. ff. de except. rei iudic. qui ſanè modus agendi in caſu noſtro deficit, nam hodiè agitur per viam reconuentionis, ſuper qua petitur terminus. Vltra quod minus obſtat, nam etiam ſi excipiẽdo, modo, quo ſupra, determinatum extitit, non tamen prohibetur petere agendo, ad tradita per Præſ. de Franch. deciſ. 289. num. 3. qui num. 4. probat, lite non conteſtata, nec probationibus receptis exceptione rei iudicatæ non obſtante, quia non fuit plenè cognitum, & ſic deciſum recenſet in fine. Hæc occurrunt ſtrictiori calamo, cætera Domini ſuppleant. L. D. B. M. V. Neap. die 8. Octobris 1639. Franciſcus Maria Pratus. Fuit iudicatum iuxta has allegationes, & conceſſus terminus in cauſa reconuentionis, vt dictum fuit ſupra in eod. verb. reconuentio.

Terminus in cauſa reconuentionis an eſſe concedẽdus, vel procedi debeat abſq; figura iudicij in cauſa aſſecurationis nauis onuſtę frumẽto, ſucceſſo caſu deteriorationis illius, cuius periculum, & riſicum immineret pro conſequutione pretij, fuit ſatis controuerſũ in R.C.S. in cauſa Hieronymi Barra contra Io. Mendez Enriquez, & pro ipſo Hieronymo fuerunt ſequentia in iure allegata per ſubſcriptum Aduocatum, nempè in menſe Martij elapſi anni 1640. Io. Mendez Enriquez vendidit Hieronymo Barra tractam mediorum decem mille frumenti extrahendi per extra Regnum ad rationem carolenorum quatuor pro quolibet modio, ſuſcepitq; ipſe Ioannes in ſe periculum, & riſicum pretij dictæ tractæ per hæc verba: *Quegli prezzi da otto 5277. ſi contenta detto Giouanne, che vadano à riſico, è pericolo ſuo ſopra vna delle due naui, doue ſi carricaranno detti grani durante il viaggio da Campo Marino per Genoua, di maniera che ſe la ſodetta naue, che carricarà detti grani, con eſſi grani foſſe preſa da nemici. ò naufragaſſe. ò ſi perdeſſe per qualſivoglia cauſa, in tal caſo detto Geronimo non ſia obligato al pagamento di detti prezzi 5277. di regali da otto, ma ſolamente ſia obligato pagare per quelli grani, che arriuaranno à ſaluamento in Genoua. atteſo detto Giouanne ne torre riſico ſopra di ſe della detta tratta, e per queſto ſono conuenuti al detto prezzo di carlini quattrò per tumolo, e ſoccedendo getto di detti grani tantum, in tal caſo detto Giouanne per li ſudetti pezzi 5277 e far buono al detto Geronimo la rata del danno fol. 17. lit. A.* Factoq; caſu, quod oneratis nauibus in Terra Campi Marini optimi frumẽti, illud deinde ob naufragium paſſum in itinere exoneratum fuiſſe in dictam Ciuitatem Ianuæ defectiuum, ac deterioratum tàm in quantitate, quàm in qualitate, ità vt poſito in calculo dicto frumẽto, & ad inſtantiam dicti Ioannis ſequeſtrato, illoq; vendito ſub haſta ex illo retractu non peruenit tanta pecuniarum quantitas, vt ſatisfieri potuiſſet naulis, datijs, ac dictæ tractę, vnde ipſe Hieronymus reperitur in damno in ducatis octo mille in circa, qua de re vigore aſſecurationis ſibi factæ à dicto Ioanne in prædicta ampliſſima forma facta, illum conuenit in S.C. ad reſtituendum ducatos 4200. indebitè exactos cum omnibus damnis, & intereſſe, datoq; termino in cauſa, pro parte dicti Ioannis fuit petita remiſſio ad Regiam Cameram, & vigore reſcripti S. E. iam fuit remiſſa, & cum ſit procedendum ad ea, quæ incumbunt in cauſa prædicta, dictus Ioannes petijt reſiduum pretij dictæ tractæ tempore, quo reſtituturus eſt omne id, quod exegit, & prætendit abſque figura iudicij in dicta reconuẽtione eſſe procedendum, nulla ſuffragante ratione. Et quod omnì iure ſit excludendus dictus Ioannes à dicta eius prætenſione, vel ſaltim dandus terminus ſuper hinc inde petitis, ſuadetur breuiter ex ijs. Primò, ſiquidem de termino dubitari non poteſt, quia ex iuris diſpoſitione quodlibet publicum documentum exequutionem paratam non habet, vt ait text. notab. in l. minor 25. annis, cui fideicommiſſum ff. de minor. vbi notant Bart. Bald. Alber. Angel. & cæteri DD. Paul. de Caſt. & Alex. in l. ait prætor, §. ſi iudex ff. de re iudic. idem Bald. in l. 1. C. de exeq. rei iudic. num. 2. vbi ait, quod ab exequutione non eſt incipiendum, etiam ſi ſit debitum probatum, quia nullum genus probationis, neq; inſtrumentorum paratam exequutionẽ habet, Angel. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, 2. col. ff. de pact. vbi, quod omnia iura mundi fatentur, quod nulla conuentio extraiudicialis meretur exequutionem, quantumcunque redacta in publica documenta, vt latè per iura prædicta fundat Carau. in ritu 166. num. 31. & 32. quomodo ergo via exequutiua in præſenti cauſa procedi poterit, dum in dicto inſtrumento nullum adeſt pactum exequutiuum, ſed eſt illiquidum, & ex omni parte ſui conditionatum. Sed vt clarior iuſtitia Hieronymi, Dominis Iudicantibus innoteſcat infraſcriptæ aliæ offeruntur de iure concluſiones. Conſtat enim ex lectura inſtrumenti, contractum initum inter Hieronymum, & Ioannem eſſe nominatum, & correſpectiuum, & ex iuris diſpoſitione contractus nominatus reſcinditur ex capite implementi nõ ſequuti, quoties illud, quod eſt implendũ, fuit cauſa finalis ipſius contractus, prout conuentum fuit in caſu noſtro, vt frumentum ſaluum in Ciuitatem Ianuæ perueniret, quod aliter ſequutum eſt, l. cum te fundum, C. de pact. inter empt. & vendit. & not. in l. fin. ff. de cond. cauſa data, & non ſequuta, Corn. conſ. 101. col. 2. conſ. 121. colum. 1. lib. 1. & conſ. 102. col. 4. poſt medium, lib. 2. Bald. Nouell. in tract. de dote, in 6. part. priuil. ... Socin. in conſ. 26. col. fin. lib. 3. & in correſpectiuis ſi vnum ceſſat, ceſſat & alterum, l. filio, §. matri, & l. alumnæ, §. Seia ff. de adim. leg. quæ iura ad propoſitum allegat Iaſ. in l. Lucius, col. 7. verſ. 8. facit ff. de vulg. & in l. in teſtamento, col. pen. circa finem, C. de teſt. mil. Crau. conſ. 246. nu. 2. & 3. merito clara elicitur concluſio, contractum prædictum ob implementum non ſequutum

eſſe reſcindendum, & ad emendã damni prædictum Ioannem condemnandum, ſtante quod frumentũ eroſum, putridum, ac ex omni ſui parte deterioratum in dictam Ciuitatẽ tranſlatum fuerit per Nauim eiuſdemmet Ioannis, vt conſtat ex manifeſto præſentato in Ciuitate Ianuæ, & ex calculo ordine illius Magiſtratus ſubſequuto in actis producto, nam intentio contrahentium in omnibus contractibus, præſertim in præſenti contractu aſſecurationis inſpicienda eſt., l. in conuentionibus ff. de verb. oblig. l. fin. C. quæ res pign. oblig. pot. Alex. in l. & filios licet in dotalibus, §. 5. ff. ſolut. matrim. Bald. conſ. 417. nu. 2. vol. 5. Secundo omnia aſſecurari poſſe, tradit Scaccia de cambijs, §. 1. lib. 1. num. 133. & aſſecurans vendere periculum, & aſſecuratus illud emere videtur, ergo ſecundum naturam eſt, eum ſequi debere damnum, quæ ſequitur lucrum, l. nam hoc natura ff. de cond. indeb. ibique DD. cum quo dictus Ioannes aſſecurator pretij dictæ tractæ fortunæ, & periculis ſe ſubiecerit, ad emendam damni paſſi in dicto frumento teneri non dubitatur, cum iura abhorreant aliena iactura aliquem locupletari, ad l. ſi quis mancipijs, §. fin. ff. de inſtit. act. l. 3. §. ſi ſeruus pupilli ff. de trib. actio. adeo vt Cicero in 3. de offic. exclamat, alterius incomodo ſuum augere cõmodum magis eſt contra naturam, quam mors, quam paupertas, quã dolor, quam cætera, quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis, nam etſi de caſibus fortuitis nemo teneatur, tamen tenebitur is, qui ad eos teneri voluerit propter lucrum, ſuſcipiendo in ſe periculum, & riſicum, prout dictus Ioannes cõtractus eſt, & quamuis fruſtra prætẽdat non teneri, ex quo licet dictum frumentum eſſet deterioratum in qualitate, attamen de quantitate modicum fuit in mare proiectum, & reliquum peruenit ad locum deſtinatum. Reſpondetur, ex verbis contractus apparere, quod promiſſio ſolutionis facta per dictum Hieronymum eſt pro illa tantum quantitate, quę ſalua peruentura eſſet in Ciuitatem Ianuæ, vnde cum dictus Ioannes aſſecurator ex iuris diſpoſitione de omni caſu ſiniſtro tenetur, & caſus ſiniſter dicitur violentia ventorum, aut maris tempeſtas, horum enim vim nemo ſubſtinere poteſt, l. fluminum, §. vitium, verſ. ſeruius quoque ff. de damn. infect. tempeſtas, & vis fluminis, l. 2. §. ſi quis iudicio ff. ſi quis caut. ſufficit pro fundamento intentionis dicti Hieronymi, vt ſit locus aſſecurationi, naues naufragium ob maris tempeſtatem paſſas eſſe, illiuſq; conditionem ſemel extitiſſe, & eſſe impletam pro detrimento frumentorũ, quamuis ex inde ſummerſæ non ſint, vt loquẽdo in vltimis voluntatibus, probat text. in l. ſi quis hæredem, & ibi gloſ. fin. Bald. in princ. Iaſ. num. 1. cum ſeq. C. de inſtit. & ſubſtit. l. cum. vxori, in princ. & ibi Paul. de Caſtr. & Salyc. C. quando dies leg. ced. l. fin. §. 1. C. de ind. vid. toll. propterea cum calamitas, ſeù iactura naufragium appellentur, vt Cic. fam. 4. verſor in eorum naufragijs, & bonorum direptionibus, & periculum ſalutis diſcrimen ſignificet, merito dum frumentum prædictum in nauibus prædictis ob tempeſtatem maris calamitatem, & iacturam paſſum ſit, dictus Ioãnes aſſecurator ad pretiũ dictæ tractæ omni iure tenetur. Tertiò ſuffragari non poterit dicto Ioanni, quod frumentum peruenit in locum deſtinatum in quantitate, licet in qualitate deterioratum, nam reſpondetur, eius amplam aſſecurationẽ duplicem inſpectionem habere, nempè quod frumentum ſaluum tàm in quantitate, quàm in qualitate peruenire debuiſſet ad dictam Ciuitatem Ianuæ, ex quo aſſecuratio detrimenti non lucri ſit præſtatio, ad text. in l. 2. §. ſi nauis, verſ. portio ff. ad l. Rhod. de iactu, ibi, nec ad rem pertinet, ſi quę amiſſæ ſunt, pluris venire poterant, quoniam detrimẽti non lucri ſit præſtatio, vt etiam ait Stracca de aſſec. gloſ. 6. num. 2. & 3. & Santerna in ſimili tract. part. 1. num. 4. cum ſeq. cum prædicta verba vniuerſalia aſſecurationis, *che ſe detta naue con eſſi grani naufragaſſe, ò per qualſiuoglia cauſa ſi perdeſſe*, omnia infortunia comprehendunt, quæ excogitari poſsũt, l. 1. C. depoſ. l. quæ fortuitis, C. de pign. act. l. 1. C. de commod. (ceſſante culpa aſſecurati) vt in preſenti caſu, l. Iulianus ff. de leg. 2. l. à Procuratore, C. mandati, l. in fideicommiſſo, §. cũ Pollodius ff. de vſur. l. cum virum, vbi Bald. in 2. oppoſ. C. de fideic. & multo magis operari debent, quando ſunt geminata, l. Baliſta ff. ad trebell. Bald. in l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Talia enim ſubſequentia verba: *per qualſiuoglia cauſa ſi perdeſſe*, & deinde alia geminata, & expreſſa, *che eſſo Geronimo ſia obligato ſolamente pagare per quella quantità di grani che arriuarà à ſaluamento*, cenſentur prolata cum maiori deliberatione, cap. & ſi Chriſtus, de iureiur. Gloſ. fin. in cap. ſi quis iuratus 2. quæſt. 3. & vbi verba ſunt geminata, magis enixè dicitur apparere de voluntate contrahentiũ, ne verba ſuperfluò cenſeantur appoſita, Paul. de Caſtro conſ. 115. circa mediũ, lib. 1. inſuper punctualis deciſ. Maſtrill. 197. affertur in beneficium d. Hieronymi, cum caſum perditæ etiã aduenisſe dicatur ob mutatam conditionem, ad punctualem text. in l. vtrum, §. fin. ff. pro ſocio, ibi pereunt autem res, cum aut nullæ relinquantur, aut conditionem mutauerint, & facit melior text. in l. mulieris, §. abeſſe ff. de verb. ſignif. ibi, res abeſſe videntur, vt Sabinus ait, & Pedius probat etiam hæ, quatum corpus manet forma mutata eſt, & ideo ſi corruptæ redditæ ſint, vel trãsfiguratæ videri abeſſe, Surd. conſ. 33. num. 28. & conſ. 397. num. 24. cum res idem ſit, quod perierit, vel deterior reddita ſit ob maris tempeſtatem, vt in caſu noſtro, ad text. in l. 1. §. an in pupillum, verſ. ſi res depoſita ff. depoſ. l. Iulianus, §. ſi quis ff. ad exhib. & tex. in l. 3. §. ſi reddita ff. commod. vbi ſi reddita ſit res commodata, ſed deterior, non videtur reddita, & durat prima actio, vt dixit ibi Bart. quia non liberatur debitor, ad text. in l. in hac, §. in vtroque ff. de condit. trit. Menoch.

noch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 45. num. 27. in tantum quod frumentum prædictū deterioratum, ac transfiguratum eſt, relinquendum pro aſſecuratoribus, & dictus Ioannes aſſecurator pretij dictæ tractæ ad teſtitutionē exactu condemnandus eſt. Nec ſuperfluū erit vltima verba cōtractus ſcrutinari, ibi, *e per queſto ſono cōuenuti al detto prezzo di carlini quattro, e tre quarti il tumolo*, nam clarum eſt, pretium tracię tunc temporis ad rationem carolenorum quatuor tantum alios Regiæ Curię partitarios vendidiſſe abſque aſſecuratione, & ipſe Hieronymus habito reſpectu ad dictā aſſecurationem ad dictā rationem emit; quia ſi dictus Ioannes pretium dictæ tractæ non aſſecuraſſet, cum alijs negotiatoribus ſe conueniſſet ad longe minorem quantitatem, prout prętium dicti frumenti aliorum ducatorū ſex mille ad rationem octo pro centenario aſſecuratiouem emit, vt conſtat ex fide publici Notarij, & præfertim ad eandemmet Ioannes pro ſumma ducatorū quingentum, vt in termino apertius demonſtrabit. Et ex ijs breuiter exaratis calamo, alijſque per DD. Iudices, qui meliorauerunt ſupplendis iuſtè ſperat dictus Hieronymus, in eius beneficium eſſe iudicandum. Vincentius Antonius Barra. Facta relatione in R. C. S. die 18. Aprilis 1641. per Præſidentem Cennamum, per Regiam Cameram fuit datus terminus in cauſa, penès Hieronymum de Donato Actuatium, & interpoſita reclamatione. Tandem die 10. Iunij eiuſdē anni fuit deciſum, bene prouiſum per R. C. ſub die 19. Aptilis 1641. verum interim faciat depoſitum quantitatis tractæ pro frumentis immiſſis in Ciuitate Ianuæ, deducto iactu, & quātitatibus forſan ſolutis, vnde reſpectu huius capitis depoſiti fuit dictum de nullitate.

Terra immunis à functionibus fiſcalibus an poſſit petere tumulum ſalis, & proinde ſolutum repeti, deciſum fuit negatiuè, ideo fuit in fauorem Fiſci pronunciatum contra Ciuitatem Catāzarij, ex Reg. Reuert. tradit And. Capan. in tract. de iure adhoæ, quæſt. 61. num. 27.

Tertius in iudicio comparens, dum lis in limine expeditionis reperiebatur, an erit audiendus, & conſequenter authorem laudare, ſeù nominare, quotū intereſt, de quo incidit tractari in Collaterali Conſilio in cauſa Secretarij Dominici Gamboæ cum Illuſtr. Principe Biſiniani, & Scillæ ſuper petitione pecuniarum quantitatis debitæ vigore cuiuſdam albarani, & redacta cauſa in limine expeditionis comparuit vti tertius prætendendo intereſſe habere, & non eſt dubium, quin tertius in quahbet parte iudicij comparere poterit, Andr. Gayll. lib. 1. obſeru. 70. num. 4. & ſucceſſiuè eſſe audiendum, vt dixit Caſtill. deciſ. Sicil. 89. nu. 23. ſed in terminis, in quibus reperitur cauſa, Franc. Marc. deciſ. 161. num. 4. tom. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 26. num. 6. & 7. Affl. deciſ. 235. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib. 1. part. 3. gloſ. nominet, nu. 16. vbi optima additio, vbi ita iudicaſſe refert in occurrenti caſu. Et cum ita fuiſſet in caſu allegato iudicatum, de nouo comparendo aſſeruit, non principaliter de eius intereſſe tractari, & ad ſe illud non ſpectare, ſed eius ſocru, atque vxori præſentando quodam albaranum, vbi apparebat quædam promiſſio conſequendæ rei, pro qua dicta pecunia fuerat promiſſa, & ſic cum eis intereſſe vrgebat, & proinde debebāt audiri in eorum iuribus, quæ ſiquidem exceptio admittitur abſque difficultate quandocunque, vt refert Muſcatell. eodem loco, num. 11. ante eum Marant. in ſpecul. part. 6. memb. 5. num. 5. replicabatur ex aduerſo, eas nullatenus eſſe audiendas, poſtquam hoc potius ſimulationē inter eos continebat, quam defenſionem, vltra quod ipſe tertius ſub figuratione intereſſe fuit admiſſus ad audiendū, quod realiter fieri de iure non poterat, eo quia quoties conuentus cauſam onerosā haberet, tunc audiendus, ſecus ſi lucratiuam, ex Bart. in l. qui concubinam, §. ſi hæres ff. de leg. 1. probat ibi Marant. quanto magis ſi nullam cauſam haberet, & licet pretendiſſent, eſſe audiendas nominatas, ſeù auctrices in eorum iuribus, vt iuris eſt, replicabatur, illud procedere de neceſſitate, non tamen voluntariè, vt in tertio, imò dum in limine expeditionis hoc allegauerat calumnioſè, potius videbatur oppoſitum, poſtquam talis laudatio etſi in quacunque parte iudicij fiat, adhuc tamen fieri debet ante publicationem, ex tex. vbi Gloſ. & cæteri in l. ſi tem, §. fin. ff. de euict. probat ibi Marant. & ſubſequitur Foller. in addit. ex Bald. in l. libera, C. de ſent. quod debet fieri denunciatio eo tempore, in quo author comparendo haberet legitimum ſpatium ad probandum de iure ſuo, licet non fiant ante litem conteſtatam. Tandem facta relatione in eodem Collaterali Conſilio per Spectabilem Regentem Rouitum die 4. Septembris 1628. fuit deciſum, vt procederetur ad expeditionem cauſę oppoſitis non obſtantibus, penès Secretarium.

Tertius comparens in cauſa ſui nepotis ad eius iura tuendum, & ad infringēdum iura actoris prætendētis excludi facere illum à ſucceſſione feudi ob eius incapacitatem, an debeat audiri, deciſum fuit per Sacrum Conſilium eſſe audiendum in terminis, in quibus reperitur cauſa, ita Conſiliar. Gizzarell. deciſ. 79. in princ. part. 2.

Tertius comparens ad impediendam expeditionem cauſæ aſſiſtentiæ, petendo remiſſionem illius ad ſuum Iudicē an debeat admitti, prout accidit in cauſa Petri Fociti petentis aſſiſtentiam ſuper certo territorio ſiſtente in Ciuitate Vici eius debitoris Franciſci Pagliarij, & probatis extremis aſſiſtentiæ, & compilato proceſſu, qui cum reperiretur in limine expeditionis, comparuit Io. Petrus Pagliarus prætendēs ipſe, illud poſſidere, quocirca moleſtari non poterat niſi corā ſuo Iudice, adeo quod cum fuiſſet per Magnam Curiam ordinatum, vt procederetur ad expeditionem cauſæ, oppoſitis non obſtantibus, fuit appellatum ad Sacrum Conſilium pro parte ipſius tertij, cuius prætenſioni deferendum eſſe videbatur, poſt quam nedum Clerici, ſed eorum bona nō

3rrã

ſunt

Digitized by Google

ſunt ſuppoſita iuriſdictioni ſæculari, vt latius proſequitur Carol. de Graſſ. de effectib. cleric. in 1. effectu, num. 472. & eo magis cum res de qua diſceptabatur, erat in dicta Ciuitate Vici, ideo coram dicto Iudice conueniendus erat, per ea, quæ probat Carol. de Graſſ. d. 1. effectu, num. 17. ex aduerſo prætendebatur pro confirmatione decreti Magnæ Curiæ, talem tertij petitionem calumnioſè fuiſſe petitam, quo nam caſu tertius comparens non erit audiendus, Minſyng. ſingular. obſeruat. centur. 3. obſeru. 73. ſub num. 2. calumnia euidenter apparebat ex eiſdem actis, poſtquam fuerant probata extrema aſſiſtentiæ, & de poſſeſſione laici, & de iure comprobatum eſt, quod non poſſunt eſſe duo domini inſolidum eiuſdem rei, l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculū ff. commod. at cum non fuerat ſaltim ſemiplenè, & ſummariè illico de ſuo intereſſe doctū, vt tertius audiri potuiſſet, Andr. Gayll. d. lib. 1. obſeru. 69. num. 4. & obſeru. 70. num. 23. Minſyng. cent. 2. obſeru. 1. nu. 3. videbatur excludi, eo amplius cū agebatur de actione reali, per ea, quæ fundant Andr. Gayll. d. lib. 1. obſeru. 37. nu. 4. Minſyng. cent. 1. obſeru. 22. num. 2. & ſeq. & cent. 4. obſer. 95. Tandē facta relatione in Sac. Conſ. per Iudicem Io. Aloyſium Piſcicellum die 7. Nouembris 1630. fuit remiſſa cauſa eidem Magnæ Curiæ, verum non afficiat tertium, penès Secretarium in Banca N. & ex ijs conueniunt congeſta per Barbatum in tract. de reſtitut. interd. gloſ. 3. num. 22. vbi hoc idem examinat, ſi tertius competitor poſſit impedire expeditionem cauſæ inter principales, donec fuerit de ipſius iure cognitum, & refert ex pluribus nullatenus poſſe impedire cauſæ expeditionem, aſſequitur idem Fachin. lib. 1. controuerſ. iur. cap. 5. & in terminis de tertio comparente in cauſa ad impediendam exequutionem ſententiæ dicitur actor, & ideo nō petit remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, Anna alleg. 76. num. 1.

Tertius citatus, ſi ſua putauerit intereſſe in aliqua cauſa vbi agebatur de exequutione ſententiæ iam prolatæ contra communem debitorem, ſuper qua erat conceſſum primum beneficium in actu liquidationis, an ordinariè audiri debeat, vel in terminis in quibus reperitur, accidit in facto, quod cum Regius Fiſcus obtinuiſſet ſententiam in ſui fauorem contra D. Aloyſium Gaetanum Ducem Traiecti pro diuerſis pecuniarum quantitatibus ex diuerſis cauſis debitis, dum intenderet illam exequi, ne impediretur ab alijs creditoribus ipſius, comparuit penès acta petendo citari Illuſtr. D. Scipionem, D. Alphonſum Gaetanos, & Corneliam Carrafam, ſi ſua putauerint intereſſe, qui cum comparuiſſent, inſtiterant ordinariè audiri, & non in cauſa liquidationis, & indè facto verbo in R. C. per Præſidentem Annibalem Moles fuit interpoſitum decretum, quod oppoſitis non obſtantibus per dictos conuētos procedatur in cauſa liquidationis pro exequutione ſententiæ latæ in fauorē Regij Fiſci contra Ill. Ducem Traiecti, & proinde terminus primi beneficij in præſenti cauſa liquidationis datus, currat etiam reſpectu ipſorum conuentorum citra præiudicium iurium tàm dictorum conuentorum, quàm aliorum nouiter citatorum ſuper cauſa principali, ſuper quibus formitèr, & ordinariè audiantur, & cum fuiſſet conceſſus terminus in cauſa principali, Fiſcus inſtabat pro exequutione ſententiæ, & quando vellēt ordinariè audiri poſt exequutionem, poterunt audiri, ſed interim non debebant audiri niſi in cauſa liquidationis tantum, eius intentionem fundabat Fiſcus ex eo, quia talis citatio facta fuerat cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, quocirca dum ipſi citati comparuerant, dicebantur actores voluntarij, non neceſſarij, Giurba deciſ. 1. nu. 21. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in 1. effect. nu. 482. ita quod non arctat citatum ad comparendum, quod adeo verum eſt, quia cum talis citatio, quatenus ſuum putauerit intereſſe, dicatur potius monitio, vt ipſe Graſſ. ſubdit num. 481. nec proinde dicitur arctatoria, ſed incitatoria, dixit num. 480. taliter quod ſi non comparebit citatus, nō efficeretur contumax, ſubdit num. 484. ſubſequitur num. 485. Ex aduerſo replicabatur, certum eſſe cum ſint per Fiſcum vocati, eos eſſe reos neceſſarios, ex doctrina Angel. in l. ſi ſuſpecta, col. 1. maximè in verſic. quando vocatur ab ipſo agente ff. de inoffic. teſtam. Innocent. in cap. cum inter, in fin. ibi, nam quod dicitur, de except. etiam ſi fuiſſet Clericus huiuſmodi citatus, Thomat. deciſ. Macerat. 89. num. 9. & proinde non obſtat Fiſci prætenſio, quatenus diceret, citaſſe cū dicta clauſula, eo quia taliter citatus reus dicetur, Dec. conſ. 700. num. 4. Grammat. deciſ. 61. Secundò, ex quo nō procederet quando conſtaret de intereſſe citatorum, nam tūc habetur, ac ſi ſimpliciter citarentur, Alex. in l. de pupillo, quam legit inſimul cum text. in l. in prouinciali, §. ſi in publico, num. 15. & 16. ff. de nou. oper. nunc. quem ſequuntur Dec. conſ. 187. col. 3. verſ. non obſtat, Aym. conſ. 12. num. 8. Capyc. deciſ. 8. quamuis alij Doctores voluerint, vt tertius taliter citatus ad finem, vt dicatur reus neceſſarius, & habeatur pro ſimpliciter citato, ſit opus, vt alleget ſe poſſidere, poſtquam taliter citandi modus non habilitat citatum, niſi ſuum doceat intereſſe, ex multis Giurba d. deciſ. 1. num. 20. nihilominus ibi Alex. quem ipſi Doctores ſequuti ſunt, loquitur de quolibet intereſſe, dummodo ſit verum, prout ibi Capyc. ſub num. 3. ſentit, quapropter cum ipſi creditores ſint hypothecarij cū conſtituto, & præcario dicuntur verè poſſidere, dum eis competat remedium l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. quod verè poſſeſſori competit, quod idem Alex. conſ. 85. num. 2. vol. 6. refert, qui etſi loquatur in hypotheca cum conſtituto, idem erit, ſi cum conſtituto, & præcario eſſet adiunctum, Neguſ. de pignor. in 1. memb. 6. part. num. 36. Tertiò, idem procederet, ſi nō cum tali clauſula citaretur per proclama, vel ſub generali citatione, ſed particulariter, ita Felin. in d. cap. cum inter, col. 7. limit. 2. verſ. ſed poſſet dicere, illo etiam ſuperaddito, quod cū

ſint

Digitized by Google

ſint conuentæ perſonæ priuilegiatę, haberent reſtitutionem aduerſus exequutionem ſententiæ paratam, Afflict. deciſ.356. num.4. 5. & 6. & eo magis dum habent Fiſcum duriorem aduerſarium, quæ cauſa eſt probatiſſima impediendi talem exequutionem, Cooar. pract. quæſt. cap.16. col.9. verſ.quod ſi tertius, licet ſubdat, quod alleganti talem exceptionem poſſet reſponderi, quod debeat agere prius, non procederet in caſu præmiſſo, poſtquam vnus ex conuentis erat filios, & viuente patre agere non poterat pro bonis maternis, in quibus ille habet vſumfructum, ad text. in l. cum oporteat, C.de bon.quæ liber. ſed potius pater coouen iendus erat, qui erat perſona legitima, in hoc caſu probat ex multis Virgil.de legitim.perſonat. cap.4.nu.10.cum ſeq.& alia, quia mulier erat nupta, durante matrimonio excuſabatur, & propterea ioſtiſſimè pro proprio ioteresse dum citati ad cauſam priocipaliter veneriãt, audiri deboerant, ex traditis per Afflict. deciſ.15. num.2. Et ſic facta relatione in Collaterali Conſilio die 19. Iulij 1573. fuit ſententia pro nunc in parte exequuta, & ſuſpeoſa exequutio tàm in actione perſonali, quàm reali pro omnibus alijs ſummis, donec aliter per R. C. ſuerit prouiſum, vt habui ex manuſcriptis allegationibus Reg. Thomę Salernitani.

Tertius faciens meliorationes in re emphyteotica alterius, an non obſtante petita deuolutione eas conſequatur, relata fuit deciſio ſupra in verbo meliorationes.

Tertius poſſeſſor rei veniẽs ad iudicium intentatum per aliquem contra emptorem illius, à quo cauſam habet ſuper relaxatione, & multa concernentiã cauſæ opponendo, ſi per actorem replicaretur in ſcripturis per eum pręſentatis, non ipſum nominaſſe, neque vocaſſe, ita vt ipſe tertius nequiret facere partem in iudicio, an ſtante iſta confeſſione poterit abſolui ab obſeruatione iudicij, prout in facto euenit in cauſa Nicolai Scriptoris, qui iudicium relaxationis domus iam venditę ſub haſta intentauerat contra D.Antooiũ de Ianuario, ac Gratiã eius ſororẽ donatariã, qui vnanimiter eandem vendiderunt Antonino de Paſtena illius poſſeſſori, qui audito indicio moto, comparuit in iudicio plura allegando, & opponendo circa merita cauſę, cuius oppoſitionibus replicauerat dictus Nicolaus, dicendo, quod in ſupplicationibus, & petitionibus per ipſum porrectis, & productis dictus Aotoninos de Paſtena non fuit nominatus, neque vocatus, & proinde prędictus Antoninus non poteſt facere partem in iudicio moto per ipſum Nicolaum, pariterq; eidem Antonino erit deneganda audientia citra pręiudicium iurium, &c. & quod nullũ ei fiat præiudicium per præſentem replicationem huic cõfeſſioni confiſus dictus Antoninus, quam acceptauerat, inſtitit abſolui ab obſeruatione iodicij, vnde difficultati contingit, ſi realiter abſolui deberet, & certum eſt, quod dum citatus non fuerat, ſeù in ius vocatus, comparere in iudicio non tenebatur, etenim citatus tenetur ad duo, hoc eſt ad comparendum, & in termino, Carau.in ritu 123.nu.7. Manſyng. centur.5. obſeru.86. num.2. adeò quod cum voluntariè comparoerat, pariterq; voluntariè diſcedere à iudicio poterat ex regula illa, ꝙ omnis res, quæ per quaſconque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1.de regul.iur. & eo amplius ex confeſſione actoris in iudicio facta, quod ipſum non nominauerat, & proinde audientiã denegari inſtabat, nõ conſentiẽdo in eius perſonã, vt in ipſo iudicio aſſisteret, poterat enim ab obſeruatione iudicij facillimè abſolui accedente conſenſu ambarum partium, ex aduerſo dici poterat, quod licet comparitio ipſius fuerat volũtaria, ex poſt facto neceſſaria erat effecta, iuxta vulgatã regulã illam, voluntariũ à principio ex poſt facto efficitur neceſſarium, l.ſicut, C.de act. & oblig. Barboſ.in princ.iuris, lit.V.num.65. quo fit, vt data validitate argumenti à contractibus ad quaſi contractus, de quo apud Euerard. in topica, loco à cont. ad quaſi cont. & Barboſ. d.opuſc. lit.C. nu.57. cõperitur quemadmodum contractus omnes ab initio ſunt voluntarij, & ex poſt facto neceſſarij efficiuntur, d.l. ſicut, vbi DD. ita etiã in quaſi contractibus erit attendendum, cumque in iudicijs quaſi contrahitur, l.3. §.idem ſcribit ff. de peculi. l.2.ff.de pręt. ſtip. ideo non poterat abſolui ab obſeruatione iudicij, dum ſe voluntariè iudicio ſubmiſerat, nam reus voluntarius efficitur, voluntariè comparendo, ex multis Andr.Gayll.de pace publ. lib.2. cap.12. nu.25. nec poterat ita facilè abſolui, dum contra ipsũ poterat iudiciũ proſequi, & ſi reperiretur abſolutus, actori nil proficere poterat, eo amplius, quia tunc abſolutio procederet tàm ab inſtãtia, quàm ab obſeruatione iudicij, quando actoris contumacia fuerat contracta, vt ex multis probat Minſynger.centur.4.obſeru.65. num.3. Quare per Sacrum Conſilium ad relationem Regij Conſiliarij Didaci Salinas die 6.Iunij 1622. fuit iudicatum, vt procederetur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cauſæ, & iterum in reclamatione confirmatũ die 30.Octobris 1623. ad relationem Reg. tũc Conſil. Scipionis Rouiti benè prouiſum per idem S.C. vt ex actis in Banca Sarri.

Tertius vti legitimus adminiſtrator bonorũ eius filiorum veniẽs ad cauſam inter alios agitatã ſuper relaxatione bonorũ feudaliũ, in quibus intereſſe prętẽdebatur ex cauſa dotis ſuę vxoris promiſſæ per dictos litigantes, poſt tamen compilatum proceſſum petendo audiri ex integro, & interim ſuperſederi in expeditione cauſæ, an erit audiendus iuxta ſuã petitionẽ; maior pars Dominorum de Conſilio habuit pro indubitato, qood aderat magna præſumptio calumniæ ad finem dilatandi expeditionem cauſæ proceſſus iam compilandi, & recuſandi Iudices aliquos ſuſpectos, ideo prouiſum fuit, quod non audiatur, ſed liceat ei aſſiſtere tantum, & confirmatum in reclamatione, ita refert Regens Rouitus deciſ. 1. inter omnes.

Tertius

Tertius veniens ad cauſam rem particularem continentem, quæ poſſit afferre præiudicium cauſæ vniuerſali, an erit audiendus, ſi actionem generalem habuerit, ne ſibi præiudiciū afferret, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in cauſa Matthæi Comite cū Marchione Genſani, vt refert Reg. Rouit. deciſ. 1. inter omnes, ſub num. 15.

Tertius veniēs ad cauſam ad ſui iuris proſequutionem abſque læſione ſtatus, in quo cauſa reperitur, an erit audiendus, M.C.V. iudicauit, Ill. Principiſſam Roſſaoi non poſſe impedire cauſæ expeditionem inter Franciſcum Maſſi V.I.D. & Stephanum de Vrſo litigatores, ſed teneri iudiciū ſuſcipere in eo ſtatu, in quo reperitur, ſed inde per Sacrum Conſiliū iudicatum fuit, ex integro ipſam eſſe audiendam ex rationibus deductis per Conſ. Merlin. controu. forenſ. cap. 30.

Tertius comparens ad infringendum iura actoris non coadiuuando reum, ſed petendo illū condemnari ad rem per actorem petitam ſibi tertio reſtituendā, ita vt lis principaliter contra reum conuentum dirigebatur, & in conſequentiam contra actorem ad eius excluſionem an admitti debeat, ſiuè ſciens, ſiuè ignorans litem fuerit ad probationem ſui iuris citra læſionem ſtatus prioris cauſæ; concluditur affirmatiuè, verum ſuccurrendum erit remedio cautionis, vt fuit deciſum per Sacrū Conſilium in cauſa Ill. Marchionis Tapiæ cū Iſabella, & Beatrice de Tapia, ſic teſtatur Conſiliar. D. Franc. Merlin. controu. forenſ. cap. 30. ſub num. 25.

Tertius comparens in iudicio capitali ad excuſandum reum citatum ad foriudicandum, an poſſit recuſare Iudicem ſuſpectum, deciſum fuit per Magn. Cur. Vic. eſſe admittendum ad recuſandum Iudicem ſuſpectum vbi comparet vti excuſator, ita cenſuit Conſ. Merlinus controu. forenſ. cap. 48. eſt. quidem.

Tertius poſſeſſor feudi alienati an conueniri poſſit pro vita, & militia debita ſecūdogenitis à primogenito, & ab eo exigi, deciſum fuit affirmatiuè per Reg. Cam. Sum. vt ex Reg. Reuert. deciſ. 81. par. 2. in cauſa Fabritij Guarini teſtatur Reg. Tapia in 6. part. Iuris Regni, in Conſtit. Comitibus, in fin. in apoſtilla incip. pro vita, & militia.

Tertius cōpoſſeſſor an poſſit comparēdo audiri aduerſus exequutionē ſententiæ latæ contra compoſſeſſorem rei, allegando melioramenta facta in re deducta in iudicio, ac etiam nullitatem proceſſus reſpectu ſui, ex facto deſumebatur caſus notabilis, cum in Magn. Cur. Vic. comparuiſſet Franciſca de Ferdinando vidua quondam Dominici Antonij Caliſano, petendo condemnari eius hæredes ad ſibi ſoluendum dotes, antefatum, ac donationem quandam ducatorum quinquaginta ſibi factam à dicto ſuo viro, conſequendā poſt illius mortem, & ſucceſſiuè pro prædictis ſibi præſtari aſſiſtentiam in forma ſuper quodam oliueto ſito in Ciuitate Surrentina, quod poſſidebatur per Fabium Caliſanum, & demum prolata ſententia aſſiſtentiæ, & proceſſum ad illius venditionem præuijs ſubhaſtationibus, nondum liberatum licitatori, comparuit Vincentius Caliſanus frater ipſius Fabij, dicendo tale oliuetum emptum fuiſſe à quondam Paulo Caliſano à prædicto Dominico Antonio, cuius hæres erat inſimul cum dicto Fabio, & eum in iudicio nō fuerat auditus pro eius intereſſe, dixerat de nullitate omnium actorum, & amplius quia licet ipſe Fabius cohęres erat, nihilominus quia eius portionem ceſſerat ipſi Vincentio ab eius creditoribus, & ipſe ſolus in poſſeſſione olıueti perſiſterat, in quo multas meliorationes fecerat, audiri expoſtulabat in ſuis iuribus, & quantum ad primum obiectum nullitatis actorum oppoſitę, quanquam tertius poſſit de nullitate excipere, etiā quod litigatores principales hoc nō poſſint, vt poſt Vant. de nullit. rubr. quis poſſet dicere de nullitate, num. 18. Carocc. de except. contra ſententiam, in except. 47. num. 10. latè Benint. deciſ. Bonon. 67. nu. 12. Muta deciſ. 26. nu. 16. & 17. imò etiam quod principalis litigator recuſet, & prohibeat, vt ſubdit ibi Vant. nu. 21. Caſtill. dec. 78. n. 3. nihilominus in caſu, de quo agebatur tertius non aliter per viam exceptionis comparuit, ſed per viam actionis ſpontè comparendo, penès acta ſua iura proponendo, quod ei de iure permiſſum eſſe videtur, l. ſi ſuſpecta ff. de inoff. teſtam. cum alijs apud Harthman. Harthman. pract. qq. forenſ. tit. de actore, deciſ. 10. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib. 2. p. 2. gloſ. cauſa, num. 26. licet potius reus, quam actor dicatur, quia proſequitur cauſam in ſtatu, in quo eſt, vt deciſum refert ex Mandoſ. Carocc. d. tract. except. 69. num. 65. attamen quando tertius comparet in cauſa ad impediendam exequutionem dicetur actor, Anna alleg. 76. num. 1. imò tertius comparens in iudicio dicitur verus actor, probat Merl. deciſ. Lucenſ. 17. nu. 7. & loco actoris habetur, Scaccia de iudic. tom. 1. cap. 101. ſub num. 13. & in hoc caſu, ex quo tertio non vocato, non præiudicatur quoad ſuam poſſeſſionem, ſed valet proceſſus confectus, vt inquit Carocc. eod. tract. in except. 125. num. 86. nec ob id nocēt acta tertio facta cum reo principale, Magon. deciſ. Lucenſ. 96. num. 24. ideo de nullitate actorum non fuit ratio habita, quia tertius nō poteſt allegare nullitatē, Surd. deciſ. 108. nu. 2. ſed conſiderata eius petitione, dum petierat audiri in ſuis iuribus, quod ſiquidē iuri conſentaneum erit, Caſtill. deciſ. 89. num. 23. Merl. deciſ. Lucenſ. 25. num. 4. Surd. conſ. 214. nu. 12. quamuis in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperitur, Vant. eodem loco, nu. 23. Milan. deciſ. 7. num. 25. lib. 2. Magon. deciſ. Lucenſ. 96. num. 22. Benint. deciſ. Bonon. 75. num. 4. Surd. deciſ. 60. num. 6. & deciſ. 147. num. 6. Farinac. deciſ. ciuil. 705. num. 5. tom. 1. Giurba deciſ. 1. num. 6. & 24. Coſta de re integr. diſt. 95. nu. 12. ex eo quia tertius in quacunque parte iudicij interuenire poteſt, Andr. Gayll. pract. obſ. lib. 1. obſeru. 70. num. 4. & poteſt quandocunque comparere, & cauſam defendere, Monac. deciſ. Bonon. 15. num. 26. ſicuti etiam tertius aſſiſtere poteſt liti in quacunque parte, etiam

in ap-

in appellatione, Surd. conſ. 266. n. 17. vol. 1. Co-
ſta de iuris, & facti ignorant. diſt. 57. num. 13.
Franc. Marc. deciſ. 161. num. 4. tom. 2. & potiſ-
ſimum ad impediendam exequutionem, iuxta
notata in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus ff. de re
iudic. Minſynger. ſingul. obſeruat. cent. 3. ob-
ſeruat. 73. in princ. nam etiam in hoc caſu de-
bet audiri, Carocc. in d. except. 69. num. 1. Bor-
gnin. deciſ. 10. num. 6. part. 1. Ioſeph. Ludouic.
deciſ. Lucenſ. 56. Milan. deciſ. 12. lib. 2. ma-
ximè ſi non fuerit conuentus, & ſua interſit,
vt ſubdit num. 25. Magon. deciſ. Florent. 104.
num. 26. latiſſimè Ant. de Amat. variar. reſol.
cap. 94. tom. 2. per totum. Ex quibus duo re-
ſultanetant dubia, ob quæ repelli debuerat à
limine iudicij. Primò, quia iam facta erat exe-
quutio ſuper oliueto, illoque etiam venale
expoſito, & ad extinctum candelæ remanſo
Matthæo de Porto vltimo licitatori, ob quod
non poterat amplius dici res integra, per ea,
quę tradit Coſta in tract. de re integra, diſt. 95.
num. 9. dicens, neutiquam admitti debere ter-
tium, cum res non ſit integra poſt factam
actualem exequutionem, atque conſummatā,
ex Alex. in d. l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, n. 9.
cum alijs apud Magon. deciſ. Florent. 104. ad
finem, & inibi tradit Coſta, quo tempore ter-
tius comparere debeat, nu. 2. & 5. quando an-
te condemnationē, & quando poſt condem-
nationem, ſed ante actualem exequutionem,
& tertio poſt exequutionem factam, non ta-
men admitti videtur poſt ſubhaſtationes per-
actas præuia oblatione pretij, & licitatori re-
manſa re vendita ad extinctum candelę, tunc
enim amplius res integra dici non poterat,
poſtquam ſubhaſtatio firmat contractum, &
perpetuò ei robur tribuit, Iodoc. de ſubhaſtat.
cap. 1. num. 37. ex eo quia in ſubhaſtatione
ſtatim quod quis offert, obligatur tantum da-
re, vt in præcedenti num. 11. tradidit, & mer-
to extincta candela perfectionatur cōtractus.
Secundò direbatur, quod licet pro meliora-
mentis concedatur retentio, Milan. deciſ. 7.
num. 78. lib. 1. Monac. deciſ. Bonon. 1. num. 7.
Magon. deciſ. Florent. 49. num. 23. Amat. deciſ.
Ancon. 23. num. 2. Thomat. deciſ. Macerat. 16.
num. 5. Farinac. deciſ. ciuil. 161. num. 1. tom. 2.
Giurba deciſ. Sicil. 63. num. 12. Hieron. de Leo
deciſ. Valent. 79. nu. 2. Medic. deciſ. March. 25.
num. 2. Paul. Duran. deciſ. 385. num. 4. tom. 2.
Raudenſ. deciſ. Piſan. 31. num. 302. & 311. &
deciſ. 12. nu. 53. Claud. Tutius alleg. 11. nu. 22.
Molign. in tract. de retent. quæſt. 122. ad quod
ſubdit Iacob. Gall. conſ. 120. num. 1. quod me-
liorationibus factis in re, poteſt quis pro eis
rem retinere, & non ſolum datur actio, ſed
etiam exreptio, hoc ſanè intelligendum erit,
quando ante ſententiam fuerit de meliora-
mentis obiectum, quoniam talis retētio con-
cederetur, vt dicunt præcitati Doctores, &
fuiſſent liquidę, Raudenſ. conſ. 17. num. 140.
vol. 1. & proculdubio impediret exequutionē
ſentētiæ, Monac. deciſ. Bonon. 24. nu. 8. Hinc
Sacr. Conſ. ad finem impediendi exequutio-
nem ſententiæ, quando ſunt factæ meliora-
tiones in re, ad cuius relaxationem quis eſt
condemnatus obſeruat, quod ſi melioratio-
nes ſunt deductæ ante ſententiam, indiſtin-
ctè impeditur ipſius exequutio, donec cum
effectu fuerit facta ſolutiò ipſarum, ſin autem
opponuntur de eis poſt ſententiam, fit exe-
quutio ſententiæ cum fideiuſſione, vt inquit
Præſ. de Franch. deciſ. 112. num. 16. & 17. ex
Boer. & Burſ. ibi relatis, quemadmodum ex
facto percipiebatur, dum nō aliter fuerat de-
ductum ante ſententiam de meliorationibus,
ſed poſt latam ſententiam fuerat inſtatum
per iſtum tertium, allegando audiri etiam pro
meliorationibus factis ab emptore eius pa-
truo, ac etiam ab ipſomet, & quia non ſufficit
ad impediendam exequutionē allegaſſe me-
lioramenta, ſed oportet probaſſe, refert Mo-
nac. d. deciſ. 24. num. 32. & tunc non impedi-
ret exequutionem ſentententiæ, Ambroſ. de-
ciſ. 28. nu. 8. Idcirco debebat procedi ad con-
ſignationem poſſeſſionis oliueti, excluſo ipſo
tertio comparente, & allegante ſuum intereſ-
ſe, & melioramenta, poſtquam melioramen-
torum exceptio non impedit, quando de me-
liorationibus non conſtat in actis, Farin. de-
ciſ. ciuil. 610. num. 3. tom. 1. Reſpectu primi
replicari poterat, quod vſque quo non fuerit
res addicta, ſiue eius poſſeſſio conſignata lici-
tatori, ſemper tertius poterit cōparere ad im-
pediendam exequutionem, ad text. in d. l. à di-
uo Pio, §. ſi ſuper rebus, & §. ſi poſt addictum
pignus, vbi Gloſ. & DD. Socin. in conſ. 158.
num. 20. & 21. Duena in reg. 285. num. 5. Co-
uarr. pract. quæſt. cap. 13. & 14. deciſ. Peruſ. 26.
quos probat Maſtrill. deciſ. Sicil. 253. num. 7.
ac erit in hoc caſu audiendus, optimè Parlad.
rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. §. 10. nu. 24. me-
liua Ant. de Amat. variar. reſol. tom. 2. reſol. 94.
num. 33. nam alias neceſſe erit, quod ſe dirigeret
retractatione, & reuocatione decreti via ordi-
naria, taliter quod tertius admittitur, etiam ſi
fuerit pronunciatum ſuper exequutione, &
mandatum exequi, imò ante exequutionem,
& conſummatā ex Alex. in d. §. ſi ſuper rebus
num. 9. Rebuff. Zuccar. & Anchar. probat Ma-
gon. d. deciſ. 104. num. 27. Reſpectu ſecundi
obiecti, quia nedum exceptio ipſa melioratio-
num competit poſt ſententiam, Ambroſ. deciſ.
Peruſ. 28. num. 26. Peregrin. deciſ. Paduæ 118.
nu. 1. ſed etiam replicari poterat, quod reten-
tio rei ob melioramenta poteſt opponi etiam
in exequutione ſententiæ, in qua ius reten-
tionis non fuiſſet reſeruatum, ita ex Statil. Pa-
ciſ. de ſaluian. interd. inſp. 2. cap. 2. nu. 185. pro-
bat Monac. d. deciſ. Bonon. 24. num. 4. Cartar.
latiſſimè deciſ. Geuuæ 15. num. 2. Ex eo quia
vt dictum eſt ſemper, & quandocunque in
qualibet parte iudicij tertius comparere po-
terit, nedum allegare de melioramentis, ſed
veriùs quantitas ſi non fuerit probata, poterit
in exequutione ſententiæ verificari, optimè
Gratian. deciſ. March. 81. nu. 32. Ant. de Amat.
d. reſol. 94. nu. 1. tunc quia Iudex in quacun-
que parte iudicij veritatem inquirere poteſt,
Petr. à Syria pract. forenſ. quæſt. 20. num. 1. po-
terit quoque ſuper prædictis decernere. De-
nique obijciebatur, non aliter audiendum

eſſe

eſſe, cum de ſuo iure nil conſtabat intereſſe habere in olivueto executo, quapropter tertius comparens pro ſuo intereſſe, docto de eo auditur, & ad iudicium admitti debet, Farinac.deciſ.ciuil.335.numer.2.tom.1. Anchar. quæſt.famil.lib.2.q.44.num.2. adcò quod tertius comparens exequutionem ſententię impedire non poteſt, quando incontinenti non docet de iure ſuo, Farinac.deciſ.ciuil.604.n.3. tom.1. Ramon.conſ.70.nu.21. Cancer.variar. reſolut. tom.2. cap.16.nu.30. imò quoties veniret ad cauſã, reum, vel actorem excluſurus, non impedit ſententiæ exequutionem, probat Curell. deciſ.Sicil.24. num.40. Sed replicabatur, verum eſſe, quod quando tertius, cuius principaliter intereſt, poterit impedire exequutionem ſententiæ, quando veniret ad cauſam pro ſuo intereſſe, Farinac. deciſ. ciuil. 237. numer.2. tom.2. tunc diceretur venire ad cauſam, prout in prima quando veniret tanquam tertius pro ſuo intereſſe, Farinac.deciſ.poſth.17.ſub num.5.tom.1.& tunc ſufficeret, ſi allegaret poſſeſſionem, & incontinenti eam probare ſe obtulerit, audiendus erat, D. Reg. Fabius Capycius Galeota controuerſ.56. num.9. & 10. ſed ſummariè docere intra breue tempus, Coſta vbi ſup. num.9. ſuum intereſſe verſabatur, non ſolum quia erat condominus oliueti vti cohęres dicti quond. Pauli, quod ex fide pręambuli in promptu producta apparebat, ſed etiam quia partes oliueti pretium exoluerat creditoribus anterioribus alterius eius fratris Fabij conuenti, & ſufficit quod apparenter de iure ſuo doceret, vt ſententiæ exequutionem impediat, Ramon.conſil.70.num.17. D.Reg.Fab.Capyc.Gleota controuerſ.iur, tom.2.controu.56.nu.5.& 6. Surd. in conſ.181.num.22.vol.2. ſicque tàm pro dominio excipiebat, quàm de poſſeſſione, Muta deciſ.54.num.6.& deciſ.25. Ant.de Amat. var. reſolut. cap.[illegible]4.tom.2. Canc. cap.17. num.436. tom. 3. & in ijs duobus caſibus benè tertius admittitur, ex DD.in d.§.ſuper rebus, Couar. & Milan.probat ibi Coſta nu.6.& 7. tàm ſi de dominio opponeret, Milan.dec.12.lib.2.quàm de poſſeſſione vt intra, nam certum eſt, quod quando tertius ſe opponit in exequutione, & prætendit rem non eſſe actoris, nec rei, ſed ipſius ſe opponẽtis proprietariè ſuperſedetur in exequutione, donec de viribus oppoſitionis fuerit cognitum, quemadmodũ probat Franc. Hieron. de Leo deciſ.Valent.116. num.6.& 7. ante eum Oſaſc.deciſ.37.num.1.quoad poſſeſſionem loquens, D.Reg. Galeota controu.56. numer.11. vnde prodita eſt cauthela, vt detur terminus ad ea liquidanda, quo elapſo mandatur exequutioni, ita ex Amato deciſ. Marchiæ 23.probat Carocc.d.tract.except.26. Et cum fuiſſet per M.C.V. ad relationem Iudicis Don Ioſephi Filiù die 31. Ianuarij 1639. prouiſum, quod in biduo Vincentius Caliſanus doceat de allegatis, & teſtes habeãtur pro citatis, & recipiantur per Scribam cauſæ, interpoſita appellatione ex parte ipſius Franciſcæ, & obtentum verbum fieri in Sacr.Conſ. tandem die 31. Martij 1639. fuit latum decretum videlicet, audita relatione Magn. V.I.D. D.Ioſeph. Filiù Iudicis M.C.V. per S.R.C. remiſſa eſt cauſa eidẽ Magn.Cur.hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Ioſaphat de Auguſtino.

Tertius non vocatus in iudicio inter duos ventilato, an ſibi pręiudicare debeant acta, & ſententiæ, vel expreſſim comparere teneatur penès acta, proteſtando, ne ſibi præiudicium inferatur; eſt in iure certiſſimum iuxta vulgatũ titulum C. res inter alios acta, &c. vbi DD. & præſertim Tiraquell. quod ex hoc nullũ præiudicium tertio afferri debeat, notat in principio, & ita contra Felin. & Contard. firmat Coſta in tract. de iuris, & facti ignor. cent.1. diſt.57. num.11. tertius nõ citatus pro ſuo intereſſe non læditur in ſuo iure, Menoch. de adipiſc.poſſeſſ. remed.4.num.457. nec nocent ei acta facta cum reo principali, Magon.deciſ. Lucenſ.96.num.24. neque proceſſus, Reg.Lanar.conſ.44.nu.35. neque ſententia inter alios lata, Scaccia de re iudic. gloſ.14.quæſt.12.n.3. quod tamen admitti videtur data ignorantia litis tertij, cæterũ ſi de ea ſcientiam haberet, videtur aliquantulũ tergiuerſari, vt notat ibi Coſta num.4. ſicque tertius ſciens, & ſe non opponens, quod in ſententiæ exequutione quoad poſſeſſorium ſibi præiudicat, Franciſc. Marc. deciſ.272.nu.2. tom.1. ſimiliter tertius qui habuit ſcientiam litis appellare non poteſt à ſententia lata contra alium, Hondedeus conſ.25.num.19.& 28. vol.1. Ioſeph Ludouic. deciſ.Peruſ.26.num.17. Mangil.de euict. q.15. num.11. Kuginell. de appellat. cap.1.num.37. Inſuper ſi ſciuerit litem agitari, & non comparuiſſet, licet poſt ſententiam latam comparere auſus eſſet pro ſuo iure, non aliter retardaretur exequutio, neque etiam audiendus erit, data cautione de reſtituendo rem illi tertiò in cauſa victoriæ, l. is, à quo ff. de re iud. Boer.& Felin. quos citat Statil. Pacif. de ſalu. interd. inſpect.4.cap.4.nu.35. imò tertius oppoſitor non erit admittendus, quando doloſè habens ſcientiam exequutionis tacuit, & non ſe oppoſuit, Cęuall.pract.quæſt.tom.2. q.808. num. 53. tunc exequutionem ſententiæ non impediret, Minſyng.ſingul.obſeruat.centur.3. obſeru.73. num.4. taliter quod ſententia nocebit tertio poſſeſſori ſcienti litẽ contra principalem, & contra eum exequi, ex multis probat Ant.de Amat. variar.reſol.tom.1.reſol.45. num.14 & 16. verum tamen tertij intereſt, vt cum eo agatur, quia alias ſuum ius efficeretur deterius, quia deberet venire cum iure offerendi, Milan.d.deciſ.12.lib.2.num.119.ad 125. non mirum ſi in vnoquoque actu, quo læditur, tertius citandus erit, ad hoc vt ei obſtet iudicium cum principale, Ant. de Amat. var. reſol.eod.tom.1.reſol.11.num.9. adeo quod ſi nõ fuerit citatus, & de lite notitiam haberet, tutius erit penès acta comparere, proteſtãdo, ne fortè ſententia proferenda ſibi præiudiciũ pareat, poſtquam ex actis, vel proceſſu inter alios geſtis, & alijs non vocatis, nullum præiudicium ad plenum generare poterit, nocet enim quoad aliqualẽ præſumptionẽ, ſiuè facit

quale

quale quale præiudicium, vnde ius illorum vacillat, ex Gloſ.in l. ſi duo patroni ff. de iure iur. vbi DD. & in l.2. C.quibus res iud. non noc. & l.1.verbo præiudicium ff.de except. rei iudic. cum alijs adductis per eundem Tiraq. d.rub.res inter alios acta,&c. limit.19.nõ mirum ſi tertius pro ſuo intereſſe, etiam qualis qualis præiudicij appellare poterit, ad text.in l.ab exequutore, §.alio ff.de appellat.cum alijs congeſtis à Ruginell.vbi ſup.nu.34. qui nu.38 ad euitandam altercationem, an tertius ſciuerit, vel ne cauthelam dat in praxi, vt ipſe tertius appellans, dicendo: iuro ad ſancta Dei Euangelia, me nuper, & infra decem dies ſciuiſſe, & ad mei notitiam deueniſſe talem ſententiam pro tale contra talẽ in hac, vel ſimili forma latam, quæ mihi præiudicium facit, ſaltem quale quale, & me grauet, vnde appello, hęc ille, ſed tutius erit remedio vti illo, melius eſt ab initio occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, & ſic intacta iura ſeruate, l.fin.C.in quib.cauſ.in integr.reſt.l.1. C.quando lic. vnicuique, nam proteſtatio ius proteſtantis conſeruat, Monac.dec.Bonon.11. num.52. & deciſ.Luceuſ.36.nu.7. cum ſit ipſa iuris conſeruatiua, vel declaratoria corã quocunque, & quandocunque, & vbique fieri poteſt, Monac.deciſ.Bonon.30.num.13.& ſubdit num.15. eius effectum eſſe tollere conſenſum ab actu ſequenti. Et propterea inſtituta lite in Sacro Conſilio per Scipionem, & fratres de Vmbriano contra Lælium Bimontem ſuper cõſequutione medietatis bonorum antiquorum, ſiue eorum pretij, comparuerunt Portia, & Midea Vmbrianæ inſtantes, quod ſententia inde ferenda nõ eis afficere debuerat, vnde fuit interpoſitum ſequens decretum videlicet. Die 15.Maij 1619. Neap. facto de prędictis verbo in S.R.C. per Mag. V.I.D. D.Flaminium de Conſtantio Reg. Conſil. iunctis Dominis duarum Aularum. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod procedatur ad expeditionem cauſæ cum conuentis in præſenti iudicio, verum ſententia proferenda nullo modo afficiat Portiæ, & alijs de Vmbriano etiam quoad quale quale præiudicium, ſtante etiam conſenſu partium in Aula Sac.Conſ. declarato, penès de Mercatis Secretar. in Banca Speræ pro Ferrarijs, & iterum cum comparuiſſet Sacrum Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ vti ſubſtitutũ à Portia Vmbriana in caſu mortis filiorum ſine liberis, quæ adiuit hæreditatem Franciſci Bimontis vti ſubſtituta, ſtante lite ſupradicta fuit proteſtatio ab ipſo facta, & ſic fuit interpoſitum aliud decretum huiuſmodi videlicet. Die 5.Iulij 1622. Neap.facto verbo in S.R.C. per Mag. V.I.D. Scipionem Rouitum Reg. Conſ. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod procedatur ad expeditionem cauſæ cum conuentis in præſenti iudicio, verum ſententia proferenda nullo modo afficiat Hoſpitali Diuæ Mariæ Annunciatæ, nec directè, nec indirectè, etiã quoad quale quale præiudicium, hoc ſuum, &c. Scipio Rouitus. penès eoſdem.

Tertius poſſeſſor an teneatur ad intereſſe fructuum, meliorationum, ac penſionum perceptorum, in occurrenti caſu fuerunt allegata ſequentia, quæ duxi eſſe conſideranda formiter vna cum deciſionibus, & ſunt videlicet. Doctor Cęlius Sabinus egit in Magna Curia cõtra Franciſcum Marango aduerſus quem lata ſententia aſſiſtentiæ fuit per Dominum Fuluium Lanarium tũc inter Aduocatos primarium, deindè Regiæ Camerę Sũmarię meritiſſimum Fiſci Patronum, tanquam Iudicẽ electum in Ciuitate pro parte Sereniſſimi Ducis Parmæ, Ciuitatis Altamuræ Principis ob remiſſionem ad eius Curiam petitam, & de partium voluntate electum, qua ſentẽtia prolata pro ſumma duc. 500. vna cum intereſſe liquidãdo tanquam indebitè poſſeſſorẽ territorij in actis deducti, qui quidem V.I.D. Cęlius egit tàm proprio nomine, quàm vti ceſſionarius Franciſci filij viri Lucretiæ Sabinæ cum toto iudicio inchoato, cumque teneri ad fructus naturales perceptos, & probatos à die ſaltim litis conteſtatæ (relicta hic quæſtione illa, ſi mala fides animo retinetur, de qua alibi Deo auſpice latè diſſeremus) ad inſtantiam prædicti cedentis attenta actione hypothecaria conuenti mala fide, & æſtimatione rei hypothecatæ nunc adiudicatæ ipſi V.I.D. remanenti conſequi vltra alios ducatos mille, ac intereſſe, & expenſas ſequentia adamuſſim demonſtrant. Primò, in actione hypothecariaria venire etiam fructus rei hypothecatæ, ſunt tex.aperti in l.ſi fundus, §.in vendicatione, verſ.interdum, l.1. §.cum prædium, l.Paulus, §.1. ff.de pignorib. l.ſi conuenerit 18. §. ſi fundus ff.de pignorat.act. l.3. C.in quib.cauſ. pign.tacit.contr. cum concord. quę vigeat in fructibus, & partu ancillæ, omnibuſque alijs acceſſionibus. Bene verum eſt, cum aliqua diſtinctione, quam poſt Azon.in ſumma C.de pignor. num.15. Bar.in d.§.in vendicatione, num.6. Salyc.in d.§.cum prædium, vbi Bald.& idem in l.cos, num.4.C.de vſur. firmat tamen apertè per omnes caſus pract.Papien.in form. libell.in act.hypoth.glo.ſimul cum fructibus, quæſt.fin. omnes autem concludunt in tribus prædictis, fructus pendente iudicio ſuper re hypothecata perceptos, maximè naturales à tertio poſſeſſore bonæ fidei venire in obligatione, & ad illos teneri actione hypothecaria. Ratio, quia fructus tanquã triennio præſcriptibiles conſumpti à bonæ fidei poſſeſſore non reſtituuntur, d.§.cum prædium, poſt vero iudicium propter malam fidem, ex quo lis inchoata eſt etiam pro fructibus Iudex condemnet, d.§.interdum, ſic deciſum refert Capyc. deciſ.177. num.2. Ratio, quia etiam mutato dominio debitoris fructus naturales immediatè dicũtur orti ex re ipſa obligata, conſequenter comprehenſi in hypothecaria, poſt Bart.in l.fideiuſſor, §.final. ff.de pignorib. latè Neguſ.de pignor. part.1.memb.2.num.27. vbi ſecus eſſe firmat in induſtrialibus, non ita immediatè ex re obligata, ſed facto naſcentibus alterius, ſuper quibus mutato dominio debitoris, creditor nullũ ius habet, de Franch.

Digitized by Google

deciſ.112.nnm.13. allegans Neguſ. d.nnm.27. qui ſe remittit Salyce.. de hoc non loquenti, (vt eſt videre pace tanti viri.) Nec etiam obſtare demonſtrabimus Affl. deciſ.187. in fructibus appretio pendenie, ex quibus grauiſſimis Authoribus quaſi in ore omnium eſt, fructus non deberi à tertio poſſeſſore, ſi vulgus Tacir. præceptum lib.15. annal. ſequitur, non eſſe noſtram temeritatem dignoſcet, dicens; multa experiendo fieri, quæ ſignibus ardua videantur ex infraſcriptis obtinere ſperamus. Secundò, mala fides fit, ex quo lis inchoata eſt, d.§.interdum, & fit per interpellationem (quod breuitatis cauſa omittimus) & ad ſummum litis conteſtationem factam per dictum cedentẽ in anno 1615. & attẽta natura actionis hyporhecariæ, quæ ſtricti iuris eſt, §. præterea, vbi Gloſ. & DD. Inſtit. de actionibus; dantur frnctus poſt litem conteſtatam, l. videamus, §.actionem ff.de vſur. Iaſ.In §.item ſi quis in fraudem, num.33. de act. poſt Gloſ. §. actionum, eodem, vbi Ludou.Gomeſ.num.20. quanquam poſſeſſor bonæ fidei fit malæ, tenetur ad omnes fructus extantes, & vniuerſos percipiendos, Rota Romana deciſ.24. in nouiſſ. Caputaq. deciſ.27.num.5.& 6. part.6. per l.certum, C.de rei vind. quos refert, & ſequitur Sigiſmund.Scacc.de commerc.§.1.queſt.7. part.2. ampliat.19. num.135. Rodriq. de ann. redit.lib.2.q.15.num.72. qui fructus licet non fuiſſent in libello petiti; dummodo ſint poſt litem conteſtationem percepti, Iudicis officio reſtituuntur creditori, d.§.interdum, Abb. poſt Innoc. in cap. grauis, de reſtitnt. ſpoliat. num.19. ſed ante motum iudicium non, quia ad ea Iudicis officium non extenditur, l. ædiles, § item ſciendum ff.de ædil. edict. Tertiò, quia cedens petijt aſſiſtentiam, inſtitit pro rei obligatæ relaxatione cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, vt ex reuolutione cartarum ipſiq; Doctoris Sabini cum toto iudicio inchoato, ſimiliter inſtitit pro fructibus perceptis, percipiendis, & qui percipi, omnibuſq; damnis, & intereſſe, cum bona adiudicata nõ ſufficiant pro credito ipſius V.I.D. Cęlij. Hoc eſt enim quod actori intereſt, & appellatione damnorum, expenſarum, & intereſſe fructus dicuntur expreſſi, maximè non data proportione valoris rei ad debitũ, Cagnol. in l.vnic. C.de ſent.quæ pro eo, quod intereſt, num.23. poſt Alex.Dec.& alios, Mitilian.deciſ.Ian.32. & appellatione intereſſe fructus venire, de Franch.deciſ.254. in fine, & ſi Index poteſt cõdemnare ad rei fructus etiam non petitos, per Innoc.Io.de Vieomerc. Capell.Tholoſ. Guid. Pap.docet Ann.ſingul.275. quanto magis in caſu noſtro vbi ſunt petiti. Ad corroborationem omnium prædictorum, ne deſit particularis deciſio noſtri Sacr. Conſ. in terminis terminantibus ſic fuit deciſum die 16. Maij 1609. in cauſa inter Minichellum Sannitum, & alios appellatos ex vna, & Mag.Fabritium, & ſucceſſiuè Iſabellã della Marra eius vxorẽ, & ceſſionariam ex altera, ſic intitulatur proceſſus, in Banca Cioſſi, ad relationẽ tunc Conſiliarij Fœlicis de Iannario, de quibus attuli exemplã in proceſſu inter me, & dictum Franciſcum Marangum in Magn. Cur. in Banca Leonardi Corcioni, vt eſt videre fol.81. & ſequentibus, vbi videtur, dictum Sannitum reclamaſſe, & iterum per Sacrum Conſilium facta relatione per Conſiliarium D.Aloyſium Xarauà die 5. Octobris 1616. fuit prouiſum decreta lata ad fauorem Iſabellæ della Marra debitæ exequutioni demandentur, omnia ſcitu digna, quia non ſolũ iſte Minichellus Sannitus erat tertius poſſeſſor, verum etiam debitor debitoris, ſuper quo fuit petita aſſiſtentia, & tandem condemnatus ad fructus perceptos poſt litem conteſtatam, conferunt etiã allegata per Annam alleg. 113. vbi deciſum per Sacr.Conſ. quibus ſic ſtantibus, & in iure fundatis Magna Curia ſub die 18. Iunij 1633. decernit, condemnetur Franciſcus Marangus ad fructus poſt litem conteſtatam perceptos liquidandos, referẽte Ioanne Dominico Taſſono Commiſſario, & idem Franciſcus erat ſimiliter hæres quondam Nicolai Autonij ſui patris, cum quo fuit lis conteſtata in anno 1615. vt dictum fuit, compilatoq; proceſſu in cauſa liquidationis, ipſe Cęlius inſtitit etiam pro intereſſe fructuum, quod videbatur nouũ in Regijs Tribunalibus, taliter quod anſam præbuit aliquibus ex Iudicantibus, tamen nos duximus infraſcripta, & caſum deciſum alias per Sacr. Conſ. ſuper quo inſudauimus. Eodem iure, quo Franciſcus Marangus condemnatus eſt ad fructus perceptos a litis cõteſtatæ die teneri ad illorum intereſſe infraſcripta iuris, & facti demonſtrant. Conſtat in facto, Doctorẽ Cęlium Sabinum, ac fratres actores petijſſe condemnari conuentũ ad fructus, eorumq; intereſſe, dato termino probaſſe per teſtes, nedum valorẽ fructuum quotannis naturaliter perceptorum, nulla hominum intercedente induſtria, verum etiã & lucrum ceſſans, & damnum emergens paſſum. In iure fructus fructuum intereſſe de intereſſe, ſiue vſurarnm vſuras, & acceſſionum acceſſiones non deberi ſimpliciter, ſed aliquibus caſibus indubitati iuris eſt, etenim vel debentur fructus vt ſors, vel vt intereſſe, mox patebunt. Si vt ſors, vel quia ex fructibus principaliter debitis, iure actionis, aut ex contractu, & tunc non ambigitur, quod maturati quotannis alios fructus pariant, & intereſſe præter morã ſingulis annis in tẽpore præfixo contractam, quemadmodum in annuis introitibus, cenſibus emphyteuticis, penſionibus, & alijs ex conuentione contractibus principaliter debitis, Reg Ronit. pragmat.1.de cenſ. num.39. Vrſill.ad Afflict.deciſ.291.nu.6. Ann.conſ.48. de Franch.deciſ.254. vel quia reſpectu petitoris prædictũ intereſſe, ſiue fructus iudicantur veluti ſors, vt in fideiuſſore, Innoc. in cap.1. num.2.de vſur. & in cap.2.de fideiuſſ. Bart.& Salyc.in l.2.C.de vſur. l.ſocium, qui ff.pro ſoc. l.idemque, §.1.verſ.denique ff.mand. in colono l.ſi fundus, quẽ ff.locati, ac contra emptorem non exhibentem, l.cum autem, §.cum readhiberetur, vbi gl. verb. præſtet ff.de ædilit. edict. in ſeruitute pro domino prædij, l. loci

corpus,

corpus, §.in conſeſſoria ff.de ſeruit. in vſufructuario, l.vſufrui, §.1.verſ.in his ff.ſi vſusfruct. petat.& ſimilibus,& tunc alij fructus,& aliud intereſſe debentur,quã illud,quod petitur ex iuribus prædictis,vbi communiter Doctores. In caſu noſtro conuentus cõdemnatus eſt ad fructus,iuxta ſuperius allegata, & deciſ. Sacr. Conſ. allatam, quæ ius facit in Regno, tum quia in hypothecaria actione poſt litem conteſtatam veniunt, l.grege, l.Paulus, §.ſi mancipia, l.ſi fundus, §.interdum ff.de pignor. l.2. vbi DD. C.in quib.cauſ.pign.tacit.contrah.& l.licet, §. interdum, ibi, iubeat Iudicis officio conſuli creditori in fructibus præter moram ex lite conteſtata contractam à poſſeſſore, idem iudicium etir de illorum intereſſe, quia in hoc diſtinguũtur ab actione bonæ fidei, ex qua à tempore moræ veniũt fructus, omneſq; acceſſiones, l.mora, §.bonæ fidei ff.de vſur.& Iudicis officium deſeruiens actioni bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris mercennarium eſt, & regulatur ſecundum ipſam actionem, modo vt poſt litem conteſtatam extendatur ad omnia tàm ad fructus, quàm ad omnes acceſſiones, & intereſſe illorum, Gloſ. in l.ædiles 25. §.autem, & §. cum rediretur ff. eodem, vbi verbo præſtet dicit,fructus fructuũ deberi. Secundò, quia intereſſe debitum,vt ſors aliud intereſſe producit, Cagnol. in l.1. num.46. C.de ſent.quæ pro eo,quod inter. Bologn. conſ.13. num.55.& 88. nec ambigitur, quia ſunt text. aperti ſupra relati, nedum ex actione hypothecaria, ſub qua veniunt, vt diximus,verum etiã,quia actores Sabini adhuc remanent conſequi de eorum crediro pluſquã ducatos mille,& in hoc iura prædicta,& Iudicis officium conſulunt creditori. Imò ratione dominij ex vi conſtituti, & præcarij in ipſos Sabinos tranſlati, licet remanſerit poſſeſſio penès debitorem, argumento l.penult.§.fin. ff.ſi vſusfr. petat. adeo vt comperat remedium vnde vi propter ciuilem poſſeſſionẽ, Afflict.deciſ.199. num.91.in quo veniunt fructus cum re principali,& fine, l.idem,§.fin.ff.de vi,& vi armat. l.3.§.rectiſſimè ff.eodem,Innoc.in cap.grauis, de reſtitur. ſpoliat. Ex parte conuenti, quia non poteſt dici pro intereſſe deberi, nam ad id tertius poſſeſſor nullo iure tenetur, dum ſecum nullum eſt debitum contractum, ſed dumtaxat ad fructus propter eius moram in reſtituendo rem,vt in iuribus prædictis,& in l.cum quidam,§.ſi pupillo ff.de vſur. l.2. C.de fruct. & lit. expenſ. l.lite conteſtata ff.de vſur. Tertiò, ſi fructus ſunt debiti, vt intereſſe, aut ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis eſt,& vtrumque ab actoribus paſſum,intereſſe aliud producit, quia ratione lucri ceſſantia in d.l.ſocium præter capitale ſocietatis, & lucrum ex eodem prouentum venit eidem lucri intereſſe, & ita vidiſſe ſeruati Bolognet. d. conſ.13. & Cagnol.in d.l.1.num.46.Mediolani, & in Regno vtriuſque Siciliæ, Molfeſ. in ſumma tract. cap.5.num.203.& cap.23.nu.25. Ratione emergentis damni, minorem recipit difficultatem, quia pro quatenus paſſum eſt, reficiendum eſt,vt indiſtinctè debetur ſecluſa omni probatione requiſita in lucro ceſſante. vtrum ſcilicet actores ſint ſoliti negotiari, Gloſ.in l.2. §.fin. ff.de eo, quod cert.loc. Alex. conſil.31.col.3.vol.6.Maſtrill.deciſ.45. Quartò, quia diſpar ratio eſt damni emergentis, quam ceſſantis lucri, l.quæ autem,in princ.ff. quæ in fraud. credit. Dec.in regula non fraudantur creditores ff. de regul.iur. ſtãtibus autem probationibus dum conſtat, nedum ratione lucri non habiti,ſed etiam cauſa damni paſſi reficiendum eſſe actoribus de fructuum intereſſe,imò conſulendum eſt, iuxta notata in l. ſi commiſſa ff. rem ratam haberi, quia ſi conteſtationis tempore litis fundus actoribus Sabini reſtiturus eſſet, & lucrum habuiſſent, vt damnũ paſſi ſunt, ita teſtantur Mayner.in l.quatenus ff.de reg.iur. Barboſ.in l.vn. nu.48. ff.ſolut.matrim. gloſ.d.l.ædiles, §.cæterum, in verbo,cum autem,tanto magis quia hæc poſt litem conteſtatam cauſata ſunt,ad quæ omnia Iudicis officio poteſtas dilatatur,ex gloſ.alleg. Abb.d.cap.grauis, Boer.deciſ.18.num.3. Conſ. de Georg.alleg.1.num.26.& ſeqq. & per multas leges more ſuo probat Garſ.de expenſ.& melior. cap. 23. à numer. 47. citato Vlpiano, Paulo,Sabino, Caſſio, Caio, Accurſio, Bart. Imol.Paul.Alexand.Iaſ.& apud Hiſpanos eſſe l.40.tit.28.par.3. alijs innumerabilibus relictis eſt etiam videndus Menoch. de arbitr. lib. 2. centur.2.caſu 179.per tot. in materia intereſſe de intereſſe fructus fructuum, partus partuũ, acceſſiones acceſſionum, Rodriq. de ann. redit.lib.3.cap.7.à nu.94. cum ſeqq. & alibi paſſim. Remanet vt reſponſum demus ad partis obiectionem, ſi reſponſionem mereatur,dum Franciſcus Marangus fuit condemnatus per Magn.Cur.ad fructus liquidandos poſt litem conteſtatam perceptos,ergo ſumus in illiquidis,in quibus non cadit mora per vulgatã iuris regulam, nõ poteſt videri improbus qui ignorat,quantum ſoluere debet, ff.de reg.iur. & quod in illiquidis, ſeù liquidandis non cadit mora, Dec.& Cagnol. omittendo hanc regulam limitant procedere,quando conuentus litigãdi iuſtam cauſam haberet,vel quando non aliter interpellatus fuit pro re reſtituenda, ſiue quando ex iuſta cauſa differt ſolutionem,quibus ſecluſis regula limitatur ex d.Dec.in reg.qui ſine dolo,eod.tit.& in l.nulla,intelligitur hoc terminis habilibus,vel ſaltem ſi adeſt oblatio fundi, iuxta ea, quæ docet Capyc. deciſ.19. num.1.2. & 3. quod ſaltẽ oblatus eſſet fundus. Ergo per interpellationem,& conteſtationem litis per non iuſtam litigandi cauſam animum protelandæ ſolutionis per non oblationem, & quia nulla exceptio allegata eſt, fecit moram conuentus,& litigare maluit,quam reſtituere rem,omneſq; fructus, omneque intereſſe, ex l. ſciendum, & l.ſi quis ſolutioni ff.de vſur. l.nemo 82. §.1. ff.de verb.oblig. & multa alia per Dec. & Cagnol. vbi ſupra. Altera eſt ratio ex Vrſill. ad Afflict.deciſ.205.quia debitor non erat omnino illiquidus, dum ſaltem ratione fundi erat certus debitor, & ſic limitantur regulæ prædictæ in odium moroſi, quando quod certè

Digitized by Google

debebat, non obtulit. Quibus ſic coacervatis ne deſit in terminis terminantibus particularis deciſio Sacr. Conſ. de qua eſt allatũ exemplum in præſenti cauſa, in cauſa Vincentij, & Fabij Lembi cum hæredibus quondam Mathos Taſuri, in Banca de Ferrarijs, nũc de Spera, ad relationem Reg. Conſ. Didaci Salinas ſub die 16. Maij 1623. his verbis: Per Sacrum Conſilium declaratum eſt, deberi intereſſe fructuum, ſiuè penſionum vſque ad tempus exequutionis ſentẽtiæ, & ſimiliter deberi intereſſe meliorationum vſque ad idem tempus, & ita eſſe conficiendũ calculum, & exequendum, hoc ſuum, &c. penès Secretarium, ſimiliter confirmatum in cauſa reclamationis ad relationem Reg. Conſ. D. Gregorij de Angulo ſub die 9. Octobris 1623. & ſic ſequutũ per Magn. Cur. in præſenti cauſa die 13. Februarij 1634. ad relationem Domini mei Alexandri Rouiti Iudicis doctiſſimi, oculatiſſimi, & integertimi, de quo ſufficit, vt dicamus:

O di gran genitor maggior figliolo.

Proceſſus eſt in ſupradicta Banca Leonardi Corcioni, nunc Antonij de Rugerio, vbi ſunt producta dicta exempla Sacr. Conſ. ſequuta per Magn. Cur. vt ſupra tàm in fructibus, quã in intereſſe fructuum in dicto proceſſu intitulato pro V.I.D. Cęlio, & fratribus Sabini cũ Franciſco Marango. Hæc calamo currenti, & in meliorem redigendo formã (Deo Duce) in meis tractatibus citius typis edendis, ſed quia Magiſter meus, & Dominus Io. Baptiſta de Thoro inter I. C. conſultiſſimus, iubendi poteſtatem habens præcepit, ſic me obſeruare permittit illud Venuſini de nono anno. Cætera ipſemet ſupplear, &c. Cęlius Sabinus.

Teſtamentum in quo fuit conſanguineus hæres inſtitutus auia materna prætenta an ſubſtineatur, & quid vigore clauſulæ codicillaris, deciſio patet ſupra verbo clauſula.

Teſtamentum repertum in filza Notarij mortui extra prothocollum ſine eius ſubſcriptione, & ſigno, in quo reperitur fideicommiſſum inſtitutum fuiſſe, an pro illius validitate ſit ſufficiens, & quid ſtante conſuetudine loci, vt nõ ſit neceſſaria ſignum, & ſubſcriptio ex aliorũ conſimilium teſtamentorum, imò in alijs ſcripturis de eodem fideicommiſſo enunciatum, & alias præſentatum dictum teſtamentum in iudicio, ob quod acceptari videatur, de eodẽmet articulo inter cætera contingit dubitari in facto prænarrato in verbo transferſales inter illos de Sieri, & pro eius inualiditate dicebatur deficere in ſubſtãtialibus, ita quod nec in formam publicam redigi potuiſſet, vt fidem faceret in iudicio, iuxta formam Conſtitutionis, Inſtrumentorum robur, etenim ſubſcriptio, & ſignum Notarij, vti neceſſariæ ſolemnitates ſubſtantiales erant adhibendæ, teſtantur Bart. in l. ſi quis ex argentarijs, §. initium, num. 22. ff. de edend. vbi omnes, ante eos Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. breuiter, nu. 15. Bald. in l. Lucius, num. 3. ff. de teſtam. mil. & in l. contractus. nu. 12. de fide inſtrum. poſt Gloſ. in §. ſed etſi inſtrumenta, Auth. de inſt. fide, & caut. verbo adijciatur, & verbo oportet, per text. in l. vnic. C. de aſſeſſ. Caſtr. in l. hac conſultiſſima, num. 5. C. de teſtament. Anchar. in conſ. 432. in princ. Couar. pract. quæſt. cap. 20. num. 5. verſ. ſeptimo, Böer. deciſ. 37. num. 10. & deciſ. 252. nu. 8. & potiſſimum in Regno, nam per diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis neceſſaria erit ſubſcriptio Iudicis, & Notarij, poſt Lucam de Penn. in l. 2. C. de conuen. fiſc. debit. lib. 10. verb. ſubnotauit, Afflict. in Conſt. Baiulos omnes, num. 23. & in terminis deciſũ ita refert Grammat. deciſ. 106. nu. 27. vbi Addentes extendunt etiam ad teſtamenta procedere, in quibus maior ſollemnitas deſideratur ob faciliorem falſitatis ſuſpitionem, & maximè ob defectum rogitus teſtium, & Notarij, quod eſt de ſubſtantia, §. nos autem, Authent. de Tabell. cap. cum P. Tabellio, de fide inſtrum. l. hæredes palam, §. in teſtamentis ff. de teſt. nec proinde præſumitur, Innocent. in d. cap. cum P. Tabellio, Specul. vbi Io. Andr. in d. §. breuiter, verſ. & notat, Alex. conſ. 153. volum. 2. num. 17. niſi euidenter appareat fuiſſe rogatos, Kirou. inter commun. opin. centur. 3. conclus. 55. latè Maſcard. de probat. concluſ. 4. num. 21. & ſeqq. adeo quod cum tale teſtamentum non aliter repertum ſit in prothocollo, ſed extra illud in quadam filza abſq; ſigno, & ſubſcriptione, citra dubium nullam fidem facere, expreſsè conſuluit Alex. d. conſil. 153. videtur, num. 11. verſ. & maximè vol. 2. docent Bald. & Angel. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium ff. de edend. Imol. in l. ſciendum, vlt. col. ff. de verb. obligat. quos ſequitur Afflict. in d. Conſtit. Baiulos omnes, num. 28. in fine. Ijs enim ex aduerſo replicabatur extare conſuetudinem Gaetæ antiquorum Notariorum, imò etiam Neap. probatam per fides Notariorum vtriuſque loci concipiendi teſtamenta huiuſmodi, quinimò conſuetudo in ijs caſibus attendi debet, iuxta Gloſ. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium, ſequitur Cyn. in l. contractus, C. de fide inſtrum. Pat. de Puteo in tract. de reaſſumpt. inſt. rubr. 20. nu. 21. Maran. conſ. 99. premitto, nu. 25. Ant. Piagg. in tract. de conſuetud. quæſt. 11. num. 307. & in puncto quoad inſtrumentum in faſciculis vt plenè probet, teſtatur Ioan. Paul. Galier. in praxi crimin. inſtrum. part. 1. rubr. vel reaſſumptum, num. 18. vbi poſt Frecc. ita deciſum referi in cauſa Io. Aloyſij Mormilis per Sacrum Conſilium, ita nil refragante pragmat. 1. de Notarijs, quia antiquitus non erat vſu recepta, reſte Præſ. de Franch. deciſ. 567. ad finem, ac inſuper reſpectu defectus ſigni, & ſubſcriptionis, ſtante allegata conſuetudine, quod Notarij non ſolent ſignare, & ſubſcribere abſque dubio fidem facere, reſoluit Maſcard. d. concl. 4. num. 20. & concl. 1249. nu. 20. quem ſequitur Honthen. de arte Notar. lib. 3. cap. 6. num. 18. & ante eos Petr. Vnzul. eodem tract. part. 3. num. 57. quibus accedit Cald. in tract. de empt. cap. 4. num. 6. aſſerens, ſignum, & ſubſcriptionem non eſſe de ſubſtantia, comprobatur etiã ex breuiatura Notarij mortui abſq; ſigno, & ſubſcriptione, vt etiam fidem faciat, & de ea inſtrumentũ leuari poſſet, dummodo

ſcri-

Digitized by Google

ſcriptũ ſit de manu ipſius Notarij, quia mors ipſius vim habet ſigni, & ſubſcriptionis, vt dicunt Alexan.conſ.14.lib.6.Curt.iun.conſ.162. Andr.Gayll.lib.2.obſeruat.43.num.3.& 8.Maſcard. d.concl.4.num.17.& concl.1249.nu.17. Honthem.loco allegato, nu.16. Nicol.Genua in tract.de priuat.ſcript.lib.1.concl.30. nu.84. nec proinde deciſ.Gramm.106. ac altera Præſ. de Franch.567.quas probat Menoch.de arbit. caſu 185. nu.31. obſtare videantur, ex quo loquuntur de ſcriptura non habente requiſita ſubſtantialia, & perfectionem actus, nec habita à Notario, vt de prothocollo habita. Accedat etiam prædictis veritas teſtamenti prædicti confeſſata à filijs, & hæredibus ipſius Thomæ, ac ab alijs ſucceſſoribus, imò à conuentis, quæ ad præſens oppugnant, dum Gurtellus vnus ex filijs teſtatoris in anno 1526. renunciauerat in beneficium fratrum legatum certæ vineæ contentum in dicto teſtamento, ſimiliter Benedictus, & Io.Bernardus filij eiuſdem Thomæ in anno 1547.adimpleuerunt legatum ducatorum bis centum contentum in eodem teſtamento, facientes adnotate in margine adimplementum, præterea Vincentius de Siero filius dicti Benedicti in ſuo teſtamento condito in anno 1594.die 21. Decembris nedum renunciauit teſtamentum prædictum, ac fideicommiſſum ſui aui, ſed illudmet augendo vinculauit augmentum, & in alio inſtrumẽto dictus Vincentius, & Marcus de Siero de nouo enuncianerunt dictum fideicommiſſum, & vincularunt meliotamẽta, ſicque ex obſeruantia ſubſequuta probari teſtamentum dixerũt Iaſ. conſ.161.lib.1. Crauett.conſ.101.num.4. Simon de Pręt. conſ.10. num.4. Viuius deciſ.484.nu.8. Anna conſ.93. num.23.Conſ.de Bottis in Addit. ad d.Conſt. Inſtrumentorum, verſ.nota quod ſi producatur, Ioſeph. Ludou.in ſuis concluſ. tit.de conſuet.concluſ.1.nu.117.Monald.conſ.61.nu.22. & conſ.63.num.6. lib.1. & denique dum conuentæ præſentauerint illud idem teſtamentũ, confirendo etiã fideicommiſſum penès acta cauſæ inſtitutæ in S.C. inter ipſas, & Benedictum Siero iuniorem, ſubſequitur quod producens, & vtens ſcriptura in iudicio, illam nõ poterit amplius reprobare, l.Pomponius ff.de negot.geſt.l.huiuſmodi, §.Stichum ff.de leg.1. Gloſ.in d.l.Pomponius, verſ.ſemel, Dec.conſ. 475. num.28. Viuius deciſ. 270. num.1. Surd. conſ.18. num.2. Honded.conſ.89.nu.30.lib.2. quamuis producta eſſet cum proteſtatione in parte, & partibus, ac ſi, & in quantum, vt tradunt Roman. conſ.433.num.11.Trigona ſingul.116.Caſſan.conſ.30.num.95.Crauett.conſil.73. num.8. & tanto magis cum in eadem cauſa fuerit iudicatum per S. C. iuxta tenorẽ dicti teſtamẽti producti. Reſpondebatur ex parte conuentarum, alia fuiſſe teſtamenta antiqua producta, confecta in eadem Ciuitate cum ſubſcriptione, & ſigno, ac etiã fides nonnullorum Tabellionum eiuſdem Ciuitatis atteſtantium, conſimilia teſtamenta nuncupatiuè à Notarijs ſubſcribi, & ſignari, & in prothocollis apponi, ex quibus videbatur contrarium probatum, quo fit, ex actis difformibus conſuetudinẽ nullatenus probari, ad text. in l.ſemper in ſtipulationibus in fin.ff.de reg. iur. vbi Bart.num.3.& in l.ſolent, §.non vero, nu.4. ff.de offic.Proconſ. Crauett.conſ.96.n.5. & conſ.313.nu.4.Menoch.lib.3.præſumpt.31. nu. 8. & ſic ſtante fide in contrarium producta, ſtandum erit diſpoſitioni iuris cõmunis, vt idem Bart.in l.2.nu.22. ff.ſolut.matrim. notat, ſequitur Alex.conſ.5.num.7. & conſ.127. in fin. vol.5. Dec. conſ.1. num.4. & conſ.215. nu.2. Roland.conſ.87.nu 54.lib.2.& conſ.13. num.19. lib.4. Decian.conſ.51. num.77. lib.2. & conſ.97.num.17.lib.5.Maſcard.d.concluſ.4. num.20. quo nam iure, & pariter Regni certum eſt, eſſe neceſſariam ſubſcriptionem, & ſignũ Notarij, & quod apponatur in prothocollis, quod etiam notat Angel. in l.Tabularium, §.1.ff.quemadm.teſtam.aper.& talis cõſuetudo non excuſaret, quoniam ipſi Notarij conſuetudinem inducere non poſſunt, Abb. conſ.53.lib.2.Galter.vbi ſup.num.17.cum notatis per Maſcard. concl.1249. num.26. & 30. Minimè obſtare videntur inſtrumenta præſentata, & primo inſtrumentum renunciationis factæ per Gurtellũm de legato ei relicto in eodem teſtamẽto poſito, cum eodem laboret morbo, ſicque allud inſtrumentum productum, ſimiliter teſtamentum Vincentij de Siero aſſerẽtis, adeſſe fideicommiſſum prædictũ, cum ſit quædam enunciatiua, & non ſcriptura antiqua, ideo non probat, ad text. in Auth. ſi quis in aliquo, C.de edend.vbi Bald.num.2. & cæteri, & poſtremo confeſſio Marci de Siero aui in inſtrumento cum dicto Vincentio celebrato, cum fuerit relatiua ad aliud, & ob id ſi vellet ſtari teſtamẽto vti relato, tunc certum eſt, cum ſit nullius roboris, nullam fidem meretur, & cum illud non prodeſt, neque confeſſio prodeſſet, Roman.conſ.294.num.2. Roland.conſ.8.nu.20.lib.3. Pariſ.conſ.7.nu.4. lib.3.Bald.in l.2.num.2.C.de error.Aduoc. Felin. in cap.ex parte, num.13. de reſcript. Creſcent.deciſ.8.num.5.de præbend. & tanto minus hæredibus præiudicare debet, Afflict.deciſ.235.num.5.aut inſtrumento referenti ſtari vellet, & tunc in omnibus, & per omnia ſtari debet, nam relatum eſt in referente cum omnibus eius qualitatibus. Poſtremo non obſtat præſentatio teſtamenti à conuentis, licet in alio iudicio, quoniã dictum Gloſ.& aliorũ in d.l.Pomponius admitteretur, nam procedit quando id, quod producitur, & confitetur, eſſet validum, & ſollemne, alias approbatio nõ noceret, quia cẽſetur facta approbatio ſub illa conditione, ſi valeret, & eſſet ſollemne, vt notat idem Dec.d.conſ.475.num.28. quocirca niſi teſtamentum eſſet ſollemne, non ſufficit, quod confiteretur teſtamentum, aut fideicommiſſum, Abb.in cap.cũ venerabilis, de except. vbi Imol.in fine, Felin.& Bart.in l.1. §.ſi quis ita ff. de verb. oblig. & in l. poſt legatum, in princ. verſ.item cõtra ff.de ijs, quib.vt indign. optimè Ludouiſ.deciſ.Roman.432.num.4.vbi Beltram.in addit. & deciſ.238.num.15. verſic. prædicta concluſio, eo impenſius dum fuerat

facta preſentatio à Procuratore ipſarum conuentarum, quibus nullum poterat præiudiciũ afferre, Dec. conſ. 146. num. 15. latè Maſcard. concluſ. 348 num. 20. & 21. Reſtat denique reſpondere ad illud, quod ex aduerſo fuit cõcluſum, nempè quod non obſtante defectu ſigni, & ſubſcriptionis Notarij, nam per prothocollum, & mortem Notarij ſupplebitur, Andr. Gayll. lib. 2. obſeru. 43. num. 3. Menoch. de arbitr. iud. caſu 187. nu. 18. Maſcard. d. concluſ. 1249. num. 17. in quo caſu loquitur Bald. in l. fideicommiſſa, §. 1. de legat. 3. & ſequitur Alex. conſ. 14. num. 9. vol. 6. vltra Afflict. in d. Conſt. Baiulos, & in hoc caſu quando abbreuiatura eſſet reperta in prothocollo abſque ſigno, & ſubſcriptione Notarij mortui, loquitur Maſcard. d. concl. 4. num. 10. & concl. 1249. num. 17. non autem quando non eſſet reperta in prothocollo, & ſigno, & ſubſcriptione careret, vt in caſu præmiſſo, tunc enim per mortem Notarij ſubſtantialia non ſupplerentur, nec fidẽ faceret, idẽ Maſcard. d. concl. 4. nu. 20. & clarius concl. 1249. n. 17. & 26. melius n. 33. quinimò deciſ. Sacr. Conſil. relata per Gaiter. vbi ſup. loquitur, quando instrumentum eſſet repertum in filſa, & haberet omnia requiſita ad perfectionem ipſius, & præſertim ſignum, & ſubſcriptio, vt aduertit ibidem Gait. num. 11. Facta inde relatione in Sacr. Conſil. per Octauium de Piccolellis die 14. Maij 1630. iunctis Aulis, fuit per Sacrum Conſiliũ deciſum, domum in actis deductã ſpectauiſſe, & ſpectare ad actores, & condemnãdas eſſe conuentas ad relaxandum in cauſa Liuiæ, & Victoriæ de Siero cum Vincentio, & Andriano de Siero de Gaeta, in Banca Carboni, ſicuti ſupra in verbo fideicommiſſum dictum eſt, & hoc inter cęteras difficultates ex proceſſu reſultantes competitur, tacitè fuiſſe dictum teſtamentum validum declaratum.

Teſtamentum factũ à filio, ſiue filia, graui morbo, vel infirmitate detento, ſeù detenta præcedente emancipatione patris, an ſuccedente obitu valeat, deciſio relata fuit ſupra eodem verbo emancipatio.

Teſtamentum confectum à Notario vaſallo an valeat ſtante Cap. Regni Ladiſlaus, quo cauetur, vt vaſalli Notarij contractus Dominorũ nequeant celebrare, licet fuiſſet deciſum per Sacrum Conſilium valere in cauſa Mutij, & fratrum de Caſtellis, vt dixi in 2. part. comp. verbo teſtamentum, & pendere de hoc reclamationẽ, fuit inde die 25. Octobris 1628. contrarium determinatum, ſcilicet non valere, ſed cum maxima altercatione votantium, vt teſtatur etiam Iudex Taſſon. in eius tomo obſeru. iuriſd. ſuper pragmat. de anteſato, verſ. 9. obſeru. 3. num. 29.

Teſtamentum ad pias cauſas fieri an poſſit per Notarium vaſallum ad inſtantiam eius domini, inter cætera de hoc fuit diſceptatum in R.C.S. in cauſa Ducis Neritonis, & deciſum fuit affirmatiuè, vt retuli ſupra in verb. legatum, ad quod conuenit quod tradit Afflict. in Conſtit. Inſtrumentorum robur, nu. 22. & ſeq. quod Notarius Apoſtolicus in Regno non poteſt inſtrumenta, & contractus celebrare, prout ita deciſum per Sacr. Conſ. retulit, nihilominus teſtamenta præſertim ad pias cauſas cum interuentu teſtium conficere non vetatur, imò etiam teſtamenta eorum dominorũ conficere, deciſum eſt vt ſupra eodem verbo teſtamentum.

Teſtamentum nuncupatiuum conditum coram pluribus teſtibus per aliquem moribundum, an poſſit præuia informatione in ſcriptis in publicam formam redigi, prout accidit in teſtamento nuncupatiuo condito per Guidonẽ Ferramoſca Comitem Mignani teſtantẽ nuncupatiuè coram treſdecim teſtibus, relinquẽdo eius vxorem Iſabellam Caſtriotam vſufructuariam, Portiam Ferramoſca eius ſororem, & Antonium Baraptutium poſt obitum Comitiſſæ hæredes vniuerſales, ac alia legata diuerſis perſonis de anno 1531. de mẽſe Septẽbris, quo mortuo ipſe Antonius comparuit in Mag. Cur. petendo, de dicto teſtamento informationem capi, & teſtes ad id rogatos examinari, ac ſuper eius tenore interponi decretum in ſcriptis, & in formã publicam ad perpetuam veritatis memoriam redigi, & ſic inſtructo proceſſu fuit per M.C.V. die 16. Martij 1532. interpoſitum decretum, de quo non ſolum Actorum Magiſter, ſed Notarius publicum confecerunt inſtrumentum, & introducta poſtmodum cauſa in R.C.S. inter cætera fuit de tali teſtamento cõtrouerſum ex duobus. Primo, quia in illo deficiebant ſubſtantialia informationis, cum in eius tranſumpto non aſſerebantur nomina; & cognomina teſtium, nec circa locum, & tempus eorum depoſitionum, nec cauſam ſcientiæ redditã per quemlibet teſtem, quæ omnia erant enumeranda, iuxta formam traditam per DD. in l. publicari, C. de teſtam. & ſignanter Salyc. nu. 4. Bart. in l. 1. in princ. §. etſi dubitetur ff. quemadm. teſtam. aper. Secundò dicebatur, nullã fidem eſſe adhibendam dicto trãſumpto, niſi inſpecto originale, eo quod imaginem falſitatis habere pręſumebatur, quo nam caſu originale erat exhibendum, l. fin. C. de fide inſtr. vbi Bald. Specul. in tit. de inſtr. edit. Iaſ. in terminis in d. l. publicari, ſub num. 6. vel ſaltim oſtendi originalis informatio capta. Ex aduerſo replicabatur, iam fuiſſe ſeruatam formã d. l. publicari, præſertim illam relatam à Iaſon. d. l. publicari, num. 4. in medio, & vltra eum ſingulariter Craſſ. de ſucceſſ. tom. 1. §. teſtamẽtum, quæſt. 61. hanc punctualem formam tradit publicandi teſtamentum nuncupatiuum coram teſtibus ſine ſcriptura, nam poſtea poteſt redigi in ſcripturam ad perpetuã rei memoriam, quę peti debet coram Iudice ordinario loci, & quod debẽt citari omnes, quorum intereſt principaliter, prout ita fuit exequutum, & obſeruatum in caſu prædicto, vbi in fine attingit id, quod ex aduerſo dicebatur, ſi teſtamentum publicatum faciat fidem abſque productione originalis ſcripturæ, dato, quod non probetur deperditum originale, & reſpõdet affirmatiuè, ex Bald. in dict. l. publicari, vbi Alex. de communi atteſtans num. 6. vltra

quod

Digitized by Google

quod ipſa Portia ſoror eo teſtamento tàm in Sacro Conſilio, quam in alijs Tribunalibus vſa fuerat pluries, & proindè in fauorē illius fuit per R.C.S. determinatum, vt dixi ſupra eod. verb. ceſſio ex voto manuſcripto per Regent. Salernitanum.

Teſtamentum conditum ab vxore in beneficiū eius viri in loco vbi vir præerat, & nullus aderat conſanguineus vxoris, an iure ſubſiſtet, deciſum fuit per Sacr. Conſ. in cauſa Ferdinandi Spaſiani, & in cauſa Pilellæ cum Magnif. de Ceraſo, & in cauſa Alexādri de Scorpionibus cum eius cognato, referente D. de Haro contra maritum, vt teſtamentum non valeat, ita refertur in alleg. diuerſ. 29. num. 38. poſt deciſ. Reg. Salern.

Teſtamentum factum per vxorem in beneficiū viri metū incutientis ex multis inditijs, ac coniecturis probatum an valeat, deciſum fuit negatiuè per Sacr. Conſ. die 18. Aprilis 1580. in cauſa illorū de Curte, ita refertur in alleg. 29. diuerſ. poſt deciſ. Regent. Salern.

Teſtamentum oretenus conditū à moribundo hærede, inſtituendo hæredē Hoſpitale, eique etiā legando ducat. 300. ſingularibus teſtibus probatū, an iure ſubſiſtet, vt Hoſpitale admittatur, vel is, qui ab inteſtato ſuccedere vellet, prout accidit diſcuti in M.C.V. in cauſa Hoſpitalis S. Mariæ Pacis huius Ciuitatis Neap. cum Thoma Marino de Sueſſa, & vt factum innoteſcat, præſupponebatur, quod dum Scipio Ferrantius infirmus reperiretur in quodā Hoſpitio, dixerat, quod de ſuis bonis legauerat dictos duc. 300. eidem Hoſpitali, alios ducat. 300. S. Mariæ de Carmelo, & reliquū bonorum fieret Conſeruatorium pro meretricibus, quæ vellent ingredi, & inde circa duas horas noctis dum eſſet interrogatus à Notario, & ab alijs, quem hæredem inſtitueret, reſpondit hæredē reliquiſſe vbi repetiebatur, & ſubiunxit, hæredem reliquiſſe *la Pace*, ex cuius parte fuit inſtatum, vt declararetur hæres ipſius ex teſtamento cum beneficio legis, & inuentarij vltra legatum duc. 300. & dum eſſet prouiſum per dictā Magn. Cur. quod citatis agnatis, & cognatis prouidebitur, comparoit dictus Thomas conſobrinus petendo ad ſe ſpectare dictam hæreditatem, & ſucceſſiuè declarari hæredem ab inteſtato vti proximiorē, nulla habita ratione de dicto teſtamento ſic nolliter coodito, & licet ex parte dicti Hoſpitalis fuiſſet illud probatum per tres teſtes, quorum primus erat domina hoſpitij, & deponebat de primo actu legatorum prædictorum, alter teſtis famulus hoſpitij depoſuit, quod in hora vigeſimatertia poſt confeſſionē dixerat Scipioni Confeſſarius ſi volebat dicere id, quod ei dixerat, & Scipio iuſſit, vt diceret, & dixit, quod ipſe Scipio dixerat, quod reliquerat de ſuis bonis ducat. 300. alter teſtis muliercula depoſuit, eadem hora interfuiſſe, quando ipſe legauerat dictos ducat. 300. ſicuti etiam dixerat Confeſſor, hæc quoad primum actum, ſed replicabatur, nullam rationem habendam eſſe de ipſorum teſtimonio. Primò, quia ſunt perſonæ viles, hoc eſt duo mulieres in

hoſpitalariæ, & famulos, quibus in ijs non datur fides. Secundò, quia depoſuēt de actibus ſingularibus diuerſo tempore. Tertiò, quia vnus ipſorum dixerat, quod in ſecunda hora noctis venerat Notarius, quia volebat facere teſtamentum, & ſic non aderat factum, vndè ſuccedit defectus voluntatis, & in eo non fuit inſtitutum dictū Hoſpitale, & eo fortius non valeret, quoniam ob talē defectum nullus fauor piæ cauſæ attenderetur, Ripa in tract. de actis in mortis articulo, cap. 61. nu. 28. de communi teſtatur, ſicque dum teſtes non fuerant coadunati vno, eodemq; tēpore in præſentia teſtatoris, vt eſſe debent, qood de iure diſpoſitum eſt in l. ſi non, vbi Gloſ. in verbo in conſpectu, & in l. hac conſultiſſima, §. pro numi patronis, ibi ſimul vno, eodemque tempore, C. de teſtament. ibique DD. ad quod optimè Spino in ſpecul. teſtament. in gloſ. 31. nu. 23. dixit, quod ſi aliqui teſtes deponerent de certa parte teſtamenti, alij autem de alia, talis diuiſio depoſitionis facit, vt teſtamentum irritetur, & nullum ſit, cum alijs adductis per Polydor. Rip. in tract. de actis in mortis articulo, cap. 61. num. 2. Quantum verò pertinet ad ſecundum actum geſtum hora ſecoada noctis, dum teſtator ipſe dixerat, hæredem inſtituere dictū Hoſpitale Pacis, quod ipſe probare audet per vnios fœminæ teſtimoniū, ac aliorum trium, pariter replicabatur, apparere defectum voluntatis, eo quod teſtator in recto ſenſu non exiſtebat, & delirio affectus erat, nam eatenus teſtamentum ad interrogationē alterius factū à moribundo valeret, quatenus ipſe eſſet ſanę mentis, & articulatè loqueretur, Ripa d. cap. 61. nu. 49. vbi alios congerit, cæterum vbi hoc deficeret, ſecus eſſet, nam teſtari prohiberetur moribundus, ſi articulatè nō loqueretur, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 6. num. 2. vbi nu. 9. ſubdit, quod moribundus qui ad interrogationes alterius reſpondet, ſic non videtur deliberatè reſpondere, imò nec articulatè, quod Primò oſtendebatur ex modo loquēdi, dum interrogaretur, quem hæredem inſtitueret, reſpondit *donc io me trouo*. Secundò ex depoſitionibus duorū teſtium diuerſimodè deponentium, nam hoſpitalaria dixerat, quod eadem hora interrogatus à Notario, & ab alijs, quem hæredem inſtituebat, reſpondit *doue me trouo*, & iterum interrogatus à Notario, quia benè non reſpondebat, reſpōdit, relinqoo hæredē *la Pace*, alter teſtis depoſuit, quod ipſum interrogauerat Frater Gabriel dicti Hoſpitalis, vbi ſe relinquerat, & reſpondit vbi repetiebatur, ideſt in dicto Hoſpitali vbi intendebat ſe conferre, & iterum ab eodem interrogatus, & bona veſtra vbi relinquitis, & reſpondit vbi corpus repetiebatur, & deinde dixit in dicto Hoſpitali, alter teſtis aſſeruit, quod interrogatus à Notario vbi ſe relinquerat, dixit *alla Pace*, & quem hæredem inſtituebat, dixit, hæredem inſtituo vbi me reperio, & iterum reſpondit *laſcio herede la Pace*, ſubiungendo *laſciatime ripoſar vn poco*, vltimus teſtis aſſeruit, quod teſtator in hora noctis declarauit, quod mane ſequen-

ſeqnenti intendebat ire ad Hoſpitale prædictum vt gubernaretur,& ibi ſuum corpus reliquerat, & hæredem inſtituerat, ex quorum depoſitionibus apparebat,varietatẽ inter eos extare,dum alij à Notario interrogati fuiſſet, aſſerebant alij à dicto Fratre Gabriele, hinc habito teſtimonio Notarij, qui aſſeruit illum interrogaſſe,ſi volebat teſtare,& variabat in reſponſione,ideo noluit ſcribere teſtamentũ, & poſt aliquam moram diſceſſit, & in hoc ei erit ſtandum,& maior fides adhibenda magis quam teſtibus, Abb. in cap.cũ Ioannes, nu.2. cum gloſ. in verbo quolibet, de fide inſtrum. per text.in cap.quoniam,de probat. Alex.conſil.73.num.7.& teſtis etiam ſingularis probat, teſtatorem non eſſe ſanę mentis, Ruyn. conſil.67.num.9. Dec.in l.furioſum, nu.30. C.qui teſtam.fac.poſſ. Menoch.conſ.45.nu.24.vol.1. Nam etſi in dubio homo ſecundum naturam præſumatur ſanæ mentis, Rniz Maur.dec.Lituan.1.nu.119.maximè moriens,vt per eundẽ Ripam d.tract.cap.11. & moribundus præſumitur ſanę mentis, Mantic.d.tract.lib.2.tit.5. num.4. & tit.6. num.3. ſi contrarium appareret, ſecus eſſet, & ad demonſtrandum, quod non exiſtebat in recto ſenſu teſtator primo colligebatur ex eo, quod poſt interrogationes multorũ,& eius reſponſionem,quod hæredem inſtituebat *la Pace*,ſubiunxit *laſciatime ripoſar vn poco*,vnde apparet,id potius dixiſſe, vt à moleſtia ipſorum liberaretur quã aliter, ita punctualiter Gratian.diſceptat.forenſ.cap. 550.num.17.vbi dixit,quod quando ęgrotans in extremis interrogatur, præſumitur potius dicere ad ſe eximendum à moleſtijs interrogantium,non conſiderans quid loquatur, ita quod non poſſit dici, quod in eo adſit plena deliberatio animi diſponendi, & ante eum Ripa in eod.tract. cap.61. num.7. ſubdens,ex hoc teſtamentum eſſe nullum, eo amplius in caſu præmiſſo procedebat, dum in extremis exiſtẽs,& à Fratribus Religioſis cohortaretur, cogitare præſumebatur de anima, & non de rebus humanis. Secundò colligebatur ex diſpoſitione legatorum in tàm magna quantitate plus, quam poſſidebat, ſæpè enim de facultatibus ſuis amplius quam in ijs eſt,ſperãt homines, l. in fraudem, la prima, ff.qui, vel à quibus,&c.& nõ præſumitur teſtator ignorare vires ſui patrimonij, ex Bart. Maſcard. de probat.concl.554.num.5.ſubdit tamen,niſi ex aliqua qualitate aliud præſumatur. Nihilominus ex fidibus Scribarum productis de litibus exiſtentibus in Tribunalibus pro recuperatione certarum pecuniarum quantitatũ non aſcendebat ad ſummam ducatorũ mille, & diſpoſitio ipſius importabat fortè ducatos decem mille, & ſic ex qualitate diſpoſitionis colligitur,an teſtator fuerit ſanę mentis, dixit idem Mantic.eod.tract. lib.2.tit.6.num.7. & ex quibus coniecturis ita præſumitur, Ripa d.tract.cap.21.num.7. Inde facta relatione in M.C.V. per Iudicem illius Io.Dominicũ Taſſonum die 10. Ianuarij 1633. fuit dictũ,vt expediretur citatio per edictum ad finem prouidendi, qua facta poſtea eodem referente die 6. Februarij eiuſdem anni fuit deciſum, quod interponatur decretum præambuli in perſonam eiuſdem Thomæ hæredis ab inteſtato in forma,& intimetur,vt ex actis in Banca de Ferdinando.

Teſtamentum in ſcriptis conditum ab extero in partibus extra Regnum corã ſeptem teſtibus Religioſis,licet cum licentia Superiorum,non tamen in illo actu ſubſcriptionis, an propterea validum erit,ſi contra illud fuerit oppoſitum, Primo de ſubſcriptione teſtatoris non interueniente eius ſigillo, Secundo ex defectu inhabilitatis teſtium vt ſupra,Tertio quia in eorum ſubſcriptionibus non aſſeruerunt, cuius teſtamentũ erat, Quarto quia in apertura non interuenerunt iuris ſollemnia, hoc eſt inſtantia partis intereſſe prætendentis cũ informatione capta de morte, nec Iudicis authoritas,nec præſentia omnium teſtium, ſeù maioris partis illorũ, item non adhibito alio Notario, ſed eodem etiã in apertura interueniente,quanquam ex fide Officialium Archiuij eiuſdem loci teſtamenti conditi affirmatũ appareat,interueniſſe hæc omnia,licet in alijs ex ſtilo eiuſdem Archiuij proceſſiſſe, quorum fides dubia reddebatur, ac omnibus circumſcriptis ſaltim per clauſulam,omni modo meliori ſaluari prætenderetur,de hoc accidit cõtrouerti in teſtamento condito per quondam Alexandrum Rodulphi olim Marchionem Baſelicis, de cuius inualiditate, ſeù validitate agebatur in Sacro Conſilio ad inſtantiã moderni Marchionis Baſelicis cũ Ludouico Rodulpho hærede in eo inſtituto, in quo varij iuris articuli diſcutiẽdi fuerunt deducti,quos in proprijs locis huius compendij repoſui, nempè in verbo apertura, verbo licentia, in verbo recognitio,in verbo ſtilus, in verbo teſtes, & hoc eodem verbo teſtamentũ, quia in dictis verbis me remiſi ad hoc verbum teſtamentum pro deciſione iam facta ſupereſt, vt hic eam ponam,& ſic facta relatione in Sacro Conſilio iunctis duabus Aulis per Reg.Conſ. Marcellum Marcianũ die 14. Iunij 1631. fuit deciſum, teſtamentum eſſe validum,& proinde Marchionem vigore illius vti hæredem in feudalibus teneri ad onera in eo appoſita, vt ex actis in Banca Sarri, ſeù Romani, nunc Palma.

Teſtamentum conditũ in ſcriptis, in quo adeſt clauſula (omni modo meliori) an ob defectũ ſollemnitatum vigore dictæ clauſulæ ſubſtineri poſſit,pariterq; de hoc contingit differi in cauſa teſtamenti quondam Alexandri Rodulphi Marchionis Baſelicis, pro cuius validitate dicebatur ex parte Ludouici Rodulphi hæredis inſtituti, quod quando nedum præſumptiuè, ſed expreſsè teſtator declarauerit, velle ſuam illam vltimam voluntatem valere omni modo meliori redditur indubitata concluſio ad ſaluandum teſtamentum, ita Alex. conſ.176.nu.4.lib.1. Paul.Caſtr.conſ.93.vol.1. Afflict. deciſ.144. & alios antiquiores cumulat Marant.conſ.90.nu.12.ſequuti ſunt Mantic. de coniectur.vltim.volunt.lib.1.tit.7.nu.4. Ioſeph. Ludou. & cæteri per Barboſ. de clauſ.

in

in clauſ. 52. num. 19. Marta in clauſ. 84. num. 4. & clauſ. 56. num. 8. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 2. §. 11. nu. 11. verſ. aliquãdo & quarto, & relatis omnibus affirmat, non eſſe ab hoc recedendum, Simon de Prę. de interpr. vltim. volunt. lib. 2. fol. 6. dub. 2. n. 15. 16. & 17. ſequitur Chriſtoph. Matt. deciſ. Senenſ. exam. 58. ſub num. 15. verſ. quartum eſt; & præſertim quando clauſula illa eſſet in corpore teſtamẽti, vt in caſu iſto, quoniam tunc enixè conſtaret, proceſſiſſe de voluntate, & mente teſtatoris, Ludouic. Lana de formul. teſtam. nu. 24. verſ. ideo enim, intantum quod ſi teſtator elegiſſet iam teſtari in ſcriptis in initio ſui teſtamenti, & in fine eulogij iuſſit, valere omni modo meliori, ſic declarando ſuam voluntatem, exiſtente tali clauſula dici non poſſit ſe reſtringiſſe ad illũ modum teſtandi, vt dicunt omnes præcitati Doctores, præſertim Alex. d. conſ. 176. ſub n. 8. vol. 5. Sed ijs replicabatur: Primò, quia dicta clauſula nil operatur, etiam vbi apponeretur de voluntate teſtatoris, ſi teſtator non fuerit certificatus de viribus ipſius, vbi teſtator non eſſet iuris peritus, quod cõſtare debet, vt poſt Burſat. conſ. 18. nu. 18. Honded. conſ. 74. nu. 46. lib. 1. Turrett. de effect. clauſ. codicill. quæſt. 9. nu. 2. vbi plures allegat, & hanc opinionem veriorẽ probat Franc. Nigrus controu. forenſ. lib. 2. controu. 360. num. 88. vbi num. 89. in fin. ex Maſcard. concluſ. 283. tradit, dictam certificationem non præſumi, idcirco probandam. Secundò, nil operatur clauſula ipſa, vbi extranei ſunt hæredes inſtituti, nam tunc operaretur quando filij eſſent inſtituti, cum quibus concurrit ardor liciti amoris, poſt Theſſ. deciſ. 141. nu. 15. Rot. Rom. deciſ. 367. p. 2. nu. 5. & alios apud Merlin. in tract. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæſt. 4. nu. 8. & 10. Tertiò nõ operatur, niſi in teſtamento concurrant requiſita teſtamenti nuncupatiui, & præſertim illud nuncupationis hæredis proprio ore teſtantis coram ipſis teſtibus, ſecundum l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, C. de teſt. l. hæredes palam ff. eod. ſic de communi Affl. deciſ. 143. nu. 6. & Verall. deciſ. 260. nu. 1. & 3. Didac. Spino in ſpecul. teſtam. 2. part. gloſ. rub. nu. 34. verſ. contrariam, Sim. de Prę. de interpr. vlt. volunt. lib. 2. dubit. 2. interpr. 2. ſolut. 4. nu. 28. cætera referũtur in ſequenti verbo, & de deciſione ſupra eod. verb. teſtamentum.

Teſtamentum in ſcriptis conditum an ob defectum ſollẽnitatis vigore clauſulæ (omni modo meliori in eo appoſitæ) ſi non valeat in ſcriptis, valeat vt nuncupatiuum, prout prætendebat Ludouicus Rodulphi hęres quondam Alexandri Rodulphi Marchionis Baſelicis, pro quo dicebatur ex præſumpta mente teſtatoris, ne ſua voluntas perfectè declarata deficiat, quod tale teſtamentum valeret in vim nuncupatiui, ita Cyn. poſt Iac. de Rain. in l. hac conſultiſſima, §. poſt nuncupationem, Fulg. Caſtr. &c. C. de teſt. Gram. deciſ. 62. nu. 24. & 25. Ruyn. Ceph. Sim. de Prę. & alij, quos ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 895. nu. 26. Sed replicabatur, tunc valere poſſe teſtamentum vt nuncupatiuũ, quando facto, ſiuè ex coniecturis teſtator declarauerit ſe velle in ſcriptis teſtari, quia ſecretò diſpoſuit, & clauſit, quia teſtes cum ſignaculis adhibuit, & in dicto caſu loquitur Afflict. deciſ. 144. & vt ſic etiam declarat, & alij, qui in contrarium adducuntur, Coſta de remed. ſubſid. remed. 82. nu. 8. Tell. Ferd. in l. 3. Tauri, p. 5. nu. 7. & 8. verſ. fit prima concluſio. & nu. 9. rationem reddit, quia hoc caſu diceretur vnum teſtamentũ continens duas formas teſtandi, quæ cum non ſint contrariæ, ſed diuerſæ, valent, & ex dicta clauſula oſtenditur velle teſtari eo modo, quo melius valeat eius diſpoſitio, ſed quando etiam verbis declarauerit expreſsè ſe velle in ſcriptis teſtari, prout in principio teſtamẽti præſens teſtator enixè declarauerat, tunc oritur altera concluſio, quæ tollit virtutẽ dictę clauſulę (omni meliori modo) nec ſtante dicta declaratione teſtatoris poterit, vnquam teſtamentum in ſcriptis conditũ, vt nuncupatiuũ ſubſtineri, eſt deciſio Veralli 260. num. 1. & 4. part. 3. poſt aliam Caſſad. quã citat Ant. Fab. in eius Codice lib. 6. tit. 5. de teſt. defin. 4. optimè, & punctualiter Menoch. conſ. 313. nu. 37. vbi de cõmuni concluſione quamplures citando Parlador. rer. quotid. p. 3. different. 5. nu. 3. Ruin. conſ. 193. nu. 10. verſic. nec ſecundũ prædictos, lib. 2. imò declarante teſtatore velle in ſcriptis teſtari de incompatibilitate valoris vt nuncupatiui, ſcribit idem Faber de error. pragm. part. 3. decad. 69. error. 6. pulchrè Coſta vbi ſup. nu. 9. & 10. latè Surd. deciſ. 7. nu. 25. præſertim vbi non adeſt copula (&) prout in caſu præmiſſo, Verall. dec. 124. lib. 1. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 12. Ludouiſ. deciſ. 207. nu. 4. & ſeq. Secundò, quia id eſſet contrariũ eidem diſpoſitioni, cum dicta clauſula à voluntate teſtatoris vires aſſumat, & proinde ex eiuſdem voluntate fit tranſitus ex teſtamento in ſcriptis ad nuncupatiuum declarata per illam clauſulam, vnde communiter traditur, clauſulã prædictam nihil operari ceſſante voluntate teſtatoris, probat Surd. d. deciſ. 7. n. 27. vltra ſupra citatos, ſed quando præciſè datur voluntas teſtandi in ſcriptis, non immeritò dicendum eſſet, quod ex voluntate defuncti valeret vt nuncupatiuũ, nam uirtus ipſius nõ cõprehendit caſus non expreſſos, Ioſeph. Ludouic. deciſ. 117. nu. 22. Peruſina. Tertiò quando principalis diſpoſitio eſſet nulla, vitiaretur omnis clauſula ad illius validitatẽ adiecta, vt poſt Roman. & alios fundat Surd. d. deciſ. 7. num. 29. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 144. num. 8. & ſic deciſum refertur apud Franch. deciſ. 429. hæc quantum ſpectat ad defectum ſollemnitatum huius teſtamenti, cæterũ vero quoad defectum aperturæ nil poterit operari, & ſic ſi ordo ſpecificus, & expreſſus teſtatoris ineſſet, quod aperiretur teſtamentũ ſine ſollemnitatibus requiſitis à iure, nõ poterit, vnde ex hoc fuit nullum declaratũ teſtamentum, vt apparet in d. deciſ. 429. de Franch. ita & quęlibet clauſula, vel dictum teſtatoris ad ſupplendũ talem defectum nil releuaret, etenim dicta clauſula nil operatur, vbi adeſſet defectus poteſtatis, vt fundat Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.

117.

117.nu.26. & quando eſſet abſolutum, quod dicta clauſula faceret valere teſtamentum vt nuncupatiuum, adhuc quia fuit clauſum, & ſigillatũ, requirebatur apertura legitima, hoc eſt, vt aperiatur, prout leges requirũt, hoc pertinet ad omne teſtamentũ ſiuè in ſcriptis, ſiuè nuncupatiuum, imò ad omnem vltimam voluntatem, nam ſufficit, quod ordine teſtatoris fuerit clauſa, & proinde etiã codicilli aperiri debẽt cum eiſdẽ ſollẽnitatibus, ad tex. in l.fin. C.quemadm. teſt.aper. l.tabularum, §.ad cauſam, cum gloſ. ff.eod. vbi Bart.nu.1. Imol.in princ.& hoc vt ſit indubitatum, quod nulla ſit clauſula nec codicillaris, nec omni meliori modo, imò nec ſpecialis, quę valeat ſollemnitates, & requiſita aperturæ euitare, vt Præſ.de Franch.d.deciſ.429. aduertit, & in puncto dictarum clauſularum Saluſt.Tiber. in tract. de formul.inſtrum.cap.24.nu.8.in fin. & 9. deciſio patet ſupra eod.verb.teſtamentum.

Teſtamentum in ſcriptis cęptum perfici ſic viã teſtandi eligendo teſtator abſque alia expreſſione velle illud alio modo valere, an ob deficientiam ſollemnitatũ, ſi valere non poſſit vti in ſcriptis, valeat in vim nuncupatiui, de hoc etiam contingit dubitari in Sacro Conſilio ſuper inualiditate teſtamenti quondam Alexandri Rodulphi Marchionis Baſelicis, & dicebatur ex parte Ludouici Rodulphi hæredis inſtituti, ita eſſe affirmandum, & hoc ex præſumpta mente teſtatoris, ne ſua voluntas perfectè declarata deficiat, Cyn. poſt Iacob.de Rayn.in l.hac cõſultiſſima, §.per nuncupationem, C.de teſt. vbi Fulg.& Paul.Caſt. ac cæteri relati per Gram.deciſ.62. n.24.& 25. Ruin. Cephal. Simon de Pręt. & alij, quos ſequitur Gratian. diſcept.forenſ.cap.895.nu.26. nam potius præſumitur uoluiſſe teſtatorem teſtari nuncupatiuè validè, quam in ſcriptis inualidè, fundat Bertran. conſ.88.nu.4. vol.2. licet enim ab initio deſtinaſſet teſtari in ſcriptis, mutauit deinde ſuam voluntatem ſaltẽ præſumptiuè, ne corruat diſpoſitio, Vaſq; de ſucceſſ. lib.2.§.11.ſub nu.1. verſ. nam ipſe teſtator, quinimò etiam in caſu quando conſtaret voluiſſe tantum in ſcriptis teſtari, ne pereat teſtamentũ ſaluari in vim nuncupatiui, ex communi reſolutione concludit, ac comprobat per argumenta Vaſq. ibid. ſub nu. 12. verſ. his non obſtantibus. Sed ijs replicabatur, quod quatenus hoc procederet, in eo tantum caſu Doctores admittunt non ſine maxima aliorum controuerſia, vbi non conſtaret, quod teſtator voluit teſtari in ſcriptis, ſed vbi conſtaret, quod voluit teſtari in ſcriptis, tunc ob defectum ſollemnitatũ non ſaluatur, nec etiam vti nuncupatiuũ, vti reprobata opinione Gozad.conſ.3. Gram.deciſ.62.nu.24.& 25. Grat.vbi ſup.& ita diſtinguendo cõcludit Iul. Clar.lib.3.§.teſtamentũ, quæſt.4.verſ.ſed quæro, Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.1.tit.7. nu.2.& 3. præſumitur enim hoc caſu teſtatorem velle nugari, cum actus ſit contrarius voluntati, vt docet Caſtr.in l.1. §.ſi quis ita ff.de verb.oblig.quod eſt ſine contradictione, Tell. Ferdin.in l.3.Tauri, part.5.nu.5. Marant.conſ. 112.nu.5.& conſ.149.nu.17.Alex.Ambroſ.deciſ.12.per totam, Caſtill.deciſ.59.nu.7.lib.1. at in teſtamento de quo agitur conſtat apertiſſimè, teſtatorem elegiſſe viam teſtandi in ſcriptis, nedum ex eius expreſſa voluntate, expreſſis verbis pluries in eodem teſtamento repetita, ſed ex coniecturis, dum adhibuit ſollemnitates teſtamento in ſcriptis conuenientes, ſcilicet ſigillationes, appoſitiones cordularum, & alia ſimilia per exempla à ſupradictis Doctoribus tradita, relata fuit deciſio ſupra eodẽ verbo teſtamentum.

Teſtamentum in ſcriptis conditum an ob deficientiã ſollemnitatũ in vim teſtamenti nuncupatiui valeat, non facta nominatione hæredis ore proprio teſtatoris corã teſtibus, quod eſt peculiare ipſius teſtamenti nuncupatiui, de hoc etiam fuit dubitatum in eadem cauſa inualiditatis teſtamenti quond. Alexãdri Rodulphi Marchionis Baſelicis, & pro parte moderni Marchionis dicebatur, ꝙ clauſula omni modo meliori appoſita in dicto teſtamẽto nõ operatur, niſi concurrant requiſita teſtamenti nuncupatiui, & præſertim illud nuncupationis hæredis proprio ore teſtatoris coram ipſis teſtibus, ex l.hac conſultiſſima, §.per nuncupationem, C.de teſt. l.hæredes palam ff.eodẽ, & de cõmuni teſtantur Afflict. deciſ.143. n.6. Verall.deciſ.260.nu.1.part.3. Didac.Spino in ſpecul.teſtam.2.part. Gloſ.rubr.nu.34.uerſ.cõtrariam, Simon de Pręt.de interpr.ult.uolunt. lib.2.dub.2.interpr.2.ſol.4.nu.28. quamuis ſecundum eos dicta nuncupatio hæredis corã teſtibus, uel explicita per appellationẽ nominis, & cognominis, uel implicita per relationem ad certam ſcripturam, iuxta doctrinam Bart. in l.ſi ita ſcripſero ff.de cond. & demonſtrat.Bald.in l.aſſe toto ff.de hæred.inſtit.unde cernitur, quod illa atteſtatio Notarij, quod teſtator profeſſus ſit, illam ſcripturã teſtamenti eſſe ſuam ultimam uoluntatem corã teſtibus habeatur pro implicita nuncupatione hæredis, ut poſſit ualere tanquam teſtamentum nuncupatiuũ, attamen implicita nuncupatio hæredis in hoc uerificari non poteſt, ſed in eo quoties teſtator dixerit, inſtituo hæredem quẽ in tali ſcriptura ſcripſi, & ſic nomen hæredis poteſt referri ad aliam ſcripturã, ſed uerbum inſtitutionis omnino exprimi coram teſtibus, & ſic in exẽplo doctrina Bart. in d.l. ſi ita ſcripſero, at Doctores, qui nõ obiter, ſed ex profeſſo de hoc agunt, ſunt loquuti, ut Couarr.in cap.cum tibi, nu.9. de teſtam. Cardin. Mantic.de coniect.ultim.uolunt.tit.3.in 4.lib. nu.11. ubi plures ad hoc citat, & ſequitur Simon de Pręt.de interp.ult.uolunt.lib.2.dub.3. interpr.2.ſol.2.nu.15.& 16.pleniſſimè alijs relatis Tad.Piſon. uariat.reſolut.lib.2.cap.2.n.2. quod ratione conuincitur, poſtquam quodlibet teſtamentum in ſcriptis requirit illud neceſſarium, quod teſtator coram teſtibus dicat illam cartam ſubſcriptam, & ſubſignatam, & eſſe ſuam ultimam uoluntatem, uel teſtamentum, ut ponitur in d.l.hac conſultiſſima, dum ergo Doctores requirũt, ad hoc ut teſtamentum ualere poſſit ut nuncupatiuũ, illud præ-

cipuum,

cipuum, quod coram teſtibus ſit nuncupatus hæres vel implicitè, vel explicitè, implicita nuncupatio non poteſt eſſe illa ſimplex atteſtatio, illam ſcripturam eſſe ſuam vltimam voluntatem, quia illa eſt certa in omnibus teſtamentis in ſcriptis, requiritur ergo nuncupatio hæredis ſaltim implicita cum verbo inſtitutionis, nam illa atteſtatio, illam ſcripturam eſſe ſuam vltimam voluntatem poſſet non comprehendere inſtitutionem, ſi in ea deficeret, quia poſſet eſſe codicillus, vel alia vltima voluntas, non poterit hoc teſtamentũ in ſcriptis conditum valere vt nuncupatiuum, quia deficit præcipuum nuncupatiui requiſitum, ſcilicet nuncupationis hæredis corã teſtibus, iuxta deciſionem Afflict. 143. vltra quod magis verior, & communis opinio DD. eſt negatiua, quod non poſſit fieri teſtamentum nuncupatiuum per relationem ad ſcripturam coram teſtibus traditam Notario obſignatam, quia nõ ſufficit expreſſio implicita, ſed debet eſſe explicita quoad hæredis inſtitutionem, quidquid alij ſenſerint DD. quoad legata, vt latè omnibus ſatisfaciendo probat Gratian. lib. 5. diſcept. forenſ. cap. 973. à nu. 1. ad 44. è cõuerſo replicabatur, ſupradictam concluſionẽ, eſſe neceſſariũ teſtatorem nuncupaſſe nomen hæredis coram teſtibus communi omnium Scribentium conſenſu reprobari aſſerentiũ, ſufficere declarationem teſtatoris in ſcriptura, & illa clusa contineri ſuam voluntatem, tunc implicitè per relationem ad illam nuncuparetur hæres, & valeret teſtamentum in vim nuncupatiui, ex l. aſſe toto, vbi Bald. & cæteri ff. de hęred. inſtit. ex Bart. in l. ſi ita ſcripſero ff. de cond. & demonſtr. ex Caſtr. in l. hęredes palam ff. de teſtam, tenet Alex. conſ. 176. nu. 6. vol. 5. relato etiã Socin. cum alijs Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 7. ſub num. 4. verſ. & hoc extenditur, vbi nu. 7. alios cumulat poſt Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 2. proſequitur id Chriſtoph. Mart. deciſ. Senenſ. exam. 58. num. 13. & 14. latè Simon de Pręt. de interpret. vltim. volunt. ſol. 2. lib. 2. dub. 2. ſub nu. 13. docuit Io. Dilect. de arte teſtand. tit. 2. caut. 1. ſub nu. 3. verſic. notandum quoque eſt tale teſtamentum, aſſequitur Ludou. Lana de formul. teſtam. nu. 25. quæ quidem non ſolũ procedunt quando clauſula illa fuiſſet immediatè ab ipſo teſtatore appoſita in corpore teſtamenti, ſed etiam ſi tantũ fuiſſet in ſtipulatione Notarij expreſſa in dorſo teſtamenti clauſi, teſtificando, teſtatorem voluiſſe illam clauſam voluntatem, & teſtibus ignotam valere omni modo meliori, tunc etiã ſine nuncupatione, aut publicatione hæredis ſubſtinebitur vti nuncupatiuum, ſic fundat Simon de Pręt. recenſendo formulã ſtipulationis in d. ſolut. 2. ſub n. 13. Io. Dilect. d. caut. 1. tit. 2. ſub nu. 3. verſ. notandum, Martius d. exam. 58. nũ. 16. Ludouic. Lana vbi ſup. nu. 25. quibus omnibus reſolutis fuit iudicatum pro validitate teſtamenti, vt ſupra eod. verb. teſtamentum, ſub patrocinio doctiſſimi I.C. Ioan. Franciſci Marciani Aduocati.

Teſtamentum factũ ſine inſtitutione hæredum faciendo teſtator exequutores, & diſtributores Epiſcopum, Vicarium, & Electos, ex quo prius dixerat, quod volebat diſponere ad pias cauſas, & cum effectu multa legata pia reliquerat, excepto legato ducatorum duodecim eius conſobrinæ, quæ fecerat ſe declarari hæredem ab inteſtato, an iure ſubſiſtet, dicebatur, valere, ex text. in cap. cum tibi, de teſt. cum alijs adductis per Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ, in priuil. 15. vbi in mea Additione plures allegaui. Ex aduerſo replicabatur, Innoc. in d. cap. cum tibi, in fine, dixiſſe, quod melius videtur, quod in hoc caſu Commiſſarius habebit, & expendet illud paucũ in pias cauſas relictum, alia autem habebit hęres ab inteſtato, & detracta falcidia ſolum legata ſecundũ mandatum teſtatoris, &c. Licet huic replicaretur, doctrinã Innoc. procedere quando eſſent legata prophana diuerſis facta, & inter alia pauca legata pia, ſed in facto iſto omnia legata erant pia, excepto vno, imò reſpectu paucorũ, quæ præcepit diſpenſari in pias cauſas teſtatus decedere videretur, vt notat ibi Innoc. quãto magis ſi quaſi omnia eſſent pia, & quamuis ad relationem Reg. Conſ. Alonſi Vargas fuiſſet prius per Sacr. Conſ. deciſum, quod audirentur partes infra quatuor dies, inde fuit datus curator hæreditati iacenti, & ſic interpoſitum aliud decretũ, quod intimetur decretũ curatori hæreditatis iacẽtis, vt cũ eo poſſit procedi de menſe Martij 1633. in cauſa Lucretiæ de Cicco creditricis Io. Petri de Serio teſtatoris, in Banca Carboni, & ſic non fuit admiſſa hæres ab inteſtato.

Teſtamentum ad pias cauſas quando reuocetur per ſecundum ad cauſas prophanas abſque expreſſa clauſula reuocatoria, & derogatoria primi teſtamenti in ſpecie per S. C. iudicatũ fuit pro ſecundo teſtamento, confirmãdo decretum præambuli Magn. Cur. vt refert Reg. Rouit. in deciſ. 56. Stephanus, de quo dictum fuit latè per me in 2. part. compendij verbo teſtamentum.

Teſtamentum ſollemne ab octauo teſte loco teſtatoris non valentis ſcribere ſubſcriptũ ſeorſum ab alijs teſtibus loco, & tẽpore diuerſis, quod penès ſe idem octauus teſtis retinuit, & poſt dies duos in actu ſollẽnis ſtipulationis, & clauſuræ exhibuit coram alijs teſtibus, & teſtatore, qui declarauit, illud eſſe ſuam vltimam voluntatẽ, an ſubſtineatur vti teſtamentum ſollemne, vel ſaltim vti nuncupatiuum, fuit per Sacr. Conſil. uel arbiter electum promulgatum laudum, per quod D. Antonius Quadra nepos ex ſorore fuit declaratus hæres uniuerſalis in feudalibus, Fabius Cicinellus tanquam conſanguineus, & de eadem familia teſtatricis, fuit declaratus hæres uniuerſalis in burgenſaticis cum onere utrique contribuendi in omnibus debitis pro rata bonorum, de legatis uero extra cauſam piam nulla fuit habita ratio, ita Reg. Rouit. deciſ. 95. mortua.

Teſtamentum cœci confici debet cum numero teſtium ſeptem ultrà Notarium, in cuius de-

fectum

fectum alius teſtis ſubrogari debet, & ſic cũ numero octo teſtium ad euitandum ſuſpitionem, l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. fac. poſſ. §. cœcus, Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. & hoc non in ſcriptis, & ita fuit deciſũ per Sacr. Conſ. in cauſa Franciſci Naſtari cum hæredibus Fabij Paraſcandoli, vt refert Ioan. Maria Nouar. in tract. de grauam. vaſall. in grauam. 366. nu. 10.

Teſtamentum an nullũ ſit, ſi pater habens vxorem inſtituerit filios ſuos naturales ex concubinis conceptos pendente matrimonio pro æquali portione quãdo erint capaces, hoc cõtingit ventilari in Sacro Conſilio in cauſa Io. Berardini, Hieronymi, & Franciſci Ottaiani prætendentium annullari facere teſtamentũ Andreæ Ottaiani, qui in eo inſtituerat infantes eius filios naturales quando eſſent capaces, & principaliter dicebatur ex ipſorum parte, dictum Andream vxorem habuiſſe, & ea ſuperſtite deceſſiſſe, ac alias meretrices cõtinuò cognouiſſe, ita quod non potuit introduci legitimus concubinatus, ad text. in l. 3. ff. de concub. Auth. licet, C. de natur. lib. nam ad hoc ut filius naturalis dicatur, debet adeſſe quodam ueluti ementitum matrimonium, Io. Garz. de expenſ. & meliorat. cap. 7. nu. 21. ad quod iuſtificandum ſeptem requiſita exiguntur, relata à Gramm. uot. 4. à nu. 6. ad 19. ultra Azon. in ſum. tit. de natur. lib. Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. uerſ. nunc de nullitatibus, Io. Andr. in Addit. ad eundem in rubr. qui fil. ſint legit. Bart. in l. fin. ff. de concub. Ripa in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 4. ff. ad trebell. Peregr. de iure fiſci, lib. 3. cap. 18. nu. 2. Cagnol. in l. ſi qua illuſtris, n. 12. C. ad S.C. Orfic. Oldr. cõſ. 196. Bal. conſ. 262. n. 2. uol. 1. cõſ. 206. uol. 3. & conſ. 457. uol. 5. Alex. conſ. 174. n. 7. lib. 5. Paleot. in tract. de noth. & ſpur. cap. 13. nu. 3. Menoch. conſ. 461. nu. 21. uol. 5. octauum requiſitum addit Berous in cap. in præſentia, n. 244. de probat. ex quibus ſequitur, matrem ipſorũ inſtitutorum non fuiſſe loco uxoris, nec ſolã, & unicam, nec potuiſſe matrimoniũ contrahere cum legato, & uxorato, ita ut huiuſmodi non legitima concubina merito conſideratur inualida contra iuris formam, Simon de Pręt. de interpr. ultim. uolunt. dub. 2. ſolut. 2. nu. 18. & ſeq. uerſ. 35. & conſequenter nati ex prædicta non ſunt naturales, etiam attenta æquitate canonica, cum non ſint nati ex ſoluto, & ſoluta, Bald. conſ. 129. nu. 3. uol. 2. Crauet. conſil. 166. nu. 8. Decian. diſcept. 35. nu. 31. ſed potius ſpurij ex damnato coitu, & punibili, Authent. ex complexu, C. de inceſt. nupr. ubi DD. Dec. conſ. 306. Socin. 148. Bart. Bald. Salyc. & cæteri in l. ſi qua illuſtris, C. ad S.C. Orfic. Paleot. in tract. de noth. & ſpur. cap. 16. nu. 5. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 96. nu. 5. Harthman. Piſtor. 1. part. quæſt. 30. nu. 19. ubi reprobat contrariũ tenentes, Iacob. Thoming. deciſ. 48. nu. 18. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 18. nu. 12. quocirca à ſucceſſione parentum tàm ab inteſtato, quã ex teſtamento, omniq; beneficio ſunt penitùs excluſi, ita ut illis nil ex bonis parentũ relinqui, uel donari poteſt, ex dictis iuribus notãt Barz. in tract. de filijs non legitimè natis, in princ. nu. 1. & 2. latè in 2. part. nu. 18. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuntius, in uerb. uxorem nomine Adelaſiam, nu. 22. de teſtam. Gabriel. conſ. 4. num. 5. uol. 1. Rota Bonon. diuerſ. deciſ. 131. Eorum igitur ſucceſſio nedum ex iure diuino deprompta eſt, ut legitur in ſacra pagina, præſertim Geneſ. cap. 15. non erit hæres tuus, ſed qui egredietur de utero tuo, ipsũ habebis hæredem, & iterum cap. 21. eijce ancillam hanc, & filium eius, non erit enim hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac, & Iudic. cap. 11. hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de adultera natus es. & Sapient. cap. 3. filij adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur, iterum cap. 4. multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & ſpuria vitulamina non dabunt radices altas, nec ſtabile fundamentum collocabunt, ſed etiam de iure canonico, quæ ſiquidem ſpuriorum excluſio à ſucceſſione adeò inuiolabiliter leges mandauerunt obſeruari, vt illis, ad quos de iure ab inteſtato ſpectat hæreditas ſtatuerint duorũ menſium terminum ad diſpoſita, & relicta reuocandũ, infra quos non reuocantibus, Fiſcus capit, l. 1. C. de nat. liber. Bart. conſ. 119. dominus, nu. 4. Couarr. epit. decret. cap. 8. §. 5. nu. 3. part. 2. taliter quod non conceditur in caſu iſto morę purgatio, Alexand. conſ. 133. in fine vol. 6. ſed renunciaſſe videri ius ſuũ, Calcan. conſ. 16. num. 54. in fine, & Crauett. conſ. 166. nu. 15. quod adeo exoſum videtur, eos poſſe ſuccedere, & expreſsè denegatum à iuribus non ſolum ipſis, ſed eorum filijs inhibitum eſſe, licet legitimis, & naturalibus à ſucceſſionibus parentum, ſed etiam tranſuerſalium, & aliorum, Afflict. deciſ. 96. Præſ. de Franch. deciſ. 27. Harthman. Piſtor. part. 1. q. 30. in princ. nu. 16. Iacob. Thoming. deciſ. 48. nu. 16. hinc Vrſill. ad Affl. d. deciſ. 96. nu. 14. affert deciſum in cauſa Io. Petri Fenicis cum illis de N. qui vendiderant, & ceſſerant hæreditatem cuiuſdam, cui vti nato ex coniugato, & ſoluta non ſuccedebant, fuiſſe declaratam venditionem, & ceſſionem nullam, ita quod nec Princeps naturales legitimare poterit in præiudicium agnatorum, nec etiam ex voluntate teſtatoris legitimari ſpurij in præiudicium conſanguineorũ, Steph. de Gaeta in Conſuet. Et ſi teſtator, de ſucceſſ. mort. ſine filijs, alleg. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, vbi Napod. in verb. legitimis, de ſucceſſ. ab inteſt. & idem Napodan. in Cõſuet. Filiusfamilias, verbo quid de naturalibus filijs, de fil. famil. teſt. volent. aſſerit, Conſuet. non procedere in filijs naturalibus, cum in illis nulla legitima conſequentia cuſtodiatur, & merito Camill. Salern. in d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, fol. 221. ibi, ſi quis liberis aduertit arrogatum, & ſic legitimũ, atque exinde legitimatum non excludere proximiores, cum præſumatur arrogatus in fraudem, & reſpectu legitimatorũ requiri in legitimatione conſenſum eorum, qui ex ea læduntur, ac exprimi debent qualitates, ſi ſint naturales, vel ſpurij, nam ſpurij per Principis reſcriptum,

vel

vel per Curiæ oblationem legitimari nõ poſſunt §.fin.Auth.quib.mod.nat.effic.legit.§.vlt. quib.mod.natur.effic.leg. aduertit Ioan. Bapt. Lupus in tract.de illegit. nat.reſt. comment.1. §.5.nu.10.verſ.poſtremo,Bald.in l.eam,quam, nu.32.C.de fideic. Iaſ.in conſ.234.col.2.verſ.ſi ergo dicerem, vol.2. Menoch.conſ.16.nu.11. vol.1. nec etiam per ſubſequens matrimoniũ, Dec.conſ.306.in caſu, nu.5. vbi Apoſtilla ait, ita practicari,Caualc.deciſ.10.alias 86.in fine p.3.nu.3.Anna de vaſall.decrep.ætat.& in c.1. nu.428. ex quibus cõcluditur,ſpurios nequaquam poſſe ſuccedere, & ſi per ſtatutum hoc fuiſſet ordinatum, quod ſpurij ſuccedant, erit ab omnibus reprobandũ,poſt Boer.deciſ.127. nu.2.Roland.a Valle conſ.3.nu.37.vol.2. & propterea non obſtat, ſi dicatur,omnes non legitimè natos in genere dici naturales,quandoquidem etiam non nati ex vxore, vel legitima concubina dicuntur in genere ſpurij, Paleott.in d.tract.cap.16.num.4. verſ.vbi ergo non ſequitur,ipſos eſſe naturales ex diſtincta, & ſeparata ſpecie,ita vt non detur mixta ſpecies.aduertit Menoch.conſ.461.nu.13. nam ſtatutum loquens de filijs naturalibus, non comprehendit ſpurios, Abb.in cap. per venerabilem,nu.31.& in cap.innotuit,de elect.& in materia inſtitutionis in ſpecie Dec conſil. 433. hinc Azo in ſum. eod.tit.nu.2. vocat eos neque naturales, neque legitimos, ſequitur Ripa in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,num.5.ad trebell. at quia in ſpurijs non ſolũ deficit ipſa qualitas naturalium, ſed etiam filiatio, cum nec filij mereantur nominari, cap. vlt. 21.q.7. Io.de Platea in §.fin. Inſtit.de patr.pot.nu.11. verſ.& ideo,vbi Aret. nu.1. Cephal.conſ.591. nu.11.Purpur.conſ.269.nu.2. Rimin.conſ.380 nu.64.Honded.conſ.95.nu.59.lib.1.Pereg.de fideic.artic.22.nu.81. neque nuda aſſeueratio, nominatio, vel profeſſio à teſtatore facta, quicquam prodeſt tanquam contra veritatem,& falſa, l.non epiſtolis,l.non nudis,C.de probat. l.neque profeſſio,C.de teſt.l.quidam, ff.de probat. l.eam,quam,C.de fideic.& l.ſi pater tuus,C.de hæred.inſtit.vbi DD.nam dicta enunciatio in inſtitutione hæredis, quæ eſt procemium teſtamenti demonſtrat cauſam finalem, l.1. ff.ad S.C.Maced. l.final. ff.de hæred.inſtit. reſpiciens totam diſpoſitionem,& influentem in omnem eius effectum,Bald.in l.1.ff.ſolut.matr. l.generaliter,C.de Epiſcop.& cleric. cum ergo filiatio vt cauſa finalis non eſt vera, ipſo iure non valebit inſtitutio, & idem erit,ſi erretur in qualitate filiationis, ſeù conuentione naturali, vel ciuili, Bart.in dicta l.eam,quam,verſ.quantum ad tex.in d.l.ſi pater,& l.demonſtratio, nu.7. ff de cond. & demonſtr.Bart.& alij in l.quoties ff.de hær.inſt. Pariſ.conſ.4.nu.10.vol.2.Mani de coniectur. vltim.volunt. lib.4. tit.6. num.3. & 8. & lib.6. tit.14. num.17. Sim.de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib.2. interpr.2. dub.2.ſolut.2.nu.120. & lib.3.interpret.1. dub.2. ſolut.1.num.3. nec obſtat tex.in l.1.§.Pomponius ff.de carb.edic. nam ibi inſtitutus erat filius ſimpliciter ob dilectionem,qui non erat filius,at cum ſi ita inſtitutus eſſet ſpurius à Principe habente ſupremam poteſtatem in loco, vel aliquid eidem donatum non exprimendo ipſum ſpurium, taliter inſtitutus, vel donatarius hæreditatem, ſeù donationẽ conſequi non poſſet, Sim. de Præt. in d.tract. lib.3. interpr.1. dub.3. ſol.2.nu.11.in fin.plenè Natta conſ.402.n.24. in fine,præſertim nu.28.& 29.vol.2.iuxta tradita per Paul.Leon.in tract.de ſubſtit. tit.de compend. nu.203. merito Io. Dilect. de arte teſtand. tit.1.caut.14.nu.16. verſ.ideo dicit,ſit cautus pater volens inſtituere filium adulterinum,vt inſtituat eum nomine proprio, non ſub nomine filij,quia inſtituendo eum nominando filium, præſumeretur per errorem inſtituiſſe, & teſtamentum patris adulterati nõ valeret, l.ſi pater,C.de hæred.inſtit.Bart.conſ. 120.Veruſius, Bald. in l.3.in princ. ff.de liber. & poſthum. Alex.ad Bart.in d.l.3.verſ.matris, Luc.de Penna in l.cohortalis,nu.8.verſ.quinto, C.de cohortal.lib.12. neque obſtant deciſ. 125.& 204. Afflict.cum non ſit hic actum auxilio inofficioſitatis ad reducendũ teſtamentum ad officium pietatis, ex l.1. C. de inoffic. reſt. l. fratres, C. eod. ſed auxilio nullitatis ad irritandum,& reducendum cauſam teſtati ad cauſam inteſtati, refertur deciſio in ſequenti verbo teſtamentum.

Teſtamentum in quo hęredes ſunt inſtituti filij ſpurij ſub conditione,quando erint capaces, an erit validum, & vltra relata in præcedenti verbo teſtamentum circa illius validitatem in genere diſcuſſum an iure ſubſiſtere videatur, dum ſpurij inſtituti fuerant, reſtabat difficultas hæc reſoluenda, ſi ſub hac conditione validabatur, & ex parte ipſorum inſtitutorum dicebatur,commonem eſſe opinionem Doctorum aſſerentium, quod ſpurius poteſt inſtitui hæres à patre, ſi legitimabitur, vel quando erit factus capax ſecundum communem opinionem, & valet inſtitutio obtenta voluntate Principis pro legitimatione conſequenda, ex text. vbi DD.in l.in tempus ff.de hæred.inſtit.cum alijs adductis per Simon.de Præt. de interpr.vlt.volunt.lib.3.ſolut.2.nu.8. DD.in l.Gallus, §. & quid ſi tantum ff de lib. & poſthum. Molin. de Hiſpan. primog. lib.2. cap.7.nu.40.Couarr.de ſponſal.cap.8.§ 5.n.12. & §.9. num.7. & 8. & hoc pro cauthela datur patribus inſtituendi hæredes ſpurios, vt dixit Cępoll.caut.12.quos probat etiam Conſiliar. Theodor. allegat.18. nu.12. etenim circa hoc legitur, quod Princeps legitimat ſpurium ad ſucceſſionem in præiudicium agnatorum, ex cõmuni opinione refert Reg. de Ponte conſ. 154.nu.5.vol.2.vbi alia adduxit. Attamen replicabatur ex parte agnatorum, habita conſideratione ad capacitatem inſtitutorũ in tribus temporibus eſſe neceſſariam, hoc eſt teſtamenti, mortis,& aditionis, ad text. in §.in extraneis, Inſtit. de hæred. qual. & diff. & l.ſi alienum,§.in extraneis ff.de hæred.inſtit.hinc Bart. in d. l. in tempus dixit,hic dubito,quomodo hoc procedat, ſi tempore mortis erat non capax, impoſſibile eſt, quod retrotrahatur,& fingatur capax,vt dixit Gloſ.in fine l.3.

C. de inoffic. donat. & l. itaque, C. de donat. inter vir. & vxor. ſi nõ fingitur retro hæres eſſe, ergo videtur pro parte ipſius eſſe teſtatus, & pro parte non, quid dicemus? cogitabitis, cuius verba ad caſum iſtum applicantur, cum pateat, hos inſtitutos omni tempore incapaces, atque ita teſtatorem ſuis verbis maniſeſtaſſe decedere pro parte temporis inteſtatũ, & pro parte temporis teſtatum, & diuidiſſe hæreditatem, ſeù ius indiuiduum, tempore rei enim, & temporis idem iudicium, l. miles ff. de milit. teſtam. adeo quod non ſolum ob inſtitutos, qui inſtitui non poterant, ſed ex dicta conditione apparet diſpoſitio fundata ſuper impoſſibili, vnde quemadmodũ vitiatur quilibet contractus, licet bonæ fidei ab impoſſibile impedimento naturæ, ſic ab impoſſibile impedimento iuris, Bart. in l. continuus, §. illud inſpiciendum ff. de verb. oblig. & hæc cõfirma ex eodem Bart. ob regulam depromptã ex d. l. in tempus, quod paria ſunt aliquid fieri vno tempore, vel fieri alio, & cõferri in illud, dicente, non procedere, vbi lex reſiſtit ipſi actui in initio, in l. ſi cõſtante, §. quoties, nu. 3. & 7. & in alia cauſa, §. & eleganter, nu. 4. verſ. non obſtat ff. ſolut. matr. vel quando tempore quo ſit requireretur certa habilitas, quæ non aderat, vt in caſu iſto idem affirmant Socin. in l. Gallus, nu. 2. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in l. fin. num. 1. & 7. C. de pact. & in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, nu. 13. ff. de verb. oblig. Zuccard. in repet. l. 1. nu. 156. C. de pact. teſtamentum igitur ab initio non ſubſiſtit principaliter ratione cauſæ efficientis, ſeù teſtatoris, & in conſequentiam ratione inſtitutorum, quibus nec legati, nec donati aliquid à parentibus põt, & ſic nec ex teſtamẽto, neq; ex contractu capere poſſunt, nec à patre, nec ab alio, Seſe deciſ. Aragon. 281. nu. 2. & 7. Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 68. nu. 1. non habẽt nec actiuam, neque paſſiuam ſucceſſionem, Rota Bonon. diuerſ. deciſ. 131. nu. 29. ſicque teſtamentum nunquam conualeſceret, ex regula, quod ab initio, & l. quæ ab initio ff. de reg. iur. eo quia teſtator prohibetur vitio ſuo, & non alieno teſtari circa ſpurium, nec proinde valeret conditio illa, cum capere poterit, prout hæc, & alia diſcutit Bald. in d. l. à nu. 46. ad 49. ſequitur Ruin. in d. l. Gallus, §. inſtituẽs, num. 2. verſ. ſed quod dicta ſimiliter, & ſi tempore teſtamenti non ſit capax, debet eſſe ſaltim capax tempore mortis, & ſic reduci debet ad capacitatem per reſtitutionem in integrũ, ſeù per legitimationem viuo teſtatore, vt retrotrahatur etiam in præiudicium agnatorũ, ex multis probat Coſta de retrotract. caſu 32. cap. 8. ſub nu. 8. alias poſt mortem in præiudicium alterius, cui eſſet ius quæſitum, non retrahetur retro, Imol. in d. §. in extraneis, nu. 9. verſ. fallit etiam, Angel. nu. 10. verſ. ſed certè, Ruin. ex Bart. & alijs in d. §. & quid ſi tantũ, nu. 199. Coſta vbi ſupra, vnde Rhenat. Kopp. de domanio Franciæ, lib. 1. tit. 10. de natur. lib. dixit, huiuſmodi natalium reſtitutionẽ ſi fuiſſet poſt mortem patris obtenta non retroferri ad diem paterni obitus, ut ſpurios paternæ hæreditatis capaces faciat, cùm medius paternæ mortis interuentus præpediat coniunctionem extremorum, l. bonorum, vbi Bart. ff. rem ratam haberi, & ita fuiſſe deciſũ per Curiam Senat. Pariſ. ad quod ſubnectit Bologn. in d. §. & quid ſi tantum, nu. 260. vidiſſe iudicari per 30. ſententias totidem legitimationes poſt mortem parentũ factas à Card. Campegio non potuiſſe præiudicari agnatis, quibus fuerat ius quæſitum, ac ita in vſum tranſiuiſſe, & amplius non concederentur, hinc eſt, quod Regul. Cancel. 8. ſtatuit legitimationes cum clauſula, citra præiudicium uenientiũ ab inteſtato, nam ſic legitimari excluduntur à fratribus, & agnatis, Fachin. lib. 3. controuerſ. cap. 62. nec excludere poſſunt proximiorem uſque ad quartũ gradum, Capyc. deciſ. 22. nu. 6. & 7. & ſic intelligitur tex in d. l. in tempus ut declarat Nicol. Valla in tract. de reb. dub. cap. 14. nu. 1. verſ. quia oportet, rurſus d. l. in tempus nunquã oculos habuit ad ſpurios, cũ eſſent omnino incogniti quoad ſucceſſionẽ, l. ſi is, qui ex bonis ff. de uulg. & pup. & de iure Cõdicis fuerunt omnino, & expreſsè excluſi ab omni legum auxilio, ut dictum fuit in præcedenti uerbo, rurſus ſi rectè inſpiciatur, d. l. in tempus loquitur in non capace per appropriationem, ut in deportato, ſeù peregrino, ubi non poteſt imaginari fraus ex parte inſtituentis, ut aduertit Goffr. Salicenſ. ibi, nec obſtat ſi dicatur, quod hæres ſub conditione inſtitui poteſt, d. §. hæres, Inſtit. de hæred. inſtit. & l. ſuus quoque ff. eod. quod non eſt hæres, niſi purificata conditiõne, l. ei, qui ff. de cond. inſtit. cum id procedat ſub conditione caſuali, vel mixta, quæ ſit in poteſtate inſtituti, & non, quæ pendeat à caſu fortuito, l. ſi pater filium, C. de inſtit. & ſubſt. etenim ſi teſtator ordinauerit, illos legitimari, legitimatio ab eius voluntate non pendet, ſed Principis, Ruin. & allegati per eum in d. §. & quid ſi tantum, nu. 199. & proinde obtinere gratiam, vel diſpenſationem à Principe, vel Papa, connumeratur inter caſus fortuitos, & conditiones impoſſibiles, Iaſ. in l. ſi alienũ, §. conſtat, nu. 8. ff. de legat. 1. vbi omnes, Puteus deciſ. 87. lib. 2. Lean. Galgagn. in tract. de cond. & demonſtr. part. 1. cap. 5. nu. 19. & 20. verſ. decimaſeptima ſpecies, & deniquè cauthela ipſa à Cæpoll. tradita, & ſumpta ex d. l. in tempus à iuris Interpretibus omnino reprobatur, vt ait Io. Dauth. de teſtament. in 4. ſubſtantiali, nu. 302. vbi citat Bald. in l. eam, quam, nu. 48. de teſt. Franc. Aret. Paul. Caſtr. in l. ſi filiusfamilias, nu. 3. de teſtament. & in conſ. 142. nu. 5. Imol. in d. l. in tempus, num. 2. verſ. ſed fortè, Ruin. in d. §. & quid ſi tantum, Io. Bapt. Caccialup. in conſ. inſerto inter conſil. Cornei 217. quod ſubſcripſit confirmando, adeo quod huiuſmodi cauthela, ſi fraus detegitur, à lege improbatur, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 3. nu. 29. & 30. verſ. quinimò, Neuiz. conſ. 34. nu. 2. vt in hoc caſu, in quo conſtituuntur iſti ſpurij falsò vt naturales in fraudem iuris communis, conſuetudinis, & agnatorũ, nam ſæpius fraudes machinantur in vltimis voluntatibus pro

ſpurijs,

ſpurijs, Bargal. in tract. de dolo, lib. 3. cap. 13. num. 11. & ſeq. & cap. 7. eod. lib. neque obſtabit Hieron. Ceuall. dictum, aſſerentis Bald. pro vtraque opinione in Specul. commun. contra commun. cap. 472. & concludit, dictã cauthelam non valere, & ſubtiliſſimum I.C. à Iaſ. in l. 2. nu. 12. verſ. allegat, ff. de iuriſd. omn. Iudic. appellatum Franc. Aret. hanc reprobantem communem eſſe, & adeò vilipendio habentẽ alteram opinionem, vt arriferit, & quamuis vtramque opinionem practicari poſſe exiſtimant, quandoque illam in d. l. in tempus 13. non exiſtente legitimo contradictore, cui ius fuerit quæſitum, Mart. de ſucceſſ. in 1. par. q. 8. artic. 4. nu. 2. & 3. ad verſ. ſecundus caſus. Ex quibus facta relatione in Sacr. Conſ. per Reg. Conſil. D. Flaminium de Conſtantio virũ Patritium, omnique virtutum genere refertum die 10. Iulij 1630. fuit deciſum in fauorem ipſorum Io. Berardini, Hieronymi, & Franciſci Otraiani contra ipſos ſpurios, vt ex actis in Banca de Simeone, & ijs allegatis addo Iacobum Richium in tract. de vnione prolium, cap. 4. vbi conſimilem articulum examinat, nempè ſi pater poſſit vnionem filiorum conſtituere, includendo filios naturales, & concldit negatiuè ex rationibus ibi adductis.

Teſtamentũ originale an quis præſentare compellatur, illud allegãs adeſſe, vel copiã authenticam illius, dum penès aliquem illud idem detineri conſtabat, quia quotidiè in praxi de hoc contingit altercari, idcirco refertur quod in facto euenit, nam cum fuiſſet Sarra Sancta declarata hæres ab inteſtato quondam Petri Antonij de Serio per Curiam Terræ S. Angeli, ſe oppoſuit Lucretia de Cicco mater, & tutrix Petri Antonij de Serio iunioris, filij quondam Fœlicis de Serio germani ipſius Petri Antonij ſenioris, aſſerendo, nullatenus potuiſſe dictam Sarram declarari hæredem ab inteſtato per exiſtentiam teſtamenti conditi per dictũ quond. Petrum Antonium, & propterea facta relatione in Sacro Conſilio per Reg. Conſ. Alouſum Vargas Ducem Cagnani die 9. Iulij 1632. fuit deciſum huiuſmodi, decreto ipſius S.C. prouiſum eſt, quod infra viginti dies Lucretia de Cicco præſentet originale teſtamentum quond. Petri Antonij de Serio, alias procedatur ad deciſionem cauſæ, hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Michaelis Carbone, verum quia teſtamentũ allegatũ reperiebatur penès alium, à quo haberi non poterat, videbatur ex hoc excuſari, quod ad originalis exhibitionem teneri non debuerat, eo quod prothocollũ originale remanere debet penès Notarium, apud quem eſſe præſumitur, inquit Oſaſc. deciſ. 16. num. 4. vbi defendit hanc opinionem in terminis teſtamenti, cuius copia præſentata fuerat, vt nõ teneatur ad exhibitionẽ originalis, & in fortiori caſu deciſum refert Præſ. de Franch. deciſ. 194. non teneri partem ad exhibitionem, ſed cogi Notariũ, maximè dum adſit ſuſpitio falſitatis ad exhibendũ, quem ſequuntur Doctula in Addit. ad Capyc. deciſ. 40. ibique etiam Petra in annot. Imò nec ad copiam illius, cum ſufficere debeat oſtendere Notariũ apud quem teſtamentum reperitur, ex adductis per me in voto 39. & quamuis originale penès partem reperiretur, ſufficeret copiam præſentare in actis, retento penès ſe originale, ex Abb. in cap. 1. de præbend. Felin. & Foller. relatis per Muſcatell. in praxi ciuil. S. C. lib. 1. part. 3. gloſ. menriouatorum, num. 15. ex aduerſo autem dicebatur, omnino partem teneri ad exhibitionem originalis ex Bart. Ang. & Bald. in l. fin. C. de fide inſtrum. & ſic in terminis teſtamenti firmat deciſũ fuiſſe Capyc. deciſ. 40. aſſequitur etiã Oſaſc. d. deciſ. 16. vbi ita pariter deciſum tradit, ſequitur Reg. de Ponte conſ. 30. num. 1. & 2. vol. 1. ſed pro concordia ſatis congruit diſtinctio eiuſdem Muſcatell. in d. praxi eod. lib. 1. part. 3. gloſ. reſpondendum, nu. 17. quod quoties ageretur de ſuſpitione falſi, tũc ſi originale reperiretur penès Notarium, compellier eum ad exhibitionem, & ſic deciſum per Sacrum Conſilium apud Franch. vbi ſupra, cæterum autem ſi illud idem originale penès partem reperiretur, & illius copiã præſentauerit, compelletur ad exhibitionẽ originalis, in præmiſſo caſu nullatenus agebatur de ſuſpitione falſi, ſed tantũ quia reperiebatur teſtamentum penès Notarium originaliter, ad cuius exhibitionẽ compelli non poterat, neque ad copiam, ſi id non fuiſſet à Iudice mandatum fieri, vt ad exhibitionem compelleretur, quocirca iterum facto verbo per eundem cauſæ Commiſſarium die 23. Auguſti 1632. fuit interpoſitum decretum huiuſmodi, decreto Sacr. Conſ. prouiſum eſt, quod conſignentur prouiſiones per Ill. cauſę Commiſſarium ordinatę ad finem prouidendi, hoc ſuum, &c. per quem fuit poſtmodũ decretum eodem die, quod committeretur Capitaneis Terrarum Hoſtiliani, & S. Angeli inſolidum, qui cogerent iuris, & facti remedijs oportunis detentores teſtamenti contenti in præſenti comparitione ad conſignandum comparenti copiam authenticam dicti teſtamenti iuſto mediante ſalario, & expediantur prouiſiones, hoc ſuũ, &c. quod iure ſatis conſentaneum eſſe videtur in praxi ſic ſeruari, prout ſpecificè teſtatur Oſaſc. vbi ſup. nu. 8.

Teſtamentum conditum à milite in dignitate poſito, licet ſub patria poteſtate cõſtituto ſine illius licentia, ſi non fuerit ſtipulatum, neque teſtes interfuerãt, ſed dũtaxat notatũ in quadã carthula, ex qua de eius uoluntate apparebat, licet poſtmodum confirmata per quinque teſtes poſt ipſius obitũ an iure ſubſiſtat, de hoc incidit altercari in teſtamẽto quond. Sereniſſ. Philiberti Emanuelis Militis Hieroſolymitani, Capitanei Generalis, ac Proregis Regni Siciliæ, Pręfecti Maris per Catholicã Maieſtatẽ Regis Hiſpaniarum deſtinati, eo quod dum fuiſſet voluntas ipſius teſtatoris adnotata in quadã carthula, nec aliter ſtipulata uti teſtamentum ſine teſtibus, ſed tantum per quinq; teſtes confirmata poſt eius obitum tempore imminentis peſtis in dicto Regno Sicilię, fuit proinde inſtarum ex parte Sereniſſimi, atque Eminentiſſimi Card. Sabaudiæ eius germani,

Digitized by Google

et de validitate illius diſcuteretur, vt legata conſequi potuiſſent, in quo plura diſcutienda propoſita fuerant. Et Primò, teſtatorem non tantum militem, ſed Maris, & Terrę Ducem ſupremum tunc fuiſſe, ob quod ei multa priuilegia competebant. Secundò, ſi talia priuilegia etiam militibus noſtri temporis competere videantur, ità eorum Capitaneo Generali. Tertiò, ſi fuerit inceptũ condi teſtamentum, & antequam completum fuerit deceſſerit, validum reddatur. Quartò, ſi neceſſaria fuiſſet teſtium repetitio ad ſollemnitatẽ, præſertim in beneficium Capitanei Generalis. Quintò, ſi teſtes domeſtici, commenſales, & legatarij idonei cenſeantur in militari teſtamento. Sextò, ſi potuit tale teſtamentũ condi ſine licentia parentis, nulla interueniente emancipatione. Septimò, ſi ob præteritionẽ patris ſimiliter corruere videatur, quibus omnibus examinatis in allegationibus deſuper factis, & adductis nouiſſimè per Io. Franc. del Caſtillo in deciſ. Sicil. 250. part. 3. demum refert in calce ipſius, deciſũ fuiſſe per Collaterale Conſilium die 27. Septembris 1627. præuia relatione D. Franciſci Salgado legatarios immittendos eſſe, & immitti debere in poſſeſſione redituum annuorum ducat. 49863. ſuper introitibus Regiæ Dohanæ menepecudũ Apuleæ, & quòd inde Regia Curia ipſis correſpondeat pro quantitate annua legata à die mortis Sereniſſ. Principis Philiberti, & deinde in antea vita durante ſeruata forma legati.

Teſtamentum conditum à patre hæredem ſibi inſtituendo Monaſterium, & vltra præteritionem filij, qui ipſum neutiquam in legitima inſtituerat, vel fortè, quia illam in vita dederat, aut in recompenſationẽ eius redemptionis ceſſerat, an ſit nullum, ita vt hæres inſtitutus non poſſit ad bonorum poſſeſſionem immitti, prout prætendebatur tam ex parte Monaſterij S. Seuerini nomine D. Didaci de Stabile filij quond. D. Caroli, quàm etiam ex parte Aſcanij Paganelli ceſſionarij eiuſdẽ D. Didaci aduerſus Venerabile Monaſteriũ S. Vrſulæ Redemptionis Captiuorum hæredem inſtitutũ ab ipſo D. Carolo, & petentem immitti in poſſeſſionẽ hæreditaris, & vltra nullitatem prædicti teſtamenti prætenſã ob præteritionem dicti D. Didaci, de quo ſatis dictũ apparet ſupra in verbo hæres, adijciebatur iſthęc nullitas, dum nil fuerat filio relictum, quo caſu diceretur præteritus etiam filius inſpecto iure nouiſſimo, ad text. in §. aliud quoque capitulum, Auth. vt cum de appell. cogn. idemque etiam prius diſpoſitũ fuerat in l. ita tamen, §. qui rogatus ff. ad trebell. prout quoque concludere videntur DD. relati per Reg. de Ponte conſ. 42. nu. 6. vol. 1. quod ſanè adeò verũ exiſtimatur, vt etiam ſi filius in vita patris reciperet legitimã, vel filia acceperit dotem, ſi contingerit in teſtamento præterire eos, poterit adhuc teſtamentum dici nullum, ex diſpoſitione d. §. aliud quoque, iuncta gloſ. magna aſſerentis corrigi iura antiqua, ac eſſe iſtam communem opinionem Specul. Imol. Alex. & alij relati per Craſſ. in tract. de ſucceſſ. §. teſtamentum, quæſt. 36. Petr. Greg. ſyntagma iur. lib. 44. cap. 2. nu. 19. Franc. Anton. Coſta in conſ. 64. nu. 11. & fuit originalis opinio eiuſdem Gloſ. in l. 3. §. ſed vtrum, verbo patrimonium ff. de minor. quam cum alijs refert Caſtill. deciſ. Sicil. 145. nu. 6. ſubdens nu. 10. quod etiam pater in teſtamẽto tenetur filios inſtituere iure honorabili, quibus viuens legitimam dederat portionem, alios referendo, qui aſſerunt ſufficere eos etiam in minimis inſtituere, & ante eum meminit Suar. inter commun. opin. verbo legitima portio, verſ. memineris, ante eum Nap. ad conſuet. Neap. gloſ. relinquere, tit. de ſucceſſ. ex teſtam. hæc ex parte Paganelli, ſed replicabat hæres inſtitutus, prædicta non militare, eo quia hæres inſtituta fuerat Eccleſia, propterea non exquiritur talis ſollẽnitas, vt per Bart. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. cum alijs apud Vaſq. de ſucceſſ. prog. lib. 2. §. 20. part. 4. nu. 246. nouiſſimè Reg. Rouit. deciſ. 22. nu. 12. ac alios refert Merlin. in tract. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæſt. 8. qui hanc communem opinionem eſſe aſſerit, vltra Anchar. in cap. cum eſſes, col. 3. de teſtam. dicentẽ patrem taliter teſtando nõ facere contra pietatem paternam, cum filio ſuam legitimam relinquat, igitur nullo modo poterit ob id prętendi nullitas teſtamenti, quidquid ex aduerſo prætendebatur, quod fauor piæ cauſæ non operatur validitatem teſtamenti nulliter deducti ex cauſa præteritionis, quandò filio non fuerit relicta legitima, vt poſt Bald. in d. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. & cæteri relati per Addent. ad Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 38. verbo quid in teſtamento ad pias cauſas, nu. 10. vltra Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 14. & ſi prædictis ſuperaddatur altera concluſio, quod dum cõcurrit alia cauſa pia, quæ teſtamentum infringit, eo caſu non erit priuilegium conſiderandum, eo quia priuilegiatus contra aliũ priuilegiatũ non deducit, ad text. in l. 1. §. ſed ſi milites, in princ. ff. de excuſat. tutor. latiſſimè Barboſ. in tract. axiomat. iur. cap. 190. optimè Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 896. replicabatur, quoties vterq; eſſet priuilegiatus in ſpecie reſpectu cauſæ de qua agebatur, & ſic priuilegia vtriuſque in exercitio concurrunt, ſecus tamen quis eſſet priuilegiatus in genere, ſed non in ea cauſa de qua agitur, etenim tunc priuilegiatus vtitur priuilegio ſuo contra alium priuilegiatum, vt per Gloſ. quam Bart. Bald. Paul. Caſtr. Salyc. Iaſ. & alij ſectantur in Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. quocirca cum ipſa pia cauſa ſit in ſpecie priuilegiata quoad hoc, vt teſtamẽtum factum ad pias cauſas non dicatur nullum, ſi in eo non fuerit relicta legitima filio titulo inſtitutionis, & Monaſterium S. Seuerini ſit priuilegiatum in genere, ſed non in hoc omni iure hęres inſtitutus ſuo vtitur priuilegio contra illud, & ſi proximè prædictis replicaretur non obſtare, ex quo DD. in d. Authent. quas actiones loquuntur, quando Eccleſia eſſet priuilegiata, ne eius bona minori ſpatio quadraginta annorum præſcribantur, etiam ſi alia Eccleſia vellet præſcribere, quia

illa

Digitized by Google

illa vult euitare damnum, & iſta lucrum captare, ſed in caſu de quo agebatur, ambo tractabant de lucro capiando, prout etiã oſtenditur in cap. relatum, & cap. cum eſſes, de teſt. quibus percipitur, teſtamentum coram Patocho, & duobus teſtibus factũ fauore piæ cauſæ valere, & ſi altera Eccleſia hæres inſtituta fuerit, vtique nec illud priuilegium vigeret in damnum alterius, Oldrad. conſ. 119. in ſin. Roman. conſ. 385. nu. 4. latiſſimè Tuſc. in praxi commun. concluſ. in verbo priuilegiatus, concluſ. 770. ad idem ponderatur quod dictũ eſt de cauſa pia, quæ excludit ſubſtitutum, vt non excludat aliam Eccleſiam, Tiraquell. eod. tract. in priuil. 26. & ſimiliter de detractione falcidiæ, vt per Peregr. de fideic. art. 28. nu. 85. & ob id non obſtat text. in d. §. aliud quoque, nam ibi Imperator determinat, vt pater teneatur titulo inſtitutionis relinquere legitimam filio in tantum, vt ſi per donationem, legatum, vel fideicommiſſum, vel quemcunque modum præter legitimam filio relinqueret, teſtamentum erit nullum, non tamen loquitur text. quando legitimam pater in vita dederat filio, vel quando filius renunciauerit hæreditati paternæ, vel quando teſtamentum eſſet in beneficium cauſæ piæ, etenim in omnibus ijs caſibus ceſſaret nullitas teſtamenti, quæ ſolum in dicto caſu procederet. Ad veriorem tamen veritatis indagationẽ dicebatur ex parte hæredis, idcirco pater nil vltra filio reliquerat, quia ſoluerat maiorem quantitatem pro eius redemptione, quam prætendere potuiſſet, nimirum ſi à legitima ipsũ excluſerat ſtante ſatisfactione, ex quo de iure probatum extitit, ſolutum à patre pro redimendo filio, ſiuè voluntariè, ſiuè coactè ſoluitur ſemper imputatur in legitimam filij, vt concludunt Ripa in l. in quartam, nu. 185. ff. ad l. falcid. Fabian. in Anth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. in 8. quæſt. nu. 106. & communem eſſe opinionem teſtatur Craſſ. in §. legitima, quæſt. 30. & alij, quos refert ſequendo Merlin. d. tract. lib. 2. tit. 2. quæſt. 25. & ſic pluries in Rota deciſum refert Gratian. diſcept. forenſ. cap. 50. & fortius in caſu præmiſſo procedere videtur, dum ante ſolutionem D. Carolus erat debitor conſtitutus, & ſic coactè ſoluere cernitur, & ſucceſſiuè legitima ſatiſfacta ob ſolutum. Sed tantum replicabatur non aliter credi poſſe patri aſſerenti hoc in præiudicium legitimę, nec eius aſſertio præiudicaret ad illam diminuendam, Alex. conſ. 45. vol. 1. & conſ. 18. vol. 4. Crauett. conſ. 14. nu. 4. Soc. iun. conſ. 7. Menoc. conſ. 39. n. 49. & cęteri relati per Barz. deciſ. Bonon. 104. nu. 23. & deciſ. 86. nu. 37. eo amplius cum in facto conſtabat, dictum D. Carolum pro tali effectũ conſequutum fuiſſe ab Hoſpitale S. Iacobi ducatos 400. ex legato Elionoræ Perez, & quatenus conſtaret de ſolutione alicuius quantitatis facta per patrem ad filium liberandũ, nullatenus in computum legitimę erit imputanda, maximè quando pater nõ fuerit de imputatione proteſtatus, ita Bald. in l. liber captus, C. de captiu. & poſtlim. reuerſ. nu. 3. verſ. quid de patre redimente, præcipuè nu. 6. Peregr. de fideicom. artic. 50. nu. 138. Mangil. de imputat. quæſt. 42. nu. 1. vbi firmat hanc ſententiam, quidquid in contrarium deductũ fuerit, poſtquam DD. allegati loquuntur in quantitate tantummodo ſoluta ex cauſa condemnationis, Craſſ. in d. §. legitima, quæſt. 30. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 50. nu. 2. vbi dixit id procedere, ſi coactè ſoluerit, ſecus ſi ſpontè, vt opinatur Merlinus vbi ſupra. Fuit deciſũ vt ſupra in verbo hæres.

Teſtamentum an validum iudicetur, ſi Notarius non aliter de voluntate teſtatoris informatus cogitans ipſe, quo pacto de rebus ſuis diſponere potuiſſet, eũ interrogauerit, an velit Titium hæredem inſtituere, & teſtator reſpondiſſet ſic, exiſtẽte tamen infirmo in lecto ſenſu, & loquela, ſtatim Notarius coram teſtibus, qui illi interrogationi, eiuſque reſponſioni adſtantes fuerunt, ſcripſit teſtamentum cum inſtitutione prædicti hæredis, vt accidit diſcuti in teſtamento quond. Stephani Viualdi, qui tali modo interrogatus reſpondit, & fuit hæres inſtitutus Ill. Princeps Satriani, & quãuis de iure probatum ſit neceſſe eſſe, teſtatorem voce propria debere exprimere nomen hæredis, ad text. l. iubemus, C. de teſtam. & l. quoties, §. hæredes ff. de hæred. inſtit. poſt Pileum quæſt. 110. Paul. Leon. in l. 1. §. ſi quis ita, nu. 61. ff. de verb. oblig. vbi Aquil. nu. 73. Conſ. Scipio Theodorus allegat. 12. num. 21. quibus addo Angel. Aret. conſ. 104. ſed pro validitate teſtamenti in huiuſmodi caſu cernitur fuiſſe originalem opinionem Gloſ. in d. l. iubemus, in verbo quemadmodum, C. de teſtam, & ita vſu receptam eſſe teſtatur Bart. in l. hæredes palam, nu. 9. ff. de teſtament. vbi Angel. num. 6. Alex. conſ 12. vol. 1. nu. 6. ubi Addent. lit. D. & conſ. 33. n. 4. vol. 3. Aret. in rub. Inſt. de teſtam. ord. nu. 4. Iaſ. qui communem vocat conſ. 124. vol. 1. n. 24. Dec. conſ. 489. Alciat. lib. 9. reſponſ. conſ. 772. & conſ. 111. nu. 8. vbi in iudicando ab hac non dixit recedendum, Soc. iun. conſil. 178. num. 16. vol. 2. Socin. ſen. conſ. 20. nu. 3. & 4. lib. 4. vbi declarat, quomodo articulatè loquatur teſtator reſpondendo per verbum ſic, Menoch. conſ. 45. nu. 17. & 31. vol. 1. Surd. conſ. 414. nu. 18. vol. 3. Syluan. conſ. 54. nu. 10. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. requiſit. 24. nu. 51. fol. 337. communemq; vocat in eodem tract. lib. 3. §. 26. num. 1. verſ. vnde nouiſſimè, il ſecondo, & in tract. controu. illuſtr. lib. 3. cap. 101. nu. 4. Couar. in cap. cum tibi, nu. 4. & 5. de teſtament. plenè idem fundat Gomeſ. in l. 3. Tauri, nu. 109. & ijs etiam accedũt Io. Dilect. de arte teſtand. tit. 4. caut. 2. Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 37. nu. 2. Ioſeph. Ludouic. de teſtament. concluſ. 3. in princ. Ant. Gabr. de teſtament. concl. 2. in princ. Andr. Fachin. controuerſ. iur. cap. 69. Craſſ. de ſucceſſ. §. teſtamẽtum, quæſt. 17. nu. 5. Boer. deciſ. 35. nu. 6. Rota Romana deciſ. 633. vbi ita refert deciſum in cauſa illorum de Maximis, prout quoque fuit determinatum per Sacrum Conſiliũ, iunctis Conſiliarijs duarum Aularum, ad relationem Reg. Conſ. Pomponij Salui in interpretatio-

ne teſtamēti Ioannis de Ayerbo, in Banca de Mondellis, & proceſſus intitularur proceſſus Io. Vincentij, & Ferdinandi Criſpani. Pręterea dum agebatur de teſtamenro nuncupatiuo, quo nam caſu illud valere ad alterius interrogationem, concludunt Doctores vnanimiter poſt Azonem in d. l. iubemus, C. de teſtam. Crauett. conſ. 117. & 143. nu. 13. Simon de Piæt. de interpr. vltim. volunt. lib. 2. dub. 1. ſolut. 2. nu. 50. Affl. deciſ. 143. nu. 2. Surd. conſ. 414. nu. 52. & in hoc omnes cōuenire cenſuit Riminal. iun. in §. fin. Inſtit. de teſtam. nu. 457. in fine, adeò quod indubitata redditur concluſio prędicta ceſſante omni fraudis ſuſpitione, dum probatum ſit, eam fuiſſe teſtatoris voluntatem ſui tunc compotis, Molin. Ieſuita de iuſtit. & iure, tract. 2. diſput. 127. verſic. illud etiam obſerua, quare hęc eſt intentio Menoc, & ad hoc reducuntur omnes caſus ab eo conſiderati in tract. de præſumpt. lib. 4. præſūpt. 8. prout ſic deciſum Romæ de anno 1579. refert Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 8. nu. 10. in fine, quapropter præcedente interrogatione perſonæ nō ſuſpectæ, arguitur voluntatē diſponentis fuiſſe magis deliberatam, dummodo verbis ſic reſpondeat, nō nutu capitis, vel ſignis, Vaſq. allegato tract. d. requiſito 23. nu. 52. ita vt neque vlla ratio aſſignari poſſit, cur infirmus magis affirmare, quā negare debeat, Alex. d. conſ. 33. nu. 12. in fine, eo magis cum in caſu præmiſſo pręceſſerat interrogatio ad primā, *che*, vel mauis, *che dite*, quod in idem ſonat, ex quo colligitur, Stephanum percepiſſe quidditatem interrogationis, quæ repetita à Notario, reſpondit geminatis verbis, *ſi, ſi*, vt in puncto reſpondit Alex. d. conſil. 33. nu. 12. Et ſi aliqui voluerint, propoſitam concluſionem pro validitate teſtamēti, quod ſi interrogatio fieret ab alio, quā Notario, generaliter, & indiſtinctè loquitur Accurſ. in d. l. iubemus, & ſic loquitur Ruin. conſ. 12. nu. 12. vol. 2. Aret. in d. l. hæredes palam, in fin. ff. de hæred. inſtit. Gamma deciſ. 46. nu. 6. prout etiā ſi interrogans ſit perſona ſuſpecta, vt in ſocero pro nuru interrogāte reſpondit, Corn. conſil. 77. nu. 4. & 8. vol. 4. licet alij tenuerint contrarium, inter quos Moror. conſ. 32. nu. 13. Borrell. conſ. 37. nu. 19. quos intendens reprobare refert Gaſpar Theſaur. quæſt. foreoſ. lib. 2. q. 9. num. 2. attamen veritas eſt, quod tunc valeret teſtamentum, Dec. conſ. 449. num. 6. Alciat. reſpooſ. 570. nu. 5. Boer. deciſ. 35. nu. 6. Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſ. 8. ou. 27. quod ſanè ratione fulcitur, quia poteſt quis blandis verbis inducere aliquem ad ſe hęredem inſtituendū, l. fin. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. Bar. in l. Lucius, §. Sempronium ff. de leg. 2. quare in teſtamento nuncupatiuo non requiritur de eſſentia præſentia Notarij, ſed ſufficit aſſiſtentia ſeptē teſtium, qui de veritate teſtamenti examinari poſſint, cum Notarius adhibeatur pro æterna memoria rei geſtæ, & vt examen euitetur, Alciat. d. reſponſ. 534. relato à Theſaur. iun. vbi ſup. nu. 10. Fuit in præſenti cauſa deciſum per R. C. S. nullum ius competere Fiſco, vt dixi ſupra in verbo Fiſcus, & inde deuoluta cauſa ad M. C. V. fuit immiſſus in poſſeſſionem pręfatus Ill. Princeps vigore præambuli per eam expediti, & ſic fuit teſtamentum validum approbatum in Banca Vulturalis, conferunt etiam ſequentia ad comprobationem pręmiſſorum, & reſolutionem contrariorum.

Teſtamentum an validum, & perfectum iudicari debeat, ſi Notario benè inſtructo à teſtatore de eius voluntate teſtamentum ſcripſerit ipſe, & deinde interrogando teſtantem, an vellet illum, quem prius ſibi nominauit hæredem inſtituere, & infirmus reſpondit affirmando per monoſillabam, ſic, præſente legitimo numero teſtium, teſtatore quoque articulatè loquente, in recta mente exiſtente, & nemo eſt qui dubitet tale teſtamentum valere, cum hic ſit ſtilus Notariorum in rogandis teſtamentis, Surd. conſ. 414. nu. 54. lib. 3. aſſerens omoes concurrere in hanc opinionem, ex adductis per Gaſp. Theſaur. quæſt. forenſ. cap. 99. nu. 13. lib. 2. ſic deciſum per Rotam coram Iuſto teſtatur Farinac. deciſ. 139. de communi teſtatur Bellon. conſ. 74. nu. 14. Paul. Leon. in l. 1. § ſi quis ita, nu. 60. ff. de verb. obl. Paul. Aemil. Gallus de except. tit. de ſucceſſ. ex teſtam. & ab inteſt. except. 3. nu. 8. quod idem procederet, quoties non antea Notarius de voluntate teſtatoris teſtamentū conſcripſiſſet, ſed in eo inſtanti præſentibus teſtibus Notarius aliundè ſciens teſtatorem hæredem velle facere Caium, ab eo, an illum vellet hæredem facere quæſierit, & affirmatiuè reſponderet teſtator, omnes DD. ita firmantes adduxit Ceph. conſ. 546. nu. 46. & 93. lib. 3. Menoch. conſ. 45. nu. 1. & 30. lib. 1. & in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 8. nu. 10. imò ſi cōſtaret ex inditijs voluiſſe aliquando teſtari, & tempore teſtamenti interrogetur ab amicis, an ita velit, & ſana, beneq; compoſita mente reſpōdeat, quod ſic, quod actum eſt valeret, teſtatur Petr. Pekius de teſtam. coniug. lib. 1 cap. 5. nu. 10. eſtq; tantæ efficaciæ, quod præcedat voluntas teſtatoris, qui ante interrogationem Notarij ipſi, aut teſtibus ſuam voluntatem declarauerat, quod etſi annuendo capud ad petitionem Notarij, & ſignis teſtamentū perfici non poſſit eo caſu nutu ad petitionem Notarij, Pariſ. conſil. 3. nu. 38. vol. 3. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 4. nu. 10. Tadeus Piſon. variat. reſol. lib. 2. cap. 2. ita vt ſi Notarius certioratus primo de mente teſtatoris ab eodem, vel ab amicis, quibus diſponens voluntatem ſuam explanaſſet, accedens interroget teſtatorem, & ille morbo, agine, vel alio correptus, non valens nutu, reſpondeat, ſic, vel non, aut ſignis demōſtret inter adſtantes quem prælegit in hæredem, poſſet illum hæredem ſcribere, & notare teſtamentum, atq; hæredis inſtitutionem, & impium iudicaretur huic teſtamento contrauenire, ſunt verba ipſius Gaſp. Anton. Theſaur. d. cap. 99. nu 27. verſ. & ego fui conſultus, vbi in præcedenti nu. 14. dixit, ad probandam talem voluntatem eo modo relatam, ſic eidem ab eodem declaratam fuiſſe eidem ſoli credendum exiſtēte Tabellione bonæ famæ, integręq; opinionis, quaſi quod de facto

proprio

proprio dicatur teſtificari,& nullus alius melius poterit ſcire veritatem,prout in caſu iſto, ſic deciſum teſtatur per Rotam Romanam Farinac.conſ.97.num.33. quapropter hæ duæ diſceptationes fundari cernuntur in l. Pamphilo, §.propoſitum ff.de leg.3. l.1.§.ſi quis ita ff.de verb.obligat. cum valeat argumentum à contractu ad vltimas voluntates, l.nemo dubitat ff. de hæred. inſtit. l.hac conſultiſſima, §.& cum humana,C.qui teſtam.fac.poſſ. cum alijs adductis per Gomeſ.in l.3.Tauri,nu.109. verſ.& primo non obſtat, etenim de iure naturali , vel gentium cuilibet eſt teſtandi modus quomodo velit,& poſſit,dummodo intelligatur , & colligatur eius voluntas coram legitimo numero teſtium, l.1. C.de ſacroſ. Eccl. eo magis præcedente verbo, relinquo, poſito in interrogatione Notarij, vtique cenſeri debet per teſtatorem in reſponſione repetitum, Roman.conſ.56.nu.2.vbi allegat tex.in §.pręterea, Inſtit.de inutit. ſtipul. & perinde habetur , ac ſi Vrualdus proprio eius ore dixiſſet, Principi Sartiani omnia bona meo relinquo, Dec.conſ.489.nu.9.idcirco non obſtat text.in l.iubemus, C.de teſt. nam ille procedit,quando non præceſſerit interrogatio alicuius , ſecus ſi pręcederet interrogatio,& ſequatur reſponſio, nam tūc nomen hæredis videtur expreſſum per relationem ad interrogationem, l.aſſe toto ff.de hæred.inſtit. & inde finita illa reſponſio per verbum, ſic, videtur in ſe continere qualitatem præcedētis interrogationis, Franc.Beccius conſ.102.num.8.& hoc confirmatur , quia quando lex requirit expreſſionē nominis in aliquo actu,vel requirit aliquam ſollemnitatem principaliter cauſa demōſtrationis, vel certitudinis, ſufficit eo caſu, quod conſtet de perſona per ęquipollens , vel aliquo indubitabili ſigno , modo lex ſimpliciter loquatur , modo illud requirat pro validitate actus , & ita intelligitur text. in d.l.iubemus. ſi vero non requirat principaliter cauſa certitudinis,ſed pro forma,debet tunc adimpleri in forma ſpecifica , iuxta text.in l.cum ij ff. de tranſact. in caſu autē iſto non requiritur pro forma, ſed cauſa demonſtrationis , cum ſint multi caſus,in quibus abſque expreſſione nominis hæredis ſubſtineatur teſtamentū , ideò dicendum ſatis conſtare , quando teſtator de eo interrogatus reſpondet,quod ſic,verba ſūt Tadei Piſoni variat.reſolut.lib.2.cap.3.nu.11. nec obſtant adducta per Conſil. Theodor. allegat.12.nam vt ipſe aduertit in prima inſtantia contra eius ſcripta fuit iudicatum, de quo adeſt deciſio Conſ.Gizzarell.46.nu.15.in cauſa vero reclamationis ſolutione relicti in beneficium Monaſterij S. Dominici voluntariè ſublata fuit controuerſia,hæc ſub tutela Vincentij Sergij I.C. præſtantiſſimi, in quo caſu fuit iudicatū,vt ſupra eodē verbo pręcedenti, quibus addo Chriſtoph.Mart. exam.58. nu.5. dicentem, hodie teſtamentum nuncupatiuū , & in ſcriptis fieri poſſe ad interrogationem alterius, ſed melius in examine nu.49. & ſeq. hanc eandem quæſtionem præmiſſam de teſtamento facto ad interrogationem Notarij , & reſponſionem teſtatoris per verbū,ſic, exarat, imò copioſius in deciſ.Senenſ.18.per tot. eundem articulum hinc inde diſputat, conciliando opiniones , ſed benè concurrentibus aliquibus coniecturis firmat, teſtamentum valere,vt fuit deciſum in eo Senatu.

Teſtamentum conditum ab vxore inſtituente virum hæredem , prætextu quod ad eius ſuggeſtionem conditum promiſit concubinam dimittere, an valeat, perſpexi quandam Apoſtillam incerti Authoris ad l.3. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. ſic dicentem , & quid ſi maritus, qui tenebat concubinam in domo ſuggeſſit, vt ipſum relinqueret hæredem, quia volebat dimittere concubinam,conſului non valere teſtamentum , pendet in facto, & vide Addit. ad Dec. conſil.489.& D. de Franch.deciſ.180 vbi ſcripſi,fuiſſe annullatum teſtamentū vxoris , & condemnatum maritum ad relaxandū bona cum fructibus, referente D. de Curte in menſe Decembris 1584. in cauſa Gulielmi de Capellano cum Scipione Lupi, Actuar. Longus,hæc ille.

Teſtamentum extenſum,& notatum à Notario, ſeù potius,vt dici ſolet, ſtizzatum,non tamen ſtipulatum ab eo , an ſuffragetur hæredi ſcripto,vel hæredi ab inteſtato, aut fideicommiſſarijs conſtitutis à patre teſtatoris in caſu deficientiæ illius ſine hærede , de hoc fuit controuerſum in Sacro Conſilio in cauſa Angelę de Pino,& illis de Ianuario,& per ea, quæ in facto occurrerant aſſerebatur, qualiter per mortem Proſperi de Ianuario filij quondam Andreæ de Ianuario concurrebant in dicta hæreditate, Franciſcus Antonius de Ianuario conſobrinus Proſperi, prætendendo in dicto teſtamento fuiſſe hæredem inſtitutum,ſimiliter cōcurrebat dicta Angela Pino ab inteſtato,& Io.Baptiſta, & Nicolaus de Ianuario vti fideicommiſſarij dicti quondam Andreæ ob mortem dicti Proſperi abſque filijs vigore teſtamenti dicti Andreæ, ex quo fuerant vocati Nicolaus , & Dominicus pater dicti Ioannis Baptiſtæ . Ex parte dicti Frāciſci Antonij producta fuerat copia dicti teſtamēti clauſa, quæ non aliter fuerat ſtipulata,ſed ſtizzata,vbi inſtituebatur hæres ipſe Franciſcus Antonius, & cum fuiſſet prouiſum per cauſæ Commiſſarium , quod partes deducant omnia eis incumbentia ſuper omnibus in præſenti iudicio deductis,& proinde ex teſtibus productis ab ipſo Frāciſco Antonio clarificabatur, qualiter teſtamentum non fuit ſtipulatū,ſed præſupponebatur,ꝙ feciſſet illud ſtizzare,ſic vulgo à Notario, & qn̄ voluerant introire teſtes, inuenerūt teſtatorē deficientem, nec potuiſſe illud firmare, neque ſtipulari, idque depoſuit Notarius, qui cum vidiſſet teſtatorem nō valentem ſubſcribere teſtamentū , interrogauit, ſi vellet illud valere pro teſtamento nuncupatiuo,& teſtator inclinato capite obijt,Illud idem Iudex ad contractus depoſuit, ac cæteri teſtes aſſerentes,nullum actum feciſſe, neque ſubſcribere potuiſſe,& inde obijſſe. Et quamuis præfatus Franciſcus Antonius produxiſſet aliquos teſtes, vt oſtenderet uoluntatem

defun-

Digitized by Google

defuncti fuiſſe, ipſum hæredem voluiſſe inſtituere, aduertendum erat, qualiter ipſi teſtes erant de falſo ſuſpecti, dum depoſuerāt, quod vnus ipſorū teſtamentū ſcripſerat de ordine teſtatoris, & inde à Notario exemplari, quo lecto ante ipſum teſtatorem declaraſſe, illam eſſe ſuam voluntatē, quod fuit antea, & quod teſtator ſollicitauerat Notarium, quia deficiebat, & falſum reddebatur, quoniam quando fuerat datum teſtamentum, vt exemplaretur, Notarius, & teſtis iſte deponens exierunt ex camera, relicto teſtatore, & inde reuerſi, vt ſubleuarent teſtatorem, Notarius cum vellet calamum dare, vt ſcriberet, obijt illico, vltra eorum variationes, & ſingularitates, & ad hoc legatur Grammat. deciſ. 26. num. 5. vbi aſſerit, quod licet teſtator bene ordinauerit eius teſtamentum, & perfectè, & pariter Notarius illud optimè ſcripſerit, & expleuerit, attamen niſi illud legerit in præſentia teſtatoris, & teſtiū, & teſtator aſſerat, illud eſſe ſuū teſtamentum, non valebit nedum iure teſtamenti, verū etiā nec iure codicillorū, per text. in l. fideicōmiſſa §. quoties ff. de leg. 3. & l. Lutius ff. de teſt. mil. Boer. conſ. 48. nu. 7. Bar. in d. l. fideicōmiſſa, §. 1. per illum tex. ff. de leg. 3. & ibi Gloſ. & alij, quos allegat Boer. ibi, & iterum in deciſ. 240. num. 4. in 1. caſu, vbi dicit, valere inter liberos, nam ideo fit, vt euitētur falſitates, Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucenſ. 53. nu. 35. Affl. deciſ. 143. vbi quādo voluit teſtari in ſcriptis, ut in caſu noſtro, & deficiunt ſollēnitates, nō tenet, Gram. ibi nu. 15. & 24. Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 4 nu. 2. Viuius deciſ. 13. duo igitur exiguntur actus in teſtamentis condendis, nempè voluntas, & ſollemnitates, alias non ſubſtinetur teſtamentum, Tomat. deciſ. Macerat. 68 nu. 96 Gaſp. Theſaur. qq. forenſ. lib. 4. q. 28. ſub nu. 6. Pro fideicommiſſarijs dicebatur, ad eos ſpectare hæreditatem vigore teſtamenti Andreæ patris ipſius Proſperi decedentis ſine filijs, iam quod factus erat caſus reſtitutionis bonorum, poſtquam fideicommiſſum relictū ſub conditione, ſi ſine liberis, vel eius liberi ſine liberis debetur, quandocunque liberi defecerint extare, Peregrin. de fideicom. artic. 19. nu. 11. Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 44. nu. 9. Sed huic replicabatur, quando declarabitur fideicommiſſum prædictum eſſe verū, illud à manu hæredis habere debent, iuxta allegata per Nizzol. in alleg. 18. nu. 15. deducta legitima, & trebellianica, nam fideicommiſſi bona nō reſtituuntur ante factas detractiones, latè Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 672. & propterea fideicommiſſarij iſti, qui non poſſident, non ſunt legitimi cōtradictores, ne hæres mittatur in poſſeſſionē, Fuſar. dicto tract. quæſt. 613. imò etiā ſi poſſiderent ſine vitio, adhuc legitimi contradictores non dicuntur, quando eſſet facienda detractio legitimæ, falcidiæ, & trebellianicæ, latè Præſ. de Franch. deciſ. 204. præſertim num. 28. cum ſeq. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 47. nu. 18. quocirca fideicommiſſarius cogere poterit hęredē, vt adeat, Fuſar. d. tract. quæſt. 600. & facta aditione, & inde reſtitutione erit legitimus contradictor, poſtquam fideicommiſſarius vt dicatur legitimus contradictor, requiritur, vt poſſeſſionē apprehenderit, facta ſibi reſtitutione reali, ſiue verbali, idem Ioſeph. Ludou. d. deciſ. nu. 15. & in ſumma vt fideicommiſſarius impediat immiſſionem in poſſeſſione hæredum tria debēt concurrere: Primò, quod poſſideat, Secundò, quod non vitioſè, Tertiò, quod incontinenti poſſit docere de iure ſuo, Hieron. de Leo deciſ. Valent. 24. nu. 23. Martius deciſ. Senenſ. 23. nu. 4. & 5. & exam. 13. nu. 51. & ſeq. Ludouiſ. deciſ. Roman. 206. nu. 9. Tomat. deciſ. Macerat. 116. num. 9. Sed pro ipſa Angela de Pino matre ipſius Proſperi dicebatur, quod cùm nullus aderat hæres legitimus, hæreditatem ad ſe ſpectare ex beneficio Senatus Conſulti Tertulliani, §. 1. Inſtit. de Senat. Conſult. Tertull. ibique DD. Spino conſ. 76. nu. 5. & conſ. 78. nu. 4. Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 158. nu. 5. 7. & 8. tom. 2. vbi aſſerit addendo, ipſam ſuccedere in proprietate, quamuis tranſeat ad ſecunda vota, Ludouiſ. deciſ. Roman. 495. nu. 1. Facta relatione in S.R.C. iunctis Dominis duarum Aularum die 26. Octobris 1618. per Reg. Conſ. Ioan. Baptiſtam Meliorem cauſę Commiſſarium, fuit præuia ſententia ipſius iudicatum teſtamentum nullum ex defectu voluntatis, & proinde bona remāſa in hæreditate Proſperi ei peruenta ab Andręa patre ſpectare, & ſpectauiſſe ad fideicōmiſſarios, deductis prænominatis detrahendis ad beneficium hæreditatis dicti Proſperi iuxta liquidationē faciendam per Sact. Conſ. reliqua vero bona ſpectauiſſe ad matrem vti hæredem ab inteſtato, non obſtante teſtamēto prætenſo tanquā nullo, vt ex actis in Banca Borrelli. Et pro corroboratione huiuſmodi deciſionis confert quod tradit Vaſq. de ſucceſſ. tom. 1. lib. 2. §. 14. n. 36. & ſeq. in requiſito 116. vbi ex pluriū DD. opinione probat, teſtamentum conſcriptum eſſe relegendum coram teſtibus, & ibi nu. 42. in verſ. cæterum, quando ad hoc propoſitum tradit, quod ſi teſtator ſuum ordinauerit teſtamentum, illudq; cęperit, & conſcripſerit, & poſtea teſtes adduxerit, & conuocari iuſſit, & coram eis declarauerit ſuam voluntatem, ſi antequam id efficeret morte correptus fuit, teſtamentum non valebit, ex Corn. conſ. 118. vol. 3. & plurimum confert prædictis quæſtio conſimilis relata à Theſaur. iun. lib. 1. quæſt. 28. de teſtatore volente teſtari, & accerſito Notario, & teſtibus, dum alij tres teſtes expectarentur ad numerum, & facta declaratione ſuæ volūtatis, dum Notarius vellet publicare teſtamentum morte præuentus expirauit, & concludit, non valere teſtamentum per multas rationes ibi adductas, neque vti nuncupatiuum, neque vti codicillus, de quo etiam meminit Donat. Ant. de Marin. reſol. quotid. cap. 238. nu. 6. in vltim. impreſſ. & ita iudicatum aſſerit Papon. lib. 2. tit. 1. in append. 5. in medio. Nec mirandum, ſi ita Sact. Conſ. iudicauerat eodem contextu, bona fideicōmiſſo ſubiecta ſpectare ad fideicommiſſarios, cætera vero ad matrem hæredē ab inteſtato, ita quod prius debuerat hæres

decla-

declarari, vt ab eo potuiſſent fideicommiſſarij accipere, poſtquam fideicommiſſarius eſt ſucceſſor in re, & ita reputatur eadem perſona cum hærede, Franc.Hieron. de Leo deciſ.Valent.93.nu.16. adeò quod cum comparuiſſent in Sac.Conſ.petêtes, bona prædicta reſtitutioni ſubiecta ad ipſos ſpectare, videbantur velle agnoſcere fideicommiſſum, illudq; acceptare, Raud.deciſ.22.nu.67.& ſtante tali declaratione actiones ipſo iure in eos tranſeunt, vt idē Franc.Hieron. de Leo deciſ.209. nu.4.tom.2. probat, & tunc cenſentur iura, & actiones, atque dominium tranſlata, potiſſimū quando grauatus ſine hærede deceſſerit, antequam reſtituat, vt eſt de iure probatum apud Raud. d.deciſ.22.nu.65.quo ſit, vt fideicommiſſarius in caſibus, in quibus ipſo iure in eum tranſeunt actiones, debet mitti in poſſeſſionē bonorum recadentium in hæreditate fideicommiſſi inſtitutoris, vigore l.fin. C.de edict. diui Hadr.toll.vt ex multis ibi probat nu.2.ſubdēs nu.3.quod actiones de iure canonico abſque vlla reſtitutione tranſeunt in fideicommiſſarium vniuerſalem, hanc eandem altercationē hinc inde proſequitur Chriſtoph. Mart. in examin.13.ſub nu.150.& ſeq.vbi pro concordia opinionum nu.152.cenſuit, quod ſi fideicommiſſarius non aliter propria authoritate vellet bona prædicta capere, ſed agere ad fideicommiſſum, quod tunc de æquitate canonica nulla facta verbali reſtitutione procederet iſta opinio canonici iuris, & ſic fideicommiſſarius immitti debet in poſſeſſionem bonorum defuncti, vel in vim l.fin. vel ex vtili Saluiano, ſtante purificatione fideicommiſſi ad eius fauorem, Durand.deciſ.Rom.258.n.8. & deciſ.432. nu.11.tom.2. in quo aduertendū erit, quod conſtito de fideicommiſſi purificatione, & identitate bonorū immitti debet fideicommiſſarius in poſſeſſionem, idem deciſ. 24.tom.1. & tunc immiſſus in poſſeſſionem authoritate Iudicis, non tenetur capere bona de manu hæredis idem deciſ.22.nu.4.ubi n.5. ſubdit dicendo, & maximè procederet, quando non probatur, quod adſit hætes, qui adiuerit, & poſſideat, prout erat in caſu de quo agebatur, quia nullus hęres apparebat, & agebatur de ſucceſſione ab inteſtato, ut ſupra deductum patet, & dum hæreditas erat uacans, poterant fideicommiſſarij propria authoritate occupare poſſeſſionē, Paul.Staiban.conſ.69. nu.36. Thoro.

Subnectuntur Allegationes deſuper edita in fauorem Nicolai de Iannario per ſubſcriptum Aduocatum aduerſus Angelam de Pino.

NIcolaum de Ianuatio fideicommiſſarium uniuerſalē q.Andreę de Ianuario ob mortem Proſperi hęredis inſtituti eſſe declarandū hæredem uniuerſalem ipſius quond.Andreæ, ac In eius hæreditatem immittendum in poſſeſſionem, ex infra demonſtrabitur, ſiquidem enim indubitati iuris eſt, mortuo hærede inſtituto ſine liberis grauato reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit fideicommiſſi conditionem extitiſſe, & conſequenter hæreditatē ad fideicommiſſariū ſpectare, arg. l.cedere diem ff.de uerb.ſignif. l.legata ſub conditione ff.de condit.& demonſtrat.l ex facto, § ſi quis rogatus ff.ad trebell. cum uulg. Et quamuis Angela de Pino mater prædicti Proſperi prætendat immiſſionem uti hæredē ab inteſtato, ex quo fideicōmiſſarius iure directo ante reſtitutionem ei factā ſaltim uerbalem, non poteſt poſſeſſionem capere, & accipiendo eſſet uitioſa, ut tradunt Batt.Alex.& omnes DD.in l.filiam fratribus ff. ad trebell. ex quo nullum ius habet in bonis, ſed illam ab hærede debet recipere, maximè quando reſtitutio non eſt omnino inutilis, quod ſcilicet ſit detrahenda legitima, uel trebellianica, quia hoc procedit in remedio directo l. fin. & ita loquūtur omnes DD.ſecus in utili, quia hoc nō uidetur ei denegandum, ſicuti dicimus in legatario, quia licet ei non competat directum remedium l.fin.ubi DD.tradunt, conceditur tamen utile, Guido Papa deciſ.362. ubi dicit, dari officium Iudicis, ad hoc ut is, cui facienda eſt reſtitutio rei in poſſeſſionem mittatur. Accedat, quod tunc fideicommiſſario non competit dictū remedium, quando in ipſum ipſo iure nō tranſeunt iura, ſecus uerò ſi tranſeunt ipſo iure, quia tali caſu fideicommiſſario dictum remedium competet, ut tradunt ibi Batt.col.3.uerſ. adde etiam, & præſertim Vbert. Zuecard. nu. 226.Alex.conſ.4.nu.16.ad finem, lib.2. Nicol. Bell.conſ.19.nu.13. vt in præſenti articulo, cū prædictus fideicommiſſarius ſit debitor prædictæ hæreditatis conſiſtentis in annuis introitibus in ducatis . . . pro qua ſumma nō indigebat, nec verbaliter reſtitutione, cū ipſo iure actiones ſint ei tranſlatæ abſque hominis miniſterio, ideo oſtendendo teſtamentum non abolitum, neque cancellatū, & in promptu de iure ſuo docendo, eſt immittendus in poſſeſſionem dictorum bonorum, & ſi ineſt, cōſeruandus, vt tradunt DD. communiter in d.l.fin.Petr.de Anchar.& Imol.in cap.cum tibi, extra de teſt. Bald.in d.l. id, quod pauperibus, in 17.quæſt. C.de Epiſc.& cler. & in l.fin. in 2.q. C.de edict.diui Hadr.toll. Iaſ. aſſerens eſſe communē, & verā in l.fin.col.3. cum ſeq. C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. conſ.82. perſpectis col.1.lib.2. Et quando peritiſſimis Iudicantibus aliud videretur, crederem, dictum fideicommiſſarium eſſe legitimum contradictorē dictæ prætenſę hæredis, quia quando fideicommiſſarius poſſidet, & in promptu eſt paratus ius ſuum docere, eſt legitimus contradictor in hoc iudicio, ita dicit Gloſ. in d.l.fin. in verſ.legitimo, C.de edict.diui Hadrian.toll. ſequuntur ibi Bart.col.fin. Alb.num.15. Bald. Paul.de Caſtr.Alex.nu.24.Iaſ.num.28. Dec.teſtando de communi nu.48. Moder.Ferrar.nu. 421.& alij recentiores, Bart.& Alex.in d.l.filiā fratribus ff. ad trebell. cum igitur dictus Nicolaus reperitur in poſſeſſione partis dictæ hæreditatis per retentionem debiti, & incontinenti probat de iure ſuo, oſtendendo teſtamentum dicti quondam Andreæ, in quo ipſe eſt ve-

eſt vocatus in caſu, quo dictus Proſper hæres inſtitutus decederet ſine filijs, vti legitimus contradictor in hoc iudicio admitti debet, iudicium enim iſtud dicitur eſſe poſſeſſorium adipiſcendæ poſſeſſionis, DD. in d.l.fin. C.de edict.diu.Hadrian.tollend. in poſſeſſorio autẽ adipiſcendę poſſeſſionis exceptio illa, dolo facis petere quod ſtatim reſtituturus es, obſtare ſolet, Gloſ. & ibi DD. in l.2. C. de edict. diui Hadrian. toll. Gloſ. in l.dolo ff. de except. dol. Alex. in l.naturaliter, §.nihil cõmune, nu.10. ff.de acquiren.poſſeſſ.& ibi DD.& in proprijs terminis Corn.conſ.232. col.fin. lib.4. Maximè quod prædicta Angela non poteſt prætẽdere in dicta hæreditate, niſi legitimam, quæ quidem legitima non aſcendit ad ſummam duc. . . . & hęreditas prędicta excedit ſummam ducat. 12000. ita quod ſi immitteretur in poſſeſſionẽ dictæ hæreditatis, ex fructibus vnius anni conſequeretur valdè maiorem ſummam quam hodiè deberetur, & hæc pro nunc currenti calamo, cætera ſuppleat peritiſſimus, ac doctiſſimus cauſæ Commiſſarius. Cæſar Cambetlingus.

Teſtamentum Sacerdotis filijfamilias an iure ſubſiſtat, ſuppoſito quod ſit à patria poteſtate exemptus ob Sacerdotium, item quia peculiũ habebat ex quadam negotiatione obuentum, de quo incidit controuerti in Magn.Cur.Vic. ſuper interpoſitione præambuli quondam D. Marci Antonij Mazzia Sacerdotis, ac Canonici Collegiatæ S. Benedicti Ciuitatis Capuæ, dum ipſe Sacerdos in humanis eſſet ſub paterna poteſtate cõſtitutus, infirmitate grauatus, ſuum vltimum condidit teſtamentum, hæredem vniuerſalem inſtituendo D. Sebaſtianum Mazzia eius conſobrinum, illinc in ſequenti anno ab hac luce decedente Petro Antonio eius patre, demũ poſt illius obitũ deceſſit præfatus D.Marcus Antonius; hinc orta fuit controuerſia inter dictũ hæredẽ inſtitutum, ac Lauram Mazziam eius ſororẽ vtrinq; coniunctam prætendentem ſuccedere ab inteſtato, excluſo hærede inſtituto. Qnanquam pro dilucidatione aſſerti articuli hinc inde diſcuſſis rationibus per Illuſtr. D. Carolum Matantam I.C. Neapolitanum præſtantiſſimum, ac Epiſcopum Iuuenacenſem, meum vndique obſequentiſſimum Dominum, in quodam ſuo reſponſo huius tertiæ partis incip. Fratrum inter ſe ire ſunt acerbiſſimę, referatur, fuiſſe pronunciatum per M. C. V. in beneficium ipſius Lauræ ex ſequenti decreto interpoſito videlicet. Viſa petitione præſentata pro parte Lauræ Mazziæ petentis ſe declarari hæredem pro nunc pro medietate quond. D.Marci Antonij Mazziæ eius fratris ab inteſtato cum beneficio legis, & inuentarij, ſalua prouiſione facienda reſpectu alterius medietatis, viſa informatione capta, & uiſis videndis, &c. Die 9.Iunij 1629. Neapol. facto verbo, &c. Per Magn.Cur.Vic. viſis renunciationibus factis per Dianam, & Beatricem Mazziam fuit prouiſum, & decretum Reu. D. Marcum Antonium Mazziam fuiſſe, & eſſe mortuum, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ traditum, dictamq; Lauram fuiſſe, & eſſe eius hæredem ab inteſtato pro medietate cum beneficio legis, & inuentarij, & tanquam hæredem pro medietate, vt ſupra potuiſſe, & poſſe ſuccedere in, & ſuper omnibus, & ſingulis bonis remanſis in hæreditate, & poſtmodum prædicti quond. D.Marci Antonij eius fratris credita pro medietate exigere, inſtrumentaq; præſentare ſecundum formam Ritus M.C.V. liquidare, & omnia, & ſingula facere, prout poterat, & valebat dictus quond. D. Marcus Antonius tẽpore, quo viuebat, & ita M.C.V. ſuum interponens decretum, & iudiciariam authoritatẽ, hoc ſuum, &c. De Laratha. Marcus Mareſca. Seraphinus pro menſe. Capurus. Deinde fuit interpoſitum aliud decretũ huiuſmodi videlicet. In cauſa præambuli quond.D.Marci Antonij Mazziæ die 21. Auguſti 1632. Neap. facto verbo, &c. Per Mag. Cur. Vic. viſa petitione fol.106. fuit prouiſũ, & decretum, quod interponatur, prout præſenti decreto interponi mandatur decretum præambuli pro alia medietate quond.D.Marci Antonij Mazziæ ad fauorem Lauræ, Beatricis, & Dianæ Mazziæ, ſeruata forma conuentionis initæ inter dictam Lauram, Beatricem, & Dianam, & proinde ipſas Laurã, Beatricem, & Dianam fuiſſe, & eſſe hærędes dicti quond. D. Marci Antonij, vnamquamque ipſarum pro tertia parte medietatis hæreditatis prædictæ, quæ prius erat ſequeſtrata, & tanquam hæredes vt ſupra potuiſſe, & poſſe ſuccedere in, & ſuper medietate omnium bonorum remanſorum in dicta hreditate, credita pro medietate, & vnamquamque ipſarum pro tertia parte exigere, obligationes incuſare, inſtrumentaq; præſentare, & ſecundum formã Ritus M.C.V. liquidare, & omnia alia facere, prout facere poterat, & valebat dictus quond. D.Marcus Antonius tempore, quo viuebat cũ beneficio legis, & inuentarij, hoc ſuum, &c. Vollarus, Herreta, Seraphinus pro menſe, Moncellus. Tamen pro veritate quæſtionis erit videndus Marta in ſumma legal. de ſucceſſ. in 4.tom. part.4.q.5.art.4.nu.22. qui concludere videtur, Clericos etiam exiſtẽtes ſub patria poteſtate res quomodolibet venientes ad eorum dominium habere ſub eorum poteſtate, & de illis poſſe diſponere, & teſtari, nec diſtinguit, ſi ante clericatum, vel poſtea peruenerant ex rationibus ibi adductis, aſſequitur Paul Aemil.Gallus in tract.de except.quæ orirĩ poſſ. &c. tit.1. except.2.part.2.nu.15. vbi aſſerit, filiumfamilias Clericum etiam in minoribus ordinibus conſtitutum de eius bonis diſponere poſſe teſtando, vel mortis cauſa donando abſque conſenſu patris tàm de bonis maternis, quàm de alijs, & in ſpecie nu.17. de Sacerdote loquendo dixit, non eſſe dubitandum, & in ſumma eandẽ opinionem ſectatur Couar.in cap.quia nos, nu.3.de teſtam.Didac. Spino in ſpecul.teſtam.in gloſ.rub.4.p. nu.23. Io.Lopez in rubr.de donat. inter vir. & vxor. §.42. nu.8. quos probat Conſ.Paſcal. de virib. patr.poteſt.part.1.cap.6.nu.37.Gratian.cap.64. num.13. quibus addo Vaſq.de ſucceſſ. tom.2.

Digitized by Google

lib.1.§.1.à nu.29.cum ſeq.& copioſè Sim. de Præt. de interpt.vltim.volunt. lib.2. interpt.1. dub.1. ſolut.4. nu.76. imò circumſcripta concluſione generali, ꝙ Clerici poſſint ad libitum de eorum bonis teſtari, de quo ſatis per Molfeſ.conſ.23.in 2.tom. etiam non obſtante diſpoſitione Conſuetudinis Neap. cui non ſunt obnoxij, iuxta vulgatas deciſiones deſuper ſactas, atque relatas per eundem Molfeſ. in Conſuet.Neap.par.2.quæſt.7.à n.20. ad 24. redditur iſta deciſio dubitabilis,niſi dicamus, DD. ſupra citatos loqui in bonis aduentitijs, itemq; caſtrenſibus,& quaſi caſtrenſibus exiſtentibus in poſſe, ac dominio ipſius Clerici, cæterum autem quando bona non eſſent in poſſe Clerici niſi in ſpe ſuccedendi, prout erat caſus de quo agebatur, dum ipſe Clericus teſtamentum fecerat, & adhuc bona ſua paterna non poſſidebat,vtique de illis diſponere non poterat,& conſequenter teſtamentum inane reddebatur,& ei ſucceſſores ab inteſtato admitti debuerant.

Teſtari aliquem compellens in beneficiũ tertij per metum reuerentialem an incidat in edictum,ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, reſolutum fuit negatiuè, ex quo crimen non fuerat benè probatum, ita Reg. Tapia deciſ. Italiæ 16.

Teſtator ſi in teſtamento donauerit fundum ab ipſo emptum alicui,qui in rei veritate erat de hæreditate vxoris,an conquerente hærede ipſius pro illius cõſequutione, & fuerit obiectum à legatario,tantundem, & plus habuiſſe à teſtatore ex fructibus perceptis ex eius hæreditate facta compenſatione valida reputetur eius diſpoſitio facta legando rem alienã, vt illius æſtimatio debeatur, deſumebatur ex facti ſerie Io. Baptiſtam del Core in vxorem habuiſſe Caradoniam de Iudice, quæ ipſum hæredem inſtituit vniuerſalem, qui in vita dicti vxoris emerat quandam maſſariam, quã in eius teſtamento poſt inſtitutionem factam in beneficium Franceſchellæ, & Martæ eius filiarum donauerat Ioſepho de Iudice eius nepoti filio dictæ Franceſchellæ propter ſeruitia præſtita, cui illico ſucceſſo obitu fuit poſſeſſio conceſſa, illinc ad 20. annos prætendens Marta,dictam maſſariam eſſe remanſam in hæreditate matris, inſtiterat ſic declarari per S.C. & ita compilato proceſſu fuit dictũ, maſſariam remanſiſſe in hæreditate Caradoniæ, poſt hæc prætenſit dictam maſſariam diuidi non obſtante donatione facta dicto Ioſepho, eo quia de illa diſponere non poterat, cum non erat in bonis ipſius, quanquam ex parte hæredum ipſius Ioſephi allegaretur; nõ eſſe inconueniens,quod teſtator relinquat in beneficium legatarij, ſeù donatarij etiam bona non ſua, ſed ſuorum heredum, adeo quod cum Marta cohæres ſui patris, quæ poſſedit multas quantitates pecuniarum ſui patris, & tradidit poſſeſſionem dictæ maſſariæ eidem Ioſepho, nequiuerat contradicere, poſtquam teſtator legauerat rem hæredis, & coniunctæ perſonæ, vnde per S.C. in anno 1594. fuit interpoſitum decretum, quod citra præiudiciũ iurium ambarum partium procedatur ad diſcuſſionem bonorum remanſorũ in hæreditate Ioannis Baptiſtæ.del Core,vt ea viſa prouideri poſſit, ſicq; peracto calculo,longè diſcuſſis rationibus in S.C. fuit per idem aliud interpoſitum decretum in fauorem dictorũ hæredum,videlicet, quod procedatur ad diſcuſſionem bonorũ quond. Io.Baptiſtæ del Core, pro qua diſcuſſione quando apparebit in eius hæreditate eſſe tantundem, quantum eſt valor ruris donati, vel legati, hæredes dicti Ioſephi nõ moleſtentur in rure prædicto, quando vero minus pro currenti ſumma teneantur ſub die 12 Ianuarij 1596. & iterum idem per aliud decretum confirmatum, quorum vigore proceſſum fuit ad vlteriora,& ſignanter ad annotationem pretij dicti ruris, quod fuit ducat.1200.eiuſque medietas importabat ſummam ducat.600. verſa vice in hæreditate paterna remanſerãt tot annui introitus, aſcẽdentes ad ſummam capitalis ducat.4000.de quibus hæredes prædicti Io.Baptiſtæ perceperant poſt eius mortem ducat.1054. ex introitibus,& non eſt dubium,quin fructus percepti poſt aditam hæreditatem,ipſam augent,ad text.in l.item veniunt,§.item non ſolum,verſ. fructus autem omnes augeant hæreditatem, ſiuè ante,ſiuè poſt aditam hæreditatẽ acceſſerint, ff.de petit.hæred.& propterea ipſa Marta illos excomputare debet pro medietate in compotum partis dicti ruris pro tantundem, licet autem ex parte ipſius Marthæ adduceretur text. in l.fideicommiſſariã, §.quoties ff.ad trebell. in quo dicitur ibi, fructus non hæreditati, ſed ipſis rebus accepto feruntur, & ſic in reſtitutione non veniunt,affirmãt quoque Peregrin.de fideicom.artic.49.ſub nu.16.verſ. contra autem. Nihilominus pro parte ipſorum hæredum replicabatur per Franciſcum Antonium Coppulam I.C.ac Aduocatum ſolertiſſimum, huiuſmodi .ſ. text. illum non facere ad caſum,nec proinde terminos eſſe applicabiles in hac cauſa,ibi enim teſtator iuſſerat,eius hæreditatẽ debere reſtitui poſt mortem hæredis alicui ſubſtituto,dubitabatur in text. num fructus medio tẽpore percepti per hæredem veniant in reſtitutione tempore, quo dies fideicommiſſi cedit, & iuſtiſſimè ibi dicitur non venire, quia tales fructus nõ hæreditati, ſed ipſis rebus accepto feruntur, in caſu vero noſtro non agitur de reſtitutione fideicommiſſi poſt mortem hæredis,ſed mortuò Ioan. Baptiſta teſtatore, & tradito legato maſſariæ Ioſepho de Iudice legatario,ſeù donatario,Marta effecta eſt creditrix hæreditatis Io. Baptiſtæ eius patris in valore medietatis maſſariæ ducat. 600. cũ teſtator rem hæredis legauerit, & ad tantundem hæreditas Io. Baptiſtæ tenetur huic mulieri Martæ,& S.C.volens videre,& manibus palpare,quid eſt illud, quod ex hæreditate Io. Baptiſtæ peruenit in Martam,inter alias partitas in calculo deſcriptas, & notatas ſunt ij duc.1054. peruenti ex introitibus maturatis poſt mortem Io. Baptiſtæ de emptionibus factis per eundem Io.Baptiſtam de eius propria pecunia, vnde inſurgit,

Digitized by Google

diſtinguendo nu.9.& 10. reſoluit potiſſimum
nu.11. quod in omni caſu commodum,& in-
tereſſe in conſequentiam etiam mediatum,&
per longum tractũ fidem diminuere,& ſi eum
à teſtificando repellit,indubitanter erit tenẽ-
dum,vt ſupra nu.9. & infra nu.41. rectè pro-
bauit, attamen quia verſabatur in cauſa cri-
minali,nulli dubium eſt,quin teſtis intereſſa-
tus, & in cauſa propria, multo magis repelli-
tur in cauſa criminali, prout in antecedenti
nu.5.& 6. firmauit ibidem Farinac. & fortius
ab accuſatione erit repellendus, eo maximè
quia ſunt inuicẽ contraria,vt quis ſit teſtis,&
accuſator,ſeù denunciator, nam repelleretur,
Farinac. conſ.70.nu.39. in fine,poſtquã teſtis
quærulator eſſe non poteſt, Fęlic.allegat.166.
nu.5.part.2. vnde rectè concluditur, quod te-
ſtis intereſſatus non probat,Farinac.deciſ.cri-
min.75.nu.2.Bertazz.conſ.244.nu.1.vol.2.&
conſ.236.nu.16.vol.1.Fęliceus alleg.169.nu.8.
part.2. Quapropter facta relatione in Sacro
Conſilio per Reg.tunc Conſ. Scipionem Ro-
uitum de anno 1630. fuit iudicatum,non eſſe
audiendum, penès Secretarium in Banca
Borrelli.

Teſtis examinatus ad reuelationem excommu-
nicæ,ſuccedente eius obitu, ſi nõ fuerit repe-
titus,an fidem faciat in iudicio, de hoc cõtin-
git ſatis altercari in S.R.C. in cauſa Ioannæ
de Bottis, & Nicolai Coppulæ V.I.D. cum
Anna Meliore Ducíſſa Ruſcigni, & præſup-
poſita facti ſerie, ex qua percipiebatur, quod
mortua ab inteſtato Franciſca de Bottis, re-
manſerunt in poſſe dictæ Annæ quædam fil-
za perlarum, vnum branchilium aureum
cum perlis,& rubinis ornatum, & vnum par
auriculare aureum ornatum cum diamantis,
& perlis,quæ erant ipſius Franciſcæ, licet in
cuſtodiam tradita eidem Annæ, quæ cum ea
negaſſet, fuit inſtatum ad illorum exhibitio-
nem,& compilato proceſſu,vbi apparet quin-
que teſtes fuiſſe examinatos, ex quibus qua-
tuor primo loco depoſuerant ad reuelationẽ
excommunicæ, & inter cæteros teſtes aderat
Claudia Cuomo, quæ ad reuelationẽ excom-
municæ depoſuerat, licet inde mortua non
potuit repeti, contra quam conuenta plures
exceptiones obijcerat: Primò quia facta fue-
rat parte non citata,ideo non probar. Secun-
dò,quia non erat idonea teſtis dum reuelaue-
rat in fauorem filiæ, & nepotis. Tertiò,quia
videbatur depoſuiſſe in cauſa propria, dum
præſupponebat ſuccedere dictæ eius filiæ
cum alijs ſuis filiabus,ſed prędictis replicaba-
tur ex parte actorum, eas non militare nec in
facto, nec in iure, vt ipſe Nicolaus nixus fuit
reſpondere,& quantum ad primam obiectio-
nem dicebatur, quod licet depoſitio quondã
Claudiæ ſit vigore literarum monitorialium,
& ſic parte nõ citata,eo quod mortua ſit ante
repetitionem, tamen teſtes deponentes ad re-
uelationem excommunicationis probant in
ciuilibus,non obſtante quod mortui ſint ante
repetitionem, Farinac.in tract. de teſtib. q.72.
cap.2.nu.119. cum ſeq. vbi ſic deciſum refert
in Senatu Mediolani, Horat. Viſcont. in ſuis
concluſ.in verb.teſtes, verſic.& quid ſi teſtes,
fol.mihi 274. qui dicit, quod hæc eſt commu-
nis opinio, & ita vidit obſeruari in M.C. ra-
tionem aſſignant DD. quia mors habet vim
iuramenti, iuramentũ autem,& citatio æqui-
parantur, & adeo eſt verum, depoſitiones fa-
ctas vigore literarum monitorialiũ probare,
vt impediant liquidationẽ inſtrumenti,quod
haber exequutionem paratam, Galter.in trac.
de liquid.inſtr. fol.mihi 161.nu.47. Vinc.de
Franch.in dec.366.nu.5.& ita dicit obtinuiſſe
Marcell.Calà de modo articul.gloſ.3.§ 1.nu.5.
in fin. Ad ſecundam obiectionẽ non valet re-
plicare, quod Claudia Cuomo non ſit idonea
teſtis vti deponens, ac reuelans pro filia, &
nepote. Primò reſpõdetur,quod dicta Clau-
dia non reuelauit, ſed depoſuit ſpontè ad in-
ſtantiam Ioannæ de Bottis eius filiæ, & Do-
ctoris Nicolai Coppulæ ſui nepotis,ſed reue-
lauit coactè ad inſtantiã Anelli Ciccotti olim
viri q. Franciſcæ, qui fulminare fecit excom-
municationem (quis ſciret vbi eſſent marga-
ritæ ſuæ vxoris) ſub prætextu quod ad ipſum
ſpectarẽt,& dum dicta Claudia ſciebat, quod
erant in poſſe dictæ Annæ, alias ſi non reue-
laſſet,remanſiſſet excommunicata. Secundò
reſpondebatur, quod licet mater pro filia, vel
nepote teſtis idonea non ſit, vt dicit Farinac.
d.tract.de teſt. q.54.reg.3.nu.146. hoc tamen
hẽt locũ,quãdo veritas aliundè ſciri põt,ſecus
vero quando aliter veritas haberi non poſſit,
vt hic ita fundat Gomeſ.omnino vidẽdus to-
mo 3. cap.11.nu.24. verſ.aduertendum, ratio-
nem aſſignat, ne pereat probatio, & veritas
occultetur,& Alber.de Malet. in tract.de teſt.
cap.6. nu.31. verſ. & ideo fore dicit,quod vbi
veritas aliter haberi non poteſt, verſatur pec-
catum mortale,tacendo veritatem. Tertiò re-
ſpondebatur, quod quãdo etiam per alios ve-
ritas haberi poſſet, neque dicta Claudia à te-
ſtificando in cauſa prędicta repellitur,quoniã
nõ reuelauit, ſeù depoſuit pro filia, & nepote
ex filia contra extraneum,ſed reuelauit,& de-
poſuit contra Annam Meliorem ſimiliter ne-
ptem ipſius, & filiã quond. Iudictæ de Bottis
eius filiæ, & ſic coniunctus inter coniunctos
in pari gradu teſtificari poteſt, ratio eſt, quo-
niam par affectionis cauſa omnem ſuſpitionẽ
tollit, Bart.in l.non ſolum, §.de vno ff.de iure
dot.Gabr.in tit.de teſtib.concluſ.14.nu.4.Ma-
ſcard.de probat.lib.1.concl.408.nu.31.Viu.in
opin.960.nu.11.& nu.12.dicit, quod etiam fi-
lius inter patrem, & matrẽ eſt idoneus teſtis,
Alex.in conſ.156.num.8.vol.5. Io.de Amic.in
conſ.119.nu.4. Rol.in conſ.16.nu.20.vol.1. &
D.de Franch. in deciſ.95. nu.2. & in terminis
quod pater deponens pro vno filio contra
alium eius filium probet, tradit Maſcard.de
prob. concl.1153.nu.29. Farin.d.tract.de teſt.
q.54.nu.205. Ad Tertiam obiectionẽ dictan-
tem, quod quando depoſitio quond.Claudiæ
eſſet valida, neque etiã probat, quia depoſuit
in cauſa propria, dum præſupponebat ſucce-
dere dictæ quond.Franciſcæ eius filiæ cũ alijs
ſuis filiabus,& nepotibus. Replicabatur Pri-
mò, quod dicta Claudia nunquam petijt in

M.C. neque in S.C. ſucceſſionẽ quond. Franciſcæ de Bottis eius filiæ, quæ deceſſit ab inteſtato ſine filijs, ſed cõparuit in S.C. & penès acta ſucceſſionis quond. Franciſcæ, inſtando ob mortem dictæ eius filiæ annullari facere nonnullas donationes factas per ipſam ad beneficium dictæ eius filiæ, ſub prætextu quod erant ſimulatæ, & quando dicta Claudia prætendiſſet ſuccedere ſimul cum alijs ſuis filiabus, & nepotibus dictæ quond. Franciſcæ, per text. in Auth. defuncto, C. ad Tertull. neque ſuccedere poterat, quia tempore, quo d. Claudia nupſit cum quond. Nicolao de Bottis eius viro, & patre dictæ quond. Franciſcæ contraxit ſecundum vſum Capuanæ, & Nidi, vulgo dictum *alla noua manera*, qui vſus excludit aſcendentes vtriuſq; ſexus à ſucceſſione filiorum decedentium in pupillari ætate, vel quãdocunq; ab inteſtato ſine filijs, ita dicit Affl. deciſ. 237. nu. 1. & D. de Franch. in deciſ. 537. nu. 3. & in deciſ. 552 nu. 2. & non ſolum dicta Claudia mater per hunc vſum erat excluſa à bonis paternis, & prouenientibus à linea paterna, vt probant DD. citati, ſed etiam erat excluſa dicta Claudia mater à bonis de nouo acquiſitis per dictã filiam Franciſcam, prout ſunt hæ margaritæ, quæ donatæ fuerant dictę quond. Franciſcæ à ſuo viro tempore nuptiarum, ita optimè fundat Anna, & deciſú refert in conſ. 119. vol. 2. ſic etiam in proprijs terminis refert deciſum D. de Franch. in deciſ. 492. nu. a. verſ. excipiebat, & ex ijs clarè patet, quod dicta Claudia nullam prætenſionem habebat in ſucceſſione prædictæ quond. Franciſcæ, & præcipuè ſuper margaritis, quæ donatæ fuerant dictæ quond. Franciſcæ per eius virum, ergo dicta Claudia nõ depoſuit in cauſa propria. Sed dato, & non conceſſo, quod dicta Claudia depoſuiſſet in cauſa, in qua intereſſe haberet, etiã eius depoſitio probat, quia quando teſtes ſunt multum legales, & fide digni, admittuntur ad teſtificandũ in cauſa, in qua habent intereſſe, maximè quando aliter veritas haberi non poſſet, vt hic, vbi conſignatio dictarũ margaritarum fuit facta in domo dictæ Annæ ſecretè, ad finem ne maritus dictæ quond. Franciſcæ ſciret, quod eſſent in poſſe dictæ Annæ, ita optimè fundat Reg. Conſil. Hector Capyc. Latro in deciſ. 12. nu. 16. & 17. Farinac. d. tract. de teſt. q. 60. nu. 54. & in facto iam eſt probata per quatuor teſtes legalitas, & integritas dictæ quon. Claudię ſuper quarto articulo, *dicono, che detta Claudia ogni otto giorni ſi confeſſaua, e communicaua, andando ogni Mercordì alla Madonna del Carmine, e facendo molte altre deuotioni*. Et deniq; quatenus diceretur non obſtantibus dictis oppoſitionibus adhuc non eſſe in probatis, replicabatur, quia iam patebat ex actis, quod ſumus in probatis, dum per tres teſtes de viſu, & duos de auditu, & fama ſit probata conſignatio margaritarum in poſſe dictæ Annæ, & ſic ad faciendum plenam probationem duo, vel tres teſtes in quacunq; cauſa ſufficiunt, l. vbi numerus ff. de teſt. cap. in omni negotio, eod. tit. de teſt. Marcell. Cala d. tract. gloſ. vnic. §. 2. nu. 2. Farinac. in tract. de teſtib. q. 63. cap. 5. nu. 232. Fontanell. in deciſ. 258. num. 1. & duo, vel tres teſtes non ſolum in cauſis ciuilibus ſufficiunt, verum etiam in cauſis criminalibus, vbi agitur de vita hominum, Dec. in l. iuris ignorantia, nu. 24. C. qui admitti, Farinac. d. loc. cit. nu. 233. & etiam ad condemnandum Epiſcopum, vel Cardinalem hoc procedit, Farin. vbi ſup. nu. 235. & 244. Secundò, quia etiam ſi in hac cauſa non adeſſent tot teſtes de viſu, ſed vnus tantum cum duobus de fama, vt hic, etiã ſumus in probatis, Bald. in l. ſi quis, §. quod, num. 4. ff. de edend. Specul. in tit. de teſt. §. reſtat, nu. 11. verſ. vigeſimoquinto, Loffred. conſil. 8. num. 15. Afflict. in deciſ. 337. num. 4. & ibi Vrſill. num. 5. & Fontanell. in d. deciſ. 258. num. 7. & non ſolum vnus teſtis de viſu cum alijs de fama facit plenam probationem, ſed etiam vnus teſtis de viſu cum aliquibus præſumptionibus, ſiue adminiculis facit plenam probationem, ex Bald. & Dec. refert Farin. in tract. de teſt. queſt. 632. cap. 1 nu. 35. & Fontan. d. deciſ. 258. nu. 3. maxime quando ſumus in probãdo aliquem actum, in quo impoſſibile, vel ſaltim difficile eſt plures teſtes habere, vt hic, vbi conſignatio dictãrum margaritarum fuit facta in domo dictæ Annæ ſecretè, quia tunc vnus teſtis de viſu tantũmodo facit plenãm probationem, Maſcard. de probat. lib. 1. in præfat. q. 11. n. 18. Gabr. lib. 1. in tit. de teſt. concluſ. 1. nu. 25. Farin. q. 63. nu. 38. vnde inſtabant actores pro condẽnatione. Et ſic facta relatione in S.R.C. die 18. Iunij 1641. per Reg. Conſ. Thomam de Franchis ob abſentiã Reg. Conſ. Hectoris Capycij Latri cauſæ Cõmiſſarij, fuit prolata ſententia in forma, per quam fuit dictum, condemnetur Procurator in damnum hæredum ad exhibendum gemmas, & aurum in actis deductum, ſi extant, ſin autem ad deponendum in Banco pretium ipſorum liquidandum, &c. vt patet ex actis in Banca Iadoniſij Magiſtri Actorum, hęc à prædicto Nicolao eo patrocinante prodierunt. Ego autem ad corroborationem præmiſſorum cenſeo, quod teſtis, qui depoſuit metu monitorij debet repeti in iudicio ordinario parte citata, & dato termino, alias non probaret, Coſta Sicul. in conſ. 29. nu. 11. & conſ. 40. nu. 14. etenim reuelationes teſtium factæ ſine iuramento, interrogatorijs, & citatione partis non probant, Paul. Duran. deciſ. Rom. 329. nu. 2. & dec. 338. nu. 1. part. 2. ſimiliter reuelationes teſtium factæ metu cenſurarum non probant ſine citatione, iuramento, & interrogatorijs, idem deciſ. 107. nu. 17. deciſ. 212. nu. 15. par. 1. adhuc tamen ſuccedẽte obitu teſtis, & teſtium, quamuis ipſi teſtes mortui faciãt ſemiplenam probationem, Bart. in l. admonendi, nu. 45. ff. de iureiur. vbi Iaſ. nu. 45. cum alijs apud Surd. deciſ. 103. nu. 52. Mohed. deciſ. 5. de teſt. & deciſũ refert Farinac. deciſ. ciuil. 266. ſub nu. 3. tom. 2. ex eo, quia teſtes mortui præſumũtur concordare cum viuentibus, ſicut præſumũtur concordare cum inſtrumẽto, Marta vot. 8. nu. 43. attamen quando non fuerint repetiti, faciunt ſaltem ſemiplenam probationẽ, ita ex Benin.

deciſ.

deciſ.67.nu.1.& 2. Surd.deciſ.103.num.2.Maſtrill.deciſ.105.nu.10.probat Fontan. dec.Cathal.183.nu.11.quemadmodum mors teſtium, qui non potuerant recognoſcere,habetur pro recognitione,cum etiam habeat vim iuramẽti,ex Caſtr.Dec.Alex.& Curt.iun. probat Gratian. c.429.nu.12. & maximè teſtibus,qui metu excommunicationis depoſuerant,maxima erit adhibenda fides, Coſta Sicul. conſil. 76. nu.8. cætera ad hanc materiam pertinẽtia deduxi in meo voto 17. Thoro.

Additio Io.Thomæ Tironi I.C.Neapolitani probatiſſimi.

Poſtquam doctus iuuenis Dominus Nicolaus Coppula prædicta ſcripſiſſet, vidi Ego allegationes partis aduerſæ, ideoq; viſum eſt addere infraſcripta: præſupponit,Primò,D.Carolũ Gaitum teſtẽ examinatum fol.10. à ter. & 11. eſſe cęcum,ſed in hoc,cũ bona venia, fallitur, quia non eſt cęcus,ſed deponit de præſentia, viſu, & auditu, licet vero nõ potuerit ſe ſubſcribere in examine, id fuit propter inflãmationem oculorum, non vero propter cęcitatem, vt totum probatur ex eius depoſitione d.fol.10.& 11. Secundò, depoſitionem Claudiæ Cuomo factam in reuelatione excommunicationis non probare, dum non eſt repetita in examine fol.15. ſed ſupra probatum eſt per D. Scribentem probare, quando mortua eſt ante repetitionẽ, vt præ cæteris eſt videndus Viſcont.addo text.in argumento in l.fin.C.de teſt. & Surd. deciſ. 103. & in Conciſtorium Principis vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta,abſolutum eſt,reuelationes probare, licet non repetãtur, ex traditis per Alexand. Raud.deciſ.21.num.11.& 12.& Lazar.de monitorijs, ſect.4.quæſt.9.num.6. Tertiò, Antoniam Giglio fol.7.& 8. eſſe ſingularẽ, ſed non eſt ſingularis, dum eius depoſitio coadiuuat alios conteſtes, ita Bald.in cap.licet cauſam, num.10.& 12. de probat. & latè Ambroſ. deciſ.9. nu.37. verſ. etſi Doctores. Io.Thomas Tironus.

Teſti aſſerenti aliter dixiſſe, quam per Notariũ fuerit ſcriptum an ſit credendũ, deciſum fuit per R.C. quod teſtes liberarentur ſub fideiuſſoribus,Reg.Salernit.deciſ.41.teſti.

Teſtes aliqui examinati de ordine Iudicis pendente prouiſione facienda per Spectabilem Præſidem S.C. quis ex duobus Commiſſarijs eiuſdem cauſæ in ea procedere deberet, an nulliter,vel iuridicè recepti videantur,vt nullitas locum non haberet, prout in facto euenit in ſupplicatione porrecta in S.C.per viam diffamationis ad inſtantiam Matthæi de Maria contra Ioannam, & Prudentiam Pupatella prætendentes, ius habere in hæreditate quond.Octauij de Maria,& commiſſa cauſa Reg.tunc Conſ.D.Didaco Zufia, non fuit vlterius proſequutum,ſed id perueuto ad aures ipſarum aliam ſupplicationem porrigentes in eodem S.C. eorum ius, & actionẽ proponendo, cauſa fuit commiſſa Reg.Conſil.Thomæ de Franchis,& vnico contextu fuit citatus dictus Matthæus, qui pariter vnã ex illis eodẽ tempore citari fecerat,quinimò elapſo menſe Ianuarius Marra V.I.D.inſimul cum dictis de Pupatellis iudicium ab eis cęptum proſequuti ſunt vſque ad receptionem teſtium,interea ſuperueniente Regia decretatione,vt intimaretur parti ſupplicatio ipſius Matthæi prætẽdentis,coram ſuo Iudice proſequendum fore, & non coram alio Conſiliario, ob quod videbantur ſuſpenſæ amborum Iudicum iuriſdictiones, pendẽte prouiſione facienda per dictum Præſidem, taliter quod vlterius procedi non poterat, ſicuti pendente relatione facienda conquieſcit iudicium, l. 2. C. de relat. Lancellott.de attent.2.part.cap.8.nu.6. fortius exiſtente tali decretatione, quod intimetur parti, quæ pariter impedit proſequutionem iudicij,vt notum eſt in praxi. Quocirca dum ex parte ipſorum Martæ,& Pupatellis obtentum eſſet à Pręſide, quod idem Commiſſarius de Franchis prouideret, & inde prouiſum ab eorum Iudice pro examinis complemento, vt procederetur ad teſtium reliquorũ receptionem, & ſic iuſſum, & in effectu exequutum, non videbatur legitimè factum, ſed potius innouatum, pendente tali prouiſione facienda per eundem Præſidem, ex adductis ibidem per Lancellott. nihilominus replicabatur per eos,talem prouiſionem faciendam per Pręſidem nil ſibi obeſſe,cum certum erat, eorum Iudicem eſſe verè Commiſſarium, & ad eum ſpectare cognitionem cauſæ intentatę, eo quod ſupplicatio diffamationis alteri commiſſa euaneſcerat per comparitionem ipſorum, ex quo diffamationem tantum propoſuerat Matthæus, non tamen vt præcluderetur via ipſis agendi per viam excluſionis, quoniam tunc Iudex primęuus Cõmiſſarius cauſæ verè dicebatur, & nõ ſecundus, per ea, quæ diſcutiendo concludit Præſ. de Franch. deciſ.385.& ſic etiam in præſenti caſu deciſũ per eundẽ Pręſidem, vt in ea procederet ipſe Conſiliarius Thomas de Franchis, ob quod videbatur eiuſdem iuriſdictio comprobata,ac omnia per eum geſta corroborata,ita quod de receptione teſtium amplius dubitari non poterat, ſicque ex dicto decreto inſimul cũ alijs prætenſis dum eſſet alia decretatio obtenta de verbo faciendo in S.C. & eo facto fuit eodem Reg.Conſ. Thoma de Franchis referente confirmatum per idem S. C. bene prouiſũ de menſe Nouembris die 18. 1630. in Banca Strinæ, & iterum facto verbo die 5. Nouembris eiuſdem anni deciſum, benè prouiſum per idem S.C. in reclamatione interpoſita, & nihilominus conuentus infra quatuor dies valeat examinare teſtes in termino citatos, & eorum depoſitiones recipiantur per Pompeũ Romanellum, penès Secretarium in Banca prædicta.

Teſtes examinari tàm ad inſtantiam Fiſci, quàm ad inſtantiam rei inquiſiti, & capti ſuper immunitate Eccleſiaſtica, vt non gaudere, aut gaudere poſſit ea reus, quibus ſtandũ erit, nam præſupponebatur in facto, Andręã Gondole alias inquiſitum de homicidio fe-

tiſſe per nouem annos intus Hoſpitale S. Iacobi, qui ab eo deſcedens ſe contulit in Platea Vlmi, nuncupata *allo Maio*, certa die de mane ſuum inimicum occidiſſe, & dum iter arriperet verſus Eccleſiam S. Iacobi Italorum captus fuit à conſanguineis occiſi, & Curię ſæculari traditus, prætendebat in Eccleſiam reponi, eo quod captus fuerat in dicta Eccleſia, & pro eo nonnulli teſtes examinati fuerunt, quorum aliqui aſſerebant, propè Eccleſiam captum fuiſſe, alij quando ſtabat medius in ſcalis Eccleſiæ partim infra, & partim vltra, alij vero quia tenebat manus ad cancellam, ſed verius ex parte Fiſci fuerunt plures teſtes fide digni examinati, qui vniformiter deponebant, fuiſſe captũ extra Eccleſiam, fuit hęſitatum in hac ambiguitate, quibus eorũ ſtandum, & per ea, quæ in ſimili dicunt DD. quod quando teſtes inter ſe diſcordant, alij deponentes delictum commiſſum in domo, & alij in oſtio domus, quod iſti erint reſpuendi, Farinac. de teſtib. quæſt. 65. pat. 4. nu. 245. ſed quia ipſemet reus dum examinaretur, faſſus fuerat in eius depoſitione fuiſſe captum extra Eccleſiam, quo caſu quando teſtes cum dicto principalis non concordant, erint illi reſpuendi, per ea, quæ congerit Farin. d. quæſt. 65. part. 2. nu. 101. ſicque cum ipſe principalis non concordabat cum teſtibus ab eo adductis, ſed potius cum teſtibus Fiſci, videbatur eſſe magis veritas probata per Fiſcum, attenta qualitate teſtium, ac contrariorum diſparitate, quocirca fuit iudicatũ per Collat. Conſ. die 9. Iulij 1630. ad relationem Iudicis Locterij non eſſe locũ repoſitioni in Banca Groſſi.

Teſtes an poſſint nedum poſt publicationem, ſed poſt ſententiam latam in beneficium rei inquiſiti iam liberati in forma etiã ad inſtantiam Fiſci examinari ad verificationem delicti, Bald. in l. ampliorem, col. 3. C. de appell. dixit, quod Iudex ex officio poterit teſtes ad partis vtilitatem recipere, dicendo, quod ſi ob prædictam cauſam teſtes recipi non poſſunt, pars impedita det nomina teſtium Iudici, & abſentet ſe, & tunc Iudex ex officio examinabit, & valebit talis atteſtatio, quam deciſionẽ poſt Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium, col. 2. ff. de damn. infect. ſequutus eſt Blanc. in eius praxi crim. §. viſis inditijs, nu. 7. & 8. fol. 43. vbi alia poſuit, & vltra eum Afflict. in Conſt. Terminum vitæ, nu. 36. allegando eundem Bald. ſubiunxit pro inueniẽdo malefactore, ne delicta remaneant impunita, vel vt non fiat punitio innocentis, Iudex debet officium ſuum impartiri circa teſtium examinationem in quacunque parte iudicij, ex eodem Bald. in Auth. qui ſemel, col. 1. C. de probat. & melius in l. 2. C. de eden. probat. Iudicẽ ex officio poſſe recipere teſtes in cauſa, in qua poteſt ex officio procedere tàm ad defenſam, quàm ad offenſam non obſtante publicatione, & poſt didicita teſtificata, & ſic ſe habet communis Doctorum opinio, prout ex Marſil. Carrer. Boſſ. Aret. Villal. & Carau. tradit Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 61. nu. 2. vbi Baiard. cum alijs adductis per Guazzin. in tract. ad defenſam, in defenſ. 24. cap. 7. nu. 3. Farin. quæſt. 75. nu. 413. Franc. Perſon. in tract. de indit. & tortur. q. 11. & ſic vſque ad ſententiam, ad Fiſci inſtantiã recipiuntur, Carau. in ritu 90. nu. 1. quibus addendum eſt, quod licet reus fuiſſet liberatus in forma, non per hoc erit totaliter abſolutus, ex quo in cauſa rearuũ raro fiunt iudicia abſolutoria, vt teſtatur Godofr. à Bauo in tract. rearuum, quæſt. 18. nu. 30. & ſic ſeruari, eos in forma habilitari tradit Præſ. de Franch. deciſ. 653. in princ. & melius hanc eandem praxim intuetur Reg. de Ponte conſ. 96. ſub num. 16. tom. 2. à quo ortum habuit forma liberandi reos cum cautione prædicta, ſed melius idem Franch. deciſ. 276. in fine. Replicabatur ex parte rei inquiſiti, eſſe de iure diſpoſitum, teſtes recipi non poſſe poſt didicitą teſtificata, ad text. in cap. fraternitatis, vbi omnes de teſt. cum alijs adductis per Epiſc. Riccium collectan. deciſ. 132. vbi ex Theſaur. deciſ. 261. probat idẽ procedere in criminalibus, & alios citat Cened. collect. 27. nu. 2. & maximè poſt publicationem, Cauenſ. in ritu 71. num. 2. latę Didac. Cantera in quæſt. crimin. tit. de probat. per teſtes, cap. 2. nu. 37. verſ. dixi ſupra, imò & poſt concluſionẽ nouiſſimè teſtatur Ludouic. Gilhauſ. in ſuo arb. Iudic. cap. 6. part. 3. nu. 140. & 143. quanto magis poſt ſententiam latam etiam in cauſa appellationis probauit Franc. Perſon. vbi ſup. nu. 2. ex Felin. Marant. Burſar. Caſtr. & alijs, non enim ſępius quærendum eſt de eodem delicto, l. Senatus ff. de accuſat. & quatenus in criminalibus hoc fieri poſſet poſt pubilcationem, & didicita teſtificata poſſe teſtes recipi, hoc procederet, quando Iudex ex officio tantum procederet, non tamen ad inſtantiam partis de nouo vellet examinare contra reum ſecundum qualitatẽ delicti, Godofred. vbi ſup. nu. 29. etenim ad inſtantiam partis omnino eſt prohibitum, Gilhauſ. vbi ſup. nu. 142. & ita ſe habet communis opinio, quam ſectatur Guazzin. vbi ſup. nu. 4. ex quibus reſultat, quatenus ex officio per Iudicem procederetur in examine, erit aduertendum, quod Iudex in hoc non debet ſchedulam teſtiũ à parte recipere, vt inde poſtea teſtes examinet, quia in fraudem hoc ageret, & ab iſta fraude, & dolo debet abſtinere, quia peccaret mortaliter, vt dixit ibi Afflict. quem ſequitur ibi Clar. annuens, eo caſu ſubeſſe maximum timorem ſubornationis, ac dari occaſionem aperiendi viam fraudibus, ſed quatenus ad inſtantiam partis recipi potuiſſent, hoc ſanè erit intelligendum, quando teſtes reciperẽtur ſuper eiſdem indicijs, & capitulis, ſecus ſi ſuper nouis inditijs, & diuerſis reciperentur poſt publicationem teſtes, imò etiam poſt rei relaxationem, ex Iul. Clar. d. §. fin. quæſt. 61. verſic. ſed hæc quidem aſſerente, ita ſemper vidiſſe obſeruari, & ex Gayl. de pace publica, cap. 18. nu. 10. vltra Farinac. d. quęſt. 75. nu. 425. firmat Guazzin. vbi ſup. nu. 5. & propterea cum fuiſſet per Magn. Cur. determinatum in cauſa Laurentij Victnantij inquiſiti de homicidio, iam per decretum relaxari in forma, quod accederet cauſæ Commiſſarius in partibus ad

examen

Digitized by Google

examen teſtium de nouo productorum recipiendum, interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium facta relatione per Iudicem Franciſcum Vollarum die 13. Maij 1612. fuit confirmatum decretum ipſius Magn. Cur. vt in Banca Panzæ, quod ſanè erit intelligendum, quatenus noua inditia vrgerent contra reũ iam liberatum, non tamen ſuper eiſdem capitulis, aut ſuper eodẽ facto alij teſtes adducti, vt dixi, quia eſſet probare primæua inditia, non autem noua.

Teſtes examinati ſuper diuerſis articulis, licet ſuper vno ipſorum falſum depoſuerint, an ob id pars illis vti poſſit, excepto vbi falſum depoſuerint, licet Præſ. de Franch. deciſ. 173. negatiuè reſpondeat, affirmatiuè tamen concludit Surd. deciſ. 16. & iuxta ſuam opinionem fuit nouiſſimè deciſum per Sacr. Conſ. in cauſa D. Violantis Scaragio, & Marci Antonij Calò coniugum cum illis de Brancia, referente Reg. Conſ. D. Camillo Petro, penès Carbone, vt teſtatur nouiſſimè Ioſeph. Mele in Addit. ad deciſ. Reg. Conſ. Nicol. Ant. Gizarell. 86. nu. 11.

Teſtes examinati an poſſint vſque ad numerum ſeptenarium ſuper quolibet articulo in beneficijs conceſſis, ſi in primo termino fuerint examinati ſuper quolibet articulo vſque ad dictum numerum, relata fuit deciſio ſupra in verbo beneficium.

Teſtes ſuper omnibus articulis nequeũt examinari vltra numerum quadrageſimum, ſi contingerit vltra numerum examinari, an actus ſit nullus, eo maximè ante examinationẽ non probante, deciſum fuit per Sacr. Conſ. negatiuè ex doctrina Bald. in l. certi conditio, §. quã ff. ſi cert. petat. & in l. illicitas, §. veritas ff. de offic. Præſ. cum alijs adductis per Iaſ. in l. patre furioſo ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. vt teſtatur Io. Bapt. Palomba in tract. de regim. official. regul. 12. nu. 16. & 19. verſ. tamen fuit ordinatum, quod poſſit.

Teſtes poſt didicita teſtificata regulariter non admittuntur tàm ex iuris communis diſpoſitione, quàm etiam ex Iure Regni, quanquam Doctores de hoc limitationem tradiderint locum nõ habere, quando ad confirmandum priorem obligationem noui teſtes inducerentur præſtito calumniæ iuramento, & eo magis ceſſante ſuſpitione ſubornationis, attamen contrarium fuit deciſum in cauſa Sereniſſ. Ducis Hetruriæ, vt refertur in allegat. diuerſ. 27. poſt deciſ. Reg. Salern.

Teſtes Religioſi in teſtamẽto in ſcriptis adhibiti abſque Superioris licentia an operẽtur validitatem illius, communiter aſſerunt DD. eorum perſonas neutiquam admitti ad teſtamẽtorum confectionẽ ex tribus rationibus: Primò, quia Religioſi non habent nec velle, nec nolle eorumq; voluntas à Superiorũ voluntate dependet, cap. ſi religioſus, & cap. Abbatem, de elect. in 6. Secundò, quia eorum vox funeſta reputatur, & eam potius interdici, quã audiri oportet, cap. placuit 2. quæſt. 7. l. pen. C. qui accuſ. non poſſ. Tertiò, quia mortui sũt Mundo, l. Deo nobis, C. de Epiſc. & cleric. cap. placuit 16. quæſt. 6. quàm opinionem probat text. in Sacerdotibus ad literam in cap. final. 14. quæſt. 1. quo vero ad licentiã in ijs requiſitam, vt eorũ teſtimoniũ ritè, rectèq; procedi potuiſſet, ſatis, ſuperq; relatum fuit ſupra in verbo licentia Superioris, hæc pro parte moderni Marchionis Baſelicis opponebantur in cauſa inualiditatis teſtamẽti quond. Alexandri Rodulphi olim Marchionis Baſelicis cum Ludouico Rodulpho, pro cuius parte replicabatur, alias per S. C. in cauſa Iacobi Bonelli, ad relationẽ Reg. Conſ. D. Thomæ de Catleual, fuiſſe deciſum pro validitate teſtamenti, in quo interuenerunt ſeptem teſtes Capuccini, cuius vigore hæres ſcriptus fuit immiſſus in poſſeſſionem, non obſtante allegata nullitate interuentus teſtiũ Fratrum Minorum Capuccinorum, vt ex actis in Banca Izzi, quinimò hæc opinio, vt Mendicãtes admitti debeãt in teſtes, cõiter à Doctoribus approbatur, vt aſſeruerunt poſt Zabar. conſ. 97. Guid. Pap. deciſ. 517. Signor. de Homod. conſ. 136. & conſ. 78. num. 6. Iaſ. in Auth. ingreſſi, nu. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. in cap. nuper, nu. 3. de teſt. per illũ text. Lanſ. de Oran. de arb. part. 2. nu. 9. & 10. Siluan. conſ. 16. lib. 1. Pariſ. conſ. 51. nu. 12. lib. 3. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 56. nu. 7. Tobias Nonius in §. teſtes autẽ, nu. 5. Inſtit. de teſtam. Narta in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, ſub nu. 181. C. de teſtam. Crot. in tract. de teſt. nu. 27. Simon de Præt. de interp. vltim. volunt. lib. 2. interpr. 1. dub. 2. ſol. 3. nu. 10. Surd. deciſ. 125. Reg. Tapia d. Auth. ingreſſi, nu. 63. Pract. Papienſ. in tit. de firmit. teſtam. in verb. proteſtante, nu. 32. Graſſ. conſ. 9. de ſentent. excom. lib. 2. Aret. in §. ſed neque, Inſtit. de teſtam. Farinac. qui alios citat de teſtib. quæſt. 60. n. 467. & quæſt. 62. nu. 126. Theſaur. qq. forenſ. lib. 4. quæſt. 35. Sanchez in ſum. tom. 2. lib. 6. cap. 13. nu. 100. Molfeſ. in ſum. tract. 73. cap. 2. nu. 532. Caran. in ritu 144. num. 4. poſt Napod. in conſuetud. Si quis, vel ſi qua, num. 252. qua de re ſi in teſtamento de quo controuertebatur in cauſa Bonelli, vbi Capuccini interuenerant, fuit per Sacrum Conſilium deciſum pro validitate ipſius, multo fortius in teſtamento de quo agebatur, vbi omnes Religioſi teſtes adhibiti erãt Ordinis Prædicatorum, qui haberit teſtamẽti factionem paſſiuam, cum ſint capaces inſtitutione ſaltim in communi, & ſic ceſſat ratio incapacitatis actiuè, & paſſiuè conſiderata per Corn. conſ. 176. in hac conſultatione nu. 6. verſ. item de iure, vol. 3. Sed replicabatur, deciſionem proditam per S. C. in cauſa Bonelli eſſe diuerſam à caſu de quo agebatur, quoniam ibi agebatur de teſtamento nuncupatiuo, & agebatur de iudicio poſſeſſorio immiſſionis, & dicebatur, huiuſmodi defectum nõ impedire immiſſionem, ſed eſſe reſeruandam in petitorio, ex Argel. de acquir. poſſ. nihilominus in præſenti caſu fuit iudicatum in fauorem teſtamenti, vt in verbo teſtamentum.

Teſtes examinati ad informationem Curiæ, & repetiti aliqui per Scribam etiã coram Commiſſario, & alij coram Fiſcali, an debeant ad-

mitti contra reum, ſi cauſa fuiſſet delegata quatuor Iudicibus,& non omnes in hoc actu interuenerant,ita vt nulli,& inualidi reputari debeant, contingit in cauſa informationis captæ contra Thomam Iordanum, & alios, quæ fuerat delegata per Suam Excellentiam quatuor Iudicibus huiuſmodi. *Dize S.E. que V.S. como Commiſſario juntamente con los Conſejeros Rouido, Zuſia, Sanfelice, y al Iuez Lactuero por Fiſcal atiendan à recebir las quentas de los Miniſtros del dicho Arzenal, y municiones, y à tomar informacion con todo diligencia, y cuidado de las dichas fraudes. y cobrar lo que ſe deuiere à la Regia Corte, y caſtigar los delinquentes con todo exemplo, y rigor de juſticia en eſta cauſa como Delegados.* Ex quibus verbis perpenditur, omnia inſimul fieri debere per Delegatos,alias nulla eſſent geſta, præſertim in caſu de quo agebatur, communiter DD. ita affirmarunt ex Gloſ. in cap. prudentiam, ver. teneatur,ibi ad hoc diſtingnit Ioannes,& benè,& in cap.cauſam,ver.vnius,de offic.deleg. Innocent.in cap.Rainaldus,de teſt.Maranta in ſuo ſpecul.de ord.iudic.par.4.diſp.5.nu.31. & diſtinguendo notat Papienſ.in ſua praxi in forma libell. action. real. cap. necnon, Iaſ.in l.duo ex tribus, nu.10.& ſeq. ff.de re iud.Abb. in d.cap.cauſam,Vant.de nullit.rub.ex defect. Iudic.ord. nu.175. Surd. conſ.181.nu.5.vol.2. latiſſime Farinac.de oppoſit.contra teſt. q.77. cap.3.nu.150. & ſeq. Dicebatur etiam, quod licet teſtes in informatione capti in abſentiã Iudicum, vel Ordinariorum, vel Delegatorũ non fuerint recepti, nil officiebat, cum talis informatio recepta per Curiam de per ſe ſit nulla, quia incitata parte recepta fuerat, vt poſt Iul.Clar.in eius praxi,quæſt.11.verſ.item quæro,& quæſt.50. verſ.atẽ quia, ac quæſt.45. ſub nu.13.latè Ambroſ.in ſuo proceſſu informatiuo, lib.2.cap.9.nu.4. & hoc niſi repetãtur citata parte,vt ibi Ambroſ.cenſuit poſt Foller. in praxi crim. rubr.& demũ repetantur teſtes, num.1. talis igitur repetitio fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quæ requirerẽtur, vbi teſtes repetendi nunquã examinati fuiſſent, & de nouo iurare, Iul.Clar. d.quæſt.45. ſub nu.13.Guazzin.ad defenſam,in defenſ.25. cap.1. nu.8. & inter cætera debet fieri repetitio per Iudicem, & non per Fiſcalem, Guazzin. vbi ſup.nu.16. ergo nulla reddebatur repetitio illorum teſtium facta per Fiſcalem, ſimiliter & alia facta per Commiſſarium,dum erant plures Iudices delegati, adiecta clauſula illa,iunctim,quaſi ſimul,quæ eſt congregatiua, Grat.de diction. in dict.146. Barboſ.de diction.in dict.318. Iſthæc controuerſia procedere agnoſcitur ex alia quæſtione per DD. relata, ſi vnus ex Iudicibus delegatis poſſit interloqui ſine alijs, nã etſi aliqui voluerint, hoc fieri non poſſe,prout ex Bart. Abb. & Felin.probat Caball. reſol.crim.119.nu.36. deciſum retuli in 2.part.noſtri compend.ver.nullitas, de qua deciſione etiam meminit nouiſſimè Io.Maria Nouar. lib.2.qq.forenſ. cap.51. nihilominus alij Doctores, præſertim Caſtr.in l.Pomponius, ſub num.9. verſ. vltimo quæro alias l.ſi vnus ex pluribus ff. de re iudic.quod vnus ex pluribus Iudicibus poſſit interloqui in cauſa delegata,dummodo non ſit interloquutoria, quæ finem iuriſdictioni imponit, vel alias habet vim diffinitiuę, ſed ſit modici præiudicij, prout ità pluries obſeruari vidiſſe refert ibi Caball.num.37.vbi ad noſtrum propoſitum nu.38. exemplificãdo dixit,vt eſt deferre iuramentũ parti,vel teſtibus examinandis, dare dilationes ad probandum,admittere articulos, poſitiones, inſtrumenta,& ſimilia facere, fuit iudicatum, vt hæc exceptio reſeruaretur ad merita cauſæ, vt ex actis penès Anellum Amendolam Actuarium aſſumptũ.

Teſtes vt falſitatem deponãt tentans,ſi non fuerit delictum ſubſequutum, an puniri debeat, Vulpell. conſ. crim.24.hunc attingit articulũ, illumq; pro,& contra examinat,concludendo negatiuè, & ſic in contingentia facti fuit iudicatum per Magn. Cur.Vic. ad relationem Iudicis D. Annibalis Moles in cauſa Philippi Caſertę,qui fuit liberatus in forma ob hoc, vt ex actis in Banca Tartagliæ penès Sanctorum Scribam,quamuis contrarium ſentiat ex multis Caball.reſol.crimin.caſu 58.vt arbitraria pœna puniri debeat,nõ ordinaria falſi, & melius caſu 144. per totum, ſed prolixius eandem altercationem exarat Giuiba in conſ. crim.64. vbi plenius.

Teſtes examinati ad informationem Curiæ parte incitata in ciuilibus an affectum aliquem operentur contra conuantum, prout in facto euenit, cum fuiſſet expoſitum in memoriale vni Iudicum fuiſſe quendam proceſſum accomodatum Horatio Caſtruccio per Scribam cauſæ, & licet fuiſſet inde reſtitutus, & caſſata receptio ex libro,attamen iterum illum acceperat, nec amplius reſtituit, fuit ſuper hoc ordine Iudicis capta informatio,& inde examinati tres teſtes aliquantulum diſconteſtes, & varij, & hoc non obſtante fuit prouiſum per Iudicem Laratha, vt compelletur dictus Horatius etiam per capturã perſonæ,refectis, etiam expenſis parti, à quo decreto appellauit ad S.C.præſatus Horatius,& obtinuit verbum fieri: Primò,quia talis informatio capta fuerat ipſo inaudito, quare etſi in criminalibus teſtes pro informationa examinati vix ad inquirendum ſufficiunt, Vulp.conſ.40. nu.1. neque eorum dicta præiudicant, idem Vulp. conſ.102.nu.2.fortius in ciuilibus,vt infra,ſed vt probẽt neceſſe erit,vt repetantur parte citata, idem in conſ.68.nu.6. Foller.in praxi crim. rubr.& demum repet. teſt.cur. num.1. Tranq. Ambroſ.in proceſſ.inform.lib.2.cap 9.nu.2.allegat Clar.in eius praxi §.fin.quæſt.45.Caball. reſol.crim. caſu 269.nu.5.& 8. & ſi non repetantur,nil probarent, Farinac.deciſ.crim.133. nu.3.tom.1.& conſ.73.nu.105. quanto magis attendi debet in ciuilibus cauſis, hoc idem erit attendendum,quod teſtes examinati ſine partis citatione, dicantur nulliter examinati, Farinac.deciſ.crim.105.nu.5.tom.1. vt etiam copioſè proſequitur Muſcatell. in eius praxi S.C. lib.1.part.5.gloſ.iuramenta,ibi ad huc finem dixit fieri citationem ad videndum iuramenta

tamenta

ramenta teſtium, Caball.vbi ſup. num.2. imò etiam in informationibus ſummariè capiendis in ciuilibus interponuntur ordinariè decreta per Iudices, ſicut experiẽtia comprobatum extitit, quod capiatur informatio audita parte. Secundò adducebatur caſſatio ex libro conſignationis proceſſus, ex qua arguebat illius reſtitutionem, & liberationem, ex traditis per Menoc. de præſumpt.lib.3.præſ.141.& ſic facta relatione in S.C. per benemeritum Iudicem Alexandrum Rouitũ die 24. Nouembris 1632. in Aula Conſ.de Piccolellis deciſũ fuit remittendo cauſam eidem Magnę Curię, quod prouideret, vt parte audita caperetur informatio, penès Secretarium, in Banca Sclani.

Teſtes examinati contra reum inquiſitum an poſſint ob eorum contrarietatem conualidari in tortura poſt datas defenſiones, imò publicato proceſſu, cum fuiſſet commiſſum homicidium per Valerium Montalcina Capitaneum cuiſdã Terræ, & illicò Curiæ nomine ipſemet informationem cœpiſſet, quia teſtes licet non depoſuiſſent cõtra eum, dum illud verè ſciebant, finxerunt neſcire, & cum fuiſſet habitus recurſus ad M.C.& per eam commiſſa captura informationis Iudici Merlino, examinauit teſtes etiã alias examinatos, illos repetendo, licet contrariũ depoſuiſſent rationẽ aſſignantes, non potuiſſe dicere veritatem, dum ipſe occiſor eos examinauerat, quo fit, vt dum fuiſſet proceſſum in cauſa per dictam M.C. contra eum, inſtabat adeſſo informationem deſuper captam, & proinde vniri, & ſic iuſſum per eandem M.C. inde compertum fuit, aliquos teſtes contrarios eſſe, & ex depoſitionibus contrarijs factis videbatur nullam probationem facere, propter quod Fiſcus inſtiterat pro cõualidatione in tortura, & ſic decretum, & inceptum eoſdem teſtes torqueri, vt veritas haberi potuiſſet, quæ ipſarum vera eſſent depoſitiones, poſtquam dum ipſe interuenerat in delicto, & in prima depoſitione illud negauerant ex cauſa ſupra relata, in ſecundo examine illud deponebãt, quo fit, vt de iure torqueri potuiſſent, vt probat Farin. de teſtib. quæſt.79.nu.17.cum ſeq. ſed id permiſſum eſſe videbatur non facta publicatione, neque compilato proceſſu, prout prætendebat reus inquiſitus, licet contra eum prouiſum appellauit ad S.C. in quo facta relatione die . . Octobris 1633. per eundem Iudicem Merlinum in Aula Reg. Conſ. Carauitæ fuit deciſum, vt Fiſcus infra quindecim dies facere deberet ſuas diligentias, vt ex actis in Banca Tartagliæ, penès Sportellum, quæ ſiquidẽ deciſio corroborari poterit ex ijs, quæ dixit Iul.Clar.in §.penult.quęſt.61.nu.4 vbi quęrit, an Iudex poſt publicatas atteſtationes iterum poterit examinare teſtes, vt declarent eorum dictum obſcurum, & cõcludit affirmatiuè ex Specul.in tit.de teſte, §.ſatis vtiliter, nu.4. Alexand. conſ.238.nu.6.vol.6. & ex pluribus ita concludit Franc.Perſonal. quæſt.11.nu.8. vbi nu.6.& 7. inquit, quod declaratio articuli, vel probationis factæ in termino, poſt terminum fieri poteſt, nam qui declarat nil noui facit, ſed virtualiter in ipſo declaratur, ex Dec. Felin. Rip. & alijs, ſimiliter publicato proceſſu poterit teſtis confrontatus de nouo repeti, ſi non fuerit ſufficienter interrogatus in confrontatione, & rei dolus abeſſet, ita in praxi receptũ eſſe ex Burſat.& Honded.probat Ambroſin.in ſuo proceſſ.inform. lib.2.cap.9.n.36. & ſeq.quemadmodum in repetitione teſtium quoque verificabatur, quæ non erit permiſſa poſt pronunciatum in cauſa, aut concluſum, Capyc.deciſ.35. in fine, notat Gram. deciſ.28. nu.6.quem ſequuti ſunt Troyſ.in prag.9. n.2. de ord.iudic.Sebaſt.Guazz.in tract.ad defenſ. in defenſ.25.cap.1.nu.17. poſt Foller.in praxi crim.rubr.& ſi confitebuntur, 3.part.nu.46.& ratio eſt, quia cum ipſi teſtes ſint iam examinati, & aliquando nulliter, ad hoc vt fidem faciant, neceſſe erit, vt aliqua ſollemnitas interueniat pro eorum conualidatione, hoc eſt repetitio, confrontatio, ſeù conualidatio, quia hæc videntur eos confirmare, quemadmodũ declaratio, vt dictum eſt, nil noui facit, ita pariter & confirmatio, quæ nullum ius tribuit, ſed prius habita roborat, ita probat Maur.ſen. alleg.18.nu.3.& allegat.52.nu.9.non enim debet probationum facultas anguſtari, ad text. in l.fin.C.de hęret. ita nec ob defectum comprobationis derelinqui, ne occultentur delicta, cum Reipublicæ interſit delicta puniri, l.ita vulneratus, §.quod ſi quis ff. ad l. Aquil. nõ immeritò ſi hæc quandocunque fieri permiſſum erit, antequam ad ſententiam deueniatur.

Teſtes ſocij itineris an probent delictum factũ in perſona ſocij, ita vt delinquens poſſit pœna ordinaria puniri, hoc accidit cõtrouerti in M.C. in cauſa Hieronymi, aliàs Ciommi de Abundo inquiſiti de vulnere illato in perſonam Chriſtophori de Nicolai ſub nomine pacis factæ, & cũ fuiſſent duo ſocij itineris examinati ſuper delicto, difficultati contingit, ſi fidem facerent contra reum, ex quo per iniuriam illatã offenſo videbantur pariter offenſi, & ratio eſt, cum iniuria facta ſocio cenſeatur facta conſocijs, ad rex.in l.item apud Labeonem, §.tenetur, vbi Gloſ.& DD.ff.de iniur. cũ alijs apud Merend. conſ.66.num.1.part.2. qui poſuit caſum in terminis iſtis, & ob id rectè ſocij itineris à teſtimonio repellũtur vti principales, latè Cepoll.conſ.crim.32.col.6. & melius Gram.deciſ.25.nu.2. vbi dixit, nõ eſſe credendum ſocio itineris, quia iniuria illata alicui videtur etiam illata ſocio itineris, vbi Petra in Addit.ſed melius Didac.de Mari, vbi allegat Arnon.probl.59.Rota Lucenſ.diuerſ.35. Decian.conſ.125.vol.3.& Mangrell.ad Bart.in l.parentes, C.de teſt. & ambo Addentes allegant Farinac.de oppoſit.contra teſt.quæſt.60. illat.15.nu.402. vbi hanc quæſtionem poſuit, ibiq; dixit, quod benè ſocius itineris poterit eſſe teſtis pro iniuria illata ſocio, ſecundum Bald.in l.quoniam liberi, nu.4.verſ.ideo dico, vbi Salyc.nu.8.Io.Sichar.nu.5. quem ſequitur Felic.alleg.25.nu.25.par.1.ibique Farinac.ſubdit dicendò, licet contrarium voluerint Cam-

peg.

Digitized by Google

peg.de teſt.reg.101.in 3.fallent.verſ.& nota, Maſcard.de probat.concl.1312.num.7.ſed prima opinio verior exiſtimatur, quæ limitatur ab eodem num.403. niſi ſocius iniuriam ſocio illatã ad animũ reuocauerit ſuum, tunc enim etiam quod itineris tantum ſit ſocius, non poterit teſtimonium ferre, ex Bald.in d.l.quoniã liberi, nu.4.verſ.niſi iniuria, vbi Salyc.num.8. Io.Sichar.Gram.Boſſ.& Rimin. ibi relatis, & tunc ipſa reuocatio ex verbis, vel ſignis, aut coniecturis verificabitur, vt ſubdit nu.404.ex eiſdem DD. poſtquam vel in ſe ſuſceperit defenſionem pro iniuria ſibi facta, & tũc ſuſpectus redderetur vti inimicus, vel pro defenſione conſocij, cum licitum ſit ſocium etiã itineris defendere, & idẽ eſſet, vt ex multis probat Bertazzol.conſ.1.num.21.tom.1.in criminalibus; ſed in caſu præmiſſo in facto nulla apparebat animi reuocatio in ſe cõtra offendentem ſociũ, ſuper quo interrogati, reſponderunt; *che rimaſero atterriti dalla ferita data al compagno, &c.* ita vt nec verbis, aut ſignis de reuocatione apparuit, ob quod facta in M.C.V. relatione per ſolertiſſimum virum D.Hieronymũ Salamanca die .. Martij 1634. fuit dictus Hieronymus cõdemnatus ad exulandum extra Prouinciam per triennium, vt apparet ex actis in Banca de Ferrarijs, penès Paſcalem Scribam.

Teſtes recepti ad informationem Curiæ, ſi non fuerunt repetiti poſt capturam rei, ex quo nõ fuerat citatus ad videndum iuramenta ipſorum, an per confrontationẽ factam cum reo, ſupplere videantur, hoc contingit in cauſa Ioan.Baptiſtæ Verde inquiſiti de homicidio proditorio ſui ſoceri, & cum fuiſſet ad mortẽ damnatus, dixit de nullitate ſententiæ huius prætextu, attamen per M.C.V. fuit iudicatum proceſſum ſollemniter inſtructum, & ſententiam ritè, ac rectè prolatam, ita Conſ. Merlin. controu.forenſ.cap.42.

Teſtes additi elapſo termino ſi fuerint citati, an debeant recipi, atque examinari inſimul cum alijs teſtibus in termino citatis eo elapſo, prout in facto euenit in cauſa Io.Leonardi Barbę cum Tiberio Baldino V.I.D. dum fuerant citati teſtes in termino, & inde eo elapſo poſt menſes octo inſtatum fuit per dictum Io.Leonardum, eos recipi, atque examinari, & cum ita fuiſſet per cauſæ Commiſſarium prouiſũ, vt teſtes ipſi in termeno citati reciperentur iuxta communem praxim, de qua teſtantur Muſcatell.in praxi S.C. lib.1.part.5.gloſ.citati nu.5.& 12. Gallupp.in praxi S.C. part.2.cap.2. nu.2. contingit illico alios teſtes additos de nouo fuiſſe, & pariter inſtabat illos recipi, & examinari cum alijs, quamuis ex aduerſo ex parte dicti Tiberij prætenderetur, eos nõ aliter eſſe recipiendos, quia non fuerant citati in termino, eo quia non ſolum teſtes debent citari, ſed etiam iurare adſtringũtur, Muſcatell. ibid. nu.1. nam teſtibus non citatis, nec iuratis fides non adhibetur, Præſ. de Franch. deciſ.60.nu.11. ſed hoc procederet, eos nominari, & citari debere in termino in cauſa impartito, Troyſ. ritu 87.nu.3.& melius Marant.in eius ſpecul.part.6.in 3.actu, num.20.& ſi non fuerint in termino citati, neutique citari poterint, & ſucceſſiuè amplius examinari elapſo termino ipſo; Carau.in ritu 219. nu.3. inſuper S.C. non admittit nouos articulos poſt terminum, nec nouos teſtes, neque etiam cõcedit ſecundam dilationem, ex Capye.deciſ.81. nu.8.perpendit Carauit.in ritu 69. ſub nu.12. in fine, Muſcatell.d.praxi lib.1.part.5.gloſ.defendendum, nu.24.dicebatur ex parte ipſius Io.Leonardi, non eſſe dubium, quin conceſſo termino ad probandum ſufficit, quod teſtes ſint iurati, & citati infra terminum, nam poſſunt poſtea examinari etiam elapſo termino, & cenſentur eorum depoſitiones factæ infra terminum, quia depoſitio teſtis retrotrahitur ad tempus iuramenti, ex Roman.& Abb.relatis per D.Marant.vbi ſup.nu.19. Carau. in ritu 69. num.6. adeò quod ne in infinitum lis protrahatur ad præcludendum terminum, ne amplius examinari poſſint teſtes, conſtitutum eſt remedium, vt fiat reſeruatio in termino publicationis, & valeãt examinari, Carau. vbi ſup. in fine, & hoc etiam poſt publicationem factam recipiuntur, quando culpa, vel malitia Examinatoris, ſeù Iudicis fuerit omiſſum illos recipi, Præſ.de Franch.deciſ.371. num.1. & hoc ex officio poterit Iudex nouos teſtes examinare poſt publicationem, ex Cauenſ. probat Nicol. Caib. in ſua pract.practicarum, lib.3.cap.65. ſub nu.53. nam poſt concluſum in cauſa neque recipi poſſunt, ex Felin. in cap. cum dilectus, de fide inſtrum. notat Iul.Cæſ.Gallupp. in ſua recentiſſima praxi S.C. part.2.cap.29.nu.3. neque repeti, Præſ.de Franch.deciſ.716.nu.2.attamen æquitate ſuadente etiam poſt concluſum in cauſa producuntur teſtes, ſecundum Abb.in cap.1.de iud. quem citat Foller.ad Marant.in 4.part. diſt.9. nu.156. quaſi quod nunquam terminus cenſeri debeat elapſus, niſi fuerit ſuper hoc interloquutũ, inquit Muſcat. d. gloſ. defendendũ, ſub nu.12. verſ.benè puto verum, vt Iudex ad remouendam calumnioſam partis perfidiam, interloquatur, terminum cucurriſſe, vel currere, vel antequam perueniatur ad actum publicationis, vel concluſionis, vt ſit præcluſa via producendi alios teſtes, & propterea dum non fuerat deuentum ad tales actus, videtur res eſſe integra, ob quod alios teſtes nouos producere non prohibebatur, vt inſimul cum alijs examinarẽtur. Hinc ad rem noſtrã quærit Carau.in d.ritu 69.nu.12.quem ibi Muſcatell.allegat num.13. quando teſtes vllo modo fuerint citati, nec iurati poſt terminum recipi poſſint, atque examinari, vbi videtur aliquantulum dubitare, poſtquam de iure communi non conceditur ſecunda dilatio, ſed verius ibi Muſcatell.nu.14.retulit, hanc quæſtionem dependere, an prima dilatione cõceſſa ad probandum, & ipſa finita ſit concenda ſecunda, & poſt multa ibi relata concludere videtur, poſſe Iudicem æquitate ſuadente, vt aſſolet S.C.ſeruare, ſi non malitioſè fuerit petita, cõcedi debere, & terminum prorogare, ſeù reintegrare, & teſtes recipere, ex Gram. in Conſ.

Iam

In pecuniarijs, nu.7. ſicque cum fuiſſet domi prouiſum per cauſæ Commiſſarium, quod teſtes additi reciperentur, & de eis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit in deciſione cauſæ ſub die 26. Nouembris 1637. interpoſita appellatione ab ipſa interloquutoria, & obtentum de prædictis verbum fieri in S.C. demum facta in eo relatione per Reg.Conſil. Hectorem Capycium Latro die 22. Ianuarij 1638. per S.C. fuit dictum, bene prouiſum per cauſæ Commiſſarium ſub 26.Nouẽbris 1637. penès Secretarium, in Banca Figliolæ Magiſt. Actor.

Teſtes carcerati deponentes de confeſſione extraiudiciali contra reum inquiſitum de homicidio an probent, inter cætera in inquiſitione formata aduerſus Honophrium de Fiore de homicidio inquiſitum vltra famam publicam probatam, aderat probatio confeſſionis extraiudicialis per teſtes carceratos verificata, quare pro defenſione ipſius replicabatur, nullam rationem fore habendam de fama publica, ex eo quia erat inueriſimilis, dũ delictũ in platea Spiritus sãcti commiſsũ fuerat, & fama inſurrexerat alibi extra ianuã realẽ in loco dicto *il Canone*, noctis tempore, in hac re Bart.in l.de minore, §.pluriũ, nu.11.ff.de quæſt.licet dicat quoad famæ probationem locus non requiritur, contrarium tamen tenet Bald.in l.ea quidem, nu.55.C.de accuſat, vbi rationem reddit, quia hoc tendit ad ordinationem iudicij, & fama ſuccedit loco accuſatoris, ideo debet Iudici aſſiſtere accuſator, l. ſi accuſatoribus, C. de accuſat. & rationibus Bart. reſpondet Salyc.in d.l.ea quidem, num.111.vbi concludit, famam ſemper fari in aliquo loco, aliquando in minus lato, vt in vicinia, vel contrada, aliquando in lato, vt in quarterio Ciuitatis, aliquãdo in latiori, vt in tota Ciuitate, aliquando in latiſſimo, vt in tota Prouincia, ſecundũ qualitatem, & exigentiã facti, eoſdem ſequitur Farinac.in ſua praxi, quæſt.47.nu.179.& amplius, quia fama eſt difficilis probatio, Vulpell. conſ.5.nu.8.vbi nu.7. oſtendit, qualiter probari debeat, Metend. conſ.17. num.11. conſ.19.nu.14.conſ.31.nu.3.& conſ.91.nu.11. Maſcard.de probat.concl.454.vltra Farin. vbi ſup. latè Ciazz.diſcept.forenſ.cap.20. imò etiã legitimè prolata non facit plenam probationem, Maſcar.concl.753.nu.4.nõ mirũ ſi fragilis, & infida probatio dicatur, Vulpel.conſ.30. nu.13. neq; etiã cauſa inimicitiæ obſtare poterat, quę erat leuis ob cauſam iniuriarum, Io. Turr. inter conſ.crim.diuerſ.conſ.81.n.36. Farinac.quæſt.49.num.44.nam cauſa delicti erit inſpicienda, quæ grauis eſſe debet, Giurba conſ.97.num.6.& demum quia talis confeſſio extraiudicialis probata fuerat per teſtes carceratos, & de iure probatum eſt, quod teſtis carceratus eſſe non poteſt, dum in carcere eſt, vt probat Farinac.de teſtib. q.56. nu.180. merito corruerat, & ſic poſtmodũ fuit per Mag. Cur.Vic. liberatus in forma ſuper nouis indicijs ad relationem D. Annibalis Molea tunc Iudicis M.C. nunc Reg.Conſ. meritiſſimi, & fuit confirmatum decretum per Collat.Conſ. eodem referente de anno 1636. in Banca Panſeræ, reſpectu vero Caroli de Flore ſimiliter inquiſiti pro eodem crimine, quia duo teſtes ipſum recognouerãt, dum prius dixiſſent, ſi ipſum vidiſſent, cognouiſſent, fuit tortus, ſed quia non confeſſus, fuit liberatus in forma.

Teſtium corruptorum dicta, ſiue atteſtationes an repulſari poſſint ab ea parte, à qua sũt producti, deciſũ fuit affirmatiuè per S.C. in cauſa Io. Donati Turboli cum Scipione, & fratribus de Turbulo, ſicuti teſtatur Reg. Tapia deciſ.23.S.C. incipit fuit dubitatum.

Tex.in l.fin.§.donec, C.de iur.delib.an, & quando locum habeat, quando hæres conueniretur actione reiuẽdicationis, fuit deciſum, eſſe ſuperſedendũ in cauſa, donec duret tempus conficiendi inuentariũ, Reg.Salern. deciſ.54. in cauſa.

Theſaurarius Prouinciæ an appellatione Officialium veniat, vt poſſit gaudere, vel nõ gaudere indulto, fuit ad relationem Reg.Conſil. Io. Franciſci Sanfelicij per Regiam Iunctam deciſum, quod non gaudeat, in cauſa Regij Fiſci cum Theſaurario Calabriæ citra inquiſiti de nonnullis extorſionibus, penès de Rogerio Actuarium R.C. refert Iudex Taſſon.in eius tomo.obſeru.iuriſd.verſ.3.obſeru.3. à nu. 358.ad 363.fol.179.

Theſaurus inuentus in fundo poſt mortem feudatarij ſpectat ad primogenitum, excluſis ſecundogenitis, tradit Præſ.Fulu.Lanat. in addit. ad repetit, cap.1.de ſucceſſ. feud. eius patrui nu.47.

Titulus legis ſi fuerit allegatus per Vniuerſitatem poſſeditricem baiulationis, & per Baronẽ titulus hominis, quis præferatur, quia in termino conceſſo fuerat probatum per dictam Vniuerſitatem de centenaria, cuius initij memoria non extabat in contrarium, ideo deciſum fuit per R.C. quod Vniuerſitas Aquariæ manuteneatur in poſſeſſione iuriſdictionis baiulationis, vt tradit Donat. Ant. de Marin. quotid.reſol.cap.213.nu.22.

Titulus anterior in cõceſſione officij poſſeſſione non ſequuta, an, & quando præbeat prælationem conceſſionario aduerſus alium poſſeſſorem cum titulo poſteriori, iudicatũ fuit, quod partes audiantur, & interim Ianuarius Piſanus deſiſtat ab exercitio officij tenentiæ tanquam ſibi collata à non habente poteſtatem conferendi, vti ei ademptam ex primęua collatione facta in perſonam D. Fabritij Albritij de mandato Catholicæ Maieſtatis, cum eiuſdem mandati exequutione per receptionem illius in ſuum Locumtenentem, & proinde Officium Scribæ portionis eum deſcribat in libris dicti officij vigore dictæ cedulæ expeditæ ſub die 26. Septembris 1629. in Locumtenentem dictæ comitiuæ, ſuſpenſa cedula poſteriori cum omnibus inde exequutis in perſonam dicti Piſani, ita Reg. Rouit. deciſ.82. dum per mortem.

Titulus quis nam imponi debeat reo, qui ſcienter rem ſacram emerit, vt contingit diſceptari in M.C.V. in perſonam cuiuſdam Aurifabri,

qui

Digitized by Google

qui ſuam voluntatem declarauerat quibuſdã furibus, quod ſi lampades Eccleſiæ S. Laurentij intus Capellam Diui Antonij exiſtentes furto ſubtraxerint, illico eas emiſſet, & inde ſucceſſo caſu ſacrilegij, cum effectu illas ab ipſis emerat, nam etſi titulus ſolus delicti nõ facit quem eſſe reum, l. quoad ſtatũ ff. de pœn. Præſ. de Franch. deciſ. 130. nu. 7. ſed exquiruntur probationes, quæ luce meridiana debent eſſe clariores, l. ſancimus, C. de pœn. nihilominus quia ex titulo delicti oſtenditur, quem puniri debere plus, vel minus, quemadmodũ in habilitationibus reorum practicatur, vt ſi pro grauiori delicto detineãtur, habilitari nequeunt, quod ſecus erit in delictis paruis, vt in cap. ab illo inchoandum, vbi Campag. hinc in praxi receptum eſt, quoties aliquis reus vellet habilitari ex carceribus, & intimato Fiſco, ſolet ipſe replicare, quãdo eſſent delicta grauia, dicẽdo, obſtat titulus, & propterea in caſu noſtro aliqui ex Dominis aſſerebãt, eſſe titulum deſcribendum de emptione rei furtiuæ, per tex. in l. in ciuilem, C. de furt. etenim ignorantia præſumitur in ementem rem furtiuã, Roman. conſ. 473. in fin. Auguſt. ad Angel. de maleſic. verb. veſtem cœleſtem, num. 28. Rol. conſil. 45. nu. 16. vol. 1. quos probat Caroc. in tract. de re furt. penès tert. reper. quæſt. 21. nu. 1. alij dicebant, eſſe imponendum titulum de participatione ſacrilegij, poſtquam participes, conſentientes, & conſocij in crimine ſacrilegij pari pœna puniuntur, Farinac. de furt. q. 172. nu. 33. cæteri, & melius inſtabant, imponi debere titulum de furto, ex quo ſcienter ante commiſſum ſacrilegium cum furibus verba faciendo aſſeruit, ipſum ſemper eſſe promptũ emere ſimilia vaſa argentea, & præſertim incidit talia verba proferre in dicto ſacrilegio committendo, ex adductis per Andr. in cap. 1. §. ſi quis quinque ſolidos, nu. 40. de pace ten. ſicque emens ſcienter rem ſuratam, fur eſt, & furti pœna tenetur, Farinac. eod. tract. q. 177. nu. 16. ſic pariter creditor recipiens in pignus ſciẽter rem alienã furatã, tenetur pœna furti, ſecus ſi ignoranter, l. ſeruus ff. de cond. indeb. vbi Caſtr. ſequitur Carocc. eod. tract. queſt. 15. nu. 1. Et ita fuit per M.C.V. determinatum ad relationem Iudicis Scipionis Salituri de menſe Ianuarij 1638. in Banca Ioelis.

Torqueri an poſſit reus in iudicio ciuili, vt reuelet bona ſubtracta, ſtante generali indulto conceſſo delinquentibus, licet pro Fiſco allegatus eſſet Paris de ſyndic. verb. tortura, verſ. pone quod tenentem, quod etiam quod delictum ſit abolitum, tamen in tantum remanet cauſa ciuilis, quod in ipſa ciuili cauſa reus poteſt torqueri, quia per abolitionem nullum penitùs præiudicium eſt generatũ ciuilitati, per iura ibi adducta, nihilominus in cauſa Io. Angeli Sartoris inquiſiti de furto, fuit per M.C. contrarium iudicatũ in anno 1566. penès Migliaccium, ad relationem Iudicis tunc ipſius M.C. Annibalis Moles, vt ipſe teſtatur in ſuo tractatu manuſcripto de regal. Regni Neap. tit. de vltimis exituris, quæſt. 8. verſ. & ego memini, ſed ijs conueniunt congeſta per Farinac. in eius praxi tit. de inquiſit. quæſt. 5. ſub nu. 12. verſ. limita ſublimitationẽ, & verſ. ſublimita iterum, de quo etiam memor eſt in titul. de indit. & tortur. quæſt. 43. nu. 43. vbi de Paride commemorat, & relatis hinc inde Doctoribus cum ipſo Paride reſidet ex alijs ibi relatis, & idem Farin. q. 42. ſub nu. 30. præſertim in furto loquitur.

Tortura illata per Iudicem inferiorem ex proceſſu informatiuo an ſit valida, ita vt confeſſio inde exorta poſſit reum damnare, non fuit deciſum, ſed concluditur inualidam eſſe, Reg. Tapia deciſ. S.C. 22. regula.

Tortura an inferri poſſit reo iam condemnato pro aliquo delicto ad ſciendum complices ſocios etiam pro alio crimine. Hoc accidit diſcuti in M.C.V. delegata in cauſis furtorum, præſertim in cauſa inquiſitionis formatæ cõtra Decium Carpenterium repertũ in fraganti crimine furti, præcedẽte ſcaſſatione ianuæ, qui inſimul cum alijs complicibus aſſiſtentibus intra apothecam, vbi aderat arca, quam aperire nõ poterant, ignẽ aptantibus, vt illam comburerent, interea ſuperuenerunt caſualiter ſatellites tranſeuntes per plateam, vt caperent certum debitorem, auditis per eoſdem reos tranſeũtibus ipſis, ictum ſclopicti immiſerat Decius, & ſic inde clamantibus birruarijs alta voce, *la Corte, la Corte*, ac alia dicendo cœperunt ipſum Decium cũ ſclopo paruo in manu iam exhonerato, & ductus in fortijs, & conuictus per teſtes, fuit ad mortem damnatus, vel ad ſoluendum ducatos 2000. iuxta Pragmaticam, de omnibus certior factus Excellentiſſimus D. Prorex, ex quo pro aſportatione ſclopi adeſt pœna mortis, vel ducatorũ 2000. ad arbitriũ eiuſdem Proregis, & ad hoc vt ſuam voluntatem oſtenderet, fuit iniunctũ eidẽ M.C. vt exequeretur pœna mortis, hinc orta fuit altercatio inter Iudices, an torqueri poterat pro altero delicto effractionis, & furti tentati cõtra conſocios ad ſciendum eos, pro quo extabant inditia tantum, nec proinde confeſſus, aut conuictus fuerat, vnde dicebatur, quod poſt condemnationẽ Iudex functus eſt officio ſuo, Franch. deciſ. 398. nu. 2. per text. in l. Iudex poſteaquam ff. de re iud. & eo magis ſi fuerit delegatus, vt inquit Bart. id dict. l. Iudex poſteaquam, ibique Addẽtes, pariterq; quia regulariter reus de ſe confeſſus ſicuti nõ poteſt interrogari ſuper ſocijs eiuſdem criminis, l. qui de ſe ff. de quæſt. l. fin. C. de accuſat. Gram. deciſ. 20. num. 10. Io. de Amic. conſ. 27. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 11. cum alijs apud Paell. in tract. de tortur. quæſt. 10. Cartar. in ſua praxi interrog. reor. lib. 4. cap. 1. nu. 85. multo fortius pro alio crimine, hinc eſt, quod Iudices cauti in eadem ſententia condemnationis reſeruant ius torquẽdi ad ſciendum complices, & fautores, ac ſocios, hoc eſt condemnãt reos ad mortem, & tanquã cadauera eos torquent, iuxta praxim quotidianam in Regno, in criminibus maximè capitalibus, de qua expreſſim teſtatur Maurus Burgius in trac. de modo procedendi ex abrupto, cap. 100. nu. 77. cũ ſeq. & vltra eum Muta in cap. Regis Ioannis 49. nu. 68.

nu.68.tom.6. vbi ex aliorum mẽte concludit,
non poſſe iterari hanc torturam, præterea di-
cebatur, nullatenus dari poſſe torturam tan-
quam cadaueri, vt dixit Farinac. in eius praxi
tit.de indit.& tortur. quæſt.37.num.175. pari-
terque tortura illata reo cum cauthela, vt ma-
nifeſtaret ſocios, non vt reus ipſe, nõ eſſet in
ſe poſtea torquendus, eſt iniuſta, & illa cau-
thela parum releuat, & eſt periculoſa, Bertaz-
zol.conſ.crim.119.num.26.tom.1. licet ex ad-
uerſo allegetur text. in l.qui vltimo ſupplicio
ff.de pœn.in fine, ibi, ſæpè etiam ideo ſeruari
ſolent poſt damnationẽ, vt ex ijs in alios quę-
ſtio habeatur, vbi Bar.n.2.tamen replicabatur,
text.loqui quando eſſemus in eodem delicto,
de quo vel cõuictus, vel confeſſus fuerat reus,
pro quo interrogari oportuerat ſocios, ac cõ-
plices, ſine quibus committi non poterat, ſe-
cus tamen pro alio delicto, vel connexo, vel
eodem tempore patrato, pro quo non extabãt
inditia ſufficientia ad torturam, vt erat in ca-
ſu præmiſſo, in quo aduertendum eſt, quod
Gloſ.d.l.qui vltimo, in verbo habeatur, ſubdit
dicendo, & propter alia quandoque vt ſupra
eod.l.prægnantis, nihilominus de iure proba-
tum eſt, quod in delictis, quæ committi ne-
queunt abſq; ſocijs, & complicibus, nulli du-
bium eſt, quin reus torqueri poſſit, vt oſtẽdat
ſocios mandatores, & complices, non obſtan-
te quod conſtet de delicto, vt tradit vltra Car-
tar.loc.cit.nu.90.& 91.Carrer.in ſua praxi cri-
min.§.circa quintum, nu.30.fol.80. in paruis,
vbi ſubdit, quod ideo malitioſi Iudices ſolent
proteſtari, quod ponunt ad torturam reum
non propter ſe, cũ habeant veritatem per con-
feſſionem, ſed propter ſocios, & mandatores,
vt ex Parid. Andr. Afflict. & Gram.ibi relatis,
ſequitur Scappa de iure non ſcripto, lib.5.cap.
78. nu. 4. & ideo licet de iure communi tor-
tus, & confeſſus de ſe, poterit interrogari de
ſocijs in delictis, quæ veriſimiliter non
committuntur ſine ſocijs, attamen de conſue-
tudine Italiæ rei interrogantur de ſocijs in
omni caſu, ita ex Beluiſ. Franc.Caſon.in tract.
de tormentis, cap.16.nu.6.cum alijs apud Iul.
Clar.in §.fin.quæſt.21.nu.4.præſertim in fur-
bus, vbi Addit. imò nec etiam interrogari pro
delictis, de quibus inditia nõ extarẽt de gene-
rali conſuetudine Italię, Gram.deciſ.34.nu.34.
Iul.Clar. qui plures allegat in §.fin. quæſt.64.
nu. 44. & præſertim in furtis, Cartar.vbi ſup.
nu.86. ſed hoc cum proteſtatione, quod non
intendit Iudex ſuper ijs, de quibus eſt confeſ-
ſus, & conuictus, ſed duntaxat ſuper alijs, ex
Boſſio perpendit Mancin. in tract.de confeſſ.
cap.3. art.4. nu.71. Et proinde aduertendum
erit ad id, quod dubitari poterat, principaliter
hoc contingiſſe ob furtum iam faciendum,
quod ſiquidem factum non fuit, & ideo furtũ
minimè factum cenſeri dixit I.C.in l. vulga-
ris, §.qui furti faciendi cauſa conclaue intra-
uerit ff. de furt. quo caſu vel actione iniuria-
rum teneretur, l. is, qui domum ff. de iniur.
aut de vi, ſi per vim intrauerit, verum quia ex
ſuperuenientia ſatellitum compleri non po-
tuit, & deprehenſus fuit, vt conſiderat Gloſ.
d.l.vulgaris, §.fin.verſ.non abſtulit, non tñ per
hoc videbatur puniri potuiſſe pœna capitali,
ſed extraordinariè, ad text. in l.ſaccularij ff.de
var. & extraord. crim. nihilominus quia de
hoc extat ſpecialis Pragmatica nedum contra
eos, qui intus Ciuitatem Neapol. per plateas
nocturno tempore furantur, mortis pœnam
incurrunt, vt in prag.1.de furt.noct. ſed pari-
ter contra eos, qui domos, vel apothecas cum
diſcaliatione, & ſcaſſatione ingrediuntur fu-
randi cauſa, in eandem pœnam incurrunt, vt
eſt diſpoſitum in prag.3. de furt. noct. ex hoc
recolligitur qualitas ſcaliationis, ac ſcaſſatio-
nis, quę de per ſe ſunt grauia delicta pro con-
ſequutione furtorum, quod adeo verum eſt,
quod etſi abſq; ſcaſſatione, vel diſcaliatione,
furtum eo tempore factum fuiſſet, vt ſi reper-
tis ianuis apertis furtum ſucceſſerit, locum
haberet eadem Pragmatica, vt ſpecificè deci-
ſum retulit Præſ.de Franch.deciſ.570. ſed etiã
ſi non fuiſſet furtum ſubſequutum, eadem
pœna locum haberet, quemadmodum perci-
pitur ex ſola aſportatione ſcalarũ noctis tem-
pore pro committẽdis furtis, aut alijs delictis
ſtatuta eſt pœna mortis, vt in pragm.1.de ſcal.
proh.noct.temp. idem erit intelligendum in
ſcaſſatione, cum per eos non ſtet, quominus
furta ſuccedant, benè verũ eſt, quod hucuſq;
nunquam vidi practicarum ex ſola aſporta-
tione ſcalæ noctis tempore, aut ſcaſſatione
vllo furto, vel alio delicto ſubſequente ordi-
naria pœna reos punitos, & ſi fortè puniti
fuerint, tamẽ pœna extraordinaria, ſed inſpe-
cto delicto huiuſmodi patrato, certum erat,
quod finis reorum erat furari bona in capſa
exiſtentia, vnde oportuerat ad illã adiri præ-
uia excaſſatione, & ſi fortè contingiſſent ru-
mores vicinorum, vel dominorum, aut ſatelli-
tum, attamen pro eorum ſecuritate arma pro-
hibita aſportauerant, vt ſe defendere potuiſ-
ſent, & ab imminenti captura, hæc omnia li-
cet videantur plura delicta, plures pœnas re-
quirentia, quia vno eodem tempore commiſ-
ſa videntur, operãtur, vt vllius impunitas de-
tur, neque delictũ ob aliud delictũ pœna mi-
nuatur, l.2.ff.de priu.delict.quaſi quod videã-
tur inter ſe correſpectiuitatem habere, atque
connexitatem, hinc eſt, quod tortura in cauſa
ciuili ratione delicti annexi infertur, Ballis in
tract.crim. lib.4.de quæſt.particul. q.5. nu.17.
quãto magis de delictis connexis, nec proin-
de obſtabit, quod erat condemnatus, & ſic iu-
dicium finitum, nam vltra quod reſpectu il-
lius delicti procederet, non tamen reſpectu
aliorum, vnde cernimus, quod bannitus, &
condemnatus torqueri poſſet ſuper ſocijs, &
cõplicibus, & ſuper alijs delictis, iuxta ea, quæ
dixit Iul.Clar.in §.fin.q.64.num.8.verſ.veritas
eſt, quẽ ſequitur Carrar. in tract. de exequut.
ſent.capto reo, cap.1.nu.455.& cap.2.num.57.
Scaccia de iudic.cap.97.ſub num.180.tom.1.
quem ſequitur Caualcan. in tract. de brachio
regio, par.3.ſub nu.44. Deniquè per eandem
M.C.V. prouiſũ fuit, facta relatione per Reg.
Conſiliar. Ioannem Franciſcum Sanfelicium
die 14. Octobris 1632. vt torqueretur ad ſciẽ-
dum

dum ſocios reſpectu ſcopicti, à quo habuerat, vel emerat, vt huius cauſa confeſſio aliorum haberi potuiſſet, ac etiam ſociorum, & complicium nominatio, & ſic exequutum, à quo habita cõfeſſione nonnullorum delictorum, fuit inde laqueo ſuſpenſus, vt ex actis in Banca Roſæ penès Andræam Palmam Scribam cauſæ.

Tortura inferri an poſſit reo inquiſito de homicidio, quod præſumebatur factũ ad defenſionem, ad ſciendũ, ſi illud præmeditatè commiſſum fuiſſet, in caſu occurrenti fuit per Sacrum Conſilium iudicatum, eſſe torquendũ, & eo torto, quia non confeſſus, fuit liberatus, teſtatur Reg. Tapia in ſuo Iure Regni, tom. 5. ſuper Conſt. Terminum vitæ, nu. 51.

Tortura inferri prius an debeat exiſtẽtibus probationibus diuerſis, quæ in criminalibus nõ coniunguntur, ſtante delicto occulto, relata fuit deciſio ſupra in verbo probationes.

Tortura inferri an debeat ſocio petenti indultũ delicti, vt illud detegeret ad conualidandum eius confeſſionem, & ſi in raſcripto commiſſionis factæ Iudici hoc non fuerit expreſſum, vt torqueret reum, deciſum fuit per Collat. Conſ. affirmatiuè, & ſic cum fuiſſet Iudex de hoc imputatus in ſyndicatu, fuit inde abſolutus, vt dixi in meo voto 70. à num. 77. ad finem.

Tortura licet leuiter illata ab Officiali inferiore M.C. reo confeſſo ſpontè, pro confeſſionis ratificatione an irroget grauamen, ita vt reus ad Superiorẽ proclamans, poſſit ei appellatio ſuffragari in præiudiciũ iuris Baronis prætendentis, non eſſe hoc grauamen, vt cauſa ab eo auferri poſſit, de hoc cõtingit dubitari in cauſa Marci Antonij Pellicani Terræ Pomigliani Arellæ rei inquiſiti de certo delicto, & illud ſpontè confitentis, at cum Capitaneus illius Terræ conualidari feciſſet in tormentis eius confeſſionem, ab iſta indebita tortura appellauit ad M.C.V. aſſerendo, hanc eſſe præeminentiam ipſius M.C. torquere ante compilationẽ proceſſus, ex diſpoſitione Cap. Regni, In accuſatis, & cap. Tormẽtis, Carau. in ritu 259. nu. 10. & non aliorũ Officialium, & ſic introducta cauſa appellationis in eadẽ M.C. comparuit Baro eiuſdem Terræ prætendens, non eſſe grauamen, & conſequenter ei fore concedendam remiſſionem cauſæ, & Primò, quia tormentorum appellatione, ſeù torturæ non venit leuis tortura, vt refert Ant. de Ballis in tract. crim. lib. 2. tit. de quæſt. & torment. q. 4. nu. 6. nam tortura leuis non dicitur tortura, Farinac. in eius praxi quæſt. 37. nu. 100. inſuper leuis tortura in nulla conſideratione habetur, parumq; tortus, non dicitur tortus, ex Iaſ. in l. ſciendum, nu. 14. ff. qui ſatiſd. cog. Marſil. conſ. 8c. num. 27. & conſ. 103. num. 28. & in §. quoniam, num. 3. in eius praxi, Gaud. Gram. Crauett. & Boſſ. quos probat Franc. Perſon. in tract. de indit. & tort. num. 75. vbi ex Marſil. in d. praxi, §. & quia, num. 8. infert ad ſtatutum faciens mentionem de tortura, vt non procedat in leui tortura, hinc tradit Farin. in eius praxi, quæſt. 83. num. 82. quod confeſſio non indiget ratificatione, quando tortura fuerit leuis, ita dicendum erit è conuerſo, nam tortus leuiter nõ habetur pro torto, Ciaz. diſcept. forenſ. cap. 2. num. 102. & tandem dicebatur, quod licet confeſſio ſpontanea facta formiter valeat, ita vt poſſit reus cõdemnari, vt probat ex multis Iul. Clar. in §. fin. q. 65. nu. 1. Maurus Burgius in tract. de modo proced. ex abrupto, cap. 100. num. 70. quæ adhuc nulla indiget ratificatione, vt poſt Farinac. q. 81. nu. 8. & q. 83. num. 80. Guazzin. in tract. ad defenſam, in defenſ. 30. cap. 35. num. 5. vbi plures allegat, attamen tàm Farinac. d. quæſt. 81. num. 12. quàm Guazzin. ibi aſſerunt, tutius eſſe, vt Iudex faciat eam ratificare, & tunc ſi fieret ſpontè, ratificatio benè procederet, & diceretur confeſſio geminata, nec alia opus erit, ex quo geminata confeſſio efficacem producit obligationem, Bart. in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſ. Iaſ. in l. triticum, nu. 10. ff. de verb. oblig. Ciaz. in tract. de confeſſ. rei contra Fiſcum, cap. 15. confeſſio geminata magis afficit, & multum operatur, Caball. caſu 33. nu. 14. & ex ijs reſultaret, quod dum expreſsè fit ratificatio, vel tacitè per perſeuerantiam rei, nil contra eam opponendo, adducendo, nec reuocando, quo caſu haberet vim expreſſę ratificationis, vt cenſuit Guazzin. d. cap. 35. nu. 4. ſed ſi reus nolit ratificare confeſſionem factam, poterit ad id cogi per torturam, probat Farin. quæſt. 38. ſub num. 91. & hoc fieret ad cauthelam, ſicut ex eodem Farinac. quæſt. 81. num. 8. & in conſil. 23. nu. 11. in fine, notat Maur. Burg. de modo proced. ex abrupt. quæſt. 100. numer. 73. ex aduerſo replicabatur non eſſe incipiendum à tortura, poſtquam tortura non debet eſſe principiũ cauſæ, quia à tortura inchoandum non eſt, Farinac. in quæſt. 37. numer. 2. Zanger. de queſt. ſeù tortur. cap. 2. nu. 1. & eo magis ab eo, qui nõ habet facultatem ex quadam præheminẽtia torquendi ab initio cauſæ, vt puta ex proceſſu informatiuo, de quo eſt præheminentia ipſius Magn. Cur. ex diſpoſitione dictorum Cap. Regni, aut procedendi ex abrupto modo militari, quod eſt denegatũ inferioribus Iudicibus, vt latius Farinac. conſil. 181. nu. 5. Maur. Burg. d. tract. quæſt. 53. 92. & 93. vbi plenius, & ſi dicatur, leuem torturã non eſſe torturam, contrarium probat Paul. Griſſ. in tract. de quæſt. & tortur. cap. 4. num. 6. & 7. quem ſequitur Farinac. d. quæſt. 37. ſub num. 104. hinc eſt, quod confeſſio non valet facta metu tormentorũ, etiam quod ſit facta in leui tortura, vt refert Farinac. d. quæſt. 37. num. 97. & ideo cum ipſe Iudex facultatem expreſſam non habuerat torquendi ab initio, certum erat, quod debuerat procedere ad vlteriora in cauſa, iuris ordine ſeruato, iuxta relata per Ciazium diſcept. forenſ. cap. 3. n. 57. & ad prolationem ſententiæ condemnationis, nam iuxta communem opinionem DD. confeſſio iudicialis ſufficit ad condemnandum, ex Brun. & Foller probat ibi Iulius Clar. d. quæſt. 65. ſub num. 2. ſubdens, quod in tali confeſſione facta ſpontè, & ſine tormentis requiritur ratificatio, ſeù perſeuerantia confi-

tentis,

tentis, ſed quod ſtatim, quod eſt commiſſum crimen debeat condemnari, extat communis opinio nonnullorum Doctorum ibi relatorũ, adeò quod cum ipſe torturã licet leuiter conruliſſet, grauare videbatur, & ſic facta relatione in M.C.V. per Regium Conſiliarium Ioannem Franciſcum Sanfelicium de anno 1630. deciſum fuit, vt cauſa remaneret in eadem M.C. ſtantibus grauaminibus, vt ex actis in Banca Tartagliæ, etenim iſta ratificatio facta in tortura ad cauthelam nõ eſt aliud, niſi perſeuerantia in confeſſione, vt ex Ambroſ. in proceſſ. inform. lib. 4. cap. 5. nu. 11. & Porto ad eundem in ſcholijs lib. 3. cap. 1. nu. 59. Intrigl. Muta, & Ball. firmat ibi Burg. aſſerens, in eo Regno non requiri dictam ratificationem, & melius hæc conualidatur deciſio ex ſpeciebus torturæ, quæ tripliciter cõſideratur a Doctoribus, nempè leuis, grauis, & grauiſſima, vt refert Franc. Perſon. d. tract. num. 76. quem ſequitur Farinac. d. quæſt. 38. num. 35. ea enim leuis tortura dicetur, quæ eſt primi gradus, in qua comprehenduntur minæ de torquendo, aut conductio ad locum torturæ, ſpoliatio, ligaturaq;, dummodo non ſit ligatura grauis, Secundus eſt gradus, ponere in tormẽtis, eleuareq;, & in ſuſpenſo per aliquod notabile tempus retinère, eoque ſuſpenſo illum interrogare, tertius gradus eſt, cum ſquaſſo torquetur, quocirca cum fuiſſet ratificatio facta in tortura, per ſuſpenſionẽ corporis non aliter leuis, ſed grauis tortura diceretur, benè verũ eſt, quod in hoc erit attendendum temporis quantitas, vel modica, vel magna. vt leuis, vel grauis tortura dicatur, prout conſiderat Farin. vbi ſup. num. 44. & ſeq. nam etiam ſi per modicum interuallum fuiſſet eleuatus reus, non dicetur leuis tortura, Bertazzol. conſ. 40. n. 15. vol. 1. ad rem noſtrã ſatis adaptari videtur dictum Vbert. de Bobio ſequutũ à Rain. & relatum ab Ang. in Litem apud Labeonem, §. quæſtionem ff. de iniur. quem refert Molign. in tract. de appell. vtriuſque extenſ. quod ſi ille, qui fuit de prioribus ex forma ſtatuti non poteſt torqueri, vel Poteſtas ſine licentia prioris non poteſt aliquem torquere, nec poterit poni in carceribus ſine dicto conſenſu, nec carcerari is, qui fuit de prioribus, ſed hoc putat intelligendũ eſſe de carceratione cum denegatione victus, vt confiteantur, non tamen de carceratione ſimplicis cuſtodiæ, & qui tantũ eleuatur à terra tortus diceretur, Bertazzol. conſ. 116. nu. 30. vol. 1. imò connumeratur inter gradus torturæ ſtricta manuũ ligatio, Farinac. conſ. 106. num. 8. & 9.

Tortura ſemel illata ciui Neapolitano ex proceſſu informatiuo præuia diſpenſatione Collat. Conſil. vt moris eſt ex priuilegio, an poſſit reiterari ſine noua diſpẽſatione, deciſum fuit per Magnam Curiam negatiuè, vt teſtatur Reg. Conſiliar. Merlinus controuerſ. forenſ. cap. 51. confert.

Tortura inferri an poſſit Iudici, qui pecunia corruptus à partibus iuſtitiã fecerat, inueni quandam Apoſtillam incerti Authoris ſic dictantẽ in Auth. nouo iure, verſic. ſi vero, C. de pœna Iudic. tex. ibi ſi vero, ſed hic quæro, ecce quod per Conſt. Corruptelę, per Cap. Regni, Vulgaris famæ perloquitur per Pragmaticam Caroli V. in anno 36. regiſtrata in nouiſſima Pragmatica D. Io. Zunicæ in anno 80. eſt impoſita pro crimine corruptelæ pœna pecuniaria tantum cum ſuſpenſione, vel priuatione officij, an ex hoc ſint ſublatæ omnes pœnæ antiquæ reſpectu corruptelæ in cauſis criminalibus, Thom. Grammat. conſ. 35. ſub nu. 56. cum ſeq. ad pauca reſpiciens, tradit quod ſic, ego dico, quod omnes illæ leges Regni loquuntur in cauſa ciuili, vel criminali, quando Iudex non arguitur, quod vltra corruptelam malè etiam iudicauerit circa pœnam corporis afflictiuam condemnando, vel abſoluendo, tunc habebat locum iſta Auth. & l. lex Iulia, §. hodiè, ff ad l. Iul. repetund. & quid Chriſtianæ Reipublicę abſurdius dici, aut cogitari poſſit, quod Iudex corruptus graſſando occidens, & condemnans ad mortem innocentẽ, puniatur pœna pecuniaria, imò tunc ex dolo punitur pœna mortis naturalis, dixi ad l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & quid ſi fecerit in cauſa criminali iuſtitiam ob pecuniam habitam à partibus, ꝙ non ſit locus torturæ ipſius Iudicis, quia eſt pœna pecuniaria, vt fuit deciſũ per S. C. facto verbo per M. C. die 8. Martij 1585. in Aula D. de Franchis poſt longam diſcuſſionem in cauſa N. Actuarius Barreſius, hæc ille, nam mulier, & minor facilè inducuntur ex perſuaſionibus, Cæſ. Manent. conſ. 141. num. 10.

Tortura inferri an poſſit reo inquiſito de homicidio, præuio eius mandato commiſſo inimicitiæ cauſa perexiſtente principaliter ex iniurijs grauiſſimis inter eos habitis, iactantia delicti exorta ex gentibus rei, contumacia contracta, & captura in ea ſubſequuta, vltra fugã ex carceribus antea contractam, vt tamen facti ſeries innoteſcat ex informatione deſumpta compertũ apparebat ex cauſa paſculationis reſultaſſe controuerſiam inter Thomam Sataliam V.I.D. & Io. Aloyſium Vitilium, & ad graues iniurias deuentũ fuiſſe poſtquã ipſe Io. Aloyſius vocauit dictum Thomam *mulo figlio di puttana*, è conuerſo ipſe Thomas illum improbando dixerat, *cornuto*, ex quibus verbis exorta fuit inimicitia, inde dictus Thomas mordendo ſuum digitum, minatus fuit, dicẽdo, *vn giorno me la pagarai*, quare procurauit interemi facere eundem Io. Aloyſium per intermediam perſonam Aloyſij de Amato, qui per Campaneam incidebat armatus cum comitiua bannitorum, & inde ſubſequuto homicidio, capta informatione, reſultare videbantur plura inditia contra ipſum, ex quibus ad torturam perueniri non dubitabatur, & Primo vltra cauſam inimicitiæ allegatam per aliquos teſtes de viſu deponentes vidiſſe certos homines interfeciſſe dictum Io. Aloyſiũ in certo loco ex Oppido Caggiani certa die, quos non cognouerant, ſed ſi illos iterum vidiſſent, cognouiſſent, præterea ante diẽ commiſſi delicti fuit viſus dictus Thomas circuire per eundem locum mantellatus, & inſu-

per ex iactantia domeſticorum ipſius Thomę aſſerentium, ipſum Thomam interſeci feciſſe dictum Io. Aloyſium per intermedium perſonam Aloyſij de Amato, & tandem cum ſuiſſet ipſe Thomas carceratus, fractis carceribus aufugit, ex quo reſultauerat cõfeſſio, latè Foller. in praxi crim. rubr. & ſi confitebuntur, nu. 45. & ſeq. & latiſſimè Farinac. in eius praxi crim. quæſt. 30. nu. 191. & ſeq. cum alijs penès Otherum miſcell. iuris, in 9. diſput. nu. 8. fuga enim carcerati eſt delictum, & ex ea reſultat illius probatio, Fęlic. allegat. 43. num. 1. part. 1. prętcrea cum fuiſſet citatus, ac contumax reputatus, ob quod pariter contumax pro confeſſo reputatur de iure cõmuni, Foller. in praxi crimin. in 4. part. tertiæ partis, rubr. & ſi confitebuntur, 2. part. nu. 1. Farinac. conſ. 5. nu. 95. &c. conſ. 121. num. 3. etenim contumacia eſt delictum, Plot. conſ. 13. num. 25. & conſ. 2. num. 12. latè Farinac. d. praxi, quæſt. 18. num. 26. & non mirum ſi talis cõfeſſio reſultans ex contumacia, inducat plenam probationem delicti, idẽ in conſ. 5. num. 84. & inde captus in contomacia, præſupponebatur, delictũ ex ijs omnibus aliquantulum cõſtate, & propterea quemadmodũ duo inditia ſufficiunt pro torturæ illatione, imò & vnicum inditium ſufficienter probatum, ſi eſſet proximum, ſin autem eſſet remotum, plura exigerentur, vt erit videre apud Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 64. num. 14. vbi Addent. Ambroſ. in proceſſ. inform. lib. 4. cap. 1. per totũ, videbatur nedum duo, ſed plura inditia huic delicto ineſſe, ob q iuſtiſſimè tortura inferri potuerat per cap. Tormenta, quemadmodum iudicauerat M.C.V. ſed interpoſita appellatione ad S.C. pro ipſius rei tuitione dicebatur, nullatenus ad torturæ illationem procedi potuiſſe, & principaliter ad elidendũ probationem trium teſtium deponentium, vidiſſe certos homines incognitos, dictum Io. Aloyſium intereniſſe, nec eos cognouiſſe, & ſi illos vidiſſent, vtique cognouiſſent, nõ eſſe legitimam probationẽ, niſi facta recognitione illorum, vt ex multis probat Farinac. de teſtibus, quæſt. 65. num. 38. nec per hoc videbatur delictum commiſſum fuiſſe per dictum Aloyſium, qui in eo non interfuerat, nam facilè cognoſci potuerat ab ipſis teſtibus patriotis de dicto Oppido Caggiani, dum igitur nõ interuenerat, excogitari non poterat, vt interueniſſet ipſe, nam hoc erat impoſſibile, &c. ad impoſſibilia Legiſlator mentem non adhibet, Sylua nupt. lib. 2. num. 122. & lex non eſt ſuper impoſſibile fundata, vltra quod aliud inueriſimile oriebatur, & teſtes deponentes inueriſimilia non probant, & ſalſi præſumerentur, Farin. conſ. 122. num. 18. & 21. nec proinde officiebat fugæ carceris probatio, cum & ſi pro cõfeſſo reus habeatur, hoc enim fictè, non verè dicebatur, etenim talis cõfeſſio erat ficta, vt proſequitur Farinac. d. praxi crimin. d. quæſt. 30. num. 14. Otherus vbi ſup. num. 9. & 10. & multa requiruntur, vt ſuum effectum condemnatiuũ ſortiatur, de quibus per Foller. d. praxi, ead. rubr. à num. 45 ad 68. pariterq; confeſſio exorta ex contumacia cõtracta, quæ non eſt vera, ſed ex fictione legis, Bertazzol. conſ. crim. 17. num. 8. tom. 1. & ob id contumacia non eſt ſufficiens de iure communi ad aliquem condemnandum, ſed debet de delicto aliter conſtare, Bertazz. conſ. crim. 200. tom. 1. in addit. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 44. verſ. quæro nunquid, & contumacia non probat delictum, idem Farinac. quæſt. 24. nu. 73. duo enim fictiones concurrere non poſſunt, l. ſi ſeruus cõmunis ff. de ſtip. ſeru. Sylu. nupt. lib. 1. n. 217. operatur tantum quantum, Farinac. d. conſ. 5. num. 84. eo magis quia confeſſio ficta non in omnibus delictis nocet, potiſſimum ſi mandaretur vulnerari, vel occidi, ſed in criminalibus latrocinij, hæreſis, perduellionis, & aſſaſſinij, Bertazzol. conſ. crim. 18. num. 21. tom. 1. ſi enim cauſa inimicitiæ intueretur, conſpiciebatur, maiorem iniuriam fuiſſe illam illatam ab occiſo appellante Io. Aloyſium cornutum, de quo per Rebuff. conſ. 24. num. 20. Farinac. in d. praxi, quæſt. 105. ſub nu. 226. verſ. ſecundũ vero, quod idem eſſet, ſi dixiſſet, tu es bonus homo, vt ex Socin. & Carau. notat Iul. Clar. cũ alijs allegatis per Farin. d. quæſt. 105. nu. 103. quam illam illatam à Io. Aloyſio dicto Thomę *mulo figlio di puttana*, in caſu Bertran. conſ. 189. volum. 6. quem citat Iul. Clar. in §. iniuria, in princ. de eo, qui vocauerat quẽdam baſtardũ, vel ſpurium, Rom. in l. & ſi pepercerim ff. de poſthum. num. 2. Farinac. q. 105. nu. 24. ex quo hæc iniuria non poterat eius culpę aſcribi, (quatenus vera eſſet) ſed culpa erat eius parẽtum, ad quod Iacobus Viualdus eius Aduocatus allegauit Cicero. pro Roſcio. Sed Ego ad hoc allego text. in cap. naſci 56. diſt. cuius verba ſunt: naſci de adulterio, non eſt eius culpa, qui naſcitur, ſed illius, qui generat, &c. ſed eſſe cornutum, videtur ob propriam culpam committi peccatum, non ſe vendicando de iniuria ſibi facta, vel permittendo, quod fiat, quia læſus in honore, videbatur ex iniutia illata, Leonell. de præced. homin. q. 1. artic. 18. tamen excuſari poterat, eo magis quia ſibi potius vindicta conueniebat facere, quam ipſi Thomæ ob grauitatem iniuriæ prolatæ. &c. verius nõ erat ratio habẽda, quia dum iniuria prouocatus fuerat Thomas ab ipſo Io. Aloyſio, qui grauiùs deliquerat, nam grauiùs delinquit qui me prouocat ad iram, quam ego Gloſ. in cap. fin. verſ. prouocare 55. diſt. & dum reſpondendo per aliam iniuriam illatam puniri nõ poterat, nam iniurioſis verbis prouocatus, ſi verba iniurioſa proferat, puniri non debet, Fęlic. in alleg. 5. nu. 19. & 20. part. 1. &c. dum remanſerat ſuperior, quomodo credendum erat, vt procuraret, illum interfici faceret. Facta relatione in S.C. per Iudicem Marcum Antonium Roſſinum in Aula Conſ. Carauitæ, fuit deciſum, mandando eidem M.C. quod citra torturam, cauſam expediret, in Banca Nobilij Ioelis, penès Armenantem Scribam.

Tortura an repeti poſſit, vbi proceditur ex proceſſu informatiuo, & ſic ex abrupto, non aliter inſtructo proceſſu, vt regulariter practicatur in Regno in certis criminibus exceptuatis, iuxta diſpoſitionem

cap. ſi

cap.Si cum ſceleratis,& videtur id fieri non poſſe, ex regula vulgata, quod reus ſemel tortus,nõ poteſt amplius torqueri ſine nouis inditijs,latè Baldaſſ.Klam.in ſuo prompt.iur.tit. 44.§.3. Mantua conſ.52. vol.1. vt in terminis cõcludit Gram.conſ.64.nu.12. quem ſequitur Campagn.in eod.Cap.Si cum ſceleratis,nu.10 Maur.Burg. de modo proced. ex abrupt. q.24. nu.3. vltra Ant.Gabr. concl. lib.6. tit.de legib. concl.2. nu.35. quos omnes citando ſequitur nouiſſimè Reg.Conſ.Merlin. controu.forenſ. cap.51.nu.17.addo Viuium in terminis deciſ. 143.vbi citat eundem Gram.vbi ſup. ac etiam Bernard.Porrum in ſcholijs ad Tiraquill.Ambroſin.in ſuo proceſſ.informat.lib.4.cap.5.ſub nu.18. verſ.quæri etiã poteſt, Cartar.in pract. inter.reor.lib.4.cap.1.num.200. Nihilominus in cauſa Io. Dominici Rocci inquiſiti de homicidio proditorio cum qualitate aſſaſſinij in perſonam Fratris Pauli Guindatij, vidi indicatum contrarium in proceſſu in mei poſſe peruento, nam poſt primam torturam illatã ex proceſſu informatiuo,dubitãs ipſe reus, ne iterato torqueretur, ſupplicationem porrexit in S.C. & obtinuit verbum fieri, & poſtmodum facta in eo relatione per Iudicem tunc D. Berardinum Barrionouo die 15. Octobris 1586. fuit per idem S.C. remiſſa cauſa eidem M.C.euius vigore proceſſum fuit ad iterationem torturæ,quæ cũ in effectu illata fuit, imò illinc ad certos dies pro alio conſimili delicto homicidij commiſſi in perſonam Franciſci Venturæ, fuit tertio loco tortus, exiſtentibus contra eum pluribus inditijs indubitatis ſatis conſimilibus unicuique delicto, hoc eſt per unicum teſtem de uiſu fuiſſe commiſſum primum homicidium, & per alium teſtem aliud ſecundum,item per binos teſtes deponentes ipſum uidiſſe propè locum delicti,& per alios binos uidiſſe manum ſanguinolentam, & per alios deponentes de ſama, abſentatione, & alijs concernentibus ea, patet in proceſſu ſiſtente in Banca Putei,inde Barteſe,nunc Tartaglia, ex quibus omnibus reſultabat,ſatis,ſuperque reum eſſe culpabilem, ita ut non ſolũ bis torqueri poterat, ſed etiam ordinaria pœna puniri uti conuictus ex inditijs indubitatis,Farinac.d.praxi,quæſt.86.nu.56. prout fuit condemnatus per M. C. ad ſuſpendium, quæ ſiquidem deciſio reſpectu reiterationis torturæ comprobari videtur, & Primo hoc eſſe relictum arbitrio Iudicis, ita ex Monticell. Decian. Magon.Eugen. & Farinac. probat Muta in cap.Regni 40.Regis Ioannis,nu.64.tom.6. ad quod ſubdit Ant.de Ball.in tract.crim.lib.2. tit.de quæſt. & torment. quæſt.17.nu.1.quod tortura ſemel illata repeti poteſt arbitrio Iudicis ex eiſdem inditijs,ſi non fuerint purgata, & tunc inditia purgantur reo negatiuo in tortura permanente, vt ſubdit lib.3. de lit. diſpenſat.caſu 15.nu.8. quod tamen non procederet in hominibus malæ vitæ,& quando inditia eſſent vrgentia,quemadmodum probando cenſuit idem Muta in prag.Sicil.tit.2.n.29. cum ſeq. Cartar.vbi ſup.ſub num.207.verſ.ſed in caſu,ita concludendo cenſuit,poſſe iterum torqueri ex proceſſu informatiuo iuxta præeminentiam M.C.V. quo fit, vt cum bis fuerit tortus, & non confeſſus, remitti debet ad iuſtitiã, & fit proceſſus, & proceditur datis terminis,vt docet Muta d.tit.2. nu.30. prout ſeruatum apparet in actis contra ſupradictum reum,& licet ibidem Viuius dicat,ſemel eſſe in hoc caſu proceſſus informatiui reum torquendum, nihilominus in fine concludit,ob impedimentum Iudicis ſi fuerit torturæ actus ſuſpenſus,poterit inde continuari,quoniam tunc non diceretur reiteratio,ſed potius continuatio eiuſdem torturæ, eo maximè accedente proteſtatione Fiſci, vt quoque ſectatur Ant.de Ball.in d.quæſt.17.num.2. ſed hoc erit ſanè intelligendum cum grano ſalis, hoc eſt in delictis grauibus,& incõtinenti,verbi gratia ſi de ſero infertur, & apparet,reum eſſe induratum,de mane continuabitur tortura,& hanc non vocant repetitionem, ſed cõtinuationem,quia parui temporis interponitur interuallũ,quod tamen fit cũ maxima cauſæ cognitione,vt docet Reg.Tapia in deciſ.22.S.C. num.23.reſpondendo eidem Io.Ant.de Nigr. alias Campagn.vbi in fine aduertendo dixit, ideoq; cautè procedere debent Iudices,ne incidant in reprehenſionem, Hippol.de Marſil. in eius praxi §.expeditæ,nu.86.prout quoque durum videtur in praxi, torturã iſto caſu eſſe dandam,vt etiã aduertit ibi Ambroſ.quo vero ad pœnæ ordinariæ impoſitionẽ iam ipſi reo decretam erit pariter aduertendum, quod cũ ipſe reus non aliter confeſſus fuerat, neque teſtibus conuictus,nequiuerat,pœna ordinaria puniri, ſed ſub cautione relaxari, latius Petr.Paella de tortura,quæſt.14. eo magis per euacuationem inditiorum præuia tortura, vt deductum fuit ſupra eod.verb.tortura, ſicque vbi liquet ſcelere interemptũ hominem pronunciabit Iudex, inditia eſſe legitima, poſt quæſtio habebitur, ita vt reus ſaluus ſit, vel innocentiæ,vel ſupplicio, & quidem ſi negauerit delictum intuitu inditiorum abſoluitur, ac euidẽtioribus argumentis oppreſſus repetitur in quæſtionem, vt decet, vt ſic dicendo probat Frid.Tileman. diſput.iur.in diſput.21. theſi 20. per text.in l.repeti,& l.vnius §.1.ff.de quæſt.Menoc.de præſumpt.lib.1.præſ.93. Gomeſ.variar.quæſt.cap.13.nu.26.Zanger.de tortura cap.4.& 5. Gabr.de Maleſ.concl.1.nu.17. Brun.de indit.p.2.q.5.num.6.idẽ Tileman. in diſp.22. theſi 9. quærit,an conuictus præſumptionibus ordinaria pœna plectendus ſit, reſpondit,ad Iudicem pertinere vt dijudicet,an crimen ſit commiſſum, vel non, quod cum non admittat,medium, vel ordinaria erit, vel nulla pœna,ex text.in l.ob carmen, §.fin. ff.de teſt. Sarmien.Lancell.Tiraquell.Maſcard.Menoch. & Fachin. ibi relatis, adeo quod cum ipſe bis tortus fuiſſet,licet conuictus ex inditijs indubitatis, non poterat ordinaria pœna plecti, niſi dicamus, ideo Magn.Cur. ad condemnationẽ pœnæ ordinariæ proceſſerat ob frequentationem delictorum conſimilium, quoniam eo caſu quamuis pœna eſſet leuis per cõtinuationem efficeretur grauis, quem-

admodum hanc opinionem ex varijs fundamentis ſolidiſſimis probaui in meo voto 21.

Tortura inferri an debeat reo de homicidio inquiſito ex aliquibus inditijs indubitatis prætenſis, vel ad pœnam ordinariam ipſum condemnari iuxta diſpoſitionem nouellæ Pragmaticæ Cardinalis Zapatæ, etenim homicidio commiſſo in perſonam N. de quo inter cæteros fuit inquiſitus eius gener Franciſcus Antonius Martuſcella A.M.D. & contra eum extabant ſubſequentes præſumptiones, ac etiam alia inditia, quæ præſupponebantur eſſe indubitata, prout ex facto elijciebantur, ſuppoſito, quod certo die ipſe reus eius vxorē duxerat in domum ſui patris, & inſimul cum viro pernoctauerant, inde ſequenti die de mane reus ad lectum ſoceri ſe contulit, & ad aures alloquutus fuit, promittendo dare certā pecuniarum quantitatē iſta ſecreta alloquutio cum occiſore indicium facit ad torquendum, Farinac. conſ.147. num.48. conſurgens poſtea ſocer cū filia eius loquutus, ambo poſtmodum tàm ſocer, quàm gener viſi fuerunt è domo diſcedere per duas fœminas hoc deponentes, & per alios duos homines viſi fuerūt ingredi in domum ipſius generi, verum quia per aliquos dies nō apparuit, ſocerum ad domum ſuam reuertiſſe, conqueſta fuit eius filia cum dicto eius viro de eius patre, qui nunquam reuerſus fuit, cui reſpondit maritus dicendo *foſſe ſtato occiſo*, illinc ad certos dies in carcerem coniectus dictus gener, & reperto cadauere in eius domo ſepulto in quadam cantinella, & propè dictam domum reperta fuit cortella ſanguinolenta, & in eius domo vagina congruens dictæ cortellæ, vt etiam notat Ant. de Ballis in tract. crim. lib.1. tit. de inditijs, quæſt.22. num.4. ex quibus prætendebatur procedi ad torturam ex proceſſu informatiuo, ſed tamen diſcuſſo negotio in M. C. fuit iudicatum, eſſe eidem dandas defenſiones intus carceres, inde cōpilato proceſſu, ex parte Fiſci inſtabatur procedi ad condemnationem pœnæ ordinariæ propter inditia indubitata iuxta formam dictæ Pragmaticæ, quæ ad tollendam Doctorum altercationem ſtatuit per hæc verba: *che nelle cauſe, che da qua auante ſi trattorāno ancorche li delitti ſi habbiano già cōmeſſi, poſſano li Giudici delli Tribunali Regij ſeguire l'opinione di dare per l'inditij indubitati la pena ordinaria non oſtante qualſiuoglia deciſione fatta in contrario per il Sacro Conſeglio, & altri Tribunali, &c.* ſic lex quamuis dura ſit, erit ſeruanda, ad text. in l. proſpexit ff. qui, vel à quib. & quod inditia indubitata ſufficiant ad condennandum, probat Farin. d. conſ.108. num.3. vbi num.4. ſubdit etiam ad pœnam ordinariam. Ex aduerſo replicari potuiſſet, nō aliter procedi poſſe ad condemnationē pœnę ordinariæ, iuxta diſpoſitionem nouellæ Pragmaticæ, ex quo licet vt procedi poſſit ad condemnationē pœnæ ordinariæ exigatur, vt per confeſſionem, aut conuictionem, vel per inditia indubitata delictū probetur, nihilominus reſpectu inditiorum indubitatorum, quæ ſunt relicta arbitrio Iudicis, Maſcard. de probat. concl.859. nu.7. dicebatur eſſe expreſſum in eadem Pragmatica, ea eſſe, quæ nulli dubitationi cauſam præbēt, ſed firmiter credendū eſſe delictum commiſſum, vt Iudicis animus quieſcat, vt ibi legitur: *dechiarando quelli inditij indubitati, che ſono tali, che prouati legitimamente, inducano la mente del Giudice à credere fermamente il delitto eſſer commeſſo dall'inquiſito, quietando il ſuo intelletto in queſta ferma credenza, &c.* vt de iure eſt probatum, Farinac. conſ.108. num.2. & Guazzin. ad defenſam, in defenſ.33. cap.15. cum alijs apud Giuibam in conſ.71. num.3. adeo quod vbicunque in caſu occurrenti poſſibile eſſet rem aliter ſe habere, tunc inditia non dicuntur indubitata, poſt Bart. Gomeſ. & Farinac. Bardell. conſ.74. num.4. vol.1. idcirco perſcrutando ſingula inditia, ex hoc facto reſultantia comperiebatur, non aliter potuiſſe ad pœnam ordinariam deueniri. Et Primò, quod ambo fuerūt viſi exire de domo ipſius ſoceri, vltra quod id deponebant duæ fœminæ, quæ non erant integræ teſtes, latè Farinac. de teſtib. quæſt.59. poterat aliundè probari, iuxta deciſa per Franch. deciſ.538. & contingere poſſet, vt poſtea ſe inuicem ſegregarent, vnuſquiſque ſequendo iter ſuum, & ſic inditium non erat ſufficiens, neque indubitatum. Secundò, quod fuerunt ambo viſi introire in domū generi illius per duos homines, non tñ depoſuerant de illorū exitu, & contingere poterat exijſſe, & per eos non fuiſſe viſum, neque ex hoc inditium releuans, aut indubitatum reſultare comperiebatur. Tertiò, ſecreta allocutio generi cū ſocero, qui illico conſurgens eius filiæ vxori rei communicauerat, vt ſe contuliſſet in domum ſuam, cui certam pecuniarum quantitatem ſoluere intendebat, minimè releuare poterat, non ſolum quia erat negotium credibile, ſed verificatū per domeſticos domus, ſcilicet per dictum eius filiæ, quæ vti vnicus teſtis non releuat, Farinac. d. conſ.147. nu.43. & tale inditium vix ſufficeret ad iudicandū, & faciendum præſumptionem ad torturam, nō tamen facere probationem indubitatam ad cōdemnandum, vel ad conuincendum reum de delicto, latè Bardellon. conſil.74. num.27. tom.1. Quartò, nec de interrogatione facta reo ab eius vxore illinc ad certos dies, dum cōqueſta de perſona ſui patris non reuerſi in domo ratio haberi debuerat, ſi reſponderat *foſſe ſtato occiſo*, quia ſunt verba inconſideratè prolata. Quintò, aderat pallor vultus tempore capturæ, at inditium malum eſt, erubeſcere, & mutare colorem, Bertazzol. conſ.60. num.1. tom.1. remanſerat tamen inditium in repertione cadaueris in domo generi, & cortellæ ſanguinolentæ propè eius domū repertæ, & vaginæ in eius domo, quæ erat conformis, & pariter circa hoc dubitari contingerat, poſtquā dicta domus generi, alij etiam inquilini inhabitabant, & poſſet cōtingi, vt illi occidiſſent, ſimiliter vbi fuerat ſepultum in certa cantinella, quæ habebat exitum ex alia parte, licet obturatum faſcinis, & alijs ſtileis ligneis, pariter poterat ibi aliundè repoſitum per alios, nec de

cortel-

Digitized by Google

cortella reperta ſanguinolenta curandum, quia in eius poſſe non fuit reperta, vt faceret inditium contra ipſum, Ant.de Ballis d. q.22. num. 2. & ſimiliter de vagina reperta in eius domo conſimili menſuræ cortellæ, etenim id affirmari nõ poterat, ex quibus omnibus reddebantur inditia potius dubitatiua, quam indubitata, hinc ad propoſitum refert Iul. Clar. in §.fin.quæſt.21.num.29. quem ſequitur etiã alios citãdo Caball.reſol.crim. caſu 289. nu.9. verſ.item in eo, Farin.quæſt.52. nu.50. Guazzin.in defenſ.33. cap.15.nu.2. quod ſi aliquis viſus fuerit exire ex aliqua domo cum gladio ſanguinolẽto, & intus reperiatur homo mortuus, quæ domus nõ habeat niſi vnicum hoſtium, an propterea ſufficiẽs erit ad condemnandum, & relatis opinionibus hinc inde cõtrarijs refert in praxi ſeruari, hoc eſſe poſitum arbitrio Iudicis, nam aliquando vidit reos ex hoc torqueri, aliquãdo condẽnari, nõ tamen pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria, vt quoq; relatis opinionibus aduerſis firmat ibi Caball.à num.11.ad 20. & fortius in præſenti facto potius ad torturam procedi debuerat, quam ad condemnationem, etenim, vt dictũ eſt, in domo aderant plures habitantes, nec propterea reus viſus fuerat exire cum gladio ſanguinolento, licet propè domum reperto, & vagina in domo, in qua aderat quædam alia exitura vbi cadauer repertum fuerat, quocirca potius ad torturam deueniendum erat, quã ad condemnationem, & quamuis DD. aſſeuerare nitantur, quod plura inditia faciunt vnũ inditium indubitatum ad condemnandum ſufficiens, Farinac.conſ.109.nu.14. conſ.108. nu.90.& 94. & conſ.10. vbi Additio lit.F. conſil.56. nu.3. nihilominus hoc ſanè intelligendum erit, ſi non in pœnam ordinariam, ſaltim in pœnam extraordinariam, & corporalem, idem Farinac.in conſ.175.num.4. nec propterea vis facienda erit in inditio vnico indubitato, vt ſit ſufficiens ad condemnationem, vt inquit Farinac. conſ.158.num.5. quod idem erit ſeruandũ in tortura, ut copioſè Iul. Clar. d.§.fin.quæſt.64.num.14.& hoc quando eſſet propinquũ, Ballis ubi ſup. quæſt.8.nu.3. Honded. conſ.102. uol.1. nam hoc erit intelligendum modo ſupra relato, Honded.conſ.98. uolum.2.& eo amplius quia ipſa Pragmatica loquitur in numero plurali, hoc eſt *per l inditij indubitati, &c.* pluries in ea repetito, quo fit, ut uerificetur talis numerus pluralis, ſaltim in duobus, ut probat Euerard. in ſua topica loco à ui numeri, num.3. & ſic duo ſaltim inditia indubitata eſſe debent in tortura, ut expreſſim notat ibi Ant. de Ballis, poſt Farinac. quæſt.37.num.44.& ultra eum ita examinata iſta altercatione, ſi reus per unum inditium indubitatum torqueri debeat, uel plura, ita concludit Goffred.à Bauo in tract.reatuum, cap.19.à num.21.ad 24.ex Bart. Ang. Boſſ. Iul. Clar.& alijs ibi citatis, maximè ad condẽnandum pœna ordinaria, nam inditia indubitata ſufficiunt ad condemnandum, Farinac.d.conſil.108.num.3. poſt Merend. conſ.50.num.18. ſed iuxta diſtinctionem ſuperius traditam. Et ſic facta relatione in M. C. V. per Iudicem D. Annibalem Moles nũc Regium Conſiliarium meritiſſimum die 12.menſis Septembris 1637. fuit iudicatum, ut torqueretur, in Banca nunc Anaſtaſij penès Curtium Scribam, & ſic fuit exequutum, & corroboratur iſthæc deciſio ex aurea doctrina eiuſdem Farin. in conſ. 175.num.18. quod inditia, & præſumptiones quando urgent contra aliquem etiam indubitata, tutius eſt illum torquere, quam condẽnare, nec proinde obſtare uidebatur aliquorum aſſeueratio dicentium, rectè ex ijs potuiſſe procedi ad condemnationem, cum uerſabatur in delicto atroci, quaſi parricidio, eo quia ſocer loco patris habetur, ad tex.in l.quia ff.ſolut.matr. nam reſpondetur, circa hoc obſtare dictam Pragmaticam, quæ loquitur etiã in delictis atrocibus, ibi, *nelli delitti atroci, & eſemplari, &c.* & concludit, ut ad condemnationem perueniri poſſit ex inditijs indubitatis eſſe neceſſarium, quod inditia ſint legitimè probata, ut ibi legitur: *dechiarando quelli inditij indubitati, che ſono tali, che prouati legitimamente, inducono la mẽte del Giodice, &c.* ſicq; inditia ad hoc ut operentur, debent legitimè probari, Maſcard.de probat.concl.1391.nu.32 quocirca ſicuti probationes ad condemnandum debẽt eſſe luce meridiana clariores, l.fin. C.de probat. ita & inditia, quia eadem eſt ratio de toto ad partẽ, quæ eſt de parte ad partem, l.quæ de tota ff.de rei uend. cum alijs adductis per Anton.de Ballis d.l.1.tit.de inditijs, quæſt.3.num.3.& 4. hinc ex Gomeſ.tit.de delict.cap.12.num.26. notat Guazzin.ad defenſ. reor.defenſ.30.cap.41. dum quærit, ſi inditijs grauatus, debeat torqueri, uel condemnari in pœnam extraordinariam, dixit, quod ſi probationes, & inditia ſunt liquidiſſima, & a lege approbata, tunc reus debet puniri pœna ordinaria, alias ad torturam procedere, ex Farinac. quæſt.86.num.66.

Tortus ſi non fuerit confeſſus crimen, an puniri debeat, & qua pœna, ſi delictum fuerit graue, hoc eſt homicidium proditorium, & per inditia quaſi indubitata illud probatũ, ex quibus ad torturã deuenerat reus, vel iterum torqueri, de quo dictum fuit ſupra in verbo tortura, & contingit altercari in eadem cauſa Franciſci Antonij Martuſcellæ A.M.D. dum fuerat ſufficienter tortus de mane per funiculas de ſero per tormentum cordę, reſpectu condemnationis faciendæ dicendum videbatur, non aliter puniri debere, poſtquã inditia purgantur per torturam, latè Farinac. conſ.10.nu.18. 39.& 47.& in praxi quæſt.40.nu.2.& 43. Ant. de Ballis in tract.crim. lib.3. tit.de lit. diſpenſ. caſu 15. num.8. Bertazzol.conſil.367.num.17. tom.2.latè Paella in tract.de tortura, q.12. vbi etiã docet, quando inditia cenſeri debent eſſe purgata, & amplius quia Regina delictorum eſt cauſa, de Ponte conſ.9.num.24.vol.2.& in actis non fuerat plenè cauſa probata, cur ipſe reus ſocerum occiderat, licet fuiſſet probatũ, quod ipſe erat debitor ſoceri in certa pecuniarum quantitate, nõ propterea credendum erat, vt pro tam modica cauſa illum occiderat

quocirca inditia delicti ceſſant ceſſante cauſa delicti, idem Farinac. conſ.56.nu.13. ſic ex iis liberandus erat, aut ſaltim ſub idonea cautione, vt docet Paella d.tract.cap.14.nu.5. nihilominus aſſeuerãt DD. cõmuniter, quod quamuis inditia indubitata non ſufficiant ad condemnandum in pœnam ordinariam, idem Farinac. in conſ.78.num.27.verſ. vnde cum, & conſ.82.nu.3. adhuc tamen ſufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, idẽ Farinac. conſ.24.num.41. latè Porrus ad Ambroſinum in ſuo proceſſu informatiuo, lib. 4. cap.2.num.8. poſt Menoc. de arbitr. caſu 273. num.11. cum hac opinione reſidet, relatis opinionibus inuicem contrarijs ibidem. Et propterea inditia indubitata per torturam non purgantur, & ipſa non obſtante, poterit tortus ad triremes tranſmitti, idem Farinac. in conſ. 175. num.5. vbi num.6.19.& 20. contrarium aſſeuerare videtur, ſed pro cõcordia cenſuit, primam opinionem procedere in ſupremis Conſilijs, & Tribunalibus habẽtibus authoritatem iudicandi ſecundum eorum conſciẽtiam, alteram vero opinionem procedere in Iudicibus ordinarijs, vt ibi per eum, quo nam caſu Iudex ordinarius corporalem pœnã imponere poterit, ad plus in exilium mittere, iterum in conſ.108.num.3.& 4. & num.68. cum ſeq. ad quod etiam Afflict. in Conſtit. Si damna clandeſtina, num.57. quærit, ſi poterit tormentum repeti ſine nouis inditijs, & concludit, communẽ eſſe opinionem, quod ſine nouis inditijs non poteſt repeti, & ſubdit ibi, ſic dicendo, & ego vidi obſeruatum à bonis Iudicibus, quod ſufficiẽter tortus nõ torquetur iterũ ſine nouis inditijs, & dicitur ſufficiẽter tortus ſecundũ qualitatẽ perſonæ ipſius torti, & inditia præhabita, & totũ hoc eſt in arbitrio Iudicis, Guazzin. ad defenſam, in defenſ. 30. cap. 23. vbi plures allegat. Fuit tandem per M.C. iudicatum, vt iterum torqueretur, & interpoſita reclamatione in Collat. Conſ. facta in eo relatione die 21. Aprilis 1638. remiſſa fuit cauſa eidem M.C. quæ poſtea confirmauit ſuum decretum die 28. eiuſdem in Banca Anaſtaſij. In quo erit aduertendum pro ornatu deciſionis, quod licet tortura relicta ſit arbitrio Iudicis, Bertazz. conſ.crim.473.nu.9. vol.2.& conſ.60. num.3.vol.1. tamen hoc dixit intelligendum eſſe cum grano ſalis, ita quod Iudicis arbitrium ſit iuri, & æquitati conſonum, hoc eſt habita conſideratione perſonarum, modi, & qualitatis delicti, Menoch. de arb. caſu 271. Ciazius in diſcept.106. quod idem erit attendendum in reiteratione torturæ, quæ pariter Iudicis arbitrio relicta eſt, idẽ caſu 172. nu.4. habita conſideratione rei grauitatis, & leuitatis torturæ illatæ, ac inditiorũ naturæ. ita ex Claro §. fin. quæſt.194. Ambroſ. d. praxi cap.4. præſertim ſi fuerit leuiter tortus, vel acriter, Menoch. d. caſu 172. nam regula eſt, vt ſemel tortus amplius torqueri non poteſt, ex multis probat Guazz. in defenſ.20.c.23. etiam ſi delicta eſſent enormia, ſicque videbatur, non potuiſſe iterum torqueri illum reum, qui fuerat crudeliter tortus, ſed quia inditia erant vrgentia, quæ purgari non poterant per torturam, & eo caſu daretur repetitio, Menoc. caſu 273. num.5. & amplius conſideratione perſonæ, cauſæ, & quantitatis inditiorum habita, vt ſubdit ibi Guazzin. nu.3. quod eſt relictum arbitrio Iudicis, vt ibi num.2.

Tractatum facientes, & machinantes mortem Locũtenentis Generalis huius Regni, & maximè ſi ad actum deueniſſent, verba cõtumelioſa proferentes, vociferantes, incitando populum cum proiectione lapidum in eum, qua pęna puniri debeãt, fuit per Regiam Iunctam ſupremorum Officialium ad id deputatorum deciſum, eſſe plectendos pœna mortis modo deſcripto in ſententia cõtra eos lata cum publicatione bonorum, & domorum dirutione, de qua mentionẽ facit Iudex Taſſon. in eius tomo obſeruat. iuriſd. ſuper pragmat. de anteſato, obſeru.3. num.7.

Traditio rei ſi non appareat facta in inſtrumẽto venditionis alicuius rei ſtabilis realiter, an impediat liquidationem inſtrumenti, de hoc contingit diſceptari in M.C.V. in cauſa Syluani Lectereſij V.I.D. cum Io. Nicolao Cota, cui vẽdiderat certum fundum pro certo pretio inter eos conuento mediante publico inſtrumento, qui cum fuiſſet citatus ſuper tenore illius, oppoſuit exceptionem rei non traditæ, quæ opponi poteſt etiam exiſtente ſtatuto prohibente, exceptiones opponi non poſſe contra inſtrumenta, Rota Lucenſ. diuerſ. deciſ.141. in princ. ob quod hæſitari contingit, ſi tali exceptioni deferendum eſſet, vel non, & ſuppoſito, quod emptio, & venditio ex tribus ſubſtantialibus conſiſtere arguitur, ſcilicet ex re, pretio, & cõſenſu, ad text. in l. cõſenſu, ff. de action. & oblig. cum alijs adductis per Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.14. tit. 11. num.37. infertur, proprium eſſe contractus emptionis dominium transferre, ita Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.4. num.12. & illud cauſatur ex poſſeſſione, vt poſt Menoch. Maſcard. de probat. concl.545. num.4. quæ quidem poſſeſſio per traditionẽ acquiritur diuerſimodè, vt proſequitur Gomeſ. in l.45. Tauri, à nu.56. & ipſa traditio nouus eſt modus alienandi omnibus cõmunis, vt probat Virgil. Pedicin. de anal. & ſynth. triplic. entit. tur. lib.2. cap.11. vbi plura de traditione agit, poſtquã ipſa traditio venit ex conſequentia neceſſaria venditionis, Tiraquell. de iure conſt. par.3. limit.15. ſub num.3. & ſemper venit in conſequentiã contractus, Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt.49. num.15. hinc eſt, quod traditio non fit ad ineundum contractũ, ſed ad exequendum eum, quod eſt celebratum, Mantic. in d. tract. d. lib.4. tit.12. num.11. & 13. & in traditione factum conſideratur, non etiam ad effectum dominij per traditionem transferendi, Merill. obſeru. lib.3. cap.281. quapropter pro actore dicebatur, cum dominium verum, & proprium cauſetur à traditione ficta, & impropria, vt poſt Tiraquell. d. tract. part.1. ampl.8. Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.39. num.15. vbi nu.16. ſubdit, quod poſſeſſio vera, & propria transfertur per clauſulam conſtituti,

ſtituti, Tiraquell. d. tract. in 1. ampl. Gomeſ. vbi ſupra, num. 81. hoc eſt per traditionem anuli, pinnæ, vel biretti, tradit Iacob. de Carol. in ſuo gemmat. pauone conſ. 11. ſub numer. 12. verſic. ſed ſi alia, inde ſubſequitur, quod etiam promiſſio traditionis poſſeſſionis non impedit vim conſtituti, prout idem Tiraquell. in memorato tractatu de iure conſtit. 2. part. ampl. 7. etenim de natura emptionis, & venditionis oon eſt dare, & ſic dominium transferre, ſed poſſeſſionem tradere, ex l. ſi ita contrahitur, in fin. ff. de contraheod. empt. firmat Mant. d. lib. 4. tit. 3. num. 17. quæ cum fictè etiã acquiratur, vt dictum eſt, & tunc poſſeſſio ciuilis trahit ad ſe naturalem, Reg. Lanar. cooſil. 45. num. 3. Imò conſtitutum, & præcarium ſemper veniunt, & exteoduntur in quolibet contractu, eſto quod non dicatur, ſubintelligitur, ex Vrſill. deciſ. 139. notat ibi Iacob. de Carol. verſ. ſed hoc, nihilominus ex parte debitoris replicabatur, teneri vẽditorem ad vacuam traditionem actualiter, ſicut probat Tiraquell. d. tract. part. 1. ou. 10. & ſeq. Imò venditor pręcisè cogi poterit ad tradendam rem, quam habet in poteſtate, vt ex Surd. & alijs probat Bellon. in tract. de poteſt. eorum, quæ incontin. fiunt, lib. 2. cap. 117. in fine, quod eſt adeò verum, vt ſi etiam adeſſet appoſita clauſula, vendidit, dedit, tradit, ceſſit, & tranſtulit, non probatur traditio ipſa, vt poſt Rotam diuerſ. vbi ſup. col. 2. notat Coſta in tract. clauſ. clauſ. 2. num. 2. ſubdens num. 4. non obſtante dicta clauſula poſſe opponi exceptionem rei non traditæ, ſequitur Galter. in praxi inſtrum. 2. part. primæ partis, rubr. vnic. num. 69. vnde pro cauthela dixit ibidem Iacob. de Carol. in fine ex Ioan. Criſp. quod ſit cautus emptor, vt vtrumque adhibeat in cõtractu, & quod venditori agẽti ad pretium poſſit obijci exceptio rei non traditæ, non obſtãte pacto reiectiuo, probat Burgius de laudem. part. 3. inſp. 4. oum. 110. & Giurba deciſ. 10. num. 16. etiam probat, quod emptor ob non factam rei venditæ cõſignationem pro ea tantum pretij parte, quam ſoluit, conſequitur intereſſe, non autẽ pro toto re, & non mitum ſi ipſa impediat liquidationem inſtrumenti, & carcerationem, vt poſt Boer. deciſ. 43. Frecc. de præſent. inſtrum. p. 8. quæſt. 3. num. 178. Carau. in ritu 166, nu. 150. Galter. vbi ſup. vbi ex Frecc. num. 73. firmat, ex officio poſſe Iudicem venditorem repellere, & ſi non fuiſſet oppoſita iſta exceptio, quidquid in contrarium iudicatum fuiſſe, tenuit Frecc. & ſic etiã fuit impedita liquidatio prædicta huius prætextu ad relationem Iudicis Ioannis Franciſci Capiblanci, in Banca Lucinæ. Iterum in cauſa Franciſci Antonij Sica cum Martiale Mencolella, qui vẽdiderat certa bona ſtabilia, & inter cætera vineam, & tappetum valoris ducat. 700. pro certo pretio duc. 1300. de quibus ſoluerat duc. 300. & pro reliquis correſpondere promiſerat in tot annuis introitibus mediante inſtrumẽto, cuius vigore dictus Martialis citare fecerat ipſum Franciſcum Antonium, qui exciperat, non fuiſſe ſibi conſignatam vineam, neque tappetum, pro quibus producebantur acta facta in Regia Dohana menepecudum, ex quibus apparebat iuſſum, vt conſignare deberet poſſeſſionem illorum, ſicque facto verbo per Iudicem Thomam Locterium die 14. Februarij 1635. fuit prouiſum, vt ordinariè ageretur, in Banca Auerſani.

Tranſactio celebrata inter dominum, & vaſallũ ad relaxationẽ medietatis rei poſſeſſæ alicui, cui fuerat integraliter relicta à domino illam occupanti, & per vnum teſtem de violentia deponentem approbatum ab aduerſario ipsũ citaotem, & adminiculis robotatum in facto antiquo deponentem, ſuffragante metu reuerentiali, lęſione enormiſſima exiſtente, ac etiã conquęſtu ſæpè ſæpiùs expreſſo, an reſcindi debeat probata rei legitima poſſeſſione, deciſum fuit affirmatiuè per R. C. & fuit condẽnatus reus ad reſtitutionem dictæ medietatis iuris decimandi, & à fructibus abſolutus, teſtatur Reg. Rouit. conſ. 85. quod illi, tom. 2.

Tranſactio litis ſub promiſſione certæ pecuniarum quantitatis an infringi poſſit prætextu enormiſſimæ læſionis, & doli re ipſa, ac etiam metus compulſiui per filium renunciantis, ſi nedum allegatis fuerit expreſsè renunciatũ, ſed etiam per renunciantẽ approbata, diſponendo de dicta ſumma in tranſactione contenta in eadem cauſa Octauiani Piſcicelli cũ Ill. Principe Scaleæ, de qua mentio facta fuit ſupra in verbo renunciatio, non obſtantibus defectibus renunciationis appoſitis, ibique traditis, cum fuiſſet deuentum ad tranſactionem, & fuiſſet promiſſa ſumma ducat. 5600. ex cauſa donationis, pro qua fuit Duciſſa eius amita conuenta, & condemoata per S. C. inde ea conſequuta in ſuo teſtamento diſpoſuit Portia Caracciola Octauiani mater, & proinde noo obſtante dicta renunciatione, infringere quoque procurauit tranſactionem prædictam vti meticuloſam, ac doloſè, & cum læſione peractam reſcindi facere, & propterea ante omnia dicebatur, in dicta tranſactione fuiſſe læſam ipſam Portiam attentis facultatibus paternis, & maternis, primo in renunciatione, & ſimiliter poſtmodũ in dicta tranſactione, tempore quo ſucceſſio iam ſibi fuiſſet per obitum fratris deuoluta, ſpes enim nõ eſt in conſideratione, quemadmodum ipſa ſucceſſio, Bart. in l. poſt emancipationem, §. illum ff. de lib. leg. & l. fin. in fin. 1. lect. C. de pact. & ſic atteoto litis euẽtu, vt iam erat probatũ, ſatis maiorem ſummam cõſequuta fuiſſet, vt ex ſequentibus oſtenditur, & ob id reſcindendam fore conſuletunt Dec. conſil. 60. num. 4. aſſerens hanc eſſe communẽ opinionionem, Curt. iun. conſ. 151. num. 27. concurrebat etiam dolus, qui multifariam commiſſus pæſumebatur: Primò, quod tacitũ fuiſſet, Marchionem fratrem mortuũ fuiſſe poſt mortem Baroois patris, vnde ius ſuccedeodi oriebatur eidem Portiæ, vnde aſſeruerũt in tranſactione, pecuniam promiſſam vigore donationis proceſſiſſe ex mera liberalitate Ducis viri Iſabellæ ſororis, eo quia nullum ius competebat dictæ Portiæ ſuper ſtatu, vt in inſtrumento,

Digitized by Google

mento, quod ſi de prædictis certa fuiſſet, non vtique ipſa Portia ceſſiſſet. Secundò, quia contrahentes voluerunt, quod de prædictis ducat. 5600. potuiſſet diſponere dicta Portia etiam in extraneos, ad hoc vt ipſa diſponere potuiſſet in beneficium ſororis ad excluſionẽ ſuorum filiorum, ſicuti iam diſpoſuerat. Tertiò, percipiebatur dolus ex propoſito ob perſuaſionem factam Portiæ, quod Terra Meſutacæ non rendebat niſi annuos ducat. 400. cũ poſtea probatum fuerat, rendidiſſe duc. 4000. ex quibus reſultabat maxima læſio, ex qua dolus ſubſequebatur, Aym. conſ. 192. ſub num. 8. verſ. ſecundo Doctores dicunt, & nu. 21. & 22. Curt. iun. d. conſ. 141. ſub num. 8. Roman. conſil. 54. num. 4. congruit text. in l. omnes, §. Lucius ff. de ijs, quæ in fraud. cred. l. ſumma ff. de pecul. quinimò hoc dolo attento contractus nullus reddedatur, ſed reſcindendus, l. ſi maior, C. de dolo, l. trãſactione, & l. ſub prætextu, C. de tranſact. l. eleganter, de dolo, Curt. iun. conſ 142. num. 25. etiam ſi iuramentum interueniſſet, Alex. conſ. 25. num. 1. vol. 5. Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. de brin. appartenient. §. 7. ſuppoſe. que le dia, num. 52. Continebat etiam metum compulſiuũ, eo quod prædicti Dux, & Duciſſa minati fuerant dictæ Portiæ, quod niſi tranſactionem faceret homicidium detegiſſent in perſonã Petri Pannarari eius mandato factum, qui metus iuſtiſſimus erat, Aym. conſ. 49. ſub num. 7. & facilè cadere poterat in conſtantem virum, tractabatur de corporis cruciatu, ac famæ læſione, quę æquiparatur amiſſioni vitæ, l. iuſta ff. de man. vind. l. iſti quidem ff. quod met. cauſ. in tantũ quod dum antea noluerat trãſigere pro duc. 15000. ſibi oblatis, fuit coacta pro dicta ſumma duc. 7600. tranſigere, interueniente dicto timore cõpulſiuo. Quanquã ex aduerſo prætenſum eſſet, dupliciter potuiſſe ſubſtineri tranſactionem ipſam. Primò, in quantum ad lęſionem oppoſitam iam in inſtrumento fuiſſe illis expreſsè renunciatum. Secundò, quia prætenſus metus quatenus verus eſſet, non fuerat ab ipſis tranſigentibus illatus, ſed à tertio non habente intereſſe in cauſa, ad text. in l. dolus, C. de reſcind. vend. Aym. conſ. 20. vol. 1. & ſuper omnia, quia de dicta ſumma donata in tranſactione, iam ipſa Portia diſpoſuerat in eius teſtamento, & conſequenter quando dolus ineſſet, iam purgatus fuerat. Attamen replicabatur reſpectu primi, vt dictum eſt in d. verb. renunciatio, ſed reſpectu ſecundi dicebatur, quoad finem reſcindendi actum ſufficere commodũ perueniſſe ad aduerſariũ poſſidentem, licet ignorantem, cum tamen in caſu iſto adeſſet ſcientia probato metu, ad text. in l. ſi cum exceptione, §. in hac, & §. Pedius ff. quod metus cauſa, notat Gloſ. vbi Bart. in l. non intereſt, C. eodem, ita conſuluit Caſtr. conſil. 317. ſuper primo quæritur, col. 1. vol. 2. nec propterea ratio habenda erat de tali diſpoſitione facta in teſtamento de dicta ſumma in tranſactione contenta, ita quod videbatur ipſa approbata, ad text. in l. 2. C. quod metus cauſa, etenim per receptionem pretij à metu inferente nunquam purgari metum dicitur in l. 3. & 4. C. quod metus cauſa, voluit Iaſon in l. ſi ob turpem, numer. 3. ff. de cond. ob turp. cauſ. præterea nunquam metus purgatus videtur durante perſona, quę metum intulit, vt conſuluit Dec. conſil. 219. num. 10. allegat Aret. conſ. 24. & Alex. conſil. 1. col. 4. lib. 3. facit text. in cap. 1. vbi Innoc. de iure iur. tenuit Iaſ. vbi ſup. num. 3. verſ. quarto limita, inſuper cum ipſa tranſactio dolum contineat, & ſi expreſſa ratificatio interueniſſet, non adhuc videbatur dolus purgatus, ad text. in l. 1. C. ſi maior. fact. conſuluerunt Aym. d. conſ. 142. nu. 12. & 13. Caſtr. conſ. 162. col. 1. nu. 2. quocirca expreſsè apparere debet, fuiſſe dolum purgatum, Gloſ. in d. l. 1. Roman. conſil. 54. in fine, ſequitur Curt. iun. conſ. 50. n. 31. Bellem. conſ. 24. col. 5. verſ. item venditor, & in proprijs terminis conſuluit Aym. conſ. 160. num. 4. & 5. Ex quibus omnibus iuſtiſſimè tranſactionẽ reſcindi poſtulabatur per dictũ Octauianum filium, ac hæredem ſuæ matris, quod ſanè ei permiſſum eſſe non dubitabatur ex ijs, quæ in terminis probant Dec. conſ. 203. ante finem, & Aym. conſ. 149. num. 29. hæc inter cætera deprompta ex allegationibus deſuper editis per Fabium Marcheſium, Io. Antonium Lanarium, Petrum Paulum Theodorũ, Innocentium Paulurium, & Io. Baptiſtam Piſcicellum præſtantiſſimos I. C. in quorũ dorſo ſubſcriptum votum notatur per Regentẽ Thomam Salernitanum die 13. Iulij 1568. fuit publicata ſententia in fauorem Ill. Principis, hæc ille.

Tranſactio an valeat de feudo ex pacto, & prouidentia, quod remaner penès poſſeſſorem, & an Regis aſſenſus firmetur, & ſi vtilis corruat, an geſtum ſubſtineatur in vim ceſſionis, & renunciationis, accedẽte conſenſu primogeniti, deciſum fuit negatiuè, ita Reg. Tapia deciſ. Italiæ 2. in 4. art. à nu. 310. ad 355.

Tranſactio inita inter legatarium, & hæredem an reſcindi poſſit ad inſtantiam ipſius legatarij prætextu læſionis, vel cõfirmari ad inſtantiam hæredis, data incapacitate legatarij, per ea, quæ in facto præſupponebantur, nam apparebat fuiſſe factum legatum ducat. 4300. per teſtatorem eius filio naturali ſpurio, & poſtmodum per intermediam tranſactionem hæres inſtitutus ſe obtulit pro dicto capitale ſoluere ſingulis annis ducat. 120. pro alimentis vltra dictum capitale debendum ipſi, ac eius filijs naſcituris, illinc ad certos annos pœnitentia ductus dictus legatarius filius litem inſtituit aduerſus hæredem pro reſciſſione tranſactionis prætextu lęſionis præſuppoſito quod dictum capitale erat maioris reditus, eo amplius attentis viribus hæreditatis, quæ aſcendebat ad ſummam ducat. 15000. ex adductis per Præſ. de Franch. deciſ. 283. vbi de conſimili articulo agit, annuens deciſũ fuiſſe per S.C. in beneficium filiæ ſpuriæ, & legatariæ certæ ſummæ pro dote. Pro parte tamen hæredis replicabatur, læſionẽ eſſe potius conſiderandam in eius perſonam, quam in perſonam ipſius legatarij, poſtquam ob eius incapaci-

pacitatem relinqui nil potuit à patre per iuris diſpoſitionem, eo quia natus erat ex vxorata, & libero, & in caſu iſto eſt de iure certum, quod licet filio naturali poſſit legari, nõ tamen ſpurio, Auth.licet, C.de nat.lib. Craſſ. de ſucceſſ.tom.1.§.legatum,quæſt.6.nu.1.Seſe deciſ.Arag.281. nu.2.tom.3. Thoming. deciſ. Lipſiæ 48. nu.16. Paul.Aemil.Gall. in tract.de except. tit.4.except.5.part.1.num.37. latiſſimè Barry de ſucceſſ. lib.1. tit. de incapac. à numer.12. cum ſeq. Bald. Thomaſ. in ſuis tract. in 2.tract.cap.23.à num.458.cum ſeq. imò nec ad alimenta pater teneri videatur, attenta iuris communis diſpoſitione in Auth. ex complexu, C.de inceſt.nupt. vbi DD.Paleoth.de noth.& ſpur. cap.46. Surd.de alim. tit.1. q.10. num.2. Seſe deciſ.281. num.7.tom.3. Marant. conſ.26.num.9. licet tamen ex æquitate canonica aliter ſit diſpoſitum,ad text.in cap.cum haberet,de eo,qui dux.in mat.cap.per venerabilem,qui fil.ſint legit.vbi Abb. & cæteri, Paleoth.ibidem,Craſſ.vbi ſup.Surd.eod.tract.eodem loco,num.5. Ant.Fab.lib.4.tit.9.definit.4. num.3. Reg.Valenz.conſ.169.num.70.tom.2. & conſ.10.num.19.vol.1. & hoc miſerationis cauſa, ne fame pereant,Eugen.conſ.45.nu.10. & 19.vol.2. & non mirum ſi hodie ſpurijs alimenta relinqui poſſint,idem Paleoth.eodem tract.cap.45.num.8. latè Paul.Aemil.Gall. in tract.de except.tit.3.except.9.nu.44. Barry vbi ſup.num.13.Bald.Thomaſ.in ſuis tract. tit.14. ſub tract.1. nu.197. ex quibus omnibus læſio reſultauerat in præiudiciũ ipſius hæredis, potiusquam eiuſdem legatarij, nedum quia ſe obligauerat dare capitale ducat.4300.legatorum iuxta formã legati,non tantum ipſi, quãtum eius filijs naſcituris,ex quo quando fundus relinquitur ad alimenta, non venit proprietas, ſed ſolus vſusfructus, Surd.eod.tract. de aliment. d.tit.5.quæſt.7.num.20, ſed etiam ſe obligauerat ad dictam ſummam duc.120. pro alimentis annuis, quæ ad eius hæredes tranſire non debuerant,ex allegatis per Craſſ. eodem loco, num.2. vltra quod facto calculo virium hæreditatis deducto ære alieno, non aſcendebat ad ſummam ducat.6000. ideo deciſio contraria nõ aptabatur, quoniã ibi aderat amplum patrimonium teſtatoris. Nihilominus facta relatione in S.R.C. per eruditiſſimum Conſiliar.Hectorem Capycium Latro de hoc anno 1637.de menſe Maij fuit per idẽ S.R.C.deciſum,vt hæres ſolueret annuos ducat.130.pro alimentis,in cauſa Fœlicis Magauero cũ Saluatore Magauero, in Banca Scacciaventi, & non ab re inſpicitur ita deciſum, poſtquam relictum ſpurio cauſa alimentorũ ſubſtinetur,latè Surd.d.tract.d.tit.1.q.10.n.10. & 11. & hoc quatenus non excedit valorem alimentorũ,& conſequenter pro eo,quod neceſſe erit pro alimentis. idem d. tract. artic.2. quæſt.13. num.10. eo quia alimenta præſtantur ſecundum neceſſitatem, non ſecundum dignitatem, idem tit.4.quæſt.18.nu.49. ſicque ſpurius etiã filijs legitimis exiſtentibus nihil poteſt à patre vltra alimenta obtinere,Cæual. pract.quæſt.cap.780.num.136.

Tranſactio facta inter tutorem, & creditorem pupillorũ an ſit valida, ita vt abſque alia ſollemnitate poſſit interponi decretum conualidationis,poſtquam ex facti ſerie percipiebatur, fuiſſe factam quandam donationem bonorum à D. Gregorio Syluestro eius fratri D. Franciſco contẽplatione matrimonij,qui promiſerat eidem D.Gregorio ducatos quinquaginta ſua vita durante, & vt potuiſſet diſponere in morte de ducatis centum, adeò quod cum fuiſſet iudicium conuentionis inſtitutũ, replicatum extitit ex parte ipſius D. Franciſci talem donationem fuiſſe factam ad pompam, & conſequenter non teneri ad obſeruantiam promiſſorum, inde ſucceſſo obitu D. Franciſci, præfatus D. Gregorius ad tranſactionem deuenit cum Reuerendo D. Hieronymo Sylueſtro tutore pupillorum, in qua fuit etiam conuentum,vt interponeretur decretum,& cum fuiſſet inſtatum ſuper tali interpoſitione decreti difficultati contingit, an rectè interponi potuerat, dum nulla prius habita informatione,ſi expedierat pupillis trãſigere, proceſſum fuit ad tranſactionem prædictam,& propterea licet de iure permiſſum eſſe videatur tutori,vel curatori litem dubioſam tranſigere, Alex.conſ.161.lib.2.in fine, & conſ.141. num.23.vol.6. Dec.conſ.474.num.8. & conſ. 564.num.16.& 17. Pinell.in l.1.par.3.num.45. verſ.in tranſactione, C.de bon. matern. quos probat Montan.in tract.de tutelis, cap.33.nu. 289. ſequitur Galter.in praxi tutel. p.2. rub.4. numer.18. tamen cum decreto permiſſum eſſe videtur,vt ex Tiraquell.& Dec. firmat ibi Montan.Cancer.variar.reſolut.lib.1.cap.7.nu. 116. cum alijs innumeris relatis per Simonc. in tract.de decret. lib.2.tit.6.inſpect.10.nu.99. vbi nu.105.formam decreti tranſactionis tradit,vt Iudex diligenter cognita litis ambiguitate, viſiſq; tranſactionis pactis, & conditionibus minori vtilibus, potius quam damnoſis pronunciet, tranſigendum eſſe, & ea celebrata ab ipſo Iudice confirmabitur,quam formam tradit Menoch.de arbit.Iudic.lib.2.centur.2.caſu 171.num.41.& ſeq.& ratio eſt,quia tranſactio eſt alienatio, prout ex multis ibi probat Simoncell.num.100. quinimo ſollemnitas requiſita in alienatione erit adhibenda in tranſactione,vt tradit Gratian. diſcept. forenſ.cap.846.num.6. quas recenſuit Borgn.in tract.de tutore,& curatore, num.129. & propterea cum non fuerat forma ſeruata, tranſactio nulla reddebatur,quia forma data à lege, vel ſtatuto,vbi non ſeruatur, actus eſt nullus, l.de ijs ff.de tranſact. cum alijs apud Montan. eodem tract.num.53. etenim ipſa dat eſſe rei, l.Iulianus, §.ſi quis rem ff. ad exhib. cum alijs apud Barboſ.princ.iur.lit.F.num.49.& conſequẽter tutor redderetur ſuſpectus, nam quoties tutor malè alienauit rem pupilli, vel inconſideratè, aut doloſè, redderetur ſuſpectus, l.3.§.Seuerus,& §.is tutor ff.de ſuſp. tut. Marcell.Conuerſ.in tit.de ſuſpect.tut.§.ſuſpecti, num.49.& iſto caſu erit curator adhibendus, & non ab re per S.C. fuit interpoſitum ſequens decretum videlicet. Die 22.Decembris

Digitized by Google

bris 1636. Neapol. facto de prædictis verbo in S.R.C. per Mag. V.I.D. Andræam Marcheſium Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, &c. decreto S.C. prouiſum eſt, quod detur curator ad hunc actum ſuper interpoſitione decreti petiti ſuper tráſactione Mag. Tiberius Diamatus, hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Cantoni, cum igitur curator cóſtitutus ad præſtandam authoritatem minori donaturo, vel vendituro, teneatur quoque adhibere ſollemnitates, quę in alienatione rerum pupillorum interuenire ſolent, vt deciſum reliquit Anton. Fab. in eius Codice, in tit. ſi tutor. vel curat. interu defini. 2. & ſucceſſiuè curator inde conſentiens, iurare tenetur, contractum cedere ad vtilitatem minoris in donatione, quemadmodum probat Carpan. ad Conſtit. Mediol. cap. 324. num. 146. & propterea cum fuiſſet facta oblatio per ipſum D. Gregoriũ, data inualiditate renunciationis, donationis, & tráſactionis, q̃ fieri deberet ei ceſſio de portionibus paternis, maternis, & ſororijs, ad hoc vt ſolueret pupillis tertiatim duc. centũ pro quolibet anno, & conficere inſtrumentum in beneficium ipſorum, & quatenus aliud videretur S.C. mandari, aut interponi decretũ, aut reſcindi tranſactionem, aut non interponi de conſenſu partiũ ad finem proſequẽdi iudicium ab eo intentatum, priſtinis eius iuribus perexiſtentibus, & habita diſcuſſione bonorum donatorum in S.C. propoſita per ipſum curatorem, fuit interpoſitũ decretum huiuſmodi, die 11. Iulij 1637. Neapol. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magn. V.I.D. Andræam Marcheſium Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſariũ, &c. decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod non interponatur decretum etiã viſa comparitione præſentata per D. Gregorium Syluestrum ſub die 4. Iulij 1637. hoc ſuum, &c. & quæ inde proceſſerunt, relata fuerunt infra eodem verbo tranſactio.

Tranſactio facta per aliquem cum tutore pupillorũ reſcindi, aut confirmari an poſſit per minores abſque eorum deliberatione, ſi velint, aut nolint, q̃ euenit diſcuti in S.C. in cauſa D. Gregorij Syluestri cum hæredibus quondã D. Franciſci eius fratris, eoque prius ſuppoſito in facto, dum ipſe D. Franciſcus ſe matrimonio collocaſſet cum D. Alexandrina Caracciola contẽplatione dicti matrimonij ipſe D. Gregorius renunciauerat eius portiones paternas, maternas, & auitas in beneficium dicti D. Franciſci, qui in recompenſam promiſerat ſoluere vita durante eidem D. Gregorio ducatos quinquaginta, & amplius, vt potuiſſet diſponere in vltima voluntate de ducatis centum, & cum per ſeptennium D. Franciſcus defeciſſet à ſolutione, inſtiterat ipſe D. Gregorius in M.C. vt eius frater ſe obligaſſet de facie ad faciem, aut declarari nullam eius promiſſionem, & conſequenter condemnari ipſum ad relaxationem portionũ promiſſarum vna cum fructibus, & quãuis prætenderetur per dictũ D. Franciſcum, promiſſionẽ factam aſſe ad pompã, nihilominus cõpilato proceſſu, ab hac luce migrauerat ipſe D. Franciſcus, & tutela eius filiorum delata fuit D. Hieronymo Syluestro, qui ad tranſactionem deuenerat cum dicto D. Gregorio, & tutorio nomine ſe obligauerat ſoluere dictos annuos ducatos quinquaginta, ſeruata forma promiſſionis D. Franciſci, & cũ ageretur de interpoſitione decreti ſuper dicta tranſactiona inſtitit D. Gregorius quatenus fuiſſet denegata interpoſitio decreti, reſciſſa eius promiſſione, obtulit dare ſingulis annis prædictis hęredibus ducatos centum cum pacto de retrouendendo quandocunque capitale, dummodo omnes portiones bonorum hęreditariorum paternorum, & maternorum vna cum fructibus cederẽt in beneficium dicti D. Gregorij, placuit eidem S.C. die 11. Iulij 1637 ad relationem Reg. Conſ. Andreæ Marcheſij ordinare, quod non interponatur decretũ, etiã viſa comparitione oblationis pręſentata per eundem D. Gregoriũ, qui fuit coactus inſtare pro expeditione cauſæ relaxationis portionum, ex quibus omnibus pro ipſius tutela dicebatur, fundari etiam de iure, quod ipſi coniuges nequiuerant iuuari promiſſione facta in capitulis matrimonialibus ab ipſo D. Gregorio, ſi prius non fuerit ſeruata promiſſio in eis facta de ducatis quinquaginta annuis, ac aliorum ducatorum centum, iuxta communem opinionem DD. ex text. in l. Iulianus, §. offerri ff. de act. empt. cum correſpectiua promiſſio dictorum annuorũ ducatorum quinquaginta fuerit cauſa finalis ipſius renunciationis, ob quam fuit facta, Bald. in l. fin. ff. de accept. Franc. Monal. conſ. 43. num. 5. Franc. Becc. conſ. 45. num. 20. & 30. Socin. ſen. conſ. 26. vol. 3. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. nu. 25. Rimin. iun. conſ. 8. nu. 20. & 23. Muta in ritib. Sicil. cap. 101. nu. 6. Ioſeph. Gonzal. var. quæſt. cap. 63. nu. 6. quo fit, vt non ex implemento prædicto cedens, & donans ipſo iure poteſt ceſſionem, & donationem reuocare, & actibus prioribus experiri, ac rem ceſſam vendicare, etiam ſi interceſſerit unum de tribus cõtentis in l. 3. C. de nouat. Bald. & Salyc. in l. pacto ſucceſſorum, per illum text. C. de pact. per l. 1. C. de don. quæ ſub mod. l. quæro, §. inter locatorem ff. locat. cap. peruenit, il ſecondo, de iureiur. l. cum re fundum, C. de pact. inter empt. & uend. Mintyng. centur. 3. obſeru. 96. Couarr. uar. quæſt. cap. 14. num. 6. in medio, uerſ. qui omnes, dicentes reuocatur, ex l. cum te, C. de pact. inter empt. & uend. Statil. pacif. in deciſ. 107. poſt eius tract. de Saluian. interd. cum alijs apud Carocc. de except. contra ſent. in except. 30. Zanger de except. cap. 2. par. 3. eiuſdam exceptionis adeo uim habet, quod etiam procedit in contractibus initis ultro, citroq; obligatorijs, Maſcard. concluſ. 1387. num. 2. Ioſeph Ludouic. concl. 14. illat. 94 ampl. 16. Roland. conſ. 53. nu. 7. Menoc. conſ. 55. num. 9. Roman. conſ. 44. num. 2. Gozad. conſ. 94. num. 45. etiam ſi non adimpleuiſſet accidentalia, non tantũ ſubſtantialia contractus, quare dicitur oppoſita ipſo iure, nec requiritur oppoſitio partis, Bald. Fulg. & Dec. in l. filiam, C. de collat. Rimin. iun. conſ. 52. nu. 11. Turrett. conſil. 74. num. 34. ultra alios DD. Giaſ. de except. in 13. except. nu. 40. 45 & 53. neque in aliquo præiudicio eſſe debeat, quod promiſſio ducatorum quinquaginta ſit pro forma apppoſita ex uerbis ſubſequentibus, *che non trouandoſi eſatti li detti ducati cinquanta tempore mortis di eſſo D Gregorio s'intendino parimente donati, e conſolidarnoſi con la proprietà donatali, &c.* nam in conſimilibus donationibus quantitatũ reſeruatatũ,

& non

Digitized by Google

& non diſpoſitarũ in beneficium hæredũ ab inteſtato donantiũ, remanet quãtitas reſeruata in beneficiũ donatarij, vt dicũt DD. relati per Præſ.de Franch. deciſ.45.& 60. & apud Theſ. deciſ. 97. nam paciſcentes in beneficium donatariorum vti voluerunt dicta cauthela, eſto quod ipſa reſeruatio fuiſſet ad pompam facta, vt ex re diuerſa, l. Papinianus ff. de minorib. l.fin. ff.de calumn. adeò cum non ſit inſolita reſeruatio in contractibus iuratis, neque in iſta ſimplici promiſſione per capitula nõ ſtipulata omnium bonorum, non ſolum ob eorum validitatem, ad notata in l.ſtipulatio hoc modo concepta ff.de verb.oblig.ſed vſitata in beneficium donantiũ in ſignum, quod communiter fit, cenſetur legitimè fieri, l.certi conditio, §.ſi nummos, vbi Iaſ.ff.ſi cert.pet. cap.ex parte, de cenſ. l.quod ſi non licet, §.quod aſſidua, de ædil.edict. argum.l.donaturus, in fine ff.de vſufr.l.ſi ſeruus plurium, §.fin.ff.de leg.1. & l.1.§.fin.eod. Die 27 Ianuarij 1638.referente eodẽ Regio Conſiliario, fuit deciſũ, quod infra menſem conuenti declarẽt, ſi velint ſtare tranſactioni, vel quod reſcindatur, in Banca Cantoni, nunc Zozi, facto verbo in S.C. per Mag. V.I.D. Andræam Marcheſium Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, per S.R.C. prouiſum eſt, quod infra menſem conuenti nomine vt in actis, ſeù perſona legitima proeis eligant, an velint ſtare tranſactioni initæ, & in actis præſentatæ, vel retrocedere donationi D. Gregorio Sylueſtro, &c. & quia declarauerunt, ſtare tranſactioni, fuit latum aliud decretum die 27. Februarij 1638. facto verbo, &c. per S.C. prouiſum eſt, quod viſa declaratione facta per tutorem, exequatur tranſactio iuxta ſui ſeriem, tenorẽ, & continentiam, & confirmatur hæc deciſio, quia minor cogi poteſt, an ſtare velit contractui à ſe geſto, l.Iulianus, §.ſi quis colludente ff. de act. empt. quem text. ad hoc notabilem eſſe dixerunt Bald.Alex.& Anchar.relati per Feliceum in tract.de ſociet. cap.3.num.91. multo magis quando a tutore fuerit factus contractus, vt in caſu iſto, in quo aduertendum duxi, quod ſi minor noluerit ratificare tranſactionem, & in reuiſione fuiſſet plus condemnatus, ſententia non nocebit, & reſtitueretur vſque ad ſummã in tranſactione contentam, probat Borgn. in tract.de tutore, & curatore, num.56.ex Roman.ſingul.403.Crem.ſing.29. Cepoll.caut.6.

Tranſuerſales an potius ſint admittendi ad fideicommiſſum, quam deſcendentes ex vera linea fideicommittẽtis, de hoc accidit diſcuti in S.C. in cauſa illorum delli Sieri, de qua facta eſt mentio ſupra in verbo fideicommiſsũ, vbi verba eiuſdem fideicommiſſi relata fuerunt, adeò quod dum Vincentius, & Hadrianus de Sieri prætenderent admitti ad domũ ſub fideicommiſſo relictam, vocãdo maſculos ex ſex filijs inſtitutis per Thomam de Sieri, & ipſi eſſent tranſuerſales, excludi videbantur Liuia, & Victoria de Sieri deſcendentes ex linea directa, & pro eis dicebatur, quatenus ipſi prætenſores eſſent de familia contentiua teſtatoris, & ſic collateralis, ſub qua continebatur teſtator, non autem de linea effectiua ipſius, ſcilicet deſcendenti ex ipſius Colonello, & ab eo effecta, & deriuata, quemadmodum ex arbore percipiebatur, quocirca ad tale fideicommiſſum nequaquam vocati cenſebantur, & ſuppoſito prius, quod quando concurrunt illi de familia effectiua, & illi de familia contentiua, certum eſt, quod illi de familia effectiua præferuntur, & ſic ſe habet communis opinio apud Sforz. Odd. de fideicommiſſ.quæſt.8.artic.5.nu.6. ceterum quando non adeſſent de familia effectiua teſtatoris, quæſtionis eſt, an in defectum eorum cenſeantur vocati illi de familia contentiua teſtatoris, vel potius cenſeatur extinctum fideicommiſſum, certiſſimum quidem erit in dubio, quando eſſent vocati illi de familia ſimpliciter, tunc cenſeri debeat eos tantummodo vocatos eſſe, qui de familia teſtatoris effectiua fuiſſent, non autem contentiua, ad quos non poſſit fideicommiſſum extendi, ita Bald. in conſil.334. in quæſt. quæ vertitur, lib.3. inter conſ.Anchar.95. relatus, Bart.in l.filius, §.cum pater ff.de leg.1.& in l.ſi cognatis, in fin. ff.de reb. dub. Imol. in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, num.1.ff.ad trebell.Phil.Franc.in cap.ſi pater, num.227.de teſt.in 6. Alex.conſ.59.nu.9.lib.3. Peregr.conſ.57.lib.5. Patiſ.conſ.51.nu.4.lib.2. & conſ.1.nu.60.lib.1. Menoc.conſ.233.nu.15. & 18. & conſ.633. num.10. vbi contrarijs reſpondet, & lib.4.de præſumpt.præſ.88.num.2. idem Bart. in l.peto, §.fratre ff. de legat.2. vbi Card. Alb.Socin.ſen.conſ.33.num.10.lib.3.idẽ inter conſ. Curt. ſen. conſ.40. num.14. & 15. Ruin. conſ.98. num.4.lib.1. Dec. in conſ.374. num.4.& 5. & conſ.320. num.5. verſ.accedit, Socin.iun.conſ.97.nu.63.lib.2. Syluan.conſ.6. num.22.lib.1.Decian.conſ.1.num.241.lib.2.& conſ.86.num.23.lib.2.alios citauit Sfort.Odd. d.quæſt.8.art.5.num.83. ſequitur Sim.de Pret. de interpr.vltim.volunt.lib.3.interpr.1.ſol.11. ſol.290. num.27. ex ratione ibi adducta, quæ ſiquidem ſententia eo magis procedere comperitur, quotieſcunque ex coniecturis, & verbis conſtaret, teſtatorem ſenſiſſe de familia effectiua, quoniam intelligerentur vocati illi de eius Colonello, vt ſit eſtator voluiſſet bona peruenire ad proximiores de familia ipſius, vt in caſu propoſito, in quo teſtator expreſsè aſſeruit, & caſu quo nullus maſculorum ex dictis ſex filijs extaret, voluit, quod domus prædicta ſit aliorum maſculorum delli Sieri proximiorum ipſius, quod idem eſſet, ſi dixiſſet, voluit, quod ſit aliorum maſculorum proximiorum de familia delli Sieri, licet nomen familiæ nõ expreſſerit, Bart.in l.pronunciatio, §.familiæ, in fin. ff.de verb. ſigniſ. aſſerens, quod vocare illos de Saxoferrato, idem eſt, quando vocaret illos de familia de Saxoferrato, ſequitur Roland. conſ.30.nu.25.lib.3. quo nam caſu teſtator vtendo verbis ſpecificis demonſtratiuis, prout eſt nomen ipſius, quod perſonalitatem ſignificat, cum ſit genetiuus caſus, denotat cauſam proximam, & immediatam, iuxta notata in rub. de noui oper. nunt.

nunt. Ripa in l.filiusfamilias,§.diui,num.111. ff. de leg.1. & ſic ſemper vocati intelliguntur proximiores de familia effectiua teſtatoris,nõ tamen de familia contentiua, ita Ruin. in conſ.153.nu.17.lib.2. Cephal.conſ.510.nu.13. lib.4. Menoch.d.conſ.233.nu.21.& d.præſ.88. ſub num.2.verſ.non inquam,& verſ.hęc autẽ ſententia, Simon de Præt. d. fol.290. num.27. Sfort.Odd. d.artic.5. num.77. Pereg. conſ.57. num.9.vol.5.Pariſ.d.conſ.51.nu.10.lib.2.optimè idem Pereg. deciſ.134. vbi refert, quamuis Rota Romana antea contrarium decreuiſſet, poſtmodum iterum propoſita eadem cauſa, pro hac opinione decidiſſe, & optimè in dict. conſ.31.lib.4.reſpõdit Mantic.Gabr.& Rimin. cõtrarium ſentiẽtibus, ſequẽdo Reg.de Ponte conſ.154.num.6.lib.2. & ita quoque deciſũ per eandem Rotam,oſtendit Farin. deciſ.707. vol.4.& ante eum Seraph.deciſ.1438. vbi Addentes,Socin.iun. conſ.97.lib.2.& ſub eadem diſtinctione Marta de ſucceſſ.part.5.art.5. caſu 5. nu.39.& 40. aſſerens, nunquã eſſe intelligendum de contentiua,ſed effectiua deſcendenti,& ſic nunquam collaterales comprehẽdi, idem part.2.quæſt.4.art.6. caſu 5. num.41. Ex aduerſo autem replicabatur,non ſolum ex verborum proprietate, ſed verius ex ratione probabili, ob quam motus fuit teſtator ad fideicommittendum, ex cõiecturata eius mente omnes contineri, & quantum ad primum, dum ipſe dixerat, quod ſit aliorum maſculorũ delli Sieri proximiorum ipſius nulli dubium erit,quin omnes maſculi ipſorum,ſiuè deſcẽdentes, ſiuè tranſuerſales vocati cenſeãntur, ex Bart.in l.1.C.de cond.& procur.pręd.fiſcal. lib.11.& in d.l.pronunciatio ad finem ſequuti ſunt Ruin.conſ.24.nu.4.& conſ.110.nu.14. lib.2. Gabr.conſ.132.in 6.quæſt.num.58.lib.1. Roland.conſ.70.nu.28.lib.3. Mantic.de coniectur.vltim.volunt. lib.8.tit.12.nu.20. in medio,Peregrin.de fideic.artic.22.num.20.in fin. conſ.31. num.6.lib.4. & conſ.149.nu.21.lib.5. Reg.Rouit. conſ.16.in fine, Sfort.Odd.dicta quæſt.8.artic.5.num.84.& 85.Fuſar.de ſubſtit. quæſt.351.nu.37 verſ.limitatur ſecundo,comprehenduntur tranſuerſales ex ratione à teſtatore oſtenſa, qua motus fuit ad fideicommiſſum, quæ ſiquidem ampliat eius diſpoſitionem,& ſi particularẽ in omni caſu, in quo ratio locũ haberet, argum. l.cum pater, §.dulciſſimis ff.de leg.2. & propterea teſtator dicẽdo,velle bona in ſua familia cõſeruari, ex hoc ſolum dum abſque fideicommiſſo conſeruari non poſſunt, vtique fideicõmiſſum cenſetetur inductum, ita Corſett.ſingul.1. vet.teſtator,Dec.conſ.23.& conſ.28. & ita ſe habet cõmunis opinio,de qua per Surd.conſ.67.& 96. Petra de fideicommiſſ.quæſt.3.num.83. Sim. de Præt. d.tract.lib.3.interpr.3.dub.1.ſolut.10. num.8.Molina de primog.Hiſpan.lib.1.cap.5. num.15. Imò, quod ex prohibitione habita ratione prædicta, nempe quod teſtator vellet in ſua familia bona ſua conſeruari in perpetuum, vt nedum deſcendentes, ſed collaterales de familia vocati intelligantur, poſt Dec, Bart.Aret.Pariſ.Grat.Gozad.Socin.Aym.Surd. Surd.Berou.Becc.Alber.Alex.& alios, eleganter Gratian. lib.5. diſcept. forenſ. quæſt.828. à nu.23. ad 25. annuens,non bis, ſed ter deciſũ fuiſſe per Rotam Romanam. Comprehenduntur demum tranſuerſales ex ipſius coniecturata voluntate, nam ex relatis verbis nulli dubium eſt,quin inductum ſit fideicommiſsũ fauore familiæ, tum ex fęminarum potiſſimũ, earumq; deſcendentiũ excluſione,& vocatione maſculorum, Socin.iun. conſ.116. num.1. lib.3.cum adductis per Gratian. lib.2. diſcept. forenſ. cap.285.numer.11. tum quoque ex ratione expreſſa ab ipſo teſtatore, qui voluit, ꝙ domus conſeruaretur in familia ipſius, Mantic.d.tract.lib.6.tit.14.num.21. quibus accedit altera coniectura, dum in eodem teſtamento aliud fideicommiſſum omnium bonorum fecerat, caſu quo defecerint dicti ſex filij maſculi ſine filijs, vel cum filijs, qui decederent infra pupillarẽ ætatem, ex quo ibi voluit vocare nepotes tantũ in caſu deficientiæ dictorum ſex filiorum, expreſsè dicti nepotes tantum vocauit, & ob id cum ſimpliciter in hoc fideicommiſſo non aliter nepotes, prout in alio in caſu deficientiæ maſculorũ delli Sieri vocauerit,certiſſima redditur voluntas, non ſolum deſcendentes,ſed tranſuerſales conuocare,etenim ex cõtextu totius teſtamẽti colligitur teſtatoris voluntas,l.Mæuia ff.de manumiſſ. teſt. l.nummis ff.de leg.3. & hoc ex vicinis ſcripturis, iuxta notata in l.hæredes palã, §.1.verſ.ſed etſi notam,vbi Caſtr. nu.5. ff.de teſt. Roman. in l. ſi vero, § de viro ff. ſolut. matr. Surd.conſ.179.nu.60. Honded.conſ.49. nu.29. lib.2. Ijs replicatis reſpondebatur procedere,quãdo ſimpliciter fuiſſet vocata familia abſque adiunctione nominis ipſius, quo caſu loquuntur DD.contra communem Bart. in l.1. C.de cond.& procur. lib.11. Ruin.conſil.24.& conſ.110.lib.2. Roland.conſ.70. n.28. lib. 3. qui loquitur, an comprehendantur ſub appellatione familiæ tàm nati, quàm naſcituri,& Rouit.d.conſ.24.videtur potius innuere, quod ſi adeſſet pronomen,ipſius,comprehenderetur ſolum familia effectiua,& idem videtur tenere Sfort.Odd.d.quæſt.8.art.5.& Gabr. pariter loquitur, quando ſimpliciter nõ adiecto pronomine, ipſius,ita etiã Pereg. d. art.22. nu.26.loquitur ſimpliciter, licet in fine dicat, quod ſi adeſſet coniectura, quod teſtator ſenſerit de familia effectiua,illa cenſeretur vocata, & clarius in d.conſ.31. tenet in fauorem potius,quam contra & reſpondet Rimin.& Mantic.& demum Gratian. d.cap.828. nu.23. non verè loquitur in caſu noſtro,ſed quando teſtator alienationem prohibuerit ad fauorẽ deſcendentium ex inſtitutis, & deſcendentibus ex ſubſtitutis, qui erant tranſuerſales teſtatoris, non mirum ſi prohibitio in fauorem omnium facta inſpiciebatur ex expreſſa ipſius voluntate,quæ ſiquidem communis concluſio licet poſſit limitari,quotieſcunque diſpoſitio teſtatoris non potuiſſet tẽpore teſtamenti verificari, niſi in familia contentiua tranſuerſali,vt quia non eo tempore non adeſſent de familia effectiua niſi vocati,in quorum de-

ſectu

fectu fuiſſent vocati alij de familia, præſumi non poſſet de familia effectiua, ſi eo tempore non extarent, vt poſt Fuſar.d.quęſt.351.nu.31. optimè Crauett.conſ.656.nu.5.& 6.vol.4.Menoch.conſ.424.nu.5. nō procedit in caſu iſto, dum poterat verificari in alijs de familia effectiua teſtatoris, præter vocatos aderant quippè tres nepotes teſtatoris ex alio filio, quos hæredes cū alijs inſtituerat, ſed non ad fideicommiſſum vocauerat, ſed tantum dictos ſex filios, eorumque deſcendentes, & propterea quādo in defectum maſculorum ex eis vocauerit alios, præſumendum erit potius vocare dictos tres nepotes ex filio quam deſcendentes de familia effectiua teſtatoris, non de familia contentiua, optimè argumentādo fundat Menoch.d conſ.633.nu.12.poſt Bald.Caſt. Bart.Alex.& alios, ex quibus refellitur coniectura illa, noluit in primo gradu dictos nepotes vocare, ergo neque in ſecūdo gradu, nam non præſumitur, teſtatorem minus ſuos dilexiſſe, quam extraneos. Præterea ex vi dictionis, aliorū, intelliguntur vocati proximiores de familia eiuſdem qualitatis, cuius erant vocati in primo ſubſtitutionis gradu, & ſic de familia effectiua, non contentiua, Menoch. d.conſ.233.nu.26.in fine, Fuſar d.quæſt.351. à nu.14. ad 20. etenim ipſius dictionis natura eſt, ad ſimilia eiuſdē qualitatis ſe referre, Gloſ. in l.ſi fugitiui, C.de ſeru.fugit.Bal.in l.fin. n.1. C.de ijs, qui à non domino, Affl.in deciſ.244. ſequitur Sfort.Odd.d.art.5.nu.79. Gratus de diction. in 10.diction. & fortius procederet, quando in diſpoſitione adeſſent verba, perpetuitatem, & agnationemq; denotantia, nam familia effectiua non per hoc cenſetur vocata, cum ſufficeret quod agnatio, & perpetuitas verificarētur in familia ipſa, & in ea deſcendentia teſtatoris, cuius contemplatione fideicommiſſum factū præſumitur, Surd.conſ.448. num.26.Menoch.d.conſ.633.nu.35.Curt.iun. conſ.218.nu.14.alios citat Rota relata à Peregrin.deciſ 134.num.22. de Ponte d.conſ.154. nu.54.vol.2.& tanto fortius Gratian.doctrina refellitur in loco ſupra citato, quia non loquitur de familia effectiua, & licet dicat de tranſuerſalibus, intelligitur tamen de deſcendentibus ex teſtatore, prout intelligit Menoch. d. conſ.633. & loquuntur DD.per eum allegati, ſimpliciter loquētes. Vltima coniectura quod ex vocatione maſculorum, & excluſione fœminarum cenſeatur inductum fideicommiſſum fauore familiæ ſimiliter refellitur, nam dum teſtator expreſsè dixit, ſit aliorū maſculorum de familia ipſius, colligitur induxiſſe fideicommiſſum eius fauore, ſed appellatione familiæ an effectiua, vel contentiua contineatur, vtique præſumendum erit, eos tantum de familia effectiua cōtineri, quod clarè demonſtratur ex diuerſitate familiæ, quæ erat ipſius teſtatoris nobilis, ſed alia ignobilis. Et ſic facta relatione in Sacr.Conſil. iunctis Dominis duarum Aularum die 14.Maij 1630. per Reg. Conſ.Octauium de Piccolellis, per idem Sacr. Conſil. fuit determinatum, dictam domū ſpectauiſſe, & ſpectare ad dictos Vincentiū, & Hadrianū de Sieri, & proinde condemnari debere Liuiam, & Victoriam de Sieri cōuentas ad relaxandum illam, & abſoluendas eſſe à fructuum perceptione, in Bāca Carboni, ſub patrocinio Dom.Franciſci Marciani cauſarum patroni primarij.

Tranſumptum teſtamenti reaſſumptum ex Archiuio publico, an fidē faciat in alijs locis vbi iudicium agitatur, quemadmodum accidit in tranſumpto teſtamenti conditi per quondam Alexandrum Rodulphi olim Marchionē Baſelicis, in quo dum fuiſſet oppoſitum pro parte moderni Marchionis de illius teſtamēti inualiditate, præſertim inter cætera vti deſumpti ex Archiuio Florentino non ſeruatis de iure ſollemnitatibus, vt ſupra in verbo ſtilus, fuit deductum, & pro eius parte dicebatur, leges dicti Archiuij nunquam de apertura teſtamenti locutas eſſe, nam cogitauerunt tantum de inſtrumentis, & teſtamentis, quorum copiæ à Notarijs infra certos dies ad Archiuium eſſent tranſmittēdæ, ad hoc vt ſcripturæ partibus tradendæ per Notarios facta collatione in Archiuio cū ſubſcriptione Conſeruatoris plenam fidem facerent, & de ſcriptura teſtamenti clauſa, & poſita in Archiuio, vt inde ſine legitima, & requiſita apertura extrahatur, nunquam in ordinibus Archiuij legitur, & diuerſitates tàm circa ſollemnia, quā aperturā aliorum teſtamentorum fuerunt ex eodem Archiuio iam obſeruata in teſtamento Petri Guicciardini, quo circa inutilis redditur propoſitio aduerſarij aſſerentis, hanc copiam dicti teſtamenti extractam ab Archiuio pleniſſimam fidem facere, etiā ex diſpoſitione iuris cōmunis, Auth.ad hęc, C.de fid. inſtr. ſiquidem ſi ambarū legum diſpoſitio intuatur, nil aliud ſtatuitur, niſi quod copia ſcripturarum originaliū, quæ proferuntur ab Archiuio publico, faciant pleniſſimam fidem, ſicut eorum originalia, at vbi originale eſt inualidum ob defectum ſollemnitatum; tunc ſumptum nequit habere maiorem fidem, quā originale extractum ab originale nullo, tanquam ex radice infecta cauſatum nullam fidem facit, Roland.conſ.26.num.11.lib.3. latè Honded. conſ.66.nu.101.lib.1. nec proinde contrarium potuiſſet ſtatui in legibus Archiuij, cum Princeps non poſſit ſcripturam inualidam ex defectu ſollemnitatum facere validam de poteſtate ordinaria in præiudicium partis, cap.1 de fide inſtr. Natta conſ.47.nu.5. lib.2.deficit etiam fides ipſius Archiuij, dum ſe refert ad obſeruantiam ſequutā in alijs teſtamentis, præſertim in teſtamento Guicciardini, & ſi rectè conſideretur, ipſa teſtamenta ſunt inuicē diuerſa: Primò, quia in teſtamento Guicciardini, in eius apertura inſeritur inſtantia, & mandatū intereſſe habentis, quod non fuit ſeruatum in teſtamento de quo agitur. Secundò, quia actus aperturæ explicarut per Notarium coram pluribus teſtibus præcedente actu rogationis cum ſua authentica, ac in hoc teſtamento vnus erat Notarius, confectionis, alius aperturę, alius Archiuij, & ſic remanſit apertura abſq; Notario, aut ipſius rogitu,

pitu, & fide nulla, dum quælibet ſcriptura Notarij corruat, ſi non adſit actus rogitus, §. nos autē, Auth. de Tabellionibus, poſt Ang. Rol. Cachet. Crau. Dec. Felin. & alios Honded. d. conſ. 66. nu. 5. vol. 3. Tertiò, ibi aderat exhibitio, ſeu præſentatio in Archiuio cū die præſentationis pro obſeruantia illius legum, in iſto deficit præſentationis dies, nam dum ſcriptura eſt præſentata infra quindecim dies in Archiuio, intelligitur traditum pro forma, ita quòd actus ipſo iure nullus ex lapſu temporis appoſitus redditur, ita ex Pariſ. Iaſ. & Felin. ac alijs probat Reg. de Ponte conſ. 60. num. 7. vol. 2. Quartò, in illo teſtamento adeſt conteſtatio aliorum teſtium tam præſcriptorum, quam inferiorū per nomina, & cognomina, & mentio ſigilli cum forma impreſſionis in iſto hæc forma in ſubſcriptione teſtium non fuit ſeruata. Vltimò, primo loco ſignata in ſigillo teſtatoris diuerſitas obſeruatur, fides illius teſtamenti ob ſeruatas ſollemnitates, prout in illo ex ſtilo dicti Archiuij omnino deficit, ſed ex parte Ludouici Rodulphi hæredis instituti replicabatur, in legibus illius Archiuij adeſſe ordinationem quandam in cap. 12. legum, & ordinationum Archiuium concernentium, & ſtatutum reperiri non poſſe cuilibet tradi copiam ſine tranſumpti inſtrumenti, teſtamenti, vltimæ voluntatis, aut alterius ſcripturæ, niſi fuerit ſubſcriptum ab vno ex conſeruatoribus Archiuij hoc modo, vidit A. conſeruator, quæ ſubſcriptio non fiat, niſi eidē conſeruatori facta fuerit fides à Cancellario, ſiue ab vno ex eis coadiutoribus, talem copiam concordare cū illa tranſmiſſa in Archiuio, & tali forma non ſeruata, nullam dictam ſcripturam fidē facere, deinde in cap. 15. ſtatuitur, tranſumpta facta iuxta ordinem ſupra dictum, etiam abſque citatione partiū, & non obſeruatis quibuſuis ſollemnitatibus à iure requiſitis, dummodo adſint rogiſus, & ſigna Notariorū, qui illa confecerunt, & ſubſcriptio vnius ex cōſeruatoribus Archiuij habeantur pro legitimè factis, & publicatis, ſemper, & vbique in perpetuum plenam fidem faciant, ac indubitatam probationē inducant, ſi ergo hæc lex municipalis iubet, copias, & tranſumpta ſcripturarum, & teſtamentorum in Archio exiſtentium non poſſe concedi niſi cum certis ſubſcriptionibus, & illis adhibitis iubet abſque alijs ſollēnitatibus à iure requiſitis pleniſſimam fidem facere, & teſtamentū iſtud productum eſt tranſumptum, & ab eodem Archiuio extractum cum originali, imò de verbo ad verbum tranſcriptum ab vno ex Notarijs coadiutoribus Archiuij, & ſubſcriptum ab vno ex conſeruatoribus, adeò vt omnia à ſtatuto requiſita impleta videantur, ſubſequitur, nullam vlterius aliam inueſtigationem eſſe neceſſariam, nec requiri alias ſollēnitates, quibus fuit derogatum, quod ſanè diſpoſitioni iuris communis eſt conforme, dum iſtud teſtamentum in publicam formam prodijt ex Archiuio publico, ex illo recipit vires, & pleniſſimam fidem facit, Auth. ad hæc, C. de fide inſtr. & ad præſtandum publicam fidem ſcripturę ſufficit, ſi Magiſtratus confiteatur illam ex Archiuio eſſe, Gloſ. in d. Auth. in verbo teſtimonium publicum, & ex eo tantum præſtatur ei indubitata fides, quia ex Archiuio prodijt, Gloſ. in cap. peruenit 30. quæſt. 1. in verb. Archiuijs, non enim præſumitur ab Archiuio exiſtere ſcripturam, niſi obſeruatis iuris ſollemnitatibus, ne dicatur deliquiſſe Archiuarium, text. eſt in cap. ad audientiā, verſ. licet non in noſtra, de præſcript. iuncta Gloſ. in verbo iuratus, quæ procedunt nedum in ſcriptura publica, ſed etiam in priuata, dummodo ab Archiuio extrahatur, ſic ex Gloſ. Bart. Bald. Alber. Iaſ. Caſtr. Abb. Felin. & cæteris fundat Oſaſc. deciſ. 69. ſub nu. 5. verſ. ijs accedat. Fuit tandem iudicatum pro validitate teſtamenti, vt in verbo teſtamentum apparet.

Trebellianica prohiberi an poſſit per teſtatorē, deciſū fuit affirmatiuè, ne detrahatur per Sac. Conſ. in anno 1600. in cauſa Victoriæ Boccalupo cum Franciſco Maturantio, ad relationem Reg. tunc Conſ. Marci Antonij de Pōte, teſtatur Mich. Zappull. in prag. 5. §. 10. ſub nu. 46. de admin. Vniuerſ.

Trebellianica an prohiberi poſſit etiam in filijs primi gradus, deciſū fuit affirmatiuè, Reg. Salern. deciſ. 48. in cauſa.

Trebellianica an competat hæredi inſtituto ab aliquo particulari cohærede fideicommittentis in bonis alterius cohęredis prædecedētis, qui etſi naturales filij nuncupati fuiſſent à fideicommittente, inde legitimati fuerunt, hoc cōtingit inter cætera diſceptari in cauſa Philippi Spinulæ cum Io. Baptiſta Cataneo, eo ſiquidē prius præſuppoſito, dum Baldaſſar Cataneus hæredes inſtituiſſet duos ſuos filios naturales in ſexta parte, cuilibet ipſorum aſſignanda, ac Dominicum fratrem ſuum in alia ſexta, & reliquas mandauit diſtribui per fideicommiſſarios, &c. cū prohibitione alienationis in forma, adijciendo, vt filij ipſorum inſtitutorum ſuccederent per viam maioratus, ſcilicet primogeniti ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, quibus decedentibus ſine filijs, ipſe Dominicus ſuccedere deberet, & inde eius filij ipſo defuncto, poſtmodum decedente vno ex dictis inſtitutis ſine filijs, mox alter pariter ſine filijs, inſtituto eius ſocero hærede vniuerſale, qui nedum immiſſionem in poſſeſſionem bonorum expoſtulauerat, ſed etiam vltra legitimam, & trebellianicam, non obſtante fideicommiſſo, ac ſubſtitutione prædicta, producendo in promptu legitimationes ipſorum Die 6. Maij 1613. facta relatione in Collaterali Conſilio iunctis tribus Aulis, deciſum fuit non competere Philippo Spinula legitimam, neque trebellianicam, & proinde non eſſe locum immiſſioni, penès Cioffum, vt teſtatur Reg. Conſiliar. benemeritus Marcellus Marcianus in conſ. 1. art. 4. à nu. 145. ad 187. & in conſ. 4. nu. 33.

Tribunal R.C.S. an ſit Iudex competens omniū cauſarum actiuarū, & paſſiuarum Pręſidentiū, & Rationalium ipſius, deciſum fuit affirmatiuè, vt refert Reg. Rouit. deciſ. 74. Aſcanius.

Truſ-

Digitized by Google

Truffator qualiter puniatur, quamuis in prima parte noſtri compendij eodẽ verbo truffator plura ad hoc deduximus, nihilominus ſupplendo ibi allegatis, refert Magon. dec. Lucenſ. 24. numer. 29. quod antiquitus grauiùs puniebantur illi truffatores, ac quidam truffator Bunoniæ fuit bullatus in fronte, cum ob debilitationem corporis non poterat deſeruire triremibus, refert Scappa in tract. de iure non ſcripto, lib. 5. tit. 201. nu. 10. & iterum ibidem fuit laqueo ſuſpẽſus nuntius, cui tradeti fuerant ducati centum, vt cuidam traderet, ita ex Imol. & Alex. probat Virgil. Pinzig. quæſt. Saxon. 48. nu. 20. & cumde hoc contingiſſet in facto, agitato M. C. in cauſa Regij Fiſci cum Franciſco Caſlietta inquiſito de truffa, fuit per M. C. condemnatus in exilium per biennium, in Banca ſtatum, ſed inde interpoſita appellatione ad S. C. ad relationem Reg. tunc Conſ. Io. Baptiſtæ Meliutis, per S. C. fuit declaratum, bene appellatum, & proinde carcere cedat in pœnam.

Tutela delata vitrico, antequam matrimonium fuiſſet contractum cum matre pupillorum, confirmari an poſſit ea mortua, contradicente altero conſanguineo proximo inſtante pro tutelæ cõſequutione, ſicuti ex facto percipiebatur, nam mortuo Iacobo Benino, ſuperſtitibus Angela, & Zenobia filiabus conſtitutis in infantili ætate, necnon Ioanna Geruina eius matre, quæ cum ad ſecunda vota pertranſire intenderet, poſt certos menſes ad denunciando Regiæ Curiæ Theatinæ, offerẽdo computa reddere, inſtitit prouideri de legitimo tutore dictis filiabus, & in defectum nominauerat Ioſephum Fanzagum, cum quo matrimonium contrahere intendebat, ſicque citatis agnatis, & cognatis, præſertim Auguſtino Cauallina, & capta informatione de eius inhabilitate, ac de idoneitate dicti Ioſephi, fuit dicta tutela per eandẽ Curiã ei delata, qui adimpleuit adimplenda in forma, & licet de hoc proclamaſſet ad S. C. petendo excludi facere vitricum vti ſuſpectum, & ſe admitti, probando ſe idoneum, & habilem, attamen vnquam obtinere potuit illam à S. C. ſuccedente inde obitu ipſius Ioannæ, cum iterum ipſe Cauallina prætendiſſet eundem vitricum excludere, & ſe admitti, nihilominus ex parte ipſius vitrici dicebatur ex pluribus, tutelam ſibi delatam fore confirmandam: Primò, exulente affectatione ipſius Auguſtini ex reiteratis inſtantijs, proceſſu compilato cũ multis expenſis, & laboribus, ſubſequitur, cauſam ipſam legitimam eſſe illum excludẽdi, ad text. in l. ſcire oportet, §. fin. ff. de tutor. & curat. datis ab ijs, ibique Bart. quẽ cum alijs citat Conſiliar. Theodor. allegat. 74. nu. 4. vltra Maynar. deciſ. 87. nu. 4. Secundò, quia notoriè ex ſcripturis, atque teſtibus probatum fuit, dictum Auguſtinum eſſe decoctum ſua potius imprudẽtia, quinimò dum ſe, ſuaq; gubernare nequiuerat, ita aliena gubernare nõ præſumebatur bene, cur enim ei talis adminiſtratio concedenda erit? ad text. in l. in poſtulandis, C. de teſp. tut. Tertiò, quia dictus Auguſtinus erat Fundacherius ſalis in Terra Piſcariæ, & ibi Scriba rationis, qui in beneficium Curiæ fideiuſſionem præſtiterat duc. 3000. vnde reſultat, certum eſſe, q. ij, qui cũ Fiſco contrahunt, ſunt à tutela excludendi, & illis deferri non poſſit, ad text. in l. vel eum Fiſco, vbi Gloſ. ff. de confirm. tutor. & l. 1. C. ne tutor. vel curat. vectig. cond. & ſic reiecta hac prætẽſione ipſius Auguſtini, infertur ad confirmationem tutelæ prædictæ in perſonam ipſius Ioſephi, & principaliter quia ipſe fuerat nominatus à dicta Ioanna, antequã ad ſecunda connolaſſet vota, vt docuit Bald. per illum text. in l. vlt. C. de conf. iud. tut. ibique notat Gloſ. in verb. proponit, & facit text. in l. 1. vbi Gloſ. in verbo vitricum, C. vbi pup. educ. deb. ſequitur Io. Neuiz. in eius ſylua nupt. lib. 2. nu. 31. vltra Ruin. conſ. 87. nu. 15. vol. 5. & vti nominatum à matre cæteris præferendum, quamuis legitimis, retulit Gloſ. in l. ſi quis ſub conditione ff. de leg. tut. quam ſequutus eſt Specul. poſt eum Salyc. & Dec. conſ. 614. nu. 7. Borgn. in tract. de tutor. cap. 1. nu. 289. vbi hoc dat pro cauthela, quod nominatur per matrem vitricus in tutorem antequam ſecum matrimonium contraheret, quibus accedit Boer. deciſ. 166. nu. 4. & inde per Iudicem dari debet cum inquiſitione, Menoch. de arb. Iudic. caſu 151. num. 2. & 5. & cum hac opinione reſidet Gutiet. in tract. de tutel. cap. 8. nu. 67. quem ſequitur Caſtill. deciſ. Sicil. 8. nu. 18. vol. 1. ijs etiam accedit conſil. Curtij iunioris 94. in Addit. 1. part. qui nu. 5. benè fundat, quod quando mater tutrix vult ad ſecunda vota tranſire, & adit Iudicẽ pro decreto faciendo tutelæ eius filijs deferendæ, tunc pro tutoris prouiſione dat locum datino, vel legitimo; ex ſententia Bart. Salic. & aliorum in Auth. Sacramenta, C. quando mul. tut. offic. fung. pot. per l. ſi quis ſub cõditione ff. de teſtam. tut. & l. 3. §. quod poteſt ff. de legit. tut. & concludit de veriori, & communi opinione idem ibidem, vbi num. 7. & 8. concludit ex Bald. in l. fin. C. de contr. iud. tut. quod aut mulier reddit rationes adminiſtrationis tutelæ, & tunc poteſt eſſe tutor vitricus priuigni, aut non reddit, & tunc datur curator in adiunctum, vltra hoc in conſideratione erit habenda alia ratio, nempè cum dictus Ioſeph cũ dicta Ioanna filiam genuiſſet, quæ in caſu mortis dictarum pupillarum eius ſuccederet, & ſic particulare intereſſe in adminiſtratione dicti patrimonij habeat, vnde præſupponi debet, illud potius augere, quam diminuere velit, & ſucceſſiuè ſubſequitur, ab eo tutelam non eſſe auferendam, ſed potius confirmandam. Ideo facta relatione in S. C. per Reg. Conſ. D. Didacũ Varela die 10. Februarij 1629. fuit per S. C. deciſum, quòd tutela retineatur penès dictum Ioſeph. Fanzago, donec aliter fuerit prouiſum per S. C. & eius adminiſtratio cõmittatur penès Iſabellam Conuerſani, vt ex actis in Banca de Scacciauento.

Tutela, ſiue cura alicuius danda, cui potius erit concedenda, an nepoti ex ſorore, an alteri proximiori agnato vigore fideicõmiſſi ampliſſimi vinculationis feudorum, an nepti

ſorori nepotis concurrentibus multis qualitatibus, licet domini numero duodecim fuiſſent in paritate votorum, ſed poſtmodũ tranſmiſſis votis ad ſupremũ Conſilium Italię, fuit cura Ill. Principis Biſiniani conceſſa D. Lælio Vrſino nepoti ex ſorore, ſed cum multis conditionibus adiectis, etiam circa exactionem introitiuum, & ſolutiones faciendas creditoribus, ita vt potius nudus miniſter diceretur, ſic retulit Conſ. Marcell. Marcian. in conſ. 39. Don Lęlius, vbi in fine deciſionem poſuit.

Tutela alicuius pupilli an potius auo paterno, quam matri erit deferenda, in hoc articulo ſciendum erit, in iure validum eſſe argumentum ab ordine, de quo ſatis per Euerard. in eius topica loco ab ordine, vbi nu. 2. notat, argumentum frequens eſſe ab ordine in libellis, iudicijs, contractibus, & vltimis voluntatibus, quo fit, vt cum in Auth. matri, & auiæ, C. quando mul. tut. offic. fungi poſſ. primo loco mater nominatur, & poſtmodum auia, ad quod Imperator inquit, matri, & auiæ ſecundum ordinẽ tutelam etiã ante agnatos ſubire permittimus, vbi Gloſ. in verbo ſecundum ordinem ſubdit, cum primo matre, ſecundo auia admittatur, Gutier. de tutel. cap. 8. ſub nu. 14. verſ. ſtantibus autem, & congruenter, nam primo loco nominatus præcedere dẽt, Frãch. deciſ. 75. nu. 1. quæ præſcruntur etiã auo paterno ipſius filij, ex Gloſ. in Auth. de hæred. ab inteſt. venient. §. 1. & ſecundum communẽ, de qua teſtatur Papienſ. in ſua praxi, quem citat Mancin. in tract. de tutor. quæſt. 5. num. 15. Paul. Montan. de tutel. cap. 15. nu. 24. Michael Craſſ. inter com. opin. lib. 5. tit. quando mul. offic. tut. fung. poſſ. nu. 4. & iuxta hanc opinionem deciſum refertur per S. C. apud Affl. deciſ. 183. & 281. imò etiã per Collaterale Conſilium referente olim D. de Franch. in dec. 10. non defuerunt, qui contrariam opinionem tenuerunt, cuius anteſignanus fuit Iacob. Beluiſ. in § fin. Auth. de hæred. ab inteſt. quem referunt Mancin. & Craſſ. vbi ſup. Nihilominus in cauſa Mutij Gautiero aui paterni Gratiæ Gautiero pupillæ, cum de hoc fuiſſet in M. C. dubitatum, dum mortuo Honofrio Gautiero ab inteſtato, ſuperſtite Gratia eius filia in infantili ætate præfatus Mutius auus illius petijt, dictam pupillam hæredem vniuerſalem declarari ab inteſtato, & conſequenter ipſum auum, & legitimum tutorem, & adminiſtratorem, dicebatur pro reuocatione decretorũ factorum in beneficium matris, eſſe de iure clarum, quod filij ſunt in poteſtate patris, eorumque filij, & deſcendentes, qui reſpectu ipſorum diceretur auus, §. qui igitur, Inſtit. de patr. poteſt. ita quod in dubio præſumendum erit, filium eſſe in poteſtate patris, l. ſi emancipati, C. de collat. Corn. Bon. & Alciat. quos probat Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. vlt. nu. 100. & conſequenter nepotes ſub aui poteſtate comprehẽdi dicunt, ex quo patria poteſtas in auo præcipuè conſideratur, cum ipſe appellatione patris etiam in ſtatutis comprehendatur, l. iuſta interpretatione ff. de verb. ſignif. Aſcan. Clement. d. tract. in 1. effectu, ſub nu. 21. adeo quod vno moriente, alij in eadem poteſtate remanent, nec ab ea liberantur, niſi per mortem habentis in poteſtate, vel emancipatione, ac alijs caſibus notatis in tit. Inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſolu. idcirco mortuo patre, & in tutela eius filiorum impuberum concurrentibus auo in poteſtate nepotes habente, ſimiliter & matre impuberũ, nulli dubium erit, quin auus præferendus ſit, vt notat Gloſ. in d. Auth. matri, & auiæ, & melius in corpore vnde ſumitur, d. Auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. ex ijs, collat. 9. conſt. 1. verſ. hæc enim ſeruãtes omnibus à latere cognatis quo ad tutelam præponuntur, &c. ſi ergo cognatis à latere, igitur non aſcendentibus, idque tenet Salyc. in d. Auth. matri, & auiæ, nu. 5. ijs verbis, an auus paternus matrẽ pupilli excludat, vel è contra, & loquor, quando pupillus non eſt in poteſtate aui, nam ſi in eius poteſtate eſſet, fruſtra de eius tutela tractaretur, hæc ille, ibidẽ Alber. nu. 3. hanc ſequitur opinionem pro auo contra matrem. Hoc præſuppoſito exiſtente morte Honofrij, Gratia eius filia remanſit ſub poteſtate, & legitima adminiſtratione aui, prout ex Cort. conſ. 129. nu. 11. lib. 1. & Marant. conſ. 51. firmat Conſil. Paſcal. in tract. de virib. patr. pot. part. 2. cap. 1. nu. 59. & part. 3. cap. 10. nu. 3. cum alijs allegatis per Viſcont. in Addit. ad d. deciſ. de Franch. 10. qui idẽ firmat procedere in balio, ex aperta Gloſ. in Conſt. Minoribus, vbi Affl. & clarius ex Andr. in Conſt. In aliquibus, col. 2. in verſ. ſi vero minores, dicente, quod nõ ex hoc, quod quis habet fundum, vel peculium caſtrenſe, deſinit eſſe in poteſtate aui, & ei erit prouidendum de tutore. Nec proinde officiunt deciſiones prolatæ in beneficium matris pupilli, vt ſupra relatæ ab Affl. & Franch. ex quo ex cauſis in eis notatis aliter dicendũ erat, quia dicebatur, auum emancipaſſe filiũ, & ob talem emancipationem quoque nepotes eximi ab aui poteſtate, vt ex Cyn. in d. Auth. matri, & auiæ notat Mancin. vbi ſupra, ſequendo Maſuer. in ſua praxi tit. de tutel. & curis, num. 5. qua ceſſante emancipatione pro auo erit decidendum, & non aliter. Tandem die 8. Nouembris 1625. fuit per M. C. V. iudicatum pro auo, ad relationem Io. Dominici Taſſoni illius Iudicis, in Banca Io. Dominici Sixti Mag. Act. ſub tutela Alexandri Gennarelli V. I. D. ſolertiſſimi.

Tutor an contutori rationem adminiſtrationis reddere debeat, vel pupillo, nam in facto proponebatur, quod cum quidam tutor prætenderet eſſe creditorem pupilli, intendebat rationes adminiſtrationis reddere contutori, hæſitatum fuit, quid iuris in S. C. & certum eſt in iure, quod tutor alteri tutelã remittens, à pupillo conuenitur, ac ſi remiſſa non fuiſſet, ex notabili conſ. Aym. 371. volum. 3. firmat Iallong. Racemat. iuris 70. nu. 9. ſicut confeſſio ſecundi tutoris, quòd ratio primi tutoris ſit benè reddita, non nocet pupillo, Gutier. de tutel. 3. part. cap. 1. nu. 122. ſed punctualiter ſi contutor teneatur reddere rationem ſuo contutori, aut adminiſtrationem communicare,

attin-

attingit Barth.Cepoll.conſ.ciuil.56. in Chriſti nomine, vol.1.nu.4. vbi tenet, quod tenetur, & maximè pendente adminiſtratione tutelæ, Paul.Montan.in tract.de tutel. cap.3.num.36. vnde ſicut contutor non poteſt rationem petere adminiſtrationis durante tẽpore ab alio contutore, idem cap.29.nu.228. ita è contra, & propterea facta relatione in Sacr.Conſ. die 9. Octobris 1628. per Reg.Conſ. D.Franciſcũ Salgado, fuit datus curator ad litẽ, iam quod fuerat tutela expirata per pubertatem adulti, in cauſa tutorũ hæredis quond. Io. Petri Caualerij, in Bãca Carboni, imò etiã tutor creditor ſi vult ſibi ſatisfieri ab infante datur ei curator, nec citandus eſt ſubſtitutus, Maſtrill.deciſ.73. num. 5. & 6. ſequitur Maia conſult.12. nu.10. conferunt ijs conſimilia relata ſupra in prima parte noſtri compendij, verbo quietatio facta, vbi refertur deciſio emanata contra quietationem factam à tutore in beneficium Procuratoris, ſeù negotiorum geſtoris, & ſimiliter corroboratur ex eo, quod hæres poterit facere dare curatorem hæreditati iacenti ad probandum ſuum creditum, ita & tutrix ſi vult ſatisfieri de dotibus ſuper bonis infantis debet dari curator ad lites, probat Ant.de Virgil. in tract.de legit. perſon. cap.1. num.21.

Tutor debita pupilli ſi ſoluerit alteri contutori, an conſequatur liberationem pl. nuſſimam, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa Thomæ Saraceni cum Donato Maria Guarino, penès Verruſium, tradit Io.Bapt.Hodiern. in Addit.ad Surd.deciſ.229.nu.15.

Tutor, ſeù balius neptis, & creditor vigore legati paterni in certa pecuniarum quantitate, an præſumatur ſibi ipſi ſatisfeciſſe, ita quod ſuccedente eius obitu, eius hæres nil prætendere poſſit, vel ei erit quantitas relicta ſoluenda. Per ea, quæ ex facti ſerie compertũ apparebat, Ill.Berardinum Caſtriota Ducẽ Ferrandinæ, Comitem Cupertini, ac Dominũ Terræ Galatulæ, ſuum condidiſſe teſtamentum, in quo poſt inſtitutionem vniuerſalem factam in beneficiũ D.Ioannis primogeniti, reliquit inter cætera legata D. Alphonſo ſecundogenito pro omni iure hæreditatis, ac vita militia ei cõpetenti, vt conſignaretur Ciuitas Ruborum redimenda, ſeù emenda à poſſeſſore pro ducat. 15000. iuxta conuentionem habitam cum Procuratore, interea contracto matrimonio inter dictũ D.Ioannem, & D.Ioannam Gaetanam, ſuſcepta fuit D.Maria filia vnigenita, cuius baliatus, & tutela ex mandato Imperatoris demum peruenerat ad manus ipſius D.Alphonſi creditoris, qui ob eius ſeruitia de nouo obtinuerat ſtatum prædictum iam prius deuolutum ad Regiam Curiam ob mortem dictæ pupillæ, licet bona burgenſatica in poſſe eius matris D. Ioannæ vxoris Ducis Neritonis remanſa perſiſterent, & iterum poſtea deuolutum ad eandem Regiam Curiam ob mortem D. Antonij filij eiuſdem D.Alphonſi ſine filijs, comparuit D.Camilla Caſtriota vti hæres dicti D.Alphõſi patris per intermediam perſonam ſui fratris D.Antonij, vt condemnarẽtur poſſeſſores bonorum feudalium, & burgenſaticorum ad ſoluendũ legatum olim factum eidem D.Alphonſo, & licet pro parte tam Regij Fiſci poſſeſſoris bonorum feudaliũ, quàm Ducis Neritonis poſſeſſoris bonorũ burgenſaticorum fuiſſet principaliter oppoſitũ, quod dum ipſe D.Alphonſus creditor demum fuiſſet cõſtitutus balius, & tutor eius neptis, debuit ſibi ſatisfieri, nam non eſt improbatum, quod tutor non poſſit ſibi ſatisfacere de eo, quod pupillus debet ei, imò hoc ei conceſſum, Cancer.variar.reſolut. tom.2.cap.9.num.25.Montan.de tutel.cap.3 a. reg.9.nu.17.& ſi id non fecerat, ſibi imputandum erat, ex text.in l.quoties, §.ſicut ff.de adminiſtr.tutor.& in l.debitor ff.de negoſt.geſt. l.fiſtulam, §.ſi fundum ff.de contrah. empt. & tex.in l.3.§.quid ergo ff.de cont.iud.tutel.quẽ ad hoc expendit Roman ſingul.103.tu habes, ex quibus concluditur, quod potius ſibi, quã alijs ſoluere tenetur, ſequitur idem Roman. conſ.187. in fine, & conſ.111. vbi conſimilem caſum poſuit per d.l debitor, ſequitur Alex.in l.Mæuia, §.fundus, in Addit.ad Bart.in verbo renunciare ff. ſolut. matr. ad idem eſt text.in l.peculium, la ſeconda, §.præterea, verſic.ſanè cum ex cæteris ff.de pecul.per quem tex. Ang. legit in §. peculium, poſt l. ſed ſi damnum ff. eod.dicendo, quod adminiſtrator tenetur à ſe ipſo exigere, idem in ijs, quæ merè dependent à ſuo animo, ſemper præſumitur exigi feciſſe, quod notandum dixit Afflict. deciſ.13. nu.16. quod in adminiſtratore præſumitur quod adduxerit de illis bonis, quæ ſunt deſcripta in inuentario, modo quo demonſtratum eſt in liquidatione bonorum, & munitionis Caſtri Cupertini, quod idem adminiſtrator, & tutor erogauit de introitibus ſtatus D.Mariẹ pupillæ duc.vltra 60000.nec apparet exitus aliũde; qua de re dicendũ non erit, ſibimet patri ſatisfeciſſe, vel debuiſſe, & ſi non fecit, ſua eſt culpa quoad ſe, & hæredem ſuum, etiã reſpectu alterius ſolutionis, quã facere tenebatur vitæ, & militiæ D.Ferdinandi ſui fratris, & patrui dictæ pupillæ, ita quod de omnibus iſtis hæres iſte tutoris præſtare tenetur, vnde quemadmodum creditor adminiſtrator bonorum debitoris ſui, præſumitur ſuum exigiſſe, ſi præſertim inuentarium non conficiat, latius Menoch.de præsũpt.lib.3.præſ.135. nu.13.& nu.17. ſubdit, quod præſumitur, & reliquum ſibi ſoluere, ſi partem debiti conſequutus fuit, ita pariter & tutor, ex Afflict. & alijs allegatis per Magon. deciſ. Florent. 121. num.6. Sed ijs replicabatur, regulam ſupradictorum iurium intelligendam eſſe, vt procedat duobus concurrentibus: Primò, quando creditum conſiſteret in pecunia, & illa adeſſet in hæreditate, ex qua poterit tutor ſibi ipſi ſoluere, vt expreſſim I.C.in d.§.ſicut, ibi, ſi modo fuerit pecunia vnde ſoluat, & pariter loquitur text.in d.l.debitor, ſic declarat Aret.in §.actionum autem, nu.46.Inſtit.de action.nec proinde verum eſſe videtur, tutorem amittere actionem, ſi ſibi nõ ſoluit, etiam parata pecunia, niſi quando illa pecunia perijſſet, etiã

ſine ſui culpa ordinata ad perditionem, & ſic loquitur text. in d.l.debitor, alias vſurarum tantum actionem perderet, vt loquitur tex. in d.§.ſicut, ibi, & ſi vſuræ fuerint grauiores, &c. & hoc eſt, quod dixit Soc.conſ.180. in 2.dub. vel Secundò in matre, quæ remāſit tutrix filij, & creditrix in dote, nec præſumendũ ſibi ipſi tutorem ſoluiſſe, ex d.l.peculium, la ſeconda, §.1. nam loquitur in debitore pupilli, vt præſumatur à ſe ipſo exigiſſe, à quo potuit abſque iudicio exigere, ita vt ſi vſurę prius non debebantur, de cætero currant, & ita cōcordat text. allegatus ibi per Gloſ. pro concordante in l. ſi pupilli, §.fin.ff.de negot.geſt.& l.qui ſine, & l.ſiue autem, ibi, ſi modo, &c. ideo ceſſabat ex hoc obiectũ, & pariter quia eramus in certa ſpecie legata, quæ non erat in hæreditate, quo circa diſpoſitio l. fiſtulas, §.1. ff. de contrah. empt. ceſſabit, taliter ꝙ nec etiā conſtabat, illius poſſeſſorē recuſaſſe vendere, ita quod debitum remāſiſſet in quantitate, & æſtimatione rei, §.non ſolũ, Inſtit.de legat. nam termini non ſunt pares, & hoc ſolum ſufficeret pro reſolutione dubietatis, tum quoque, quia etſi debitum à principio fuiſſet in quantitate, quę erat duc.15000. non conſtabat fuiſſe paratam in hæreditate, præſertim tēpore ſuſceptæ adminiſtrationis, vel poſt, ſed totum contrariũ apparebat, poſtquam adminiſtratio peruenerat ad ipsũ D. Alphonſum contractis ſponſalibus pupillæ cum eius filio, & omnia bona ex tunc fuerunt data in dotē, & ſpecificè declarata cōſiſtere in ſtatu, & Terris feudalibus eiuſdem pupillæ, quorum tantum adminiſtratio ad ipsũ deuenerat, nil tamen de pecunia, quæ ſi fuiſſet tunc temporis parata, veriſimiliter fuiſſet expreſſa, & in dote cum alijs bonis conſtituta, & pro eis conſtitutum antefatum, quod apparet ſolum conſtitutum ducat.4000. habita cōſideratione ad ſtatum, & feuda tantum, ergo ex ijs apparet, nullam pecuniarum quantitatem perueniſſe ad D.Alphonſum, ex qua potuiſſet ſatisfieri ſibi, nec pariter antedictum tempus apparet, adminiſtrationē fuiſſe delatā eidem à morte D. Ioannis patris pupillæ, prout aliqui teſtes examinati in cauſa Ducis Neritoni cũ Regio Fiſco aſſerebant, & variè, poſtquā ex authentico priuilegio exhibito liquebat, baliatum dictæ pupillæ primo loco fuiſſe commiſſum per Cæſ. Maieſt. Ioannæ olim Reginæ Regni huius, & quādo fuerunt cōtracta ſponſalia interuenerat D.Ioanna Caſtriota vti balia, & ſuccedente diſcordia inter dictam D.Ioannam, & Ill. Honoratum Gaetanũ auum, placuit dictę Cæſ.Maieſt. poſtea committere eidem D.Alphonſo, imò nedum de proprietate ſibi ſoluere non poterat, neque etiam de fructibus feudorum, quorum reditus aſcendebant ad ſummam ducat.2642. qui non ſufficiebant ſatisfactioni onerum, ac alimentis pupillæ iuxta eius qualitatem, & ſi aliquid ſuperfluiſſet in neceſſarijs reparationibus domus, ac feudorum fortalitiorum impenſum fuerat, ita quod durante decēnio dictæ adminiſtrationis nequiuerat ſibi ſoluere tantam ſummam, quam in partē recipere non tenebatur, ex quo non erat annua præſtatio, ſed quātitas certa relicta pro omni portione, ad tex.in l.quidā æſtimauerunt ff.ſi cert.petat. at cum ſuperfluum annuorum introituum in alias iuſtas cauſas pro vtilitate ſtatus, & pupillæ erogauerat, ceſſare etiam videbatur diſpoſitio ſupradictorũ iurium, vt expreſsè patet in dict.l.debitor, ibi, ſi vero iuſta cauſa fuerit præterquam, &c. vbi Angel. notauit, & Rom. conſ.187.nu.5. ex quibus patet, non potuiſſe ſibi ſoluere, aut ſatisfieri, nihilominus cōtrarium fuit deciſum per R. C. S. vt ex voto Regentis Salernitani deſcripto in allegationibus ipſius D. Camillæ apparet huiuſmodi videlicet. Die vltimo Ianuarij 1575. fuit abſolutus Regius Fiſcus, hæc ille.

Tutor, qui ſemel rationes adminiſtrationis pupillo reddit, an iterum reddere compellatur prætextu doli, vis, metuſuè, aut læſionis enormiſſimæ, cum igitur de hoc fuiſſet in controuerſiam deductũ in S. C. in cauſa Ferdinandi Belli cum hæredibus quond. Michaelis Tizzani, licet diceretur ex parte actoris, quod dolus præteritæ adminiſtrationis ineſſet ipſi liberationi, eamq; reddit nullā, vt probat Paul. Staiban. conſ.89.nu.27. nam dolus nunquam comprehenditur in quietantia generali, ita Intrigl.deciſ.Sicil.17.nu.10. vbi etiam dixit, ſi ea fuerit iuramento confirmata. Nihilominus ex aduerſo replicabatur, quod ratio ſemel reddita, amplius reddi nō debet, l.ſemel, C.de apoc.publ.lib.10. ibique notant poſt Bart.omnes DD. Didac.Caſtell.in tract.de rat.redden. inſerto in comment.ad leges Tauri, p.5. verſ. fallit primo, Iodoch.Damhaud. in patroc.pupill.cap.3.n.15.Rebuff.in l.boues.§.inter ædere, & reddere ff.de verb. ſignific. Gutier.de tutel.part.3.cap.1.nu.114.Menoch.de arb.Iudic. lib.2.cent.3.caſu 209.nu.37.Eſcobar de ratioc. cap.41.Farinac.conſ.7.vol.1. & ita iudicatum in debilioribus terminis huius cauſæ per Rotam Romanam deciſ.157.iuncta deciſ.158.diuerſorum, ac iterum in deciſionibus recollectis per Farinac.deciſ.184.part.2.tom.3. & reuocatam ſententiam in contrarium prolatam per Rotā Lucenſem apud Merlinum dec.61. quibus addo alios Doctores relatos per Caſtill.deciſ.Sicil.202.nu.1.vbi de eodem articulo agit, & proinde doli actio nō aliter permittitur, niſi cauſa cognita, & quando alia non competit, l.2.C.de dolo, & per lapſum biennij extinguitur, l.optimum, C.de dolo, Iaſ.in l.cũ mota, nu.26.C.de tranſact. Cephal.conſil.192. nu.22.lib.2. Celſ.Bargal. in tract.de dolo, lib.6. reg.10. & fortius accedente renũciatione expreſſa, vel ſpecifica, idem lib.2. tit.de præt. vel fut. dolo, nu.24. ita quod nec hoc caſu quippiam operaretur, etiam infra biennium dolus præſumptus, Menoch.d.caſu 209.in fine, ſimiliter vis, & metus ob lapsũ anni nil officeret, l.ſi cum exceptione ff.de eo, quod met. cauſa, & l.ſi per vim, C. eodem, nam vltra, quod de ijs nil conſtabat, & quando conſtaret, eſſet purgatus, quia maior factus habuit ratũ contractum per quinque annos, Decian.conſ.16. nũ.10. vol.1. & per ſpontaneum implementũ

inde

inde ſequutum, l.2.C.quod met.cauſ.Anchar. conſil.382. in fine,& ob plura facta, & ſubſequnta ex interuallo, Rol.conſ.83.nu.39.vol.2. pariter & error calculi ceſſare videbatur,cum huic beneficio fuiſſet renunciatũ,quę renunciatio valida reputatur, cũ fieri cõſuetũ eſt, & niſi fieret,nullus eſſet finis litium,Damhaud. d.cap.3.nu.18.Eſcobar cap.41.num.36. poterit enim ſemel calculatum tranſactione, vel pacto confirmari,paciſciq; de illi perpetuò ſtando,& non contrauenienda, Paul.Montan. in tract. de tutel.cap.38.nu.160. adeo quod cum contractus ex conuentione legem accipiant, ſi conuentio fieret contra ſubſtantiam contractus,etiam tunc non eſſe locum reiterationi, aut reuiſioni rationum,voluit Eſcobat. cũ allegatis d.cap.41. num.31. & eo amplius vbi nullus error fuerit propoſitus, ita quod nec ſufficeret,in genere dicere fuiſſe erratũ, DD. in l.vnic.C.de error.calc.Gutier.de iurament. confirm. part.1.cap.40.num.15. Seſe deciſ.38. & ſic maior factus, licet in computando poterit gratiam facere,& inde remittere,non tamen poterit pœnitere feciſſe, neque gratioſá calculationem petere reintegrari, Paul.Montan. d.cap.38. num.165. quantum vero ad læſionem pertinet,ex lectura inſtrumenti apparet non ipſum Ferdinandum,ſed dictum Michaelem læſum fuiſſe blandis verbis, & adulationibus ipſorum de Bello nepotum ad remittendum notabilem quantitatem pro educatione, alimentis, & expenſis, quæ Michael retinere potuiſſet,& merito Eſcobar d.cap.41. nu. 36. aduertit in hoc eſſe habendam rationem liberati,& liberantis,quę inſurgit ab ijs, quæ ex inſtrumento leguntur, hoc eſt ſimplicitas,bona fides,& liberalitas Michaelis,ſicuti è cõtra verſutia,& aſtutia dictorũ de Bello renunciantium incertis,& conditionalibus iuribus ad alliciendum Michaelem puro,liquido, ac vero credito. Inſuper actuum geminatio,& reiteratio non vno contextu,& incontinenti, ſed ex interuallo excludit omnem, & quamcunque ſuſpitionem fraudis, doli,erroris,& læſionis, non numeratæ pecuniæ,exceptionis, reique nõ traditæ ob enixam voluntatem ex deliberata ſcientia,contra quã ignorantia non prǽſumitur,ac multos effectus parit, quos congerit Decian. conſil.46. num.37. vol.2.Ant.Corſet.in tract.de verb.gemin.n.19. in fine, & fortius operari debent quatuor inſtrumenta deſuper celebrata, ex quibus repetitis inter affines reſultat ſæpiùs repetita ratio, ad text.in l.Procula ff.de prob. Afflict.deciſ.13. num.11. & 12. quæ ſiquidem repetita ratio ob diuiſionem repetitam reliquatus inter eoſdem factam vi dicti inſtrumenti maioris roboris conſideratur, cum eadem diuiſio ſubrogetur in locum calculatæ rationis, & plus operatur, quam ſola ſæpius calculata ratio, Grammat. deciſ.103.num.39.Balb.de præſcript.3.part.quæſt.10.nu.43.cum præſumatur probata,quæ eſt præambula diuiſionis, ſine qua rarò ſolet fieri diuiſio, ita Gratian. deciſ. Marchiæ 46. n.7. quapropter ſubſequuta ratificatione quietationis poſt cõpletos annos 18. ob diuturnum ſilentiũ ob lapſum quadriennij expirauit in integrum reſtitutio, l.fin.C.de temp.in integr. reſtit. ideo reſciſſio quietationis, ac liberationis fruſtra petebatur, l. fin. C. ſi maior fact.rat.hab. Ludou.Molin. de iuſtit. & iur.in tract.2.de contract. diſput.562. nu.6. eo magis in Regno, vbi maior intelligitur qui annum 18. exceſſerit ex Conſtit. Minorũ iura. Nec propterea refragantur conſ.Socin. ſen. 92. vol.4. Roland.conſ.49.vol.1. Anchar. conſ.333.& quæ concludunt Plot.de in litem iur.§.5.num.36. Gutier.de iur.confirm.part.1. cap.40.nu.7.& in tract.de tut. & curat. part.3. cap.1.num.119.Eſcobar.d.cap.41.cum ea procedant, vbi tutor extorſiſſet à minore,& adulto doloſam,& erroneam quietationem,non redditis verè,legitimè, plenè, & ſufficiẽter rationibus,iuxta terminos l.cum ſeruus,& l.qui ſub conditione ff.de cond.& demonſt. iuncta l.vlt.§.inter cætera ff.de liber.leg.l.ſi ita fuerit, §.quæſtio hæc ff.de manum.teſt. Et ſic facta relatione in S.C. per Reg.tunc Conſ.Fęlicem de Ianuario ſub die 29. Maij 1629. deciſum fuit,eſſe procedendum ad diſcuſſionem partitarum contentatum in inſtrumento quietationis inito inter partes ſub die 14.Februarij 1620. à reliqua vero adminiſtratione tutelæ dictum Horatium Tizzanum eſſe abſoluendum nomine vt in actis, poſtmodum ad relationem Reg. Conſil. D. Franciſci Sapij die 6. Aprilis 1631. fuit per S.C. deciſum,bene prouiſum, & pro exequutione ſententiæ procedatur ad diſcuſſionem bonorum mobilium remanſorum in hæreditate quond. Ferdinandi Belli ſenioris, & nihilominus ex cauſis diſcuſſis dictum Horatium Tizzanum nomine vt in actis eſſe condemnandum, & condemnari debere ad reddendum compotum adminiſtrationis ſocietatis adminiſtratę per quon. Michaelem Tizzanum ab anno 1593. vſque ad annum 1630.tantum,vna cum reliquorum reſtitutione, vt ex actis in Banca de Fęlice, ex ijs conuenit deciſio allegata Caſtilli.

Tutor relictus à matre ſuis filijs,& confirmatus per Iudicem, ſi compertum fuerit, ipſum implicitum eſſe cum Fiſco in conductione gabellarum,ſeù arrendamentorum,an remoueri debeat à tutela, nã ſucceſſo obitu Io.Andreę de Auitabile relicta Angela Cirillo coniuge tutrice teſtamentaria,quæ poſtmodum in vltimis conſtituta ſuos filios hæredes inſtituit, eiſque tutorem reliquit Coſmum Cirillum eius patrem, qui vigore teſtamenti fuit per M.C.V. confirmatus, quapropter de iure videtur eſſe inhibitum matri ius dandi tutorẽ filijs, l.pero,§.mater ff.de leg.2. probat nouiſſimè Marcell.Conuerſ.in tract.de tutel.& cur. tit.de tutel.§.3.nu.32.vbi addit rationem,quia fœminæ non habent filios in poteſtate, §.fœminæ, Inſtit.de adopt. & ad hoc vt valeat datio tutoris,non ſufficit,vt legitima à matre filijs relinquatur,vt confirmari poſſit tutor,d.l. peto, §.in rem, Roman. conſ.188. quem probat Ant. Piagg. in tract.de tutor.& curat. q.3. nu.28. Conuerſ.ibid. nu.38. ſed exquiritur,vt filium,ſeù filios totaliter hæredes inſtituat, vt

recte

rectè tutor datus confirmari poſſit, Bald. in l. mulier ff. de confirm. tut. Ant. Piag. ibi nu. 29. & longè Conuerſ. vbi ſupra, ſubdens ex multis nu. 36. non eſſe tantam ſcrupuloſam inquiſitionem faciendã hæredibus filijs inſtitutis, ſicuti è contra. Et ideo cum per dictam Mag. Cur. Vic. fuiſſet dictus Coſmus tutor à dicta Angela relictus, inſtitutis heredibus eius filijs confirmatus per M.C.V. videbatur, rem in tuto poſitam eſſe, verumtamen quia inſurrexerat D. Franciſcus de Auitabile Sacerdos, ac patruus dictorum filiorum Angelæ, eius nepotũ, appellando à decreto ipſius M.C. ad S.C. obtinuit in eo verbum fieri ex duabus principaliter cauſis, propter quas debebat Coſmus priuari tutela. Primò, quia talis inſtitutio facta à matre in perſonam ſuorum filiorum licet de iure communi admitti videatur, non tamen attenta conſuetudine Neapol. qua cautum eſt, filios ſuccedere in bonis maternis in nouem partibus dotis, pro quibus mulier habet os clauſum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, vt inquit Napodan. in Conſuet. Si qua moriens, nu. 14. quaſi quod vana eſſet inſtitutio, dum filij ſuccedunt matri abſque inſtitutione prædicta, & conſequenter data inualiditate inſtitutionis, ſubſequitur inualiditas dationis tutoris. Secundò, & fortius dicebatur, dictum Coſmum fuiſſe implicitum in affictu arrendamenti, & ſic in exercitio rerum fiſcalium, quod inhibitum eſſe videtur tutoribus, ad text. in l. vel cum Fiſco aliquem contractum damnorum miſcuerit ff. de conſ. tut. melius in l. vnic. C. ne tut. vel curat. vect. cond. vbi DD. notant, Vinc. Mancin. in tract. de tutela, quæſt. 7. nu. 3. Philipp. Matthæi diſput. 19. theſi 74. Marcell. Conuerſ. d. tract. rubr. de excuſat. tutor. §. 2. ex Azeued. in l. 5. tit. 10. lib. 9. recopilat. nu. 14. probat Eſcobar. de ratioc. cap. 4. in fine, cum alijs iuribus, & doctrinis allegatis per Gutier. de tutel. part. 1. cap. 20. nu. 19. & 32. Montan. eod. tract. cap. 35. effect. 3. ad quod in puncto, vt poſſit tutor remoueri, & ratiocinijs adſtringi, eo quod vectigalia regia conduxit, vel illa conducenti fideiuſſor exiſtit, ex Alber. in d. l. vnic. & ex Baezà in tract. de decima tutor. cap. 2. num. 119. firmat idem Eſcobar. in d. tract. cap. 6. nu. 82. Muta in cap. Regis Alphõſi 48. num. 3. tom. 4. Et ſic facta relatione in S.C. per Iudicem Alouſium Corcione, fuit dictum, quod ipſa M.C.V. ſuper ſcripturis de nouo productis iuſtitiam faceret, & ſic pro exequutione decreti S.C. facta relatione in M.C.V. die 19. Iulij 1655. per eundem Iudicem, plenè diſcuſſo negotio deciſũ fuit, quod amoto dicto Coſmo Cirillo à tutela prædicta, ipſa deferatur auiæ paternæ dictorum filiorum, vt ex actis in Banca Lucinæ.

Tutor ſi ab adulto quietationem adminiſtrationis tutelæ propriæ, & aliorum obtinuerit precedente redditione computi, remittendo etiã aliquam pecuniarum quantitatem ſibi debitã ſub conditione, quod in caſu contrauẽtionis teneatur illam reſtituere, an iterum moleſtari debeat ab ipſo adulto ad redditionẽ computi iam dati vnà cum reliquorum reſtitutione, prætextu enormiſſimæ læſionis ex partitis nouitèr inuentis, ac etiam ex cauſa metus, & perſuaſionis adhibitæ per eum, contingit hoc controuerti in cauſa Io. Franciſci Gatta cum Iulio Petra eius tutore, & ſucceſſiuè cum Nicolao V.I.D. & Honophrio Petra eius heredibus, poſtquam peracta adminiſtratione tutelæ ipſius Io. Franciſci, & Io. Leonardi Gatta eius fratris per eundem Iulium, demum exhibitis rationibus, deuenerunt ad tranſactionẽ, per quam apparet, dictum Io. Franciſcũ quietaſſe dictum Iulium pro dictis adminiſtrationibus, eoq; pupillo iam maiore declarato per M.C. & ſimiliter ipſum tutorem donaſſe ducatos ſexcentum, quos tutor percipere debuerat ex reſta ſuæ adminiſtrationis, cum conditione illos reſtituendi in caſu contrauentionis; inde poſt obtentam abſolutionem iuramenti preces in S.C. porrexit dictus Io. Franciſcus aſſerendo, quietationem factam fuiſſe meticuloſè, ac perſuaſionibus tutoris, ex qua læſio enormiſſima proceſſerat ob ſuperueniẽtiam nonnullarum partitarum poſt quietationem repertarum, de quibus computum datũ non cõſtabat, ex quibus iterum poſtulabat, rationes reddi vna cum reliquorum reſtitutione, nulla habita ratione dictæ quietationis, & conſequenter ſucceſſo obitu tutoris contra eius hæredes, ſuos greſſus dirigendo poſtulata confirmabat per aliam petitionem, certũ eſt de iure, rationem reddere duo continere, ſcilicet computum dare, & reliqua reſtituere, Afflict. in deciſ. 157. nu. 2. Marant. conſ. 5. n. 17. Gutier. de tutel. 3. par. cap. 1. nu. 69. nam rationem reddere nõ tenetur quis, ſi nulla ſunt reliqua ſoluenda, Natta conſ. 338. num. 9. & propterea rationem reddidiſſe non diceretur qui non ſoluit reliqua, Gutier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 75. & è contra ratio præciſa erit computanda, nec ſufficit ſoluere reliqua, Gutier. ibidem nu. 73. talis igitur ratio principaliter reddenda erit à tutore coram Iudice loci, vbi adminiſtratio geſta erit, Paul. Montan. in tract. de tutel. cap. 29. num. 237. & cap. 39. nu. 215. ex text. in l. 1. C. vbi de ratiocin. vbi DD. Cancer. variar. reſolut. par. 1. cap. 7. nu. 99. & propterea cum non fuiſſent coram Iudice rationes redditæ, videbatur ex hoc ius ſuffragari ipſi petenti, quia ſi fuiſſent datæ rationes coram Iudice, diſpunctio illarum rectè procedi potuerat, vt inde liberatio tuta redderetur in beneficium tutoris, & eo caſu ex quo diſpunctio rationis non niſi ſemel concedenda erit, Montan. d. tract. cap. 32. num. 189. & tunc rationes ſemel diſpunctæ, iterum diſpungi non debent, vbi prius fuerint per modum ſindicationis diſcuſſæ, Eſcobar de ratioc. cap. 41. num. 1. & ſucceſſiuè rationem ſemel reddens, non tenetur iteratò reddere, Montan. d. tract. cap. 38. nu. 118. neque vlterius moleſtari, ſubnectit nu. 123. Marta conſ. 78. n. 35. & conſ. 52. nu. 31. Rol. conſ. 49. nu. 20. vol. 1. quod tamen procederet, quando plenè, & legitimè fuerint redditæ, vt exẽplo oſtendit Marcell. Conuerſ. ad tit. de Actil. tut. §. 2. num. 45. Marta conſ. 52. num. 31. aliàs ſecus, Montan. d. regul. 3. nu. 13.

Plot.

Plot.de in lit.iur.§.5.nu.36. nam tutorũ rationes Iudicibus reuidendæ,ne fraus fiat pupillis, Vueſemb. conſ.47. nu.34. aut ſi non ſufficienter rõnes reddiderit, Montan. eod. tract. cap.31. nu.13.etiã non obſtante quietatione, latiùs Eſcob. eod.tract.c.41.n.6.& eo maximè ſi dolus,ſeù fraus interueniſſet,quo caſu iterũ rationes erint reddendæ, ex multis ibidem Conuerſ. probat nu.54. Marta conſ.78.nu.40. Cancer. variar.reſol.tom.1.cap.7.nu.153. imò tutor tenetur reddere rationes,etiam quando fuerit liberatus à redditione illarũ,Ruin.conſil.70.nu.8.vol.4.Morot.conſ.58.nu.1. & 2. & conſequenter ſi fuerit facta quietatio generalis cum iuramento, ac decreto Iudicis, adhuc reuiſio rationis erit concedenda, multos citat Brun. à Sole propoſ. iur. verbo quietatio, Secundò, quia præſentia Iudicis facit ceſſare omnem metum, ac ſiniſtram ſuſpitionem, l.final. ff.quod met. cauſ. cum alijs apud Franc.Perſon.conſ.50.nu.23.vbi n.27. probat, ꝙ metus nõ præſumitur in loco, vbi ius redditur,& habetur pro decreto prẽſẽtia Iudicis, Bald.in l.vlt. verſ.ſed nunquid, C.qui admitt. ad bon.poſſ.& proptorea cũ facta fuerat citra præſentiam Iudicis, reſultauerat ipſam quietationem metu factam ab ipſo pupillo tum ob reuerentiam,ad quam tenebatur,eo quia metus præſumitur,vbi quis contrahit in damnum ſuum cum eo, cui debet reuerentiam, Marta in voto 98.nu.12. vnde metus reſultare conſpicitur,Vueſemb.conſ.23.ſub nu.46.in fine, tum quia ob terribilitatẽ tutoris, ex qua metus reſultauerat compulſiuus, nec proinde eiuſdem metus renunciatio ſibi nocere poterat, ex quo renunciatio exceptionis metus nõ operatur,quando cõtractus eſſet metu initus, Anna alleg.114. nu.6. Præterea dolus arguebatur ex pluribus, & Primò, quia talis tutor tacuerat diuerſas partitas in ſui poſſe peruentas, & retentas,aſcendentes ad notabilẽ ſummam,& hæc eſt vna ex præſumptionibus doli liberationis factæ, ſi conſtaret, quod multa omiſerit, quæ ponere debuiſſet, ex Gloſ. vbi omnes C.de error.calc.Bart.Socin.& Dec.probat Montan.d.tract.cap.38 num.140.ad quod notabiliter ſubiungit Eſcobar eod.tract. c.42. nu.20. quod dolus præſumitur in adminiſtratore, qui aliquid in rationibus cęlauit, & ſibi retinuit de bonis domini,quæ adminiſtrare promiſit,& ideo aduerſus illum iuramentum in litem deferri potuit,vnde cõſpicitur,ſi fortè fuiſſet inuentarium factum,illud eſſe defectiuum,non aliter ſuffragari clauſulam, ſiue proteſtationem,quod ſi omnia non appoſuit, quod reſeruat annotare, ſecundum Capram conſ.162. Barbat. conſ.60. vol.3. quos probat Vrſill. deciſ.360. ſub nu.3. arguebatur ſecundo loco dolus ex læſione enormiſſima, ita ex Ancharan.in diſput.ſuper cap.laicus,& in repet.canonum ſtatuta,11.quæſt.de conſt. Dec. conſ.216. Corn.conſ.27.& cõſ.147.lit.D.lib.4. etiam ſi iuratum, & tranſactũ eſſet, vt optimè tradit Pariſ.conſ.96.nu.21. & 48. notat Montan.vbi ſup.num.144. quinimò ex facti ſerie oſtendebatur, Io.Franciſcum Gatta ſeniorem inſtituiſſe duos ſuos filios hæredes vniuerſales, quorum vnus nomine Ioſeph relicto eius filio Franciſco Gatta eius hærede,vſumfructũ totius ſuæ hæreditatis reliquerat eidem Iulio vſquequo dictus eius filius ad ætatem annorum viginti perueniſſet,cum certis pactis & conditionibus, præſertim alendi pupillum,& hoc fieri non poterat quoniam omnia bona erant ſub fideicommiſſo relicta per dictum quond. Io.Franciſcum auum, de quibus non poterat diſponere dictus Ioſeph, ex qua diſpoſitione vſusfructus magnum reſultauerat intereſſe pupillo,cum maxima læſione,neque ratio habenda erat de petitione ſalarij ab heredibus tutoris oblata, poſtquam dum non fuerat petitum ab initio tempore tutelæ, quo ſuſceperat,nequiuerat illud peti finita, tutela, Eſcobar d. tract. cap.27. num.34. latè Berlich. deciſ. German.124. per totam, inſuper quia per talem quietationem factam in beneficiũ tutoris, fuerat facta approbatio teſtamẽti per pupillum circa diſpoſita in eo quoad dictũ vſumfructũ relictum tutori,vnde detrimentũ patrimonij reſultauerat,& deniq; ex quo aſſerebat tutor,ſe eſſe creditorem pupilli in ſumma ducatorum ſexcentum expenſorum pro dicto pupillo, quos illi donauerat cum conditione, ne contraueniret quietationi factæ, alias eo caſu teneretur illos reſtituere, hoc ſub quæſito colore proceſſerat, & non aliter, imò & verius in locum pœnæ contrauentionis,quæ non committitur,niſi quatenus cum intereſſe concurreret, Vrſill.deciſ.135.num.8. neque omittendum erat,quod ipſe tutor procurauerat, vt pupillus maior effectus declararetur, ad hoc vt ei computa rationum daret, quæ certo modo fuerant in tempore quietationis aſſeritię, abſque vlla diſpunctione data,& bona hæreditaria eidem conſignata, ſic perſunctoriè ommiſſo iuris ordine in ijs requiſito, cum renũciationibus ampliſſimis, & clauſulis exuberantibus in ſui beneficium, quapropter ſi dolus liberationis, & rationis probetur,quando non eſſet obſeruata forma ſtatuti in ijs ſeruari ſolita, etiam ſi fuiſſet ſuper ijs iuratum,& tranſactum, ex Bart. & alijs notat ibi Montan. nu.142. multo fortius ſi ordo iuris fuerit omiſſus, quapropter tutor ex diſpoſitione iuris peracta tutela rationes reddere tenetur,l.actus ff.de admin.tutor. l.4. & l. cũ tutor ff.de tutel. Marcell. Conuerſ. ad tit.de Attil.tut.§.2.num.33. & quamuis tutela iam finita erat per lapſum temporis adueniente legitima ætate annorum duodecim, §.1. Inſtit.quib.mod.tutel.fin. Zaſius conſ.21. tom.1.num.1. Ant.Piagg. de tutor.& curator. quæſt. vlt. num.1. adhuc quia ipſe tutor relictus erat ad certum tempus annorum viginti, remanſerat curator, ex traditis per Montan. d.tract. cap.37.reg.1.nu.86. Cancer .var. reſol. tom.1. cap.7.num.25. ſicque non poterat ita intempeſtiuè rationes reddere, & facere declarare,maiorem pupillum in ætate eſſe, poſtquam tutor finita tutela tenebatur non ſolũ rationes tutelæ adulto ſuo reddere, l.1. §.officio ff.de tutel. vbi Bart. Vueſembec. conſil.52. nu.19.

nu.19.vol.1.ſed etiam curatorem petere, Mancin.de tutel. q.9.n.3. aut admonere minorẽ,vt peteret curatorem,idem Mancin.eodem tract. quæſt.3. princ. num.18. nam aliàs non facta ita diligentia,ſi adminiſtratio in alterũ transferatur, tenebitur de mala adminiſtratione, ita Gratian.diſcept.forenſ.cap.718.num.6.& fortius ſi hoc non fuerit impletum ex ſui parte, quemadmodũ percipiebatur ex facto,hinc fit,quod ſi tutor reſtituat bona pupillo ante tempus deſtinatum, & pupillus ea dilapidet, ipſe tutor ei tenebitur,Cancer.var.reſol.par.1. cap.3. n.43. Ex aduerſo replicabatur ex parte tutoris,non ſemper eſſe neceſſarium Iudicem adire pro rationum redditione, poſtquã hoc contingere poſſet,quando tutor nollet rationes reddere, tunc enim compelleretur per Iudicem ad talem redditionem, nam Iudicis factum eſt partis factum, ad text. in l.ſi ob cauſam, C. de euict. cum alijs apud Barboſ. in libello princ.iur. lit.F.nu.18. ſed quando partes eſſent concordes ad dandum rationes,& illas recipiendum inter eas, conquieſceret officiũ Iudicis in hoc, nam præmiſſis partes obtẽperare debent, Bar.in l.cum aquiliana ff.de tranſact. Vrſill.deciſ.319.ſub num.3.in fine,in illis terminis loquens. Hoc præſuppoſito infertur,quod ſi nõ fuerint rationes taliter diſpunctæ,diſcuſſæ,& rigoroſæ,benè tamen proceſſerat, quia tutor erat patruus, ſiue auunculus pupilli, vnde ratio ſcrupuloſa non exigitur à conſanguineis, ita ex Panorm. & Socin. probat Montan.eod.tract.cap.32.nu.14.& cap.38. nu.68. non obſtabat obiectio tam metus reuerentialis ob reuerentiam debitam à pupillo tutori, ex quo pupillus dum maior factus rationes tutelæ ſuſceperat,tenebatur tutorem quietare, eo magis ſi reliqua habuerit poſt rationes redditas, aliàs eo renuente, Iudex id facere poſſet,vt docet Eſcob.eod.tract.cap.40. num.4.quam etiam ob prætenſum metũ compulſiuum,nam inſpecta conditione metus arguitur, Nizol.alleg.21.num.19. quinimò perſpecta perſona ipſius pupilli, per ea, quæ in facto probata erant, erat ipſe natura ſatis rixoſus,& multoties altercabatur,ob quod fuerat pluries inquiſitus, & tutor ipſe ob eius malas qualitates trãſigere cum Curia adſtrictus fuit, nec propterea inhibitum eſſe conſpicitur, tum quia conſanguineus emendare malos mores ipſius tenetur,ad tex.in l.1.C.de emend.propinq. tum vti tutor,qui non tantũ rebus,quantũ moribus propoſitus eſt,ex Paul. notat Montan. de tutore cap.4. nu.15. & magis quia dicitur dominus pupilli, §.1. Auth.vt ij,qui oblig. Alber.in d.vet. tutor.,& ſicut domino permiſſum ſit ſeruũ caſtigare, l.1. C. de emend.ſeru. ita & tutori,& nõ tantum dominus, ſed loco patris tutor bonus habetur, Eſcobar eod.tract.cap.19.num.55. cui de iure conceſſum eſt filium corrigere, & caſtigare, latius Aſcan.Clement. de patr.poteſt.effect.11. nu.13.Alber.in l.1.C.de emend.propinq.nu.4. neque demum de læſione aliquid erat conſiderandum,eo ſiquidem fundamento oppoſito de vſufructu relicto à patre pupilli eidem tutori, nam etſi tutor gratis teneatur tutelam gerere,ad text.in l.a tutoribus,§.vlt.ff.de adm. tutor. cum alijs adductis per eundẽ Gratian. diſcept.forenſ.cap.919.nu.6.vbi nu.7.addit,& datum poſſe repeti,& conſequenter illud peti nequit, niſi a Iudice fuerit conſtitutum, Borgn. de tutor.& curat. num.310.adhuc tamen id limitat numer.9.ſecus eſſe,quando teſtator voluerit illum facere tutorem & etiam ſalarium ei dare, quaſi quod loco ſalarij conſtituerat vſumfructum ſuæ hæreditatis in recompenſam ſalarij ei debiti,& huius prætextu ipſe tutor illud non petierat, at tutor, cui legatum eſt,illud non cõſequitur, niſi agnoſcat onus tutelæ,Ruin,conſ.38.num.2.& 3. vol.2. ſicque ſubſequuta agnitione oneris tutelæ legatum debebatur, quod ſi non acceptaſſet tutelam,legato priuaretur, Dec.conſ.191. n.4. vltra quod de iure probatum eſt,ſalarium deberi pro officio gratuito,graui, & difficili, & ſi ab initio ſuſcepti muneris promiſſum non fuerit,ex Menoch.probat Gutier.de tutel. p.3. cap.2.nu.10. Granut. theorem.12.num.3. imò ſalarium tutori benè, & vtilitèr gerenti res minoris moderatum pro ſuo labore conſtitui debet, idem d.par.3.cap.7.num.3. Anchar. lib.2. quæſt.61. num.7. & ideo nil officiebat, quod vſusfructus erat iterum fideicommiſſo relictatum, quia in cauſam neceſſariam cedebat,hoc eſt in cauſam alimentorum pupilli,& aliorum ei neceſſariorum,inter quæ erat ſalarium debitum tutori, quod connumerabatur in eo. Denique non obſtabat, quod intempeſtiuè cõputa rationum pupillo effecto maiori, & ſic declarato dederat,ex quo tutor etiã non requiſitus tenetur compura rationum præſentare, probat Eſcobar d.tract. cap.6. nu. 88. Montan.de tutel.cap.32.reg.8.nu.10. Rol. conſ.49.nu.16.vol.1. & hoc proceſſerat,dum curam continuare nequiuerat ob malos mores pupilli. Verum quatenus ad dolum pertinere videbatur, certum erat, in quietatione adeſſe clauſulam illam (etiam ex cauſa cuiuſuis metus,doli,enormiſſimæ læſionis,&c.) nã poterit dolo de præſenti, & de præterito. etiã in tranſactione in ſpecie per maiorem 25.annorum renunciari,ex multis probat Vrſill.deciſ.220. nu.7. In Dei Nomine, amen. Viſis ſupplicationibus oblatis duabus pro parte Io.Franciſci Gatti contra Iulium Petram,& eius hæredes,& altera pro parte V.I.D. Nicolai,& Honophrij Petræ filiorum, & hæredum quondam prædicti Iulij Petræ contra Ioannẽ Franciſcum Gatto, quarũ tenor talis eſt, &c. S.R.M. viſis, videndis,&c. iunctis Mag.Conſiliarijs duarum Aularum. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus,pronunciamus,ſentẽtiamus,decernimus,& declaramus, ſupradictos Ioan.Franciſcum Gatto,& V.I.D. Nicolaum,& Honophrium Petram principales, vt principales nominibus ve in actis abſoluendos eſſe, & abſolui debere, prout hac præſenti noſtra diffinitiua ſententia ipſos ad inuicem abſoluimus, & penitùs liberamus ab impetitis per eos ex cauſis, &c. hanc eandem, &c. D.Franciſcus Salgado. Lecta lata

die

die 4. Iulij 1625. in Banca Thomæ Cuſini, nunc Fabritij Sollatij.

Tutor ſi noluerit compúta tutelæ, ſeù libros rationũ præſentare, dum fuerit requiſitus à Iudice, qualiter contra eum agendum ſit, poſtquam de iure probatum extitit, tutores nedũ inuentarium bonorum peragere, ſed etiam libros tutelæ conficere, in quo deſcribátur data, & accepta, & exitus, & introitus rerum adminiſtratarum, deinde vt fiat computum, ac cognoſcatur, an probè, vel improbè geſtum ſit, ex Angel. conſ. 277. poſt Bart. in conſ. 150. probat Hieron. Grat. conſ. 23. n. 8. vol. 1. Socin. iun. conſ. 148. nu. 6. vol. 2. Vueſembec. conſ. 47. nu. 10. vol. 1. Marcell. Conuerſ. ad tit. de Attil. tut. §. 2. nu. 31. & 32. cumque nedum tutor, ſed quilibet adminiſtrator teneatur libros conficere, vt dictum eſt, hinc eſt, quod tutores, & curatores habere ſolent libros rationum ad inſtruendã propriam memoriam, Pet. à Syna pract. quæſt. forenſ. q. 21. num. 3. & inde rationes reddere, Gutier. in tract. de tutel. part. 3. cap. 1. num. 2. & ſeq. Marcell. Conuerſ. vbi ſup. nu. 1. Iacob. Gall. conſ. 84. num. 3. Coſta Sicul. conſ. 82. num. 6. Roland. conſ. 49. nu. 2. & ſeq. vol. 1. Portius Imolenſ. conſ. 179. nu. 2. & conſil. 12. num. 20. Iodoc. in patroc. pupill. tit. de tutor. & curat. rat. cap. 1. per totum, Gutier. in praxi tutel. part. 3. dub. 2. & conſequenter libros offerre, & reddere, Borgn. deciſ. 33. nu. 29. part. 2. ad hoc vt ratio adminiſtrationis rectè reddi poſſit, poſt Bald. in cap. vaſallus, col. fin. in fine, ſi de feud. fuer. controu. Dec. conſ. 84. nu. 38. & 39. Socin. conſ. 190. col. 4. vol. 2. Borgnin. deciſ. 39. num. 13. par. 1. Imò etiam non requiſitus rationes offerre legendas, atque diſcutiendas, idem Montan. eod. tract. cap. 38. num. 4. & 44. & cap. 32. reg. 8. num. 10. Sola in Conſtit. Sabaud. tit. de minor. gloſ. 2. nu. 5. pariterque oſtendere, & exhibere, Gutier. eodem tract. part. 3. cap. 1. num. 28. & 54. Socin. iunior d. conſ. 148. nu. 11. Paul. Caſtr. conſ. 227. nu. 2. vol. 2. Vueſembec. conſ. 47. nu. 1. vol. 1. in tantum quod ſi inuentarium non fecerit, & librum rationum nequiter agere, contra eum poſſit in litem iurari, & vt ſuſpectus remoueri, idem Borgn. in tract. de tutore, num. 20. 58. 59. & 60. cum alijs apud Montan. in tract. de tutel. cap. 32. reg. 5. num. 43. & 44. nam eſſet in dolo, Gutier. in d. tract. par. 2. cap. 1. nu. 10. verſ. vera tamen, vel ſi fecerit inuentariũ, ac libros rationum confireret, ex quo tutor, & curator, ac quilibet adminiſtrator in reddenda adminiſtratione exhibere pupillo, tenetur librum rationũ, & omnia ad adminiſtrationem pertinentia, alias diceretur eſſe in dolo, & poterit contra eum in litem iurari, ex multis probat Borgn. eod. tract. de tutore, num. 202. Rol. d. conſ. 49. nu. 18. & ſeq. vol. 1. ſin autem exhibere noluerit, contra eum in litem iurabitur, l. 1. C. de in lit. iur. Montan. d. tract. cap. 32. in 6. regul. num. 5. & cap. 38. num. 9. Gutierrez vbi ſup. num. 6. Plotus in tract. de in litem iuran. §. 9. nu. 28. poſt Bart. in l. 1. §. officio, nu. 2. ff. de tutel. & rat. diſtrah. Eſcobar de ratioc. cap. 21. num. 26. etenim tutor rationem non reddens, diceretur eſſe in dolo præſumpto, imò etiam vero, Montan. d. cap. 38. num. 87. & ſucceſſiuè ſuſpectus redderetur, vt inde remoueri poſſit ab adminiſtratione tutelę, vt dictum eſt ſupra. Ex quibus oriuntur duo remedia contra tutores nolentes exhibere ratiocinia, ſeù rationum libros, alterum eſt perſonale, dum quilibet compelli poſſit adminiſtrator ad redditionem rationum, prout ex Affl. Caſſan. & Baeza probat Eſcobar eod. tract. cap. 3. num. 29. & hoc remedium tripliciter fieri cenſuit Præſ. de Franch. deciſ. 271. nu. 10. contra non exhibentem, vel ipſum condemnare ad intereſſe, vel ei audientia denegari, aut in litem contra eum iurari, aliud remedium reale erit, hoc eſt, vt iudicio tutelæ teneatur, l. 1. §. officio ff. de tutel. & rat. diſt. quod eſt, vt etiá in litem iurabitur, vt ſubdit ibi Gloſ. circa intereſſe, ſicuti Alber. ibid. nihilominus in cauſa Cæſatis de Rugerio tutoris filiorum quond. Caroli de Rugerio, ad relationem Reg. Conſ. Ambroſij S. Iacobi die 28. Iunij 1623. fuit interpoſitum decretum huiuſmodi, videlicet. Decreto S.C. prouiſum eſt, quod in alio biduo Cæſar de Rugerio exhibeat computa, alias termino elapſo carceretur, & nihilominus interdicatur ei adminiſtratio tutelæ filiorum quondã Caroli de Rugerio, penès Secretariũ, in Banca Cantoni.

Tutor, ſiue tutrix an poſſit dotem pupillæ augere, vltra quàm fuerit legata, vt ex ſerie facti demonſtrabitur, poſtquam quondã Antonius de Iuliano dum condidiſſet teſtamentum, heredem inſtituendo Donatum eius filium, verum quoad filias fœminas numero quinque, ex quibus quatuor ſupererant in capillo, eiſdem relinqueret ducatos tercentũ pro qualibet earum pro dotibus, mortuo inde dicto Antonio ſuperſtitibus prædictis ſex filijs, incluſa etiam filia maritata, & à patre dotata, Donatus hæres inſtitutus adiuit hæreditatẽ, & inde in vltimis cõſtitutus, ſuum condidit teſtamentum, hęredem inſtituendo Iſabellam eius filiam, & quoad pręfatas ſuas ſorores iuſſit, ſeruari diſpoſitionem paternam, vt cuilibet earum dentur ducati tercentum, & amplius alij ducati vigintiquinque cuilibet ipſarum in augmentum dotis, adeo quod dotes ipſarũ ſororũ ſint ducatorũ 325. pro qualibet, mortuo demum dicto Donato, & ſuperſtite dicta Iſabella filia hærede in infantili ætate conſtituta, Victoria Ceſena mater, & tutrix dictæ Iſabellæ in anno 1600. matrimonio collocauit vnam ex dictis filiabus Io. Antonij nomine Nellam, Laurentio Cirillo, eidemque conſtituit dotem ducatorum quingentorum, pro quibus obligauit bona dictæ pupillæ, excedẽdo dictam ſummam à dictis teſtatoribus taxatam. Conquęſtus eſt Tricius Treccia hæres dictæ Iſabellæ pupillæ per intermediam perſonam quondam Ferdinãdi Trecciæ, aſſerendo, id fieri non potuiſſe à dicta Tutrice in diminutionem patrimonij dictę pupillę, ſed debebat præfatorum voluntates ſeruare, ad text. in l. fin. de rebus eorum, Theſ. deciſ. 197. nu. 12. & potiſſimum, quia dicta Nella erat perſona

extra-

Digitized by Google

extranea, puta amita ipſius pupillæ, quo caſu tutor nec cum decreto Iudicis hoc facere poteſt, inquit Bal. Nouell. in tract. de dote, part. 6. priuil. 63. ea propter licet tutor adſtringatur temporibus debitis pupillã matrimonio collocare, vt probat Canalc. in tract. de tutore, & curat. ſub num. 275. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 7. nu. 1. latiſſimè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 367. num. 16. eique dotem competentem conſtituere, iuxta facultates patris, & dignitatem mariti, ex multis cõfirmat Gutier. in tract. de tutel. & curis, part. 2. cap. 11. num. 1. vbi in ſeq. numeris examinat, ſi curator poterit excedere dotando pupillam, & præſertim in matre, num. 6. agit, vt teneatur pro exceſſu, vt quoque proſequitur Fontanell. loco citato, nu. 22. & ita deciſum refert, attamen excedere ei permiſſum non erit, quanto magis ſi taxata fuerit dos à patre in teſtamento, vt erat in caſu præenarrato, tunc quia nullus melius conſiliũ capit pro filijs, quam pater, l. penult. C. de ſponſal. & l. nec in ea, C. de adult. & pater qui ſciebat facultates ſuas, ac onera, iuſtũ habuit conſilium taxandi dotes, nam noluit pater ob dotationes tot filiarum maſculum grauare in legitima, vt benè ſentit Lopez in repet. cap per veſtras, §. 12. verſ. ſed quamuis, de donat. inter vir. & vxor. quare ſi hoc non in patre laudatur, fortius non debet permitti in tutore, eo ſiquidem accedente fundamento, cum dicta Nella amita pupillæ nõ fuit nupta condigno, vt in facto liquebat, ſed perſonæ humilioris conditionis, & tẽpore quo dotes in Terra Laureti non erant auctæ, & ſic nulla vrgente neceſſitate dicta tutrix exceſſit, nulla ratione habita qualitatis perſonarum, & pupillæ facultatum, nec teſtatorum diſponentium, contra tex. in l. 2. § in ſoluendis ff. de admin. tutor. quocirca iuris certi eſt, quod tutor abſq; Iudicis inquiſitione, & decreto nequit bona pupilli obligare pro dotibus, ad tex. in l. 1. §. 1. ff. de tut. & ration. diſtrah. & in l. lex, quæ tutores, vbi DD. C. de admin. tutor. Bald. Nouell. d. par. 6. priuileg. 58. num. 2. & maximè ſi eſſent bona ſtabilia, ſeu immobilia in dotẽ data æſtimata, vt poſt Surd. deciſ. 278. & Hieron. de Leo deciſ. Valent. 31. Fontanell. vbi ſupra, nu. 24. & pariter quod vir ſit dignus tanta dote, vt proſequitur Gratian. ibi nu. 35. & ſeq. ita quod minimè obſtare poterit, quod bona minorum etiã immobilia in dotem dari poſſint, ac etiam ob donationes propter nuptias, l. Titia ff. de iure dot. l. prædia, C. de præd. minor. l. fin. §. vlt. C. ſi maior fact. rat. hab. Gloſ. in l. nulla, C. de iur. dot. etenim tunc hoc procederet, cum fuerit prius cognita cauſa, & Iudicis decretum interpoſitum, d. l. lex, quæ tutores, Gloſ. in d. l. titia, verſ. reſtitueretur, in fine, & habetur in d. l. prædia, & in l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rat. diſt. Bart. in l. ſi conſtante, verſ. venio ad tertium, in 4. quæſt. nu. 76. verſ. ecce ergo ff. ſolut. matrim. & eſt text. in l. ſi ex cauſa, §. in dotis, vbi Gloſ. ff de minor. Roman. conſ. 314. Bald. in conſ. 108. quæritur vtrum adulta. lib. 1. quem refert, & ſequitur Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſ. 6. nu. 2. & de arbitr. Iudic. caſu 171. num. 48. Simoncell. de decret. tit. 8. nu. 90. alias eſſet nulla, vt ſubdit nu. 91. taliter quod non releuaret dignitas viri, vt aduertit ibi Gratian. num. 36. Imò tutor nequit conſtituere dotem pupillæ in rebus immobilibus, nec etiam mobilibus ſine decreto Iudicis, Magon. dec. Florent. 34. num. 1. Gratian. vbi ſupra. Neque demum obſtabat, quod dicta Iſabella cum fuiſſet nuptui tradita quond. Ferdinando Treccia agnouiſſet cum conſenſu dicti ſui viri huiuſmodi promiſſionem dotis, à dicta tutrice factam dicto Cirillo, cui etiam cæpit ſoluere, prout ſoluit vſque ad ſummam duc. 400. etenim hoc procederet, quando fuiſſet conſtituta dos per tutorem cum debitis ſollemnitatibus, ſubdit ex Rota diuerſ. ibi Gratian. num. 41. vltra quod adhuc minor erat annorũ 18. ignoranter hoc fecerat, nullam habens notitiam de prædictis teſtamentis, & præſertim de teſtamento condito per primum teſtatorem, quod adhuc eſt in occulto, & ſic inſcio ſibi non præiudicauit, quia non cognitis, neque perſpectis teſtamentis nulla trãſactio, nec ratificatio valet, ad text. in l. de his ff. de tranſact. quæ ſiquidem lex nedum in vltimis voluntatibus, ſed in omni alio contractu ſibi locum vendicaret, vt latè per Guid. Pap. conſ. 53. & 87. nu. 8. Decian conſ. 345. nu. 1. & 2. & vti erronea promiſſio reuocari debet, etiam ſi ſit iuramento firmata, vt tradit Theſaur. deciſ. 112. nu. 3. & vti decepta, quia ſoluit vltra id, quod debebat, erit reſtituendum, d. l. ſi ex cauſa, §. in dotis, Natta conſ. 648. vol. 4. Dec. conſ. 180. & 351. præſertim quia adhuc erat minor 18. annorum, ex quibus omnibus reſoluitur, quod dictus Tricius hæres debet abſolui ab impetitis per dictum Cirillum, qui condemnari debet ad reſtituendum illud plus exactum de ſumma duc. 325. quamuis ſequentia fuerint allegata contra matrem dotantem. Quondã Antonius de Iuliano ſex habens filios, vnum ſcilicet maſculum, & quinque fœminas (quarum vnam collocauerat in matrimoniũ ante eius mortem, & dotauerat in duc. 300.) in vltimis conſtitutus ſuum condidit teſtamentũ, quo inſtituit ſuum vniuerſalem hæredem dictum maſculum, cæteris verò filiabus reliquit ſimiliter ducat. 300. pro qualibet pro ſuis dotibus, mortuo dicto teſtatore ſuperſtite d. filio inſtituto, qui hæreditatẽ paternam adijt, euenit, quod & hic in factum cõceſſit ſibi ſuperſtite vna filia in infantili ætate conſtituta, cui mater fuit tutrix, quæ tandem nuptui tradidit illas quatuor ſorores, quæ remanſerant in capillo tempore mortis primi teſtatoris, qui illis reliquerat duc. 300. pro qualibet, & tandẽ dicta tutrix pupillæ dedit illis ducat. 500. pro qualibet, obligando bona dictæ pupillæ, quæ tamen effecta maior conqueſta fuit, dicens nõ potuiſſe eius matrem tutricem excedere quãtitatem dotis à teſtatore prætaxatam in præiudicium pupillæ, ſed debebat ſeruare ipſius teſtatoris voluntatem, iuxta tex. in l. fin. ff. de rebus eorum, Theſaur. deciſ. 192. numer. 12. eo magis, quod dictæ amitæ pupillæ cenſentur extraneæ, quo caſu nec cum Iudicis de-

creto

creto hoc facere potuit tutrix, vt voluit Bald. Nouell.de dot.par.6.priuileg.63. potiſſimum abſque cauſa. contra diſpoſitionẽ l. ſi ex cauſa,§.in dotis ff.de minor. Roland.à Valle de lucro dotis, quæſt.45.num.x. certi namque iuris eſt,tutricem abſque cauſæ cognitione, & Iudicis decreto, dotes augere non poſſe, Afflict.deciſ.87.& 249.alias nec maritus lucrifacit dotem,ad text. in l.lex, quæ,C.de admin. tutor.Pellic.ad conſuet.Auerſan.cap.3.nu.125 & 126. illo maximè accedente, quod dictus teſtator pater dictatum filiarum congruè diſpoſuit pro modo facultatum eius duc.300.& numero filiorum ſex,imputato illo vnico maſculo,quorum legitima,iuxta Auth.nouiſſima, C.de inoffic.teſtam.importat duc.250.tantum pro qualibet fęmina,& nihilominus pater reliquit duc.50.vltra legimam,grauando maſculum cõtra id, quod aduertit Lopez in cap.per veſtras, §.22.ver.ſed quamuis, de donat.inter vir.& vxor. & propterea non debebat tutrix alterare ſummam à patre conſtitutam, nemo enim præſumitur præcapere melius conſiliũ pro filijs,quam pater, l.penult.C.de ſponſalib. l.nec in ea ff.de adulter. Paul.de Caſtr.in conſ. 403.nu.2.& conſ.404.nu.1.lib.2.Mantic.deciſ. Rot.329. num.2. Afflict.in Conſtit.Fratribus, nu.13. Gram.deciſ.57. quapropter non potuit tutrix pro illa quantitate exceſſiua obligare bona pupillæ abſque cauſa, ac Iudicis inquiſitione,contra tex.in l.1.§.1.ff.de tut.& rat.diſtrah.& d.l.lex, quæ,Nouell.vbi ſup. priuil.58. nu. 2. & Iudicis decretum neceſſariò requiritur, gloſ.in l.Titia,in verb.reſtituatur,in fine, ff.de iure dot. Bart.in §.ſi conſtante,ver.venio ad tertium,quæſt.4.nu.76.ff.ſolut.matr. Rom. in conſ.314.nu.4.Bald.in conſ.108.lib.1.Surd. deciſ.287. nu.19. Menoch.de præſumpt. lib.3. præſ.6.nu.2.& de arb.Iud.lib.2.caſu 181.n.48. Magon.deciſ.Florent.34.num.1.& ſeq.& licet bona minorum etiam immobilia dari poſſint in dotem, l.Titia ff.de iur. dot. l.prædia, C.de præd.minor. nihilominus hoc procedit,adhibita prius per Iudicem cauſæ cognitione, ac præuio Iudicis decreto, d.l.prædia,& quod ibi not. nec erat neceſſe dotes augere,quia dictæ ſorores nec fuerũt nuptæ condignis, imò perſonis humilioris conditionis,Gloſ.in l.quæro ff.de iur.dot.facit tex.in l.tutor,la ſecõda, §.in ſoluendis,& ibi gloſ.ff.de admin.& peric.tut. ſat ergo erat dos cõſtitura à teſtatore, & congrua cẽſenda erat, vt dixit Dec.conſ.26.& 36. nu.8. Camill.Salern. ad Napod.in Conſuet.Si moriatur,fol.96.lit.E. His tamen non obſtantibus S.R.C.ad relationẽ Mag. Conſ. Carauitæ, in cuius Aula tũc reſidedat DD. Carleual, & Mindietta, confirmauit decretum Magn. Cur.Vic. per quã fuerat præſtita aſſiſtẽtia viro vnius dictarum ſororũ ſuper bonis dictæ pupillæ pro tota ſumma duc. 500. & vt mihi reuelatum ab vno ex Dominis Sacr.Conſ.notũ fuit à quodam appretio bonorum hæreditariorum teſtatoris, ex quo apparebat, hæreditatem excedere valorẽ duc. 6000. quod cum effectu non erat verum,habent ſua ſydera cauſæ, & ſæpè cantatum Pſal. Complacebo, &c. Beliſarius Clemens ita ſcribebat. Facta priùs relatione in M.C.V. per Iudicẽ Camillũ Borrellum,fuit deciſum in fauorẽ dotis promiſſæ à tutrice,& condemnatus conuentus ad ſolutionem reſidui, inde interpoſita appellatione ad Sacr.Conſil. fuit confirmatum decretum ipſiua M.C.V. vt patet ex actis in Banca Sabbati Caputi. Iſthæc deciſio corroborari cernitur ex ſequentibus. Et Primò,quia reſpectu puellæ nuptui traditæ alicui viro non erit imputandum, maximè quando mater tutrix dotauerit,excedendo metam patrimonij,vt fecerat iſta mater obligando bona pupillæ,ex quo videbatur tutricio nomine,ſeù adminiſtratorio nomine ex neceſſitate dotaſſe, quoniam eo caſu ipſa teneretur de ſuo reſiduum ſoluere, ex text.in l.cum poſt mortem, §.1. ff.de adminiſtr.tutor. firmat Gutier. vbi ſup. nu.6. ſic etiam in curatore,& tutore firmat Fontanell. eodem loco, nu.21. vbi deciſionem affert,& ſequitur nu.22. etiam procedere in matre, taliter quod in præiudicium ipſorum id tendere non videtur, ſed tutorum, & curatorũ excedentium metam patrimonij in dotationibus puellarum,quod idem erit attendendum reſpectu viri,cui dos fuerat promiſſa, nam cũ dicta dotis quantitate contraxerat bona fide, & non aliter, quæ non poterat tantum damnum afferre, ſicuti quando magnus fuerit exceſſus,& appareret de magna læſione,vt conſiderat Gratian. eodem loco nu.22.& 23.

Tutrix an eſſe poſſit mulier à teſtatore relicta,de quo verba fecimus ſupra eod.verb.mulier,vbi deciſionem M.C.V. attulimus, ne propterea videatur contra iura fuiſſe prolatam, aduertendum duxi, quod de iure eſt prohibitum expreſsè, fœminas poſſe eſſe tutrices,ad tex.in l.fœminæ ff. de tutel. & Liure noſtro ff. de teſtam. tut. Caſſan.in conſuet.Burgund. rubr.6. §.4. verb.text. ibi le femme, num.1.Aug.Bero. quæſt.67. Dec.in l.2.nu.18.ff.de reg.iur. Montan.in tract.de tutel.cap.9.nu.50.latiſſimè Gutier.in tract.de tutel.& cur.pat.1.cap.6.nu.39. & cap.8. per totum, Io. à Ribertar. diſput.iur. lib.3. in 6. iur. propoſit. cum ſit tutelæ officiũ virile,nec mulier illo fungi debet,Curt.iunior conſ.94.nu.4.& rationem reddit Montan. in d. tract.cap.7. nu. 34. ſimiliter neque curatrix, l.ſcire oportet ff.de tutor.& curator.dat.ab ijs, Paul.Montan.eod.tract.cap.28.nu.73. hoc tamen intelligendũ erit ſub diſtinctione, nam aut fuerit relicta ſola tutrix,& tunç vel debet à Principe hoc poſtulari ſpecialiter,ideſt à Iudice,eo quod debet interponi à Iudice decretum confirmationis,vt inquit Gloſ.in d.l. fœminæ,verſ.à Principe,& notat ibi Caſſan.& Dec.vbi ſup. licet ibi text. loquì videatur in matre, nihilominus quia attẽto iure Digeſtorum omnes indifferenter mulieres prohibentur exercere tutelam,ſed de iure Codicis fuerunt mater,& auia ad tale exercitium admiſſæ,ex Auth.matri,& auiæ,C.quãdo mul.offic. tut. fung. poſſ. ſi tamen ipſę voluerint iuxta definitionem primam Ant. Fabr. in eius Codice eiuſdem tituli, Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7.gloſ.3.par.7.nu.73. vel quia poterit in

hoc caſu per Iudicem dari coadiutor, iuxta deciſa per Papon. lib.20.tit.9.arreſt.10. ſin autem inſimul cum alijs fuerit relicta mulier, tunc potius conſilij cauſa relicta videtur, ad text.in l.quidam decedens, §.Papinianus ff.de adminiſtrat. tutor. vbi Gloſ. Dec. vbi ſupra nu. 20. & tunc nudum nomen videretur habere, quã ſi tutrix honoraria, & ſic videtur deciſionem à me relatam benè proceſſiſſe.

V

VAlor rei ſtabilis retractę ab Eccleſia pro eius ampliatione ſoluendus vicino an erit inſpecto reditu illius æſtimandus, vel habita ratione omniũ expenſarũ. De hoc fuit altercatum in cauſa Venerabilis Monaſterij Monialiũ Sanctæ Monacæ contra Ioannem Andræam de la Bella, cum fuiſſet petita emptio domus cõiunctæ pro ampliatione dicti Monaſterij, fuerunt duo apprętia facta, quorum vnum continebat apprętium illius pro ducatis 1400. habito reſpectu ad reditum annuorum duc.70. aliud pro duc.1400. habito reſpectu ad expẽſas factas in dicta domo, & quamuis ex parte Monaſterij dici poterat teneri ad ſoluendum iuxta apprętium habito reſpectu ad reditus, nam iuſtum pretium dicitur conſiderato reditu rei, ad tex.in l.ſi fundus per fideicommiſſum, in princ. ff.de rebus eorũ, Iacob. Nouell. in tract.de iure prothom. §.3.nu.81. Rendell. eod.tract.in gloſ. Caput, ver.iuſtum pretium, cum alijs apud Benedell. eod. tract. in princ. §.in primis, nu.63. Alflict.in eod. tract.§.2. ſub nu.19. Borgn.deciſ.40.num.40.par.2. latiſſimè Mantic.de tacit.& ambig. lib.4.tit.20.num.10. 17.& 21. nam ſemper pretium iuſtum dicetur deductis expẽſis, l.per diuerſas, vbi Doctores C.mand. cum alijs apud Tiraq.de retract.conſanguin.§.15.gloſ.1.nu.3. ibique etiam probat, impenſas eſſe deducendas in æſtimandis facultatibus, & in æſtimando reditu, Iacob.Nouell. vbi ſupra, nihilominus replicabatur ex parte venditoris, ex quo talis venditio non erat facienda ad inſtantiam creditorum, & ſic ex quadam neceſſitate vendẽdi, quo nam caſu res venditur præcedente apprętio facto per expertos, & petitos, Muſcat. in praxi S.C. lib.2.par.3. Gloſ.adiudicãtur, nu.24. vbi nu.41. ſubdit, pretium iuſtum eſſe illud, quod fit per Tabularios, & demum vltimo licitatori liberatur plus offerenti, etenim iuſtum intelligeretur pretium, quanti res ſolet cõparari, quod quis licitando cõſequi poteſt, probat ibi Mantic.nu.6. ſubdens nu.8. quod pretium iuſtum ex ſubhaſtatione probatur, neq; erat voluntaria vẽditio, eo quod vnuſquiſq; rem ſuã, cui vult vendere poterit, l.dudum, C.de contrah. empt. vbi DD. Aſtia determ.122.nu.2. quoniã in hoc attenditur pretium conuentum inter partes, quod præſumitur iuſtum, Gratian.cap. 723. nu.16. Aldou. conſ.70.num.26. Maſcard. concl.1231.nu.1. & pretio iuſto vendere velle, imò pluries potius quam minoris quis præſumitur, Menoch.de præſumpt.lib.3. præſ.122. num.83. ad quod vendere vili pretio rem ſuã nemo cõpellitur, Tiraquell.de retract. in præfat.nu.28. at pretio viliori non licet etiam ab hoſte emere, idem Mantic. eod. tract. loco citato, nu.64. ſed quia vẽditio iſta proceſſerat in vtilitatẽ Monaſterij, & in vicini detrimentũ, quia neceſſitate coactus vendere cogebatur pro ampliatione Monaſterij, arg. l.ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funer. de quo ſatis in terminis proſequitur Gratian.diſcept. forenſ.cap.896. cũ alijs collectis per Ill.Epiſc. Riccium collect.130. Muta in deciſ.8.nu.6.& ſeq. condecens erat, vt qui ſentit commodum ſentire debeat incommodum, & hoc reſpectu Monaſterij, reſpectu vero venditoris, ſi in iſto grauatur, debet in alio releuari, iuxtà vulgatã regulam iuris, l.eum, qui ff.de iureiur. & propterea quod debetur coactè vendere ſiuè ob priuatam, ſiuè ob publicam vtilitatem Principis iuſſu, ſtatutouè, vel ex teſtamento iuſtũ pretium eſſe debet, Iaſ.in l.Barbarius, nu.36. ff. de offic. Præt. l.ſi fideiuſſor.§.1.ff.de leg.1. vbi Bart. Tiraquell.eod.tract. de retractu, in præf. num. 28. quos nouiſſimè citat ſequendo Iul. Cæſ.Gluſian.in tract.de pretio, & æſtim. lib.2. cap.13. in princ. verſ.iuſtum eſt, Linglois decis.15.quæſt.9.nu.9.& ſemper intelligendum erit pretium de iuſto, Mantic.ibid.nu.20. ſicq; iuſto pretio interueniente, pariterq; expenſæ neceſſariæ debentur, vt dictat Conſt. Regni Sancimus, ibi expenſis neceſſarijs, vbi Anton. Capyc. in tract. Rendellæ, in gloſ.neceſſarijs, nu.3. firmat à retrahente illas refundi, ibique etiam Rendell.eod.verb.num.9. Benedell vbi ſup.nu.77.& in §.verum, nu.28.& in §.& licet num.2. Linglois vbi ſup. Imò etiam expenſas vtiles retrahens ſoluere cõpellitur, quidquid contra ſenſerit Io.Soys de retract.art.14. verſ. ſed pulchrum eſt videre, quem citat Rendell. eod.tract.verbo expenſis neceſſarijs, nu.6. vbi num.7. hanc ſubſtinet opinionem, vt nempè vtiles impenſæ debeantur, per text.in l.intra vtile, §.fin.ff.de minor. Caſſan.in Conſuetud. Burgund.§.10.verſ.les fraictz, nu.3. And.Gayl. pract.obſeruat.lib.2.obſeru.19.nu.9. poſt Tiraquell.de retractu conuent.§.7.gloſ.1.nu.5. Benedell.d.§.verum, ſub nu.28. & multo fortius in caſu præmiſſo omnes impenſæ debentur, quia in materia retractus licèt coactè emptor videatur vendere vicino volenti retrahere, eſt tamen ab initio vẽditio voluntaria reſpectu contrahentium, quia ab initio omnes cõtractus ſunt volũtarij, l.4.C.de act.& oblig. perfecto inde cõtractu acquiritur illico ius vicino, ſinè aliqua expectatione termini, vt ꝓbat Io.Beſſian.in Conſuet.Aluerniæ, tit.de retract. art.14.col.2.verſ.demum cum pactum, & poſt Marant.in diſput.8.nu.35.& 36. latiſſimè Donat.Galaſſ. de iure prothomiſ.cap.5. per totũ, optimè Borgn. deciſ.20.num.1.part.2. adeò vt vicinus ſuccedens ex Conſtit.Sancimus cenſendus erit, quoniam lex neceſſitatem imponit

nit ipſi emptori extraneo, vt rem vicino reſtituat, & recuſans per Iudicis ſententiam compellendus erit, ita Rendell. in d.tract. per illũ text. verbo per locationem, nu. 30. ita pariter in volente emere pro ampliatione Eccleſiæ,ac illius neceſſitate erit conſiderandũ,talem cõtractum eſſe neceſſarium reſpectu vẽditoris, qui vendere compellitur,ſed reſpectu emptoris eſſe voluntarium. & in hoc ſimbolizare videntur, attamen differunt in pretij conſtitutione, poſtquam vicinus retrahens pretium conuẽtum ſoluere adſtringitur,vt dictum eſt, & tradit Carpan.ad Conſtit.Mediol.cap.417. nu.865. vel ſecundum æſtimationem peritorum,quod iuſtum eſſe oſtenditur per Baldum in eod.tract.de iure prothomiſ.§.7.in [illegible] notab. Benedell. vbi ſup.in §.in primis, ſub num.63. Afflict.in eod.tract. §.2.nu.17. ſed quando fit emptio pro vtilitate Eccleſiæ, nedum pretium iuſtum, ſed cum expenſis neceſſarijs, & vtilibus, vt dictum, erit perſoluendum, hinc DD. pro cautela emptoris dixerũt,eſſe denunciandum venditori, ne faciat magnas expenſas,vt dicunt Benedell. in d.§.verum, ſub nu.28.in fine, Rendell. eod.tract. d.verbo expenſis neceſſarijs,nu.7.poſt Boer.deciſ.44.num.8.nam aliter ad omnes expenſas teneretur, nec per hoc pretium efficeretur exorbitans,quoniam expenſæ non augent verum pretium,ex Mattienſ.ad lib.5. compilat. legum Hiſpan. tit.11. l.1.gloſ.2.& 4.notat Gluſian.d.tract.lib.2.c.24. nu.4.adeo quod cum fuiſſent plura appretia ſuper hoc facta,fuit habitum vltimum appretium magnum. Facta relatione in S.R.C.per Reg.Conſil.Didacum Salinas, fuit iudicatum quod exequatur vltimum appretiũ duc.1400. in Banca de Martino de anno 1634.

Variatio de vno Tribunali ad aliud facta per mulierem actricẽ Neapolitanam,an militet in præiudiciũ conuenti corã ſuo Iudice, eo quia in illum conſenſiſſe videbatur, de hoc contingit dubitari in cauſa Iſabellæ Ronchę,quę cõuenire fecerat Ioannem de Iuliano in Curia Ciuitatis Theani,& deinde facta variatione,eundem conuenit in M.C.V. replicabatur ex parte rei conuenti,id minimè fieri potuiſſe, ex regula text.in l.vbi cęptum ff.de iudic. vbi DD. cum alijs apud Iacob.Philip.Port. in ſuis concluſ.lib.3.reg.22.Alph.collect.585.Franch. deciſ.389.nu.1.& deciſ.517.num.7.Ripol.var. reſol.cap.7.nu.471. & quatenus ipſa Iſabella prætenderet, eſſe ciuem Neapolitanam, iam apparet conſenſiſſe in Iudicem rei per illius comparitionem in Curia Theanenſi, ad text. in l.1. & 2. ff.de iudic. nam tunc diceretur in Iudicem conſentire,quando ſciens non eſſe ſubiectum alicuius iuriſdictioni, in eum conſenſit,eidemq; ſe ſubiecit, l.3. ff.de iuriſd. omn.Iudic.Io.Bapt.Schuuartz.in proceſſu iudic. lib.1.cap 6.num 36.& amplius, quia licet Neapolitani nequeant prorogare iuriſdictionem alterius Iudicis in præiudicium Vniuerſitatis Neapolitanæ, vt tradit Carauit. in ritu 301.nu.7. Maſull.ad Capyc.dec.9.nu.17.& 18. procederet quando eſſent rei conuenti,vt expreſſim in eodem ritu 301. in litera Reginæ Ioannæ II. in fine exprimitur, ibi,quod ciues noſtræ Ciuitatis Neap.& habitantes in ea,& eius diſtrictu non poſſint vocari, vel ad iudicium trahi ciuiliter,vel criminaliter, etiam ex delegatione extra Ciuitatem Neapolis,& per aliud Capit.1. Ferdinandi Primi inter Capit. Neap.fol.16. ergo non procederet priuilegiũ, quoties eſſent actores, & maximè ſi conuentos ad eorum Iudices conuenerit, & inſuper ſi attendatur altera iuris regula,nempè quod actor ſequi debet forum rei,ad text.in l.in criminali,C.de iuriſd.omn.Iudic.cum alijs apud Barboſ. in opuſc. princ. & loca vtriuſque iur. lit.A.nu.29. Caluol.in praxi Iud. §.actor,concluſ.1. nu.1.& 2. & in §.Iudex, concl.3.nu.10. Veſtr.in praxi Roman.Cur.lib.3.cap.6.num.1. Duena in regul.21.at cum ipſa conuenire feciſſet reũ corã ſuo Iudice,adſtringebatur forum rei ſequi, & amplius, quia illa Curia Theanenſis erat Iudex competens rei,in tantum quod quando aliquis conueniretur ab aliquo,debet conueniri coram Iudice competente, adeò ſi ipſe actor haberet plures Iudices,vel variationem fori, ſiue electionem,debet conuenire reum coram ſuo Iudice competente,ita Affl.in deciſ.257.nu.4.dixit, quod fori electio miſerabilibus perſonis conceſſa, non cenſetur conceſſa ad eligendum Iudicẽ incompetentem, & ibi Vrſill. nu.4. aſſequitur cũ alijs apud Nouar.tract.de elect.fori, ſect.1. q.2.nu.12.& 20.& ſi ſecus fecerit conueniẽdo reum coram Iudice incompetente, perderet cauſam,d.l.in criminali,nec per pœnitentiam euitaret hanc pœnam,vt ibi notat Caſtr. nu.4. quem ſequitur Caluol.vbi ſupra in d.§.actor, concl.1.nu.2. & multa incommoda reſultarẽt tradita per Nouar. d.quæſt.2. n.13. & ſeq. Ex aduerſo autẽ replicabatur,quod dum lis conteſtata non fuerat coram Iudice conuenti,nõ aliter dici poterat iudicium eſſe cęptum, nec quis dicitur agere,vel repetere, ſed velle agere,vel petere,ita And.Gayll.lib.1.pract.obſeru. in 74.obſeru.nu.2.& ſic licitum erit actori nedum actiones variare, vt per exẽpla idemmet Andr.eod.lib.1.obſeru.60.nu.4.oſtendit,ſimiliter actor nouam cauſam incipere, aliamque inſtantiam fabricare poterit,ex l.properandũ, §.fin. cum Gloſ. C.de iudic. firmat Carau.in ritu 148. nu.14. imò etiam in hoc caſu liti, ac inſtantiæ renunciare non dum lite conteſtata, Coſta de re integra, diſtin.80. nu.1.& 6. & conſequenter trahere eorum reos ad ſuos Iudices actorum. Præterea attento priuilegio Neapolitanis conceſſo non ſolum ante litis conteſtationem,ſed in quacunque parte iudicij eis licitum erit reos trahere,quemadmodũ electio fori, & variatio à perſonis priuilegiatis poteſt opponi in quacunque parte iudicij, latius Nouar.d.tract.ſect.1.quæſt.15.nu.4. Ad Secundum obiectũ replicabatur, quod Neapolitani quouis modo foro alterius conſentire poſſunt ſiuè agendo, ſiuè excipiendo vigore eorum priuilegiorum,vt infra notabitur,& hanc ſubſtinet opinionẽ nouiſſimè Io. Maria Nouar. d.tract.ſect.4.quæſt.63.num.3.& 4. ex multis ibi relatis, quocirca reſpectu priuile-

giorum ipſis Neapolitanis conceſſorum, licet in d. titu 30t. & Capit.1. Regis Regis Ferdinandi I. loquatur de conuentione per exteros facta aduerſus ciues, & ſic quando eſſent rei conuēti, nihilominus per alia priuilegia aliorum Regum apparet ſpecificè eis eſſe conceſſum, vt omnes exteros alibi habitātes, quamuis priuilegiatos etiā priuilegijs in iure clauſis poſſint agendo conuenire in Tribunalibus exiſtentibus in Ciuitate Neapolitana, vt Primò oſtenditur in Cap. 23. Regis Ferdinandi. Secundò inter Capitula huius Ciuitatis fol.24. iterum in Cap.30.Magni Capitanei fol.35.à ter. iterum in Cap.53.Regis Catholici fol.45.à ter. quod ſiquidem priuilegium eſt in viridi obſeruantia, & inoleuit dictū, Neapolitani trahunt, & non trahuntur, inquit Præſ.de Franch. deciſ.416. nu.1. & deciſ.382. nu.3. in tantum ꝙ eſt verū, quod tale priuilegium Neapolitanorum, quod trahunt reum eſt contra ius commune, & continet inæqualitatem, vt ſubdit Præſ.de Franch.d.deciſ.416. num.6. nimirum ſi trahant etiam miſerabiles perſonas, Nouar.vbi ſup.nu.2. vnde quemadmodum electio, & variatio in qualibet parte iudicij exerceri poſſit per priuilegiatos, fortius per ipſos ciues Neapolitanos, nulla habita ratione cōſenſus in Judicem, vel expreſsè, vel tacitè, cum ipſi nequeat nec ſibi ipſis, neq; Vniuerſitati Neapolitanæ præiudiciū afferre ad inſtar, & ſimilitudinē priuilegij Clericorū, qui nec ipſis, nec cętui Clericorum præiudicare poſſunt, cap.ſi diligenti, de foro compet. Et propterea cum fuiſſet per D. cauſæ Commiſſarium domi prouiſum, vt procederetur in M.C.V. demum interpoſita appellatione à tali decreto, & obtentum, vt cum interuētu aliorum Iudicum ipſa M.C. iuſtitiam faceret, facta inde relatione in eadem M.C. de menſe Decēbris 1636. deciſum fuit, quod ipſa M.C. ſtet in deciſis, in Banca Pignatarij.

Variatio, ſiue electio fori facta per viduā in Curia illius Domini, vbi vaſallus alterius delinquit, an erit admittenda, incidit pariter in temiſſione vaſalli Baronis Muri Antonij de Natale petita per ſuum Baronem, ac etiā per Baronem Sannaricę, petentē eandem remiſſionē ratione delicti ibi commiſſi, de quo ſupra in verbo remiſſio, ſi tali variationi deferendum eſſet, nam certum eſt, quod vidua non poteſt variare cauſam ad Iudicem incompetentem rei, ſed ad competentem, Afflict.in Conſt.Statuimus, nu.13. Carau.in ritu 233.nu.7. cū alijs apud Nouar.de elect.& variat.fori, ſect.2.q.30. & ob id dicebatur ex parte eiuſdem Baronis Muti, Dominum dicti inquiſiti non poſſe admitti, eo quia ipſe nedum cōpetens erat, quia erat Dominus ſui feudi, & ſucceſſiuè ipſius vaſalli, Baro igitur eſt Iudex ordinarius ſuorū vaſallorum, Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.1. §.1.nu.1. ſed etiam quia habebat iuriſdictionē cognoſcendi de delictis commiſſis per eius vaſallos extra territorium, vt ibi dictum patet, & propterea Baro Sannaricæ omninò incompetens reddebatur, & conſequēter variatio admitti non debuerat, iuxta deciſ.Affl. 257. vbi Vrſill. nu.4. eoque impenſius, quia iam ipſa vidua elegerat R.A.Hidruntinam, & ſic Curiam Regiam, ideo nō poterat reuariare de R. A. ad Curiam Baronalē ſui domicilij, ex traditis per Carau.in ritu 233. Sed ijs replicabatur, non obſtare primam obiectionem poſtquā Afflict.& Vrſill.loquuntur contra partem aduerſam, aſſerentes, quod vidua non poteſt trahere aliquē coram alio Iudice, qui non eſt competens reo carcerato, ex Affl. Carau. Menoch. & Marcheſ. relatis à Nouar. vbi ſupra, ſed Baro Sannaricæ competens eſt de iure ratione delicti commiſſi in eius territorio, cuius autes ſunt offenſæ, ex tex.in Auth. qua in Prouincia, vbi DD. C. vbi de del. agi opot. facit tex.in cap.vt animarū, §.ſtatuto, de con[illegible] in 6. vnde quoties quis eligit forum ſecu[illegible]m ius commune, præfertur eo, quia ſemper eligitur forum ſecundum priuilegiū, conſuluit Socin.conſ.94.vol.3. in fine, deciſū refert Afflict. deciſ. 257. in fine, neque aliud obiectū ſubſiſtere videbatur ex multis relatis per Carau. vbi ſupra, quia ibi diſputat circa dictam electionem, & variationē contra deciſa per S.C. apud Præſ.de Franch.& alios ſupra relatos, imò ipſemet Carau. poſt diſputationem concludit, quod dicta opinio in praxi non ſeruatur, & vidiſſe conceſſam variationē bis, & ter, & viduas eligiſſe R.A. poſtmodum variaſſe ad Curiam Baronalem, & deinde reuariaſſe ad eandē R.A. & fuiſſe admiſſas, prout etiam in hoc eodem facto euenit reſpectu aliorum inquiſitorum, præſertim Angeli Ricchi complicis, dum ipſa vidua elegiſſet in forū R.A.Hidruntinam, poſtmodum variauit ad M. C. & deinde reuariauit dictam cauſam ad eandem Curiam Baronalē Sannaricæ, & fuit tàm per dictam M.C. quàm per S.C. admiſſa ad relationem Iudicis Ruffini, in Aula Reg. Conſ. Carauitæ, & ſic etiam fuit in præmiſſo caſu iudicatum eodem referente die . . Maij 1632. vt in Banca Frauli.

Variatio an competat Clerico pro offenſione ſuę perſonæ, quemadmodum competit electio, & videtur affirmandum, eo ſiquidem præſuppoſito fundamento, quod Clericus dum habet electionem fori pro ſua perſona, vt poſt Annam in alleg.146.nu.4.& Viuiū deciſ.27.nu.3. Nouat.in praxi elect.& variat.fori, ſect.3. q.3. nu.2.in antiq. Genuenſ.in practic.Eccl.q.632. in fin. pariterq; hēt variationē ſibi cōpetentē iuxta regulam vulgatam, quod variare poteſt, qui poteſt eligere, Præſ.de Franch. deciſ. 364.nu.6. ante eum Carau. in titu 228. nu.17. ex quo notat, quod varians eligere dicitur, & ſic cum fuiſſent expeditæ prouiſiones in forma à M.C.V. pro tranſmiſſione Actorū ſtante variatione facta per Abbatem Perrottam à Curia Sereni pro iniuria ſibi facta à N. cōparuit in eadem M. C. Ill. Princeps Auellini vtilis Dominus dictæ Terræ, & obtinuit verbum fieri in S.C. grauatus de dictis prouiſionibus ita expeditis, ex eo quod licet Clericus habeat priuilegium eligendi forum pro iniuria facta in eius perſona, vt dictum eſt, quia elegerat dictā Curiam Sereni, tñ nequiuerat

amplius

Digitized by Google

amplius variare, ad text.in l.ſi quis iuſiurandum,C.de reb.cred. cum alijs apud eundem Nouar.d.praxi,ead.ſect.1.q.3.n.7.Carau.in ritu 233.nu.10. dicebatur etiā, quod nō ſemper procedit regula allegata, qui pōt eligere, poteſt variare, nam talis regula procedit in eo, qui habet priuilegium eligēdi à iure, ad quod optimè Afflict.in Conſt.Statuimus,ſub nu.36. notat,quod vbi electio datur a iure licita erit variatio, ex text.in l.eum,qui certarum ff.de verb.oblig.§.1. ſed hoc priuilegium,vt Clerici poſſint eligere Curiā Principis pro offenſione ſuæ perſonę, nō aliter eſt in iure cautū, ex eo,quia Eccleſiaſticus habet electionē fori ex interpretatione Conſt. Statuimus, & per Rit. Magnæ Curiæ, Franch. deciſ. 234. numer. 4. ſed benè ratione Eccleſiæ, quæ habet priuilegium,vt pro eis bonis electio competat, tanto magis pro perſona Eccleſiaſtica, quæ dignior eſt rebus, l.iuſtiſſimè ff.de ædil edict.vt notat Anna d. allegat.146. nu.4. ſed ſi velimus credere Afflict.in d.Conſt. nu.17. dum quærit, ſi Eccleſia de iure communi habeat tale priuilegium eligendi forum,ſicut cæteræ miſerabiles perſonæ,concludit negatiuè,niſi data violentia,rapina,vel fraude, & conſequēter quatenus eſſet tale priuilegium Eccleſijs conceſſum,non traheretur ad perſonas Clericorum, vt ſubdit nu.22. vbi notat, quod tale priuilegium l.vnic.C.quando Imper.inter pupill.& vid. non habent Clerici quando agunt,& cōueniuntur, ſecus ſi nomine Eccleſiæ reſpectu rerum, niſi dicamus, ex cōmuni obſeruantia id conceſſum videri, vt eis competat electio prædicta, vt quoque ſectatur Nouar. d.ſect.1. quæſt.31. nu.2. ex quo Clerici ſunt ſub protectione Regis, & ſic cum à iure nō ſit eis conceſſa electio, neutiquam variatio conceſſa videtur, quia eſſet addere priuilegiū priuilegio, & priuilegia non ſunt multiplicanda, Surd. d.deciſ.255.nu.3.& deciſ.323.nu.3.vltra quod talis variatio ſit legibus inimica, ac doli mali plena, Bald.conſ.326.nu.4.vol.1. & ob id tanquam odioſa reſtringenda, Cald. conſ.21. idē Nouar.d ſect.1.quæſt.3.nu.9. ad quod vnus ex Dominis adducebat exemplū priuilegij Neapolitanis cōceſſi, vt poſſint trahere ſuos aduerſarios ad Tribunalia Regia,nec trahuntur alibi,vt in ritu 301. vbi Carau. & conſequenter ſi habent electionem fori. non tamen variationem illius, nam id tenderet contra priuilegium conceſſum, ſi vellent ipſi variare ex Tribunalibus Regijs Neap. reſidentibus,& alibi ire,& ſic facta relatione in Sac.Conſ.per benemeritum Iudicem ipſius M.C. Carolum Calſanum,qui de hoc me certiorem fecit inſimul verba cum eo faciendo, deciſū fuit remittendo cauſam eidem M.C. vt iuxta ordinē ſibi datum prouideret, & ſic fuit remiſſa cauſa eidem Ill.Principi,ac Curiæ Sereni.

Variatio an competat à Iudice ſuperiore ad inferiorē, refertur deciſum negatiuè per Franc. de Petris conſ.13. in cauſa Franciſci, & aliorū de Alexandro.

Vaſallus an teneatur ſeruire Domino extra territorium, Anna in ſingul.560. in princ. dixit, quod non, per text. in l.quod niſi, cum l.ſeq. ff.de oper.lib.Iacob.de Roydis col.3.& ita fuit deciſum per S.C. iunctis Aulis in cauſa Marchionis Piſciottæ cum Vniuerſitate Centulæ, referente Reg.Conſ. D.Gregorio Angulo,& ijs adde Ant.Borrin. in ſua caualc.ſiue de ſeruit.vaſall.part.1.cap.9.

Vaſalli cogi non debent ad præſtandum ſeruitia filijs, fratribus, & coniunctis perſonis Baronum, & ſic pluries prouiſum,& determinatum per S.C. refert Nouar. in tract.de grauamin.vaſall tom.2.grau.21.

Vaſalli non coguntur nare, ſeù filare linū, ſtuppam, & alia ſine mercede, vt pluries fuit prouiſum,& determinatū per S.C. in multis cauſis relatis per Nouar.in tract.de grauam.vaſal. tom.2.grauam.30.

Vaſalli pro delictis antiquis moleſtati an debeāt tranſacto triennio, & ſi decreta liberatoria non oſtenderint, pluries deciſum fuit per S.C. negatiuè in cauſis relatis per Nouat.de grauam. vaſall.tom.2.grauam.40.

Vaſalli in domanialibus Baronis præter propriū vſum nequeunt aliquid prætendere, neque illum etiam per longum tempus abſque titulo præſcribere in præiudicium Baronis, & ipſius feudi,& ita iudicatū per S.C. in caſu allegato per Reg.Rouit.conſ.30. iudicium, vol.2.

Vaſalli an teneantur ad onera ſeruitiorum pro induſtrijs baronis, fuit deciſum negatiuè per S.C.in cauſa Ill. Card. Ieſualdi cum Vniuerſitate S.Menn ę. in Banca Figholæ,teſtatur Capiblanc.in 2.tom.de Baron cap.90.nu 16.

Vaſalli non tenentur curā habere pro induſtrijs Baronum percipiendis ex ſuis territorijs burgēſaticis,vel ab alijs cōductis, vel ſi vltra ſua paſcua feudalia armenta vellet tenere, quo nam caſu tunc ad ea colenda cogi nequeunt, licet ſoluti ſint operas ſuas alteri locare,prout fuit deciſū per S.C. in cauſa Ill. Principis Hoſtiliani cum Caſalibus Caleni, Io. Franc. Capiblanc.in 2.tom.de Baron.cap.90.nu.18.

Vaſalli an teneantur ad cuſtodiam carcerum, deciſum fuit pèr S. C. in cauſa Vniuerſitatis Melpignani cum eius Barone negatiuè, niſi in caſu neceſſitatis ſalario mediante,ita Ioan. Franc.Capiblanc.in 2.tomo de Baron. cap 95. ſub num. 6.

Vaſalli habentes vſum in territorijs an poſſint animalia ad ſocidā capere, vel vt alijs exteris vendant, deciſū fuit negatiuè p S.C. in cauſa Monaſterij S Stephani de Nemore cum Vniuerſitate Sulsad relatione m. Reg. tunc Conſ. Caroli Tapiæ, nunc Regentis Reg. Cancell. die 17.Iulij 1605.refert Iudex Taſſonus in obſeruat.iuriſd.ſuper pragm de antefato, verſ.3. obſeru.4.nu 74.

Vaſalli an poſſint offerre pretium, & ſe redimere Rege concedente Terram domania em, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Iungani cum Ill.Comite Roccæ Aſpri, refertur in alleg.5. poſt deciſiones Regent. Salernitani, vbi alias deciſiones cumulaui in mea addit.

Vectigal ſolui an debeat pro pecunia, vel maſſa argentea tranſmiſſa, non tamen cauſa mercimonij. dum nunquam pro illis fuerit ſolutū, fuit reſolutum in ſupremo Conſilio Italiæ, vt

certior redderetur de ijs omnibus Legatus Ducis Sabaudiæ, vt apud ipſum ageret pro reſtitutione pecuniæ, & ſic negatiuè, D. Reg. Tapia deciſ. Italiæ 22. nu. 13. & ſeq.

Vegigalia exigere an poſſit Dominus territorij in mare adiacenti eidem, ſicut exigit in terra, reſolutum fuit affirmatiuè, Reg. Tapia deciſ. Italiæ 22. a nu. 1. ad 12.

Vendere Vniuerſitas an poſſit tumulũ ſalis conceſſum a Rege cuilibet foculari pro ſuo libito, deciſũ fuit affirmatiuè per R.C. die 9. Decembris 1566. vt refert Andr. Capan. in tract. de iure adhoæ, quæſt. 61. nu. 27.

Venderé obligatus rem, an cogi debeat ad illius rei partem vendere, deciſum fuit negatiuè in cauſa Camilli Scortiati cũ Patribus Oratorii, in Bãca de Mondellis, teſtatur Franc. de Petr. conſ. 48.

Venditio bonorum feudalium quo nam ordine fiat, relata fuit deciſio ſupra in verbo ordo.

Venditio feudi facta cum Regio aſſenſu an poſſit reuocari vigore Conſtit. Conſtitutionem diuę memoriæ, eo quia non fuerunt adimpleta quæ adimpleri mandabantur in aſſenſu, vtputa ſi non fuerit præſtitum iuramentum fidelitatis, neque literæ aſſecurationis impetratæ fuerant, exiſtente quoq; clauſula reſolutiua, alias aſſenſus habeatur pro non præſtito, & ſi fuerit reſcriptum imperratum, quod poſſint prædicta adimpleri lapſu temporis nõ obſtante, imò obtentum poſt reuocationem, deciſum fuit affirmatiuè per Sacr. Conſil. in cauſa Marchionis Turris Francoliſij, & inde confirmata ſententia per Collaterale Conſilium die 10. Ianuarij 1600. in Banca nunc Scacciaventi, vt poſt Reg. Tapiam deciſ. Sacr. Conſ. 3. Reg. Conſ. Marcell. Marcian. in conſil. 37. copioſè.

Vènditio frugum facta per Aerarium Baronis alicui, qui ab eo non aliter fuerat electus, ſed à prædeceſſore, & poſtmodum continuando eius officiũ, an afficiat domino, deciſum fuit negatiuè, & abſolutus fuit Princeps Caſertæ, ita Conſil. Marcell. Marcian. conſ. 46. ex pluribus.

Venditio rei facta per illius poſſeſſorem vti creditorem contra Iudicis præceptum, ei mandantis, ne procederet ad alienationem ipſius rei, an iure ſubſiſtet, ſi enim attendatur iuris communis diſpoſitio citra nullitatẽ aliter videtur diſpoſitum, poſtquam ſi fuiſſet factum pactum de non diſtrahendo, tunc erit diſtinguendum, quod aut interdictio diſtrahendi fuerit acta debitori, nulli dubium erit, quin ſubſequuta venditione, ipſa ſit iure nulla, ad tex. in l. ſi creditor, §. fi. ff. de diſtr. pign. ſin autẽ creditori, & tunc alienans actione furti obligatur, ad text. in l. ſi is, qui pignori, in princ. de furtis, niſi poſt ternam denunciationem debitore non ſoluente alienationem fecerit, l. 4. ff. de pign. act. cum alijs relatis à Philippo Matthęo diſput. 13. theſi 47. in caſu autem de quo lis erat in S. C. prohibitio facta fuerat per Iudicem creditori, cui domus fuerat liberata ad extinctum candelæ, prout ex facti ſerie comperiebatur in domo Nicolai Scriptoris liberata D. Antonio de Ianuario, & conſequenter Gratiæ eius ſorori illius donatariæ ſub prohibitione, ne illam alienare præſumerẽt inconſulto Sacr. Conſ. & inde alienauerunt illam Antonino de Paſtena, vnde ipſe Nicolaus iudicium inſtituit reſciſſorium tàm contra dictum D. Antonium, quam ipſum Antoninũ, & per S.C. mediante diffinitiua ſententia, fuit ipſe Antoninus condemnatus ad reſtituendum eidem Nicolao domum in actis deductam, reſtituto prius pretio per eum ſoluto ipſimet Antonino, &c. ſub die 9. Iunij 1625. referẽte Regio tunc Cõſiliario Scipione Rouito, in Banca Romani Mag. Actor. nam hoc operatur præceptum Iudicis prohibentis alienationem fieri, taliter quod ſi contra fiat, annullaretur, ſicuti aliàs in ſimili deciſum refert Iul. Cæſ. Gallupp. in ſua recẽtiſſima praxi S.C. editione poſtrema, part. 2. cap. 3. nu. 16.

Venditio annuorum introituum ad vitam, olim ad rationem ducatorum viginti, & decem & octo inter partes concludebatur, poſtmodum ex nouella Pragmatica reformata ad rationẽ ducatorum quatuordecim, an etiam porrigatur ad venditionem vitæ nauis, vt etiam eo caſu locum habeat dicta Pragmatica, deciſum fuit per Magn. Cur. affirmatiuè, ſed pendente cauſa appellationis in S.C. non aliter fuit deciſũ, ſed tranſactione terminatũ, ita Reg. Tap. deciſ. SC. 26. Illuſtriſſimus.

Venditio bonorum executorum ad inſtantiam creditorũ an ſubſiſtat, nullo pręcedente mandato ad reluendum, nec etiam præcedentibus legitimis ſubhaſtationibus, oblatione præſenti pecunia, ac notificatione prioribus licitatoribus, eo magis ſi interuenerit Iudex recuſatus, deciſum fuit per Collat. Conſil. eſſe nullam, & inualidã, Reg. Rouit. conſ. 49. Nec Regius, tom. 2.

Venditio bonorum executorum ad inſtantiam Fiſci contra ſuum debitorem pro pœnis fiſcalibus, ſeu mulctis, an ſine ſubhaſtationibus, mandato ad reluendum, atque decreto fieri poſſit, hoc in dies contingit dubitari per vniuerſa Tribunalia huius Regni, & præſertim in M.C. quocirca videbatur, id fieri non poſſe ex ſpeciali text. in l. 1. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. ibique diſpoſitum eſt, quod ſi res fiſcalis vendatur omiſſa ſolemnitate, quæ de iure eſt adhibenda, reſtitui debet debitum debitori ſoluenti vna cum fructibus perceptis, & percipiendis, vbi Rebuff. notat, quod ſolemnitas inducta in fauorem debitoris circa bonorum alienationem per Iudicẽ, vel emptorem omitti non poteſt, Iodoc, etiam aſſequitur in ſuo tract. ſubhaſtat. cap. 3. nu. 15. & quod venditiones rerum fiſcalium plurimam deſiderant ſolemnitatem, tradit Peregr. de iure fiſci, lib. 6. tit. 4. per totum, vbi n. 4. præſertim refert ſollemnia requiſita in venditione rerum debitorum, latè Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib. 2. part. 3. gloſ. vendũtur, in contrarium ſe habet in prædictis obſeruantia eiuſdem M.C. poſtquam facta exequutione, illico ipſam vendit abſque ſubhaſtationibus,

& hoc

& hoc videtur comprobari ex captura debitoris fiſcalis, quem capi facit citra excuſſionē bonorum, ad text. in l.nemo, C.de exact. trib. lib.10.Marant.in ſpec.part.6.in 3.actu, nu.12. quod quidem corroboratur ex ijs, quæ tradit Carau.in ritu 134.nu.1. ibiq; probat, quod licet pro exequutione pœnarum fiſcalium ſeruandus ſit ordo traditus a iure in l.à diuo Pio, §.in venditione ff.de re iudic, vt prius mobilia,& poſtea immobilia exequantur, & inde perſona capitur.ſubiunxit, quod hodie aliter ſeruatur, nam ſi perſona haberi poteſt abſq; obſeruatione d.ordinis capitur,& carceratur, & ratio eſt ſecundum eum, quod iſte pęnæ aut debentur ex conuentione fideiuſſionis, vel obligationis ſtipulatæ penes acta, & tunc nulli dubium eſt, quod poteſt exequi realiter, & perſonaliter ad electionē vigore clauſularum,quæ apponuntur in eis,aut ratione contumaciæ, quia incontumaciam fuit quis condemnatus ad pœnam,& tunc idem, vndè ſi hoc reſpectu perſonæ procedit, multò fortiùs reſpectu bonorum exequutorum,vt citra ordinem iuris procedi poſſit ad venditionem ſic informem, & cum de hoc contingiſſet hæſitari in Collaterali Conſilio in cauſa Illuſt. Principis Sancti Seuerij, contra quem fuit exequuta certa quantitas frumenti pro pœnis Fiſcalibus, capta priùs informatione de prædictis,quod erat frumentum ipſius,fuit per perſpicaciſſimū Iudicem Io.Aloyſium Piſcicellum proceſſum ad venditionem, nullis præcedentibus ſubhaſtationibus, nec mādato ad reluendum, atq; decreto,& cum de hoc fuiſſet in Collat.Conſil. diſcuſſum, demum fuit venditio valida declarata ex dicta obſeruantia, quam credo eſſe deſumptam ex Ritu 133. vbi de exequutione mulctarum,& Fiſcalium pœnarum agitur, & Commiſſarijs expreſsè hoc præcipitur ibi, tertiam partem mobilium prædictorum capiant,& capta vendāt, ſeù captas pretio,ſeù pretijs, quibus poterant melioribus,ſeù de illis componāt, adeò quod cum exequutio contra contumacem fieri poterit illico,cum facta ſit eius cōdemnatio, Afflict.in Conſt.Pœnam nouem, num.11.ex eo quia contumacia ciuilis,& criminalis habent paratam exequutionem, Carauit. in ritu 127. num.8.ita pariter illius venditio in odium ipſorum debitorum contumacium,ne commodum ſentiant ex eorum delicto, pœna enim in pręmium conuerti non debet,Gloſ.1.in l.2. §.nemo ff.de capit.diminut. & facta relatione in eodem Collat.Conſ.per eundem Iudicem M.C.V.præuio ordine Regentis Lopez,in diſcuſſione cauſæ cōſiderata fuit facultas Commiſſariorum Fiſci pro exactione pœnalium, qui abſque alia ſubhaſtatione diſtrahunt bona exequuta, quanto magis hoc licitum erit eidem M.C. & propterea comparentibus creditoribus ipſius Ill.Principis fortè ad impediēdam venditionem,fuit per idem Collat.Conſ. rata habita venditio dicti frumenti,& deciſū, quod Sacrum Conſilium procederet ad venditionem remanentis ſummæ ad inſtantiam creditorum, ſuper quo Regius Conſiliarius Andræas Ianuarius iuſtitiam faciat de anno 1625.

Vēditio feudi ſimpliciter facta an irritetur prætextu alterius inſtrumenti celebrati diuerſo tempore ſuper pacto de retrouendendo adiecto,ita vt præſumendum ſit,contractus eſſe correſpectiuos, dum inter eaſdem partes fuerint celebrati, ita quod vnicus reputari debeat, & non plures ob indiuiduum voluntatis, quanquā omnes DD.vnanimiter concludere videantur,quod ſi cōtractus fierent vno eodemque tempore cum eiſdem Iudice, Notario, & teſtibus cenſeatur vnicus, & idem, poſt Menoch.de præſumpt.lib.6.præſ.12. per totam, Præſ.de Franch. deciſ.369. nu.4.& deciſ.213.num.58.Reg Lanar.conſ.62.num.3.& conſ.73.nu.4. Reg.de Ponte conſ.69.num.15. vol.1.Camill.de Medic.conſ.138.nu.3.& conſil.71. nu 48.& 49.prout in terminis de contractu feudi venditi cum pacto de retrouendendo.& per inſtrumenta diuiſa,ita vt aſſenſus ſuper vno obtentus non operetur ſuper alio, adhuc venditio redderetur nulla, quia pro vno reputaretur, attingit Frecç. de ſubfeud.lib.2.quęſt.16.vbi ita iudicatum cenſuit, quē ſequutus eſt idem Reg.Lanar. in d. conſil.73.num.5.vbi ipſo aduocante refert,in alio caſu idem deciſum fuiſſe in donatione facta, in qua aderat pactū de reuocando, ſuper quo non fuerat præſtitus aſſenſus, & fuit reſoluta donatio, ex Franch. & Camer. idem,quod dixit Frecc.confirmat Reg.Rouit.conſ.18.n.12. vol.2. ſed ſi diuerſo tēpore fuerit pactum appoſitum per aliud inſtrumentum, ex ijs, quæ dixit Menoch. loc.cit. nu.28. quod actus duo cenſentur correſpectiui, non ſolum quando vno contextu celebrantur,ſed etiam quando intra breue tempus vnum poſt alterum conficitur,quo fit,vt dum ex eodem fonte prouèniant, iudicari debeant, vt de contractibus correſpectiuis iudicatur,ac ſi in vno,eodemq; contractu inſimul fuiſſent appoſiti, pulchrè voluit Bald.in l.petens,col.10. C.de pact.& in l.penult. §.ſi mulier ff. ſolut.matr. multa congerit Frecc. vbi ſup. nu.6. etenim contractus qualitas cenſetur in actu ſequenti, etiam ex interuallo repetita, ex Maſcard.de prob. concluſ.619.nu.6.probat Bellon.in tract.de poteſt. eorum,quæ in contin.fiunt,lib.1.cap.120.n.4. & ſic pactum redimēdi,quod conuenit in capitulis,cenſeri debet repetitum in inſtrumento venditionis, licet ex interuallo, idem eod. lib.1. cap.74.num.7. nam paſſim in venditionibus talia pacta redimendi apponi ſolere, dixit nu.1. nihilominus reperi quandā Apoſtillam manuſcriptam in quibuſdam allegationibus editis pro Io.Vincentio de Tuſo, & Mercurio de Alexādro à Fabritio Brancatio, Carolo Feniceo, & Cæſare Freccia I. C. præſtantiſſimis ſic dicentem, & recordentur Domini Iudicantes de eo, quod iudicatum extitit ex ſolo huius primi requiſiti defectu in cauſa Ill.Principis Hoſtiliani cum Magnificis de Pace creditoribus Alphonſi Sanſeuerini, quod cum tractaretur de venditione facta cum pacto de retrouendendo per duo inſtrumenta

menta

menta coram eiſdem confecta, nullitas pacti de retrouendendo non irritauit venditionē, eo quod adductæ ſunt aliquæ cōiecturæ, quæ diuiduos illos cōtractus voluntate reddiderunt, hæc illi. Ex qua reſultare videtur cōcluſio, quod ſi ex interuallo fuerit pactum appoſitum ſecus eſſet, pacta enim, quæ incōtinenti apponuntur contractibus, plurimum referũt, nam inſunt cōtractibus, ex multis probat Bellon. d.tract.eod lib.cap.110.nu.1.vbi nu.3. ſecus ſi ex interuallo adijcerentur, & loquitur in feudis ſpecificè, ex Balzaran. in cap.1. de feud.non hab propr.nat.feud. n.13. & iterum lib.2.cap.31.nu.2. conſtituendo differentiam inter pactum incontinenti adiectum, vel ex interuallo, ex quo cum pactum incontinenti adiectum cenſeatur pars contractus, tunc ex vendito ageretur, ſecus ſi ex interuallo, quoniam tunc præſcriptis verbis ageretur, ex Alciat.& Mantic. hoc probãt, quod adeò verum eſt, ſtante diuerſitate cōtractuum, quod ſimiles contractus ad diuerſos fines tendentes, etiam incontinenti celebrati non dicerentur cohęrere, ita Reg.de Ponte conſ.92. num.8. volum.2.

Venditio annuorum tumulorum frumenti triginta trium æſtimatorum tempore contractus in ducatis decem an valeat, deciſum fuit per Sacrum Conſilium in anno 1564.in cauſa Fabritij Guarini cum Monaſterio S.Claræ Ciuitatis Litij eſſe irritam præuia relatione Conſiliar.Quadræ, vt refertur in d.alleg.23.diuerſ. poſt deciſ.Reg.Salern.nu.18.

Venditio redditus annuorum introituum facta per aliquem alicui ſub certo pretio inter eos conuento, iam ſoluto & confeſſo, ſed inde reſtituto, an reſcindi poſſit prætextu pretij non recepti, ex quo emptor vti Procurator alterius pecuniam in Banco habebat, quæ antequam fieret venditio reſtituta fuerat Dño, fuit deciſum, venditionem fuiſſe nullam, non interueniente vera pretij ſolutione, vt refertur in allegat.10.diuerſ.poſt deciſ.Reg.Salern.

Venditio feudi titulo decorata an valeat, ſi poſt venditionem compertum eſſet, aliqua corpora in eo contenta non exiſtere, vel ſi aliqua exiſterent, fuiſſe diminuta, vltra quod deficiebat Regius aſſenſus, nam etſi iuxta conuētionem de faciendo expedire aſſenſum, venditor produxiſſet aſſenſum Suæ Maieſtatis, nullius erat momenti, ex quo fuerat expeditus poſt reuocationem, & ſic re non integra, & neque prouiſiones exequutoriales infra annũ à Prorege fuerant expeditæ, & quatenus alio aſſenſu prius expedito à Prorege ſe iuuare potuiſſet, ſimiliter corruerat vti ſubreptitiè impetratus, non facta mētione de Terra titulo decorata, ob quod Prorex nullatenus aſſentire potuerat, & ex alijs cauſis adductis, tandē fuit iudicatum, venditionem eſſe validam, prout refertur in allegat.30. diuerſ. poſt deciſ. Reg. Salern.

Venditio rei pupillaris abſque decreto an ſubſtineatur, ſi fuerit facta à tutore in teſtamento relicto cum facultate alienandi generaliter, pariterq; exequutor illius relictus, & hoc pro debito paterno, adeo vt licentia ipſa iuſtam alienandi cauſam prębeat, vt non ſit opus decreto, & ſollemnibus, vel operetur iuſtā cauſā interponēdi decretum, deciſum fuit in beneficium Agneſinæ Villaroſæ affirmatiuè, ita cenſuit Franc.de Perr.conſ.10.

Venditio rei facta ſub haſta, ſi poſt extinctum candelæ, & depoſitum factum ſuperuenerit noua licitatio infra ſextam citra læſionē ſubſtineri an poſſit, vt emptor in poſſeſſionē illius immittatur, vel licitatio ipſa nouiter exorta admittatur; Accidit controuerti in R.C.S.in cauſa Io.Vincētij Iuuenis V.I.D.qui pro ſua defenſione ſequētia in iure allegauit videlicet. Non debet retardari V.I.D. Ioanni Vincētio Iuueni conſignatio poſſeſſionis domus paruę, ſuper qua obtulit ducat.5000.ſunt ferè tres anni, & ex tunc ſemper ſtetit ſub haſta, nouiſſimè verò ad extinctum candelæ celebrata coram Domino cauſæ Commiſſario, remanſit pro ducat. 5500. & iam fecit depoſitum cum eius maximo intereſſe, ſiquidē vendidit propriam domum patrimonialē, & complementum pretij ad intereſſe cępit, & inſtando pro conſignatione poſſeſſionis, comparuerunt aliquæ oblationes procuratæ ex praua voluntate, nam tam longo tempore ſubhaſtationis nemo plus obtulit, vt ad præſens poſt perfectum contractum per extinctũ candelæ, à quo altero inuito recedi nō poteſt, nec aliæ oblationes admitti debēt, ex text. in l.tatas, & l.de contractu, C.de reſcind.vendit.ibi, bona fides non patitur poſt oblatum pretium altero inuito poſſe a venditione recedi, & in l.ſi hypothecas, C.de remiſſ.pign dicitur, fiſcalis haſtæ fides facilè conuelli non debet, vbi Gloſ.in verbo fides dicit, ex quo cōtractus eſt perfectus, non debet retractari, & Bart. communiter ſequutus in l.licitatio ff.de publ. & vectig.num.4.hæc verba profert, cum ego facio fieri præconium, videor contrahere cum illo, qui plus promittit, quo promittente candela extincta, contractus eſt perfectus, quam doctrinam nimis cōmendat Frecc.de ſubfeud. lib.2.limit.44. in Conſt.diuæ memoriæ, num. 103.& poſt extinctam candelam eſſe meliores oblationes recipiendas, cũ contractus ſit perfectus, poſt Alber. de Roſat. in l. & ſi ſine, §.quæſitum ff. de minor ſic iudicatum etiam in perſonis priuilegiatis, teſtatur Afflict. vnitis Tribunalibus Reg.Cam. & Sacr.Conſ. deciſ. 340.Peregrin.de iure fiſci, lib.6.tit.2.nu.13. in fine, extincta candela non auditur alius ex eo ſolo, quia maius pretium offerat, quia ſi res haſtæ fiſcalis non eſt decipiēnda, & Theſaurus quæſt.101. lib.3. venditionē factam ſub haſta poſt extinctum candelæ eſſe perfectam, & ab ea non poſſe recedi. Franc. Marc. deciſ. 566. Mastrill. deciſ.84. Afin.de exeq. ſent. §.6. cap.10. nu.20. reijcienda erit alterius oblatio, etiam, quod eſſet alicuius momēti, Muſcat. in praxi Sacr.Conſ pat.3.gloſ.venduntur, nu.60. & 61. Io.Ant.Mangil.in tract.de ſubhaſt. & licit.quæſt.28.num.22.non auditur minor, vel Eccleſia, quando concurreret notabilis læſio, ſaltim ad ſextam, quæ ſufficit ſecundum Vr-

ſill. &

ſill. & idem quæſt.68. num.15. plus offerenti obligatur, & elapſo termino contractus eſt perfectus, & nullus auditur ad licitandum, & Gloſ. in l. ſi tempora, C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. in verbo admittat, dicit, per venditionem ſub haſta per extinctionē candelæ eſſe acquiſitum ius dominij, & allegat text. in l.2. C. de vend. rer. Ciuit. lib. 11. ibi, perfecta venditione auferre ſibi dominium non poteſt, cuius Gloſ. auctoritate Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.4. de regal. imp. §.5. nu.49. & 53. dixit, re licitata elapſo tempore nō eſſe admittendā aliam maiorem oblationē, quando iuſto pretio res licitata fuit, tunc enim admittitur noua licitatio, quando in venditione facta ſub haſta interfuit læſio in iuſto pretio rei venditæ, in l. ſi ex cauſa ff. de minorib. vbi Vlpian. dixit, quod minor reſtituitur aduerſus venditionē, ſi grande damnum paſſus ſit, & gloſ. in d. verbo grande, loquendo de venditione facta à Iudice, nō ad inſtantiam creditorum ſub haſta dicit, quod non reſtituitur minor, niſi grande damnum interueniat, & iterum Gloſ. in l. & ſi ſine, §. quæſitum, in verbo doceatur, & in l. penult. eod. tit. de minor. niſi grande damnum verſetur. Hanc limitationem ad regulam doctiſſimè fundauit Maſtrill. & ex cauſa læſionis vltra ſextam teſtatur deciſum & receptam nouam oblationē d. deciſ.84. Afflict. vero dixit iudicatum per S.C. & R.C. requiri læſionem vltra dimidiam, iuxta text. in l.2. C de reſcind. vend. ad finem, vt noua admittatur oblatio poſt extinctam candelam, verùm Vrſill. ead. deciſ. num.8. teſtatur de ſtilo S.C. & dicit iſta non vigēt hodie in praxi, nam ſatis eſt, quod læſio ſit vltra ſextā partem, & Reg. de Ponte diſputando de dicta deciſ. Afflict. & Vrſill. in ſupracitato loco de regal. impoſ. §.5. adduxit doctrinam Bart. in l. ſocietatem, §. arbitrorum, num.25. ff. pro ſocio, & concludit, requiri læſionem in pretio venditionis factæ ſub haſta vltra ſextam, vt noua admittatur oblatio, quia Iudex vendēdo fictè repræſentat partem, & cum dicta opinione Vrſill. concordat D. Præſ. de Franch. deciſ.120. num.7. & deciſ.224. in fine, quando vero non interfuit læſio ad minus vltra ſextam, remanet perfecta per extinctionē cādelæ, & nullo iure recipi debet noua oblatio, nec aliquid opitularetur illa vox, adeſſe creditorū concurſū, & patrimonium decoctū, tum quia emendo ſub haſta iure creditoris anterioris perfecta venditione per extinctum candelæ abſque læſione inſerta, remanēt extincta iura creditorum ſuper re vēdita, nec ſuper illa amplius poſſunt habere recurſum, iuxta not. in l.1. C. ſi antiq. cred. pign. vend. & in l.3. ff de diſtract. pignor. tum etiam quia nulla lege reperitur, concurſum creditorum eſſe magis priuilegiatum Fiſco, minore, vel Eccleſia in vēditione facta ſub haſta, & ex ſupracitatis legibus, deciſionibus S.C. & communi Doctorum theorica ſtatutum eſt, requiri læſionem vltra ſextam in omnibus perſonis priuilegiatis, quare non idem in creditorum concurſu. Vnde omnia exempla, quæ fortè adducētur ad demonſtrandum, fuiſſe admiſſas nouas licitationes poſt extinctam candelam, & poſt depoſitum, vel procedunt, quia in venditione præcedenti aderat læſio vltra ſextam, & contractus vti non perfectè celebratus poterat reſcindi, & iura creditorum reuiuiſci ſuper re vendita, ex not. per D. de Ponte loco ſupra citato de regalib. impoſit. §.5. vel quia venditio erat facta abſque appretio, & tunc concordarent cum ſupra allegatis iuribus, & ſic debet intelligi exemplum relatū per Maſull. in addit. ad Capyc. deciſ.36. num.6. vbi refert, per S.C. ad relationem M.C. abſque aliqua diſcuſſione, doctrina, ſeù ratione fuiſſe receptam nouā oblationem contra eius opinionem, & prædicta relata per Maſull. refert Thorus in ſuo compend. verbo oblatio, Epiſc. Ricc. collect.1726. Anton. de Amat. variar. reſolut. reſol.38. verū in fine num.19. concludit contrarium, iuxta ſupra adductas deciſ. Afflict. Maſtrill. de Ponte de regal. impoſ. nu.19. & nu.48. ad 63. Muſcatell. in praxi S.C. par.3. gloſ. venduntur, nu.60. & 61. Si dictum exemplum, & DD. quoniā vnus alterius dicta refert abſque diſcuſſione debeant præualere legibus, doctrinis, & deciſionibus ſupra adductis relinquitur circumſpectioni, & doctrinę Domini Iudicantis, Bāl. enim in l. receptitia, C. de cōſt. pecun. dixit, id, quod non fuit diſcuſſum, non dicitur deciſū, nec poſſe trahi ad exemplum, & maximè contra leges, quem refert, & ſequitur Præſ. de Franch. deciſ.367. nu.14. diceretur potius abuſus, & in damnum creditorum, ſiquidem concurrentes in haſta, non vacarent meliorare licitationes in actu accenſionis candelæ, ſi poſſent poſt extinctam, & poſt depoſitū aliquid plus offerēdo de nouo candelam accendi facere, & abſque contradictione rem habere, nam primus, cui non fuit ſeruata fides difficiliter de nouo reuerteretur ad licitandum, & res veniret in ludibrium, opprobrium, & dedecus haſtæ fiſcalis, in puncto dixit Frecc. lib.4. de ſubfeud in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num.103. & Luc. de Penna in l. congruit, C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. & ſi dicatur, in præſenti venditione adeſſe læſionem, ex eo quia ſuperuenit oblatio duc.6100. cum dilatione vnius anni abſq; intereſſe, quæ valitura nō importat niſi duc.5900. & ſic ducat.400. plus oblatione facta per ipsū Doctorem Io. Vincentium ſextam enim aſcendit ad duc.930. qui licet offerantur, nec etiam noua oblatio eſſet recipienda, ſufficit enim venditionem fuiſſe perfectam, & depoſitum eſſe factum, & non adfuiſſe læſionem habito reſpectu ad appretium domus duc. 6000. non enim attenditur ſuperueniens oblatio, valor enim rei conſideratur ex appretio, non per oblationem, vt in puncto deciſum refert in S.C. Præſ. de Franch. deciſ.54. num.7. & 10. & de hac oblatione facta in licitatione dixit Vrſill. ad Afflict. d. deciſ.340. num.3. & D. de Ponte in d. §.5. de regal. impoſ. nu.21. ibi, nullo modo dicamus de læſione tantum ex maiori oblatione aduerſus licitationem iam factam, & allegat Alber. in dict. §. quæſitum, hoc

idem

idem docuit Napod.in Conſuet.Si quis emit, de iure cong. in verbo ſuerit, vbi dicit debere attendi appretium iuxta æſtimationẽ,quæ fit à tabularijs ſecundum qualitatem rei, & non ſecundum oblationem, in qua plerunq; concurrit fraus,& animoſitas,& adducit text.in l.ſi quos, C.de reſcind.vend. ex quibus breuiter congeſtis omnino ſpetat decernendum ſibi conſignandam poſſeſſionẽ, id etiam ſuadente eximio damno per ipſum paſſo in deponenda pecunia oblata clypeo haſtę fiſcalis tutus, cætera ſuppleat peritiſſimus cauſę Delegatus,&c. Die 16.Ianuarij 1640.fuit deciſũ in fauorem ipſius Io.Vincentij,& dictũ,quod conſignetur poſſeſſio domus per peritiſſimum virum nobilitate clarũ Antonium Caracciolum Præſidentem R.C.S. in Bãca Anitabilis, quam ſiquidem iuſtiſſimam ſententiam comprobari videtur ex conſimili deciſione S.C.in cauſa Marthæ Scottæ, & aliorum creditorum quond. D. Fabritij, & Pitini Ruſſi cum hæredibus dicti quond. D.Fabritij,& Roberti Camerlingbi,cum fuiſſet die 20.Nouemb. 1628. per S.C. ad relationẽ Reg.Conſil. Octauij de Piccolellis primũ huiuſmodi decreto S.R.C. prouiſum eſt,quod iterum accendatur candela ſuper oblatione, &c. inde die 18. Decẽbris 1628. fuit aliud decretum interpoſitũ ſcilicet, decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod ſuſpenſo decreto S.C. terminus datus ſuper prætenſa læſione currat, vt prouideri poſſit ſuper petitis,hoc ſuum,&c.penès Secretarium,in Banca Carboni,& ijs conuenit ſollemnis deciſ.Berlichij 126. vbi articulum examinat,an venditio facta ſub haſta poſſit rettactari prætextu læſionis, iuxta remedium l.2. C.de reſc.vend. & plenius diſcuſſo hinc inde articulo cõcludere videtur nu.2.& 3.cauthelam eſſe,vt emptor poſt venditionem factam citato venditore faciat illam venditionem cõfirmari per Iudicem, quo caſu remedium d.l.2.ceſſaret ex Gayll.Coler.Kopp.& Pruchman.ibi relatis.

Venditor mercium nõ aliter habita fide de pretio] an præferatur in pretio illorum, concurrente muliere debitoris creditrice anteriore pro eius dotibus, certũ eſt enim, quod quando res vendita fuit emptori tradita, & habita fide de pretio, tunc non præfertur venditor alijs creditoribus,ex Mant. de tacit. & ambig. lib.11.tit.12.ſub n.7.Barboſ.in l.ſi cum dotem, §.fin.ſub nu.24.ff.ſol.matr.Couar.var.reſ.lib.1. cap.7.ſub nu.3. notat Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect.3.cap.2.num.385.& inſpect.3. cap.2.num.504.aſſequitur etiam Fontanell.de pact.nupt.tom.1.clauſ.4.gl.9.p.2.n.61. ex Pręſ. de Franch. deciſ.506. num. 3.cum alijs apud Greuęum ad Gayl.concl.15.num.1. Anton.de Amar. variar.reſol.tom.1.reſol.3.nu.42. ſed cũ alijs creditoribus in tributum venict, latiſſimè Caſtill. quotid.controu. iur. tom.3. cap.8. num.9. ex aduerſo autem,quando non fuiſſet habita fides de pretio, vẽditor præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus in re vendita, ex Andr.Gayl. obſeru.15.nu.10.lib.2. Griuell. deciſ.56.nu.39.aſſerente,ita deciſũ,vt teſtificatur Fontanell.eod.tract.tom.2.clauſ.7. gloſ.2.part.9.nu.39.conueniunt relata à Iacobo de Carol. in ſuo gemnato pauone, color. 10. nu.36. nam adhuc dominium retinet,donec ſequatur ſolutio,latè Fontanell.deciſ.Cathalon.124.nu.6.Parlad.vt infra nu.4. ſed hoc hoc dicunt procedere, quando venditor ſibi reſeruaſſet dominium,ne tranſiret,donec pretium fuerit ſolutum,vt ex Gomeſ.variar.reſol. tom.2.tit.de empt.& vend.nu.23.verſ.quintus modus, perpendit Præſ.de Franch.d.dec.506. num.3. quem ſequitur alios citando Fontan. d.clauſ.4.part.2.num.64. Gratian. diſcept. for. cap.25.num.7. Parlad.rerum quotidian. lib.1. cap.8.in princ. Ant.de Amat.vbi ſup.num.42. Caſtill.vbi ſup.num.12.aut cauerit de ſpeciali hypotheca rei venditæ,vt quoque idem Fontanell.in d.clauſ.7.gloſ.2.part.9.num.12.ſectatur Statil.Pacif.d.inſpect.3.cap.2.num.505.Iacob. de Carol. eod.loco relato ex Marant.in 2.par.in fin.in ſingul.incip.debitor obligauit, fol.146. notat Baldaſſ.de Angel. ad Conſiliar. Gizzarell.deciſ.39.ſub num.3.& tunc præfertur etiam doti,Anton.Amat.ibi num.26.quod idem procederet, ſi habuerit fidem de pretio, ad hoc vt ſit cautius, Morot. conſ.54.nu.4. cũ alijs relatis per Reg.Valenz. conſ.54.num.34. & 35. vol.1. & pro cauthela tradit Bonac.in tract.cauthel.lit.V.in fine, vel vt loci pignoris interim habeatur,ex Afflict.deciſ.306. & 338. conſiderat Iacob.de Carol.vbi ſup. Sed quęſtionis eſt, quid in muliere concurrente pro eius dote in mercibus marito traditis, nulla habita fide de pretio, neque vlla perexiſtente proteſtatione reſeruationis dominij,D.Franc. Hieron.de Leo in deciſ.Valent.175.tom.2. articulum in terminis examinat, vbi querit, ſi mulier ob creditum hypothecarium anterius dotis præferatur in re vẽdita venditori agenti ad pretium illius, vbi ex multorum opinione concludit, quod quãdo fuiſſet habita fides de pretio,nulli dubiũ erit, quod præferri debeat etiam creditori, ex cuius pecunia res empta fuit,vel refecta,& ſi reſeruatio aliqua reſeruationis directi non interfuerit, ex Gomeſ. Cephal.& Gayl.probat Bardell.conſ.23.nu.8.volum.1. ſecus tamen ſi venditor non habuerit fidem de pretio, tunc enim præfertur in re vendita pro pretio illius vxori etiam habenti anteriorem hypothecam ex cauſa dotis, & ita deciſum tradit, de quo per Statil. Pacif.d. inſpect.3. cap.2.nu.506. tunc enim diceretur, non fuiſſe habitam fidem de pretio, quoties fieret traditio rei abſque eo, quod fuerit facta proteſtatio,non ſibi reſeruando dominium, vel hypothecam ſpecialem, vel non appoſuerit pactum reſolutiuum contractus, quo caſu non haberet prælationem,ex Alex.in l.ſi cum dotem,§.fin.quæſt.vlt.ff.ſolut.matrim. Neguſ. de pignor. part.4.num.35. probat Farinac.deciſ.poſth.107. num.2.tom.1. & ſic in dubio vt ipſe ſubdit num.3. in fine, venditor non præſumitur habuiſſe fidem de pretio, Greuęus ad Gayl.in d.obſeru.15.nu.6. ex Vaſq. & Fabian. de Monte, & ex ſola traditione fidem habitã eſſe de pretio non infertur, Griuell.d.dec.56. num.9. & conſequenter dominium tranſlatũ

non

non videretur in emptorem, ob quod creditores illius in re vendita prælationem habere non videntur, & excluderetur vxor, vt inquit Greuęus d. concl. 15. num. 10. cæterum autem ſi fortè fuiſſet datum tẽpus ad ſoluendum, videretur habita fides de pretio, ex Gloſ. in l. quod vendidi, verbo ſatiſdatione ff. de contrah. empt. notat ibidem Farinac. nu. 3. optimè Cancer. variar. reſol. tom. 2. cap. 13. nu. 8. ex Bart. in l. 3. ff. de pignor. act. & Paul. in l. ciuilem, C. de rei vend. notat, fidẽ habitã fuiſſe, quotiès venditor rem tradit emptori non ſtatim accepturus pecuniam, vt plurimum fieri ſolet in vẽditionibus mercium, & eo caſu dominium transfertur in emptorẽ, & venditor nullum priuilegiũ haberet, ex Bart. in l. quod quis ff. de priuileg. credit. notat ibibem Cancer. ſub num. 2. poſtquam non ſufficit contractam eſſe venditionem, & rem traditam, & fidem habitam de pretio, ſed exquiritur, quod venditor ſtatim, & incontinẽti conueniat de hypotheca pro ſolutione pretij, tunc præfertur cæteris etiam anterioribus, ad text. in l. 3. C. qui pot. in pign. l. quamuis, de pign. §. porrò, Authent. de argent. cont. Bart. Rip. Zaſ. Didac. Neguſ. & Cephal. quos probat ibi Gruell. n. 4. cum alijs apud Bellon. in tract. de poteſt. eorum, quæ incont. fiunt, lib. 1. cap. 182. vel quod ſtatim ſibi ſoluatur pretium, iuxta deciſ. Conſiliar. Gizzar. 39. & cum id incontinenti actũ non fuerit, quo caſu non diceretur hypotheca contracta, Anton. de Amat. vbi ſup. nu. 40. & 41. & videtur habita fides de pretio ex pręſumptione iuris, ex Menoch. lib. 3. de præſumpt. in 29. præſ. in fine, Scult. Scheneid. Moller. & Bertazz. de clauſul. clauſ. 38. gloſ. 1. nu. 5. firmat Greuęus in d. obſeru. 15. conſid. 1. nu. 5. Fontanell. d. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 9. num. 35. & conſequenter dominium tranſlatum in emptorem, ex Afflict. deciſ. 294. notat Iacob. de Carol. ibidẽ in fine, & eo caſu concurſus creditorum admitteretur, vt iuxta anterioritatẽ, & potioritatem admittantur ad bona prædicta, vt optimè probat Anton. de Amat. eo loco, num. 36. 41. & 46. & ideo cum fuiſſent vendita quædam coria animalium cuidam mercatori per certum venditorem, nulla habita fide de pretio, fuerunt inde expoſita venalia, ex quo vxor emptoris concurrebat pro eius dote in mercibus prædictis, iuſſum fuit per S.C. vt audirentur omnes in pretio, quibus venditis, & depoſito peruento in poſſe Iudicis, fuit demum pretium illarum mulieri liberatum ad relationem Reg. Conſil. Franciſci Antonij Muſceptulæ, in cauſa D. Antonij de Sylua, in Banca Litti.

Venditor rei ſtabilis, ſeù immobilis pro franca, & liberã ab omni onere, ſi poſt venditionem compertum fuerit, ipſam oneribus eſſe ſuppoſitam, ad quid teneatur, ex diſpoſitione text. in l. ex ijs prędijs probatum extitit, quod emptor, cui res tradita eſt, poterit agere, vt libera tradatur, & ſi conuenitur de pretio, excipere poterit de re non tradita, ibiq; omnes Doctores notant, & Alph. collect. 1207. Minſynger. ſingul. obſeruat. centur. 1. obſeru. 37. refert in hoc eſſe conſtituta tria remedia: Primò venditorem eſſe conueniendum actione de indemnitate ex empto ad intereſſe, ſicque oportet rem ſententia Iudicis euictam eſſe, vt denunciatio eo nomine venditori fiat, quo empta melius defendatur, Abb. in cap. vlt. de empt. & vend. Secũdò actione ex empto ad intereſſe, l. ſi minor, C. de act. empt. l. Iulianus ff. eodem. Tertiò ſtipulatione indemnitate interpoſita in contractu emptionis, Gloſ. in l. ad tibi, C. de euict. vbi refert deciſum fuiſſe, quod ob rem liberandam ſoluere, quæ ſibi vt libera vendita eſt, poſſe emptorem ex ſtipulatione agere, Felician. de cenſib. in 2. part. in præfat. num. 5. aſſerit, vendentem vt liberam rem affectam onere cẽſus teneri ad intereſſe, & puniri poſſe extraordinariè, poſtquã vendẽs rem vti francam, & liberam, doloſè agit, Marta in voto 61. num. 12. & tenetur crimine falſi, Mangil. de euict. quæſt. 33. num. 6. Guzman. in tract. de euict. quæſt. 23. nu. 56. & iterum Felic. eadem part. 2. lib. 1. cap. 7. ſub num. 6. verſ. ſecundo infertur cenſuit, cenſum eſſe ſeruitutem, eo caſu affirmandum erit reſcindi contractum debere, ſi vero ſolius hypothecæ ſubiectum, & locum eſſe tunc venditorẽ ſatisfacere, teneri oblata reemptione, ex d. l. ex ijs prædijs, prout reſoluit Gutier. lib. 2. pract. quæſt. q. 169. nu. 5. Gaſp. Ant. Theſaur. lib. 3. quęſt. forenſ. q. 115. in hac re diſcuſſo articulo cẽſuit Senatum, æſtimationem quanto minoris in hoc caſu dari ad quartam pretij conuẽti, Guzman de euict. quæſt. 54. nu. 3. Mangil. in eod. tract. quæſt. 24. & quæſt. 121. num. 22. & 24. accedit prædictis quod probat Giurba deciſ. 113. num. 9. quòd vendẽs rem liberam ab omnibus hypothecis, illam liberare tenetur, nec vſque ad valorem pretij ſatis eſt, Præſ. de Franch. deciſ. 200. n. 15. aſſeruit, quod venditor vendendo rem ſubiectam alicui oneri, ſtatim cogitur liberare rem, vel facere deductionem pretij, quando debitum eſſet purum, quando vero debitum eſſet conditionale, liberatur pręſtando cautionem, Præſ. Anell. Amat. in conſ. 58. de hac eadem re agens, num vanditor rem liberam aſſerens, ſi obnoxia repetiatur, rem ſtatim liberare tenetur ſub actione, quanto minoris cõueniri dẽt, etiam ſi euictionem ſequatur, & quandoque ad reſolutionem contractus agi poſſit, & omnia benè rationibus, ac authoritatibus ita reſoluit. Et propterea in hoc erit aduertẽdum ante omnia, venditorem conueniendum eſſe in hoc caſu ad eximẽdum rem ipſam ab oneribus illius, quoniam venditor promittẽs generalem defenſionem rei venditæ, tenetur liberare illã ab omni moleſtia, ita Cencius deciſ. 108. num. 1. poſt eius tract. de cenſ. par. 1. & ſubdit in deciſ. 282. num. 2. emptorem poſſe cogere venditorem ad liberandum rem venditam ab onere cenſus, Mangil. d. quæſt. 121. num. 20. quæſt. 47. num. 21. & 22. & quæſt. 122. num. 20. & ſeq. imò ad omnia damna, & intereſſe, vt tradit Maia conſult. 3. nu. 4. Guzman. d. quęſt. 54. num. 8. Mangil. eod. tract. quęſt. 23. num. 24. Sicque in cauſa Iulij Palermi V.I.D. ac Reg. Conſil. qui emerat domum ab Alberico

rico

rico Carafa pro ducatis 6000. cum inde fuiſſet poſt certos annos reperta obnoxia oneribus per eundem Albericum contractis, & de hoc ſuiſſet conqueſtus in S.C. fuit per idem S.C. prouiſum, quod infra tres menſes dictus Albericus eximeret domum ab oneribus, aliàs prouidebitur, inde elapſo termino præfixo, quia non fuit adimpletum decretum, fuit tandē dictus Albericus condemnatus ad reſtitutionem pretij vna cum intereſſe, & pariter actor ad reſtitutionē domus vna cum fructibus, vt patet ex actis in Banca de Felice, nunc de Simeone. Ex ex ijs infertur ad alium caſum notabilem iam occurſum de venditione domus facta per Octauium Carafam Ioanni Baptiſtæ Mazzæ pro franca, & libera, in qua fuerūt repertæ aliquæ ſeruitutes, pro quibus cum eſſet conqueſtus dictus Ioannes Baptiſta in M.C.V. petendo reſciſſionem contractus, fuit per ipſam iudicatum, quod tollerentur ſeruitutes, ſed introducta cauſa appellationis in S.R.C. demum facta in eo relatione per Reg. Conſ. Gaſparem Palarium, fuit deciſum, quod reſcindatur contractus, vt ex actis in Banca Sarri, quæ omnia comprobari poſſunt ex traditis per Præſ. de Amat. conſ. 58. à nu. 8. cum ſeq. reſpectu reſciſſionis contractus, poſtquā vendens rem liberam, debet eam dare liberā à ſeruitutibus, & creditoribus, probat Bertazz. de clauſul. in clauſ. 13. gloſ. 1. ſub nu. 1. ex Bald. Dec. & Alciat. & de omnibus prædictis longa ſerie proſequitur Mangil. in eodem tract. de euict. quæſt. 24. vbi num. 28. exiſtimat, in hoc caſu pretium eſſe augendum detecta ſeruite poſt venditionem, ſed verius reſciſſioni locus erit ex rationibus ibi traditis à num. 34. cum ſequent.

Venenantes carceratos intus carceres qualiter puniantur, dixi ſupra in verbo occidens.

Verba illa vulgo concepta in Regia Dohana Neap. facta partita, an intelligi debeant, quod extrahētes ſoluere teneantur ius fundaci pro futuro emptore, & quid in extrahentibus pro eorum apothecis, deciſum fuit circa primum, quod intelligantur de annotatione eorum, reſpectu alterius fuit prouiſum, quod extrahentes pro apothecis modo prædicto teneantur in caſu, quo venderēt exteris, & ſic ſubiectis ſolutioni fundaci dare notitiam Attendatori, vltra notitiam daudam per emptorem ſub pœna intercepti, Reg. Salernit. deciſ. 44. Fundicus.

Verberātes famulos Curiæ, ſiue Alguzerios qua pœna puniri debeat, cum id expreſſim adhuc tactum per Regnicolas hucuſque nō vidi, & in occurrentia facti dubitati contingiſſet in perſonam D. Hieronymi N. inquiſiti, quod cū quidam Alguzerius cepiſſet intus eius domū quendam reum inquiſitum de vulnere, & ab eius famulis exemptus à poſſe Curiæ, peruento ad aures ipſius rei clamore gentium, illico arrepto enſe, illum inſequendo quamplures platonatas illi intulit, ex eo quod auderet reum capere in ſua domo, quod pro offenſa reputabat, ſicque de prædictis conuictus, & tergiuerſari non poterat, hæſitari contingit, qua pœna puniri debuerat, & certū eſt, quod cum iſti birruarij ſint perſonæ viles, Bald. in l. fin. C. de edict. diu. Hadrian. tollen. cum alijs apud Genuenſ. in praxi Cur. Archiepiſc. Neap. cap. 46. & eis nulla fides adhibetur, Farinac. de teſtib. quæſt. 56. nu. 371. tàm ſi eis fuerit iniuria illata, Caball. reſol. crim. caſu 127. per totum, quàm etiam pro aliorum criminum probatione contra reos, prout latiſſimè idem Caball. caſu 126. per totum, & ſeq; impenſius, quia inter Officiales non habentur, vt practicari poſſit Conſtit. Regni, Obſeruent, qua mandatur, vt grauius puniri debeant inferentes iniurias Officialibus, & Curialibus, nam ſi nomen Officialis intuatur, certum eſt quod erit intelligendum de illo, qui iuriſdictionem habet, Carau. in ritu 49. num. 22. in fine; quem ſequitur Reg. Rouit. in rubr. pragm. de official. & quæ eis prohib. nu. 3. ita quod nec Actuarius ſub tali nomine comprehenditur, quod defendit Præſ. de Franch. deciſ. 407. neque etiam ſub nomine Curialium, eo quia illi dicuntur hodie Officiales, qui ſeruitijs Curiæ aſtricti ſunt, & ſine licentia nequeūt recedere, inquit Carau. in ritu 160. num. 4. & propriè ſunt Actuarij, & Scribæ eorum, ex Affl. in Conſt. Magnæ noſtræ Curiæ, nu. 9. Ex aduerſo dicebatur, & ſi viles perſonę reputentur reſpectu eorum miniſterij, ob quod nulla fides eis adhibetur, non per hoc erint malè tractandi ab hominibus, & licet non dicantur Officiales, neque Curiales, ſunt tamen miniſtri executores ordinum Iudicantium, & cōprehenduntur iſti ſeruientes ſecundū aliquos ſub nomine Officialium in ſequela exercitij iuriſdictionis, quemadmodū ſubnectit Reg. Rouit. loco ſuperius citato, ſicque largo modo Actuarij, atque ſeruientes dicuntur Officiales, Carau. in d. ritu 49. num. 23. vnde ſubnectitur, quod iniuria illis facta, eſſetur facta Regi, vt habetur in d. Conſtit. Obſeruent, vbi Afflict. ad hoc plura coucinnit ſimilia, & per ſimilia à DD. relata in iniuriante ſubditū, ſeruum, filiū, vxorē, ciuē, monacū, & ſimiles, vt cenſeatur facta eorum præpoſitis, de quo latius apud Farinac. quæſt. 105. num. 269. cum ſeqq. quocirca hac perpenſa concluſione firmiter erit affirmādū, talibus iniuriātibus Curiales, ſeu Officiales eſſe pœnam duplicandā, vt in Conſt. Vt participatio, ibique Afflict. ſed non exprimitur, qua pœna, ex quo in hoc erit arbitrium Iudicis attendendum, vt conſiderata qualitate perſonarum pœnas inferre debeat reo, vt legitur in d. Conſt. Obſeruēt, hinc eſt, quod in Francia verberantes ſeruientes exercentes eorum officia, capite puniuntur, aut manus eis amputantur, ſed in Delphinatu pecuniariter plectuntur, aut Iudicis arbitrio, vt tradit Guid. Pap. deciſ. 557. in princ. quem ſequuti ſunt Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rub. 1. tit. des Iuſtices, §. 7. ver. ſimple, num. 39. verſ. ſeptima cōcluſio, & nu. 40. Fab. de Montel. in ſua praxi arbit. part. 4. in 9. quæſt. num. 8. Franc. Marc. deciſ. 674. num. 5. tom. 1. Sola in Conſt. Sabaud. tit. 36. cap. 4. num. 5. Pet. Pekius in tract. de iure ſiſtendi, cap. 32. in Hiſpania præſer-

Digitized by Google

præſertim in Regno Cathaloniæ verberans, vel iniurians ſagionem, pœna pecuniaria plectitur, teſtatur Mierez in Conſtit. Cathalon. collat.4.cap.19.nu.7.tom.1.& ſagiones dicũtur nuntij, & apparitores, idem in d.Conſtit. collat.3.cap.4.num.2.eiuſdem tomi, quamuis ibi Pet.Pekius ſub num.3.dicat, eſſe pœnam arbitrariam, de hoc in hoc Regno videtur eſſe conſtituta pœna exilij, nam per ea, quæ tradit Grammat. in voto 21. contra certos nobiles, qui noctis tempore ob inſultum, & homicidia patrata contra certos alguzerios M.C. citra tamen dolum fuiſſe impoſitam pœnam triennalis exilij, multo minus in verberante, quamuis in hoc ſatis erit animaduertendum, nam tunc diceretur illata iniuria Regi, quæ fit nuntio, ſeù alguzerio, quando intuitu exercitij officij contingeret, vt in d. Conſtit. Obſeruent, & in Conſtitut. Eos tantum, vbi Andr.& Afflict. cæterum ſi ex propria culpa ſeruientis occurrerit eius offenſio, tunc non Regi adſcriberetur, ſed ſibi, prout exẽplificando dixit Bartholom.de Capua in d.Conſt.Eos tantum, quod ſi aliquis ſeruiens Curiæ iniuriaretur alicui, & ille iniuriatus dixerit, ſi tu non eſſes ſeruiens, facerem tibi hoc, & hoc, iſte ſeruiens deponens arma, fuit verberatus ab illo, & quod tunc Curia agere non poſſet contra eum tanquam iniuriantem ſeruienti, ita ad propoſitum dicebatur ex parte inquiſiti, nõ aliter intuitu officij verberaſſe, ſed quia præter morem ex quadam præſumptione ingreſſus fuerat eius domum capiendo inquiſitum, nullo ſigno obedientiæ demonſtrando, vnde ob malũ modũ vſitatum ægrè ferens, ad talem incidit demonſtrationem, & ſic iniuria facta ſubdito tunc cẽſeretur facta dño, quando in eius contumeliam fieret, alias ſecus, Farinac.in ſua praxi, quæſt.105.num.300. ſicque ad coniecturas erit recurrendum, quando iniuria cenſeatur facta intuitu officij, & ob priuatam cauſam, Caball.reſolut.crim. caſu 128. num.12.de quo ſatis apud Guazzin.it tract.ad defenſam, in defenſ.t.cap.18.num.3. nam adhuc tamen replicabatur, quod etſi non Curia pro Tribunali ſedẽte, vel in actu exequtionis, aut alio actu iudiciario non fuerit illata iniuria, vt verè dici potuiſſet facta intuitu officij, proceſſerat tamen ex actu incumbenti ipſi ſeruienti, qui tenebatur malefactorẽ vbiq; capere, nulla habita diſtinctione domorum, perſonarum, cum nullus habeat talem immunitatem in Regno, prout eſt Romæ, Genuæ, & Bononiæ, ac alibi, vt dixit Caualc. de brachio regio, part.2. num. 31. ne malefactores, aut debitores capiantur ab eorum domibus; ideo facta relatione in Collaterali Cõſilio die 27.Octobris 1632. ad relationem Reg.Conſil. D.Ferdinandi Ezguerræ, fuit reus condemnatus ad biennale exilium, vt ex actis in Banca Roſæ, penès Scribam Petrenatum.

Via vicinalis ex priuato ſolo conſtructa, & in publico expoſita, an publica, vel priuata dici poſſit, ita quod Dominus ſoli, ſi eam in ſuum vſum vellet, non prohibeatur conuertere, ex facto percipiebatur, quod Moniales S.Marcellini intendentes cum Monialibus conuicinis S.Feſti Monaſteria vnire, præuia S. P. delegatione facta ad Ill. tũc Cardinalem, & Archiepiſcopum Alphonſum Carafam, adhibitis omnibus requiſitis, factaq; vnione prædicta, & Monaſterium in Inſula perſiſteret, viã quandam vicinalem conſtituerat, ne aliquid Monaſterio à conuicinis domibus oriretur, dixit Bald.in l.ſi cui, C.de ædific. priuat. & in conſ. 206. volum.1. & in eadem via ſic deputata fuit conceſſio domorum facta per dictum Illuſtriſſ. Cardinalem Matthæo de Afflicto, pacto adiecto, vt illa eſſet inter eos communis, & ob communem vtilitatem, ita vt potuiſſet facere feneſtras, & ſaſinas ſuper ea, cum autẽ illinc ad certos annos Monaſterium vellet dictam viam claudi facere pro ampliatione ipſius, fuit ex parte dicti Mathæi, ac Pauli Sauij inſtatum, hoc fieri non potuiſſe, cum agebatur de via publica iam effecta, quod enim vſui publico deſtinatur, publicum eſt, l.2.§.hoc interdictum, verſ.ad ea ff. ne quid in loco publ. imò non ſolum deſtinatione expreſſa via publica efficitur, ſed etiam quando à principio fuiſſet per partes effecta priuata ex collatione fundorum vicinorũ, & poſtmodum de dicta collatione non eſſet memoria, haberi vtique debet pro publica, nõ obſtante, quod præſumptio eſſet in contrarium, vt in via vicinali, vel quæ ad vicum ducit, quæ veriſimiliter non potuit effici per vicinos pro eorum proprijs, & priuatis commodis, & tamen ſi de hac deſtinatione non adeſſet memoria, erit pro publica habenda, & data per vicinos non poſſet, ex tex.in l.2.§.vicinales ff.ne quid in loco publico, l.1.§.ſi quid in idem, & l.fin. ff.de via, & poſt Angel. in cap.18. ſequitur Cepoll. in eius tract.de ſeruit. Maſcard.de probat.concl. 141 t. nu.t. imò quando etiam adeſſet memoria, nec tunc erit prorſus priuata, dixit Gloſ.in d l.2. in verbo publicus, quo circa non obſtabit quod obijciebatur, in hac via non haberi exitum, quaſi quod non poſſet eſſe via publica, nam illa verè publica via nuncupatur, quę habet vtrunque caput, & reſpondit ad aliam l.fin.ff.de vijs, & itin.publ. notat Afflict.in c.1. §.viæ publicæ, quæ ſint regal.& in Conſt.Sancimus, & via incipiens à publico, & deſinit in fundo vicinorum, perinde habetur, ac ſi eſſet publica, Maſcar.ibid.nu.2.nam ad cognoſcendum, an via ſit publica, vel priuata, non hoc attenditur, ſed an ſolum ſit publicũ, ideò tam vicinales, quàm illæ, quæ ad vicũ ducunt, poſſunt eſſe publicæ, vt not. per Gloſ. & Bart.in d.l.fin.viæ namque publicæ dicuntur non ſolum cenſuales, & prætoriæ, ſed etiam quarum ſolum publicum eſt, d.l.2. §.via publica ff de via publica, in caſu, de quo agitur conſtat, ſolum fuiſſe per eius Dominum poteſtatem habentẽ præuio ordine S. P. vſui publico deſtinatum, & ſic effectum publicum ex plenitudine poteſtatis trãſlata fuit poſſeſſio, & ius præſcribendi, voluit Innoc.in cap.bonæ, il ſecondo, de poſtul.prælat. ſequitur Florian.in l.ſeruitures, la grande, num.33.ff.de ſeruit. quæ ſiquidem præſcriptio interuenit ſpatio decem

annorum iam tranſacto, quę ſufficit inter pręſentes, l. ſi quis diurno, vbi glo. ff. ſi ſeru. vend. vbi Florian. quanquā ex parte Monaſterij replicaretur, hæc omnia decidi poſſe ante omnia ex definitione viæ publicæ tradita in l. 2. §. viam ff. ne quid in loco publico, viā publicam eam dicimus, cuius etiam ſolum publicū eſt, cumque ex inſtrumento apparebat, viam ipſam non eſſe conſtructam de ſolo publico, ſed de ſolo ipſius Monaſterij, certum eſt non eſſe publicam, ſed priuatam, cuius ſolum priuatum eſt, ius tamen eundi nobis competit, vt ibi I.C. notat. ſubdens viæ publicæ ſolum publicum eſt relictum ab eo, qui ius publicandi habet, ex Gloſ. ibi exponit de Principe, Senatu, & Ciuitate, quorum neutrū interuenit in conſtructione huius viæ, & propterea non obſtat, ſi dicatur, diù publicè itum fuetit per eam, poſtquam conſtructa fuit, non enim poſſet ex hoc dici publica, vt firmat Bart. in l. 1. ff. de ijs, quæ deiec. vel effund. quod apertè probatur in text. illo, in verſ. parui autem intereſſe debet, vtrum publicus locu fit, an priuatus, dūmodo per eum vulgo iter fiat, ex quo Doctores notant concludendo. non ſufficere ad probandum viam publicam eſſe, probare per teſtes, quod itum erat per omnes per Illū locum per longum tempus, vt dixit Apoſtill. ad Bart. in d. l. 1. ff. de loc. & itin. publ. & pro ſingulari notat Matheſil. ſingul. 92. quem ſequitur Cepoll. d. tract. de ſeruit. ruſt præd. in tit. de ſeruit. viæ, nu. 18. & ſimiliter vt ſingulare notat Arnon. probl. 91. & Alciat. in l. quantum ad ius, in verſ. via ff. de verb. ſignific. & ſi dicatur, ſaltem illam viam intermediam eſſe publicā, cum vtrunque caput viæ reſpondit ad aliam viam publicam, per text. in d. l. 2. §. priuatæ ff. ne quid in loco publico, quod firmat Andr. poſt Afflict. in d. cap. 1. §. viæ publicæ, allegantes Carolum in Gloſ. Longobard. tit. de inuaſor. l. ſi quis foſſatum, la ſeconda, reſpondetur Primò, quod licet verum ſit, non tamen extat memoria, quod via fuerat conſtructa ex collatione priuatorum, vt declarat Gloſ. in d. l. 2. §. viarum, in verbo publicas, quæ hæc duo copulatiuè requiruntur, vt via illa non dicatur publica, licet quod ſit conſtructa ex collatione priuatorum, & quod extat de hac collatione memoria, at cum in caſu iſto vtrumque concurrebat, quod extet memoria, & probatur, conſtructam viam ex collatione ſoli Monaſterij, & non publici, abſque dubio priuata, non publica iudicetur. Secundò, quod dicta via intermedia nō habet vtrumque caput ad viam publicam, nam verum eſt, quod ex vno capite pergitur ad viam publicā ante Eccleſiā Societatis Ieſus, ſed ex alio capite adeſt illa via, quæ citra dubium vicinalis eſt, poſtquam iter moritur, l. fin. ff. de loco, & itin. publ. & ſi Monaſterium caperet illam viam, quæ non habet exitum, clarum eſt, quod illa intermedia ſimiliter remaneret ſine exitu, licet haberet ingreſſum à via publica ante dictā Eccleſiam, quæ omnia ex abundāti dicta ſunt, quoniam ex lectura cōceſſionis factæ dicto Matthæo dicitur, quod illa via remaneret cōmunis inter Monaſterium, & dictum Matthęum, & ſic inter directum, & vtilem dominum, ſi communis, ergo dominium remanſit penès Monaſterium, nam quod commune eſt, meū eſt, ad text. in l. nemo ff. pro ſocio, & ſic Monaſterij, ergo non publica, cum hęc ex diametro ſint cōtraria, & ſi diceretur, etiam exiſtente tale pacto, quod ſit cōmunis propter communem vtilitatem, & vndiq; potuiſſent aperiri portæ, feneſtræ, & vtriq; parti facilis fuiſſet aditus, & tamen remanſit publica, replicatur, contrarium apperere ex dicto inſtrumento, aut licet pactum fuiſſet, vt cōmunis remaneret, nec aliter ipſorum clauderet poſtea, vel Monaſterinm reſpectu directi dominij, vel ipſius Matthæi reſpectu vtilis negati nō poteſt, quin vtroque cōſentiēte poſſit claudi fauore Religionis, & publica vtilitas cogit ipsū Matthæum ad conſentiendū, vel facit conſenſum haberi pro præſtito, arg. l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. fun. vbi Florian. imò nec alia exquirebatur proteſtatio, vel affixio armorum, vt non diceretur publica, vt nouiter in apertura viæ conſtructæ per Ill. Ducem Turris maioris cautum eſt, nam ſatis in dicto inſtrumento dictū pater, viam remanere communem Monaſterij, & Matthæi, & illa affixio armorum non fit ad aliũ finem, niſi vt conſeruetur memoria, viam illam fuiſſe ex collatione priuatorum, nam deficiente memoria haberetur pro publica, per ſupradicta, in quo etiam erit aduertendum, quod conceſſio facta dicto Matthæo non fuit facta per dictum Monaſterium, aut Moniales, ſed per dictum Illuſtriſſ. Cardinalem, & eius Collegam, ex delegatione S.P. motu proprio, accedēte tamen conſenſu Abbatiſſæ, in quo Breui Apoſtolico nō committitur, quod ex ſolo Monaſterij fierent viæ publicæ, & proinde non potuerunt Iudices ipſi delegati vias publicas conſtruere in damnum Monaſterij, & ſic auferre dominium ab eo, alias fines mandati excedere viderentur, ne tamen conceſſio reſpectu ſoli dictæ uiæ nulla iudicetur, oportet concludere, eam eſſe priuatam, non publicam, ut actus ualeat potius, quam pereat, & in dubio eligi debet quod ſit minus præiudiciale, iuxta regulā proditam à Paul. Caſtr. per illum text. in l. 1. ff. ſi quis caut. ſequitur Dec. in reg. quoties nihil, ff. de regul. iur. & denique nil obſtat, quod ex aduerſo prætenditur, uias publicas conſtitui ex uerbis illius inſtrumenti, quod poſſint facere feneſtras, & ſaſinas in illis locis, & in illa parte palmorum 162. ubi eſt publicum, &c. ponderando uerbum publicum, quoniam illa uerba non ſunt diſpoſitiua, ſed enunciatiua, quæ cum non ſint prolata à perſona, quæ potuiſſet tollere illum ſolum à Monaſterio, & facere publicum, non diſponunt, per ea, quæ dicunt DD. in l. optimam, C. de contrah. & committ. ſtipul. imò potius credendum ex errore prolatum à Notario, maximè cum ſequantur uerba illa uidelicet, ubi conſtruuntur plateæ, quę remanebant iam cōmunes ex pacto, quod licet facere feneſtras, & ſaſinas confirmatur, uiam eſſe priuatam, & eſſe in dominio Monaſterij,

ſterij, & quod ipſe Matthæus habeat ſeruitutem, nam ſi publica remãſiſſet, hoc ſibi licuiſſet abſque pacto, & tandem ſi via intermedia, quæ ex pacto fuit cõſtructa expenſis Matthęi de ſolo ſibi cõceſſo, de quo cenſum ſoluit, remanſit priuata, & cõmunis inter eos, & proinde non publica, quare priuata dici non debet illa, quæ expẽſis Monaſterij, & ex eius ſolo, de quo aliquis cenſus non ſoluitur, fuit aperta, vt commodè reliquum potuiſſet concedi, & inſularetur Monaſterium, & nihil officit clauſuræ, & inſulationis, quod ſolum extra clauſuram remaneret propriũ ipſius Monaſterij, & ſic fuit omnibus diſcuſſis iudicatũ in fauorem Monaſterij, vt percepi ex voto ſupra notato in allegationibus ipſius Monaſterij Reg. Salernitani videlicet, die 22. Nouembris 1578. facta relatione in R.C. fuit prouiſum in fauorem Monaſterij S. Marcellini, hæc ille.

Vicerex alicuius Regni an poſſit creare ſuum Locumtenentem in eo, durante eius abſentia, & ſi non habuerit expreſſam licentiam id faciendi, concluſum fuit affirmatiuè in ſupremo Italico Conſilio, vt refert Reg. Tapia deciſ. Italiæ 9. & refert bis Neap. contingiſſe.

Vicerex an ſit Iudex competẽs Caſtellanorum Regni ob delicta ab eis patrata, deciſum fuit affirmatiuè in Conſilio ſupremo Italiæ, ſic referente D. Reg. Tapia deciſ. Italiæ 13. à nu. 1. ad 2.

Vicinus an poſſit cogi facere alium conuicinum exercentẽ artem fętidam, ob quod mali odores reſultant cũ periculo infectionis per aeris intemperiem ad exfractandum ex loco, vt alibi habitet, vbi nulli nocere poſſit, de hoc in dies contingit altercari in hac Ciuitate ob multitudinem exercentium artes fętidas, ex quibus malus odor prouenit cum periculo vt ſupra relato, & non mirum ſi de ijs erit ratio diſcutienda, poſtquam prima facie videtur quis ſua libertate priuari, vt non poſſint ſimiles perſonæ in quouis loco habitare, & pariter reſpectu Dominorum domorum, vt non poſſint indifferenter omnibus illas locare contra diſpoſitionem iuris, cum quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter, ad text. in l. in re mandata, C. mandati, nihilominus quia licet hæc videatur eſſe cauſa particularis, ex quo inde reſultare videtur cauſa publica ob corruptionem aeris imminentem, adhuc videtur ceſſare cauſa particularis, quia vtilitas publica præfertur vtilitati priuatæ, l. munerum, §. item ff. de munerib. & honorib. l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccl. non mirum ſi in contingentia facti vertentis tàm in M.C. quã in S.C. in cauſa Antonini Palladini V.I.D. cũ Franciſco Pallone, fuit in controuerſiam deductum, vt ad inſtantiam ipſius Antonini exfractare deberet dictus Franciſcus à conuicinio vti venditor mercium carnium macellatarum, vulgo nuncupatur *merciaro, ſeù tripparo*, ex quibus malus odor redolebat conuicinis, ſed in locis aptis, & conſuetis ſe conferre deberet, non abſq; iuris rationibus, poſtquam exercentes fętidas artes inferentes malos odores habitantibus in domibus conuicinis, & etiam tranſeuntibus intra Ciuitatem, vel extra habitatum prohiberi poſſunt, vt alibi habitent, & exfractent de loco vbi nõn ſolet talia exerceri, quod ſiquidem tàm de iure communi, quam Regni, videtur eſſe diſpoſitum, etenim ſi ius commune intuatur, hoc idẽ probari cernitur in l. æquiſſimum, §. ſi tamen ff. de vſufr. l. ædiles, §. fin. ff. de via publ. l. 2. §. idẽ ait ff. ne quid in loco publ. cum ſimilib. & ſecundum prædicta iura Ripa in l. 1. ff. ſol. matr. num. 128. poſuit caſum in ſulſarijs, & pellipatijs, qui immittunt malos odores ad domos vicinorum, nec non ad tranſeuntes, vt poſſint prohibere, ne illam fętidam artem exerceant in dicto loco, per text. per quem tractatur ruſticas ſeruitutes, ſub rubr. de aggeribus, & idem Ripa in tract. de peſte, tit. de præſeruat. remed. num. 75. cum ſeq. vbi plures caſus de hoc poſuit, & remedia, quæ pro mundanda Vrbe, in quibus locum habet interdictũ prohibitorium, & inter cętera nu. 76. inquit, quod non poſſint proijci vrina, ſtercus, & ſimilia fętida in plateis, ne ex fętore vicino domus reddantur peſtilentes, ad quod allegat Cepoll. de ſeruit. rubr. de ſeruit. proijc. in 4. quæſt. & ibidem nu. 78. ſubdit Ripa, quod vicinus cõpellitur ad obturandum ſterquilinium, quod habet in domo ſua, cuius lumen, & putredo noceret vicino, de quo per Io. Petr. de Ferrar. in ſua praxi, in forma libelli, quo agitur pro hæred. vel re ſingul. diuid. rubr. & ſi in futurum, num. 2. & ſubnectit num. 86. ad caſum de ſulſarijs, & pelliparijs, ex quo malus odor noceret vicinis tranſeuntibus, ad quod allegat Gloſ. in d. l. ædiles, §. fin. & Cepoll. in dicto tract. rub. de aere, quod probatur in d. l. æquiſſimum, §. ſi tamen, vbi ex Alber. & alijs notat, quod dominus proprietatis poterit prohibere vſufructuario, ne faciat candelas, vel pelliparíam, aliamuè artem fętidam in domo ſua, & inſuper quod poſſit prohiberi, ne teneantur porci, & alia venenoſa animalia in Ciuitate, quia eorum ſtatus poſſunt reddere locum peſtilentem, idem ſequitur Rebuff. in tract. de priuileg. ſcholar. priuil. 3. num. 8. cui addo Nouar. in tract. de grauamin. vaſall grauam. 50. tom. 2. & non ab re ſi poſſint expelli ſimiles exercentes artes fętidas à Ciuitate, ad quod addo Auend. de exeq. mand. part. 2. c. 6. num. 13. & copioſius Bortell. de magiſtr. edict. lib. 3. cap. 12. vbi ex multis probat, Ciuitatem, vias, loca publica, immunditijs, ac ſordibus non infici debere, & ſic in domo ſua priuata quis nõ poteſt exercere artem, per quam malus odor, ſeù fętor vicinis fiat, idem Cepol. eodem tract. de ſeru. vrb. præd. cap. 48. nu. 3. quapropter comperitur, prohibitionem hanc, ſiue potius interdictum à Prætore inductum eſſe ad ſalubritatem aeris, ſiue tutelam Vrbium, poſtquam cloacæ cœlum peſtilentem faciunt, & ruinas minantur immunditiæ cloacarum, l. 1. ff. de cloac. in quibus vſum, atque patientiã ceſſare probatur in d. §. quia autem, eo quia purgatio munditiarum ad publicam vtilitatẽ ſpectare refertur, idcirco placuit, non eſſe in-

interdicto addendum, quod nō vi, non clam, non præcario ab illo vſu eſt etiam publicum, & populare, non cuilibet de populo competit ad prohibendū, & eſt perpetuum, eiuſq; cura ſpectare ad magiſtratus uidetur, l. 1. § hoc interdictū il primo, ſecundo, & tertio, & in § fin. ff. ne quid in loco publico fiat, Borrell. vbi ſupra, num 6. Cum igitur contingiſſet præteritis annis ad inſtantiam Regij tunc Conſiliarij Fœlicis de Ianuario inſtatum, vt N. tentoriā artem exercens intus domum, ex qua malus odor reſultaverat, licet per plures annos ibidem perſtitiſſet, exfractaret, fuit tandem ita deciſū per S. C. ſub patrocinio Mutij de Leone I.C. ſua tempeſtate præſtantiſſimi, qui inter primarios Aduocatos connumerabatur, ac poſtmodum idem iudicatū refertur per S. C. ad relationem Reg. Conſ. Petri Antonij Carauitæ in cauſa Nicolai Antonij Carpēterij habentis domum vicinam propè apothecā Marcelli de Luca Candelarij in platea Vlmi, vbi per plures annos inhabitauerat, & demum ob fœtorem artis candelariæ iuſſum, vt exfractaret de conuicinio, vt ex actis in Banca Figliolæ, vbi alia exempla oſtenduntur, & de ijs notam habui à Ioan. Baptiſta de Leone V. I. D. filio non immerito eiuſdem Mutij, qui in cauſa eiuſdem Antonij Palladini etiā de iure conſuetudinario probare nixus fuit, vt de loco conuicino exfractaret dictus Frāciſcus Pallone merciariam artem fœtidam in loco incongruo exercendo ex Conſuet. Neap. in tit. de faciend. molend. & melius in Capitulis huius Ciuitatis, præſertim in Capitulo *del ben vivere*, vbi in ſpecie loquitur reſpectu articuli de quo agebatur in rubrica *delli Salcicciari*, incip. *Item che nelle bucciarie non ſi poſſano tenere merci, ma ſe debbiano vēdere nelli luoghi ſoliti*. & in alio Capitulo ſequenti, incip. *Item nullo bucciero ſi ordina, che vēda nello ponticello del mercato, &c.* & ex ijs conuenit quod tradit Borrell. vbi ſup. nu. 10. quod lanij carnes facientes, & accomodātes pelles in extremo Ciuitatis loco ſtare debeant. Et ſic fuit quoque iudicatum per M. C. V. ad relationem Iudicis Don Ferdinandi Mexiæ, in Banca Gregorij Canalis, & confirmatum per S. C. ad relationem Reg. Conſ. Franciſci Antonij Muſceptulæ mei Domini obſequentiſſimi, penès Secretarium, in Banca de Martino.

Vicinus an cogere poſſit conuicinū ad reficiendum domum contiguam minantem ruinam, & ſi illam non fecerit, an ipſe admittatur ad refectionē, & quomodo, licet enim ex diſpoſitione iuris communis præceptum ſit, contra dominos domorum minantiū ruinas ad inſtantiam conuicinorum vt cauere debeant de damno infecto, ad text. in l. hoc amplius ff. de damn. infect. ſin autem cauere noluerint, ædibus carere debere, ſubdit I. C. hinc fit miſſio ex primo decreto. l. 4 § ſi intra ff eodem, & eo caſu reficere nō compellitur, ſed loco pignoris rem habebit, l. ſi finita § ſi quis damni ff. eod. ac poſtmodū interuallo temporis interiecto d. l. ſi quis damni, §. non tamen fit miſſio ex ſecundo decreto, nec erit locus cautioni, d. l. ſi quis damni, §. poſtea autem, ſed hoc iure in Regno nō vtimur in praxi, cum tales miſſiones ex primo, vel ſecundo decreto non ſint vſu receptæ, vt tradit Mormil. in Conſt. Contumacem, in princ. verſ. hodie autem, neque præſtatur cautio damni infecti, ſed fiunt tantum præcepta, vt valeat vicinus domum minantem ruinam reficere, ex regula text. in l. Præſes Prouinciæ vltima ff. de offic. Præſ. & ſic Iudicis officio compelletur, vt quoque probat Cepoll. in tract. de ſeruit. vrban. prædior. c. 59. num. 3. vbi cenſuit, ita aliàs in iudicando obſeruaſſe, cum alijs relatis per Borgn. deciſ. Fiuizan. 26. nu. 61. part. 2. Thom. Valaſc. alleg. 50. & ſi renuerit vicinus reficere, ſubdit ibi text. aduerſus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat, vbi Gloſ. declarat detrectantem, ideſt inobedientem, ſeù recuſantem, in quo ſanè erit aduertendum, quod ſi dominus domus ſit potens, compelli poterit, vt reficiat, vt tradit Cepoll. vbi ſup. num. 4. ſin autem ſit impotens, tunc ad curatoris officium pertinet, vt ſumpto publico reficiatur, ſubdit ex l. ad curatoris. § domum ff de damn. infect. Cepoll. vbi etiam alio remedio vti poſſe firmat, vt impotēs compellatur ad vendendum alteri, qui ſit potens ad reficiendum, ſequitur Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 90. nu. 20. & ſi eam iuſto pretio vendere non poſſet, non cogetur ad vendendum, ſed licitè poterit à Republica petere tantum, quantum ſufficiat ad reparationem domus, ex Specul. in tit. de ſatiſdat. §. hoc quoque, quem ſequitur Roman. ſing. 389. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 2. nu 6. Iacob. Nouell. in regul. 140. at in caſu de quo agebatur, dum domus quædam minabatur ruinam, inſtiterat Rinaldus Cōforto vicinus aliam domum ſibi contignam poſſidendo, ne ſibi damnum afferret, vt præuia proteſtatione Ianuarius Maglianus, & Matthæus Saracinus poſſeſſores dictę domus ruinam minantis, illam reficerent, & ſic capta informatione, fuit interpoſitum decretum per M. C. præuia relatione Ioānis Dominici Taſſoni illius Iudicis die 6. Iunij 1635. viſo loco, vt infra quatuor dies cōuenti reficerent domum in actis deductam, aliàs liceat eidē Rinaldo Conforto illam ſuis ſumptibus reficere, verum pecunia expendenda expendatur cum interuentu Actuarij cauſæ præſentis, & præferatur omnibus alijs creditoribus ſuper dicta domo, vt ex actis in Banca de Ferdinādo apparet, nec mirandum ſi ipſa M. C. in defectum Dominorū poteſtatem conceſſit dicto vicino, ex quo de eius voluntate proceſſerat, ne ſibi damnum ſuccederet, ſe obtulit reficere, attenta paupertate conuentorum, & ſic fuit exequutum.

Vicinus tenetur vendere domum Eccleſiæ vicinam pro illius ampliatione, quod certum eſt apud Doctores relatos per me in prima parte comp. verb. vicinus, vltra eos Cabed. dec. 105. nu. 4. part. 1. Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 90. nu. 13. & mouentur ex diſpoſitione text. in l. ſi quis ſepulchrū ff. de relig. & ſumpt. funer. vbi Aſin. num. 3. notat, & vltra eos hoc

idem

idem firmanit Io.de Platea in l.1.C.de ſtud.libet.vrb.Romæ,lib.11. in fine,ſic dicendo,& idem in vicinis Religioſorum, vt teneantur vendere domos ſuas pro Eccleſia amplianda, quod etiam ad Monaſteria Monialiũ extenſum fuiſſe,refert Gram.deciſ.85.imo quoque ſi fuiſſent Conſeruatoria Monialium abſque clauſura,ex quo ſubſunt protectioni Eccleſię, poſſunt etiam compellere vicinos ad vẽdendum domos cootiguas pro ampliatione dormitorij, & ſimiliũ, prout fuit deciſum per Sacrum Conſilium in cauſa Eccleſiæ S. Mariæ Conſtantinopolis huius Ciuitatis cũ Orlando Cinera legum profeſſore.

Vicinus an compelli poſſit ad vendendum eius domum Eccleſię pro ampliatiooe hoſpitij,deciſum fuit negatiuè per Sacr. Conſil. vt tradit Conſ.Nicol.Ant.Gizzarell. deciſ.87. decreuerant,part.1.& ita etiam per Curiam Archiepiſcopalem in conſimili deciſum reliquit Epiſc. Vici Equenſ.Aloyſ.Ricc.deciſ.eiuſdem Curiæ 128.par.1.vt aduertit Additionator in d deciſ. Gizzarell.

Vicinus, qui vult retrahere rem alienaram iure congrui pro pretio coouento,an illud depoſitando cum pactis, & cõditionibus appoſitis, ac etiam ſub euictione ab eiſdem venditibus,aut etiam ab habentibus cauſam ab ipſis erit audiendus, ſi primus emptor ex pretio aliquam quantitatem ſoluiſſer liberè abſque vlla conditione, & vinculo, & proinde inſtabat, eandem ſummam ſibi ita liberè deberi,quemadmodum in facto euenit in venditione cuiuſdam ruris ſiti in Caſali Arzani facta in emphyteoſim cum poteſtate affrancandi per Benedictũ Bauam Troiano Arrichiello pro certo pretio conuento, de quo ſoluerat ducatos bis centum affrancando dictam ſummam anticipatè, at cum inſurgiſſet Nicolaus Iacobus de Roſa vti vicinus, petẽdo rus iure congrui, & ne lite vexaretur emptor obtuliſſet illud cedere,cuius vigore dictus Nicolaus Iacobus depoſitum pretij fecerat, vt liberaretur creditoribus dicti Benedicti iam in proceſſu poſt litem inſtituram comparentibus,quibus liberari inſtabar præuia eorum graduatione, cum cautione de faciendo eorum credita vera,anteriora,potiora,& non exacta pro euictione dicti ruris cum ampla quietatione, ac etiam ceſſione iurium,audito ipſo depoſitãte, dicebat Troianus,non aliter teneri ad cautionem præſtandam,quia liberè ſoluerat dictos ducatos bis centum, illos affrancando, & liberè ei erat reſtituenda pecunia, & nõ ſubiecta cautioni, per ea, quæ in ſimili tradit Præſ.de Franch.deciſ.200.num.13. quod creditor, cui ex facto debitoris pecunia libera nõ fuit tradita, poterit agere, vt ſibi libera tradatur, vbi in antecedenti nu.10.dixit, quod ſolutio pecuniæ,quæ libera peruenit ad debitorem, etiã libera reſtitui creditori debet,non autẽ ſerua, aliàs reſtitutio differret,ſicut albedo à nigridine. Secũdò dicebatur, quod cũ ipſe Troianus emiſſet ius prædictum abſque aliqua conditione,ita etiam vicinus eodem modo emere tenebatur, ſicuti è contra, quoties interuenerint pacta,& conditiones,eodẽ modo adſtringebatur emptionem facere, adeo quod ſi fuerit factum pactum de retrouendendo, retrahens habebit cum dicto onere,ex Boetio notat Benedell.in tract.de iure congrui ad princip. Conſt. nu.153. ſimiliter in dilatione conceſſa ad ſoluẽdum in certo tempore pretium, eodem potiretur retrahens ex Guid.Pap.conſ. 161. notat Rendell. in eod. tract. verbo non ſoluerit,num.10.ad quod optimè Farinac. deciſ.620.in ciuilibus, nu.1.tom.2. probat,quod prælatio cenſuario conceditur in re vendenda cum ijſdem conditionibus, quibus alteri venditur,& ius dicitur quæſitũ cum ſua cauſa,allegat Rotam in deciſ.475.nu.8. part.1. in nouiſſimis, vbi patet exemplum in iure congrui. Tertiò, reſpectu cautionis præſtandæ pro euictione dicebatur,ad illam non teneri, ſed principalis venditor pro omnibus, prout aliàs deciſum fuit per Sacr.Conſ.in cauſa Andreæ Barrilis cum Io.Bapriſta Sixto,& alijs,ad relationem Reg.tunc Conſ.Scipionis de Curte ſub die 20. Septembris 1596. decreto ipſius Sacr.Conſ.prouiſum eſt,quod depoſitum ducat.590. factũ per Mag. V.I.D. Andræam Barrilem liberetur Victoriæ Montanaiæ,& filijs, factis debitis cautelis promiſſionis euictionis à ſeipſis, & habentibus cauſam ab eis, nec nõ reſtitutionis dicti pretij pro ſumma tantum duc.340.in caſu generalis euictioois,&c. penès Secretarium, in Banca Amatrudæ. Et licet per Magn.Cur. die 24.Aprilis 1599. ad relationem Iudicis Hieronymi Trombatore fuiſſet iudicatum, quod ſtante depoſito facto per dictum Nicolaum Iacobum de Roſa eidẽ conſignaretur poſſeſſio maſſariæ in actis deductæ, & nihilominus de depoſito prædicto liberentur Troiano de Arrichiello ducat.228. non obſtantibus conditionibus appoſitis, vt ex actis in Banca tunc de Buccerijs, nũc Canalis, interpoſita inde appellatione ex parte dicti Nicolai Iacobi ad Sac.Conſ. prætendentis, ſibi cauendum eſſe tàm à venditoribus, quàm ab eorum creditoribus, iam poſt iudicium inceptum comparentibus pro euictione generali,facta inde relatione in eodem Sacro Conſilio per eundẽ Iudicem die 6. Maij 1599. fuit interpoſitum decretum,ſcilicet per S.R.C. remiſſa eſt cauſa eidem M.C.V. verum ducati 220.per dictam Magn.Cur.ordinati liberari, liberentur cum cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem, &c.& videbatur iuſtificari decretum ex eo, quia quilibet in re ſua eſt moderator,& arbiter,l.in re mandata,C.mand.& quilibet in re ſua legem ponere debet, quam vult ab initio, eoquè impenſius, quia per inſurgentiam creditorum ipſius venditoris euictio imminebat in limine contractus,quo caſu euictioni locus erat, l.ſi poſt perfectam, C. de euict. Franch.deciſ.555. Caballin.de euict. §.5.nu.48.& ſic videbatur emptio in periculũ euictioois poſita,& cõtingere potuiſſet,euinci forte à futuris creditoribus, ideo cautius agendum erit,vbi periculum verſatur,cap.vbi periculum, de regul. iur. in 6. ſicque cautius

agere non eſt improbatum, l.2. C. de furt. ibi, curare igitur cautius negotiari, nam intereſt noſtra potius non ſoluere, quam ſolutum repetere, Franch.deciſ.42.nu.4. à quo decreto cũ fuiſſet reclamatum ex parte ipſius Troiani, aſſerentis eſſe grauatum in præſtatione talis fideiuſſionis de reſtituendo cui, quibus, & quando, &c. nam realiter præſtare non tenebatur, dum bona fide ſoluerat venditori liberè in affrancatione partis pretij, nam fideiuſſione ſuperuacanea quis onerari non debet, Franch. deciſ.418.nu.3. poſtquam emptor indifferenter ſiuè bona, ſiuè mala fide recuperat pretium, Reg.de Ponte conſ.73.num.4.tom.2. & quatenus cautionem præſtare compelleretur in caſu euictionis, vel à ſe ipſo, aut habentibus cauſam ab ipſo tantum procederet, & non aliter. Quapropter iterum facta relatione in eodem Sact. Conſil. die 14.Iulij 1599. per eundem Iudicem fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum ſcilicet. Per S.R.C. remiſſa eſt cauſa eidem Mag. Cur. quæ ſuum exequatur decretum latum ſub die 24. Aprilis, non obſtante decreto Sacr.Conſ. à quo declaratur bene reclamatum, &c. penès Secretarium, in eadem Banca ſupra relata in proceſſu Reuerendæ ſororis Suſannæ Aſterghę cum Benedicto, & Petro Baua hæredibus quond. Not. Franciſci Baua.

Vicinus non prohibetur ſuas ædes extollere vſque ad Cœlum, ex iuris diſpoſitione cautũ eſt, l.altius, C.de ſeru.& aqua, vbi DD. vnanimiter limitant, dummodo vicino non noceat eleuatio ædium, ſiue aſpectus ſupra domum vicini, hinc inferunt ipſi ad quæſtionem illã, vt ſi fieret eleuatio, vt videret vxorem vicini, filias, vel moniales, tunc prohiberi poſſit eleuatio, Alex.conſ.174.nu.4.vol.2. Io.Sayſon.in Conſuetud.Turon.tit.des droictz, §.4. 5. & 6. gloſ.1.fol.49. Muta deciſ.Sicil.8.nu.6. Caualc. deciſ.Fiuiz.8.nu.77.part.5. Cabed. deciſ.Luſit. 152.part.1. qui omnes concludunt, non poſſe ædificium tolli, vt aſpectus habeatur ad Monaſteria tàm virorum, quàm mulierum, & ſic deciſum refert Cabed. vbi ſup. cum alijs apud Reg.Rouit.in prag.3, de monial. vbi alia conſimilia exempla poſuit, ſed quid exiſtente via intermedia, an prohiberi poſſit vicino, ne altius extollet ædificium, certum eſt, quod reſpectu monialium eſt expeditum, vt fieri poſſit prohibitio ipſa, ſiuè ędificiũ fieret ad æmulationem, ſiuè non, vltra diſpoſitionem iuris communis extat prag.3. allegata, ibique Reg. Rouit.nu.1. & ſic deciſum refert Muta d. deciſ.8. & Romæ pariter, teſte Farinac. dec.213. part.2.tom.1. eo quod fundata eſt dicta pragmatica ſuper honeſtate Monialium ſeruanda, Capiblanc.in prag.1.num.176.de Baron.Præſ. Battagl. ad Cyn. in l.1.C.de Epiſc.& cler. verſ. patet ex præmiſſis, Reg.Tapia ad d.pragm.3. num.1. & ſic diuerſa eſt ratio reſpectu fratrũ, vt ibi probat Caualcan.nu.77. cui accedit Ant. de Padilla in d.l.altius, nu.19. quem ſequitur Reg. Rouit. memor etiam de Gomeſ in l.46. Tauri, nu.6. in medio, & nu.4. qui in deciſ.92. cõtrarium fundat, & deciſum refert, & ijs accedit quod de iure prothomiſeos dictum eſt, quod non aliter erit admittendum exiſtente via intermedia, vt expreſſũ eſt in Conſt.Sancimus, & poſt Affl. Bald. & Rendell. in tract. de iure prothom. Benedel. ibid.n.48. Bard.eod. tract.§.1. Iac.Nouell.eod.tract.§.8.& 9.nu.19. hinc ad propoſitũ Ang. in l.qui luminibus, in fin. verſ.& ideo habes ff.de ſer.vrb.pręd. dixit, ꝙ habẽs palariũ iuxta hortũ alicuius, & pariter feneſtras, tñ lõgiſſimo ſpatio intermiſſo inter dictum ædificium, & hortum, non prohibetur domino horti ædificare, & oſcurare lumina totaliter, vel in parte domini ædificij, & ſic cum fuiſſet factum mandatum Ioſepho de Angelis V.I.D. ne altius extolleret ſuas ædes ſuper feneſtras habentes aſpectum in conuicinio loco exiſtente via publica intermedia, fuit ad relationem Regentis Rouiti tunc Regij Conſiliarij deciſum per Sact.Conſil. quod detur terminus in cauſa, & interim licere dicto Ioſepho extollere ſuas ædes die 4. Aprilis 1626. in Banca Scacciaueti, & iterum in cauſa Hieronymi Capone, referente tunc Regio Cõſiliario D.Franciſco de Ocampo die 2. Septembris 1632. fuit confirmatum per Sacrum Conſilium eius decretum, quod liceret fabricare, in Banca Strinæ, confert deciſio Maceratenſis apud Tomatum deciſ.119. & alia deciſio Rotæ 676. quam ſequitur Merend. controu.iur.lib.1.cap.30.nu.13.

Vicinus retrahens rem iure cõgrui vigore Conſuet.Neap. ab eo, qui emit, habita bona fide de pretio cum onere præſtandi certum intereſſe pro pretio, an teneatur ſoluere integrum pretium in pecunia iuxta appretium factum, vel de illa parte correſpondere creditoribus aſſignatis iuxta conuentionem habitam inter primos contrahentes, deciſum fuit per Sacrũ Conſilium, quod retrahens ſoluat integrum pretium in pecunia numerata vinculata, vt ex ea dimittantur creditores aſſignati, Reg.Rouit.deciſ.96.empta.

Vicinus, qui facultatem habet extollendi ædificium ſuum vſque ad Cœlum tam de iure, quã etiam ex Iudicis decreto cogi an poſſit à conuicino ad vendendum talem facultatem, ne poſſit altius extollere ædificium, & ſuppoſito eo, quod in facto euenit, dum Põpeus Zumpolus obtinuiſſet decretum à Sacro Conſilio licere fabricam inceptam continuare præſtita cautione de demoliendo, eo quia fuerat impeditus à conuicino, ne altius extollere poſſet ædificium, poſtea inſtitit vicinus ad euitandũ euitanda, vt vẽdere compellatur talem ſeruiturem altius extollendi, ad hoc ne altius extolli potuiſſet, ad quod Reg.Rouit.in dec.92. in fine dixit, quod priuilegium fundatum in l.ſi quis ſepulchrũ ff. de relig. & ſumpt. funer. vt poſſit etiam vicinus cogi ad vendendum ſeruitutem altius non extollendi etiam via intermedia, quod admittunt ſine ſcrupulo Ant.Gomes in l.46.Tauri, nu.9. cum ſeq. Præſ. de Franch.deciſ.223.nu.4. Ant.Padilla ad l.altius, nu.19. cum ſeq. verſ.neque rurſus, C.de ſeruit. & aqua, ſubdit tamen D.Rouit. quia mihi viſum fuit egere altiori indagine, & non

eſſe

Digitized by Google

eſſe tam pingue pro Religioſis, prout eſt illud priuilegium fundatum in limitatione d. l. altius, hæc ille, idcirco in eadem cauſa Pompei Zimpoli conuenti ad inſtantiam Monaſterij S. Mariæ Diſcalceatorũ S. Auguſtini de Auerſa ad vendendum ſeruitutem prædictam, altius non extollendi, fuit per Sacr. Conſ. ad relationem eiuſdem D. Rouiti tunc Reg. Conſ. die 7. Aprilis 1628. prouiſum, quod oppoſitis non obſtantibus decretum Sacr. Conſil. debitæ exequutioni demandetur, in Banca Strinæ.

Vidua, quæ ad ſecundas nuptias conuolauerit, promittendo dotem eius viro minorem, quã fuit prima dos à patre promiſſa, & data primo viro, ſe ſubmittendo Conſuetudini Neapol. quòad diſpoſitionem illius, ſi in morte de tota dicta dote diſpoſuerit in beneficium extranei, an agnatus medietatem dotis vendicare poterit, non obſtãte dicta diſpoſitione, ac pręſentione hæredis inſtitutæ, quod dos per eam data non aliter à patre proceſſerat, & conſequenter non computari in bonis antiquis, ſed in bonis nouiter quæſitis, quemadmodum in facti contingentia fuit controuerſum in Magna Curia in cauſa Ioãnis Dominici de Ebulo cum Iulia Miranda, & ſuppoſita prius facti ſerie, nempè cum fuiſſet Hieronyma de Ebulo matrimonio collocata cum Autheo Niotta, cuius contẽplatione fuerunt promiſſi ducati 400. per Antoninum de Ebulo eius patrem, illinc ad certos annos ſoluto matrimonio collocauit cũ Simeone Miranda promittendo ei dotem ducatorũ bis centum, incluſis ducatis 60. receptis ab Antonino eius patre vltra alios ducatos 40. ſolutos ab eodẽ patre tempore capitulorũ, & in ſpecie fuit dos ipſa ſubmiſſa Conſuetudini Neap. quoad diſpoſitionem, demũ in vltimis conſtituta ipſa Hieronyma hæredẽ ſibi inſtituit Iuliam Mirandam filiam Aſcanij Mirandæ eius cognati, & fratris ſui viri, at cum vellet interponi facere decretum præambuli, inſurrexit Ioannes Dominicus eius frater, petendo ad ipſum ſpectare medietatem dotis iuxta formam Conſuetudinis, quanquã fuiſſet primo loco per Mag. Cur. interpoſitum tale decretum præambuli in eius beneficium in bonis, in quibus dicta Hieronyma poterat diſponere, & ſic facta relatione quantitatis dotis cũ intereſſe prouiſũ fuit, ſpectare, & ſpectauiſſe ad dictũ Ioannem Dominicũ ducatos centũ vna cum intereſſe, nihilominus introducta appellatione ad Sac. Conſil. ex parte ipſius Iuliæ ordinatum fuit per cauſæ Commiſſarium, vt Magn. Cur. procederet ad liquidationem, non tamen ad exequutionem, ſicque facta liquidatione intereſſe in ducatis 15. 3. 15. iuſſum fuit, vt ipſa ſuũ exequeretur decretum infra ſummam cum cautione, & cum proceſſus iam ſit compilatus, & de illius expeditione ageretur, dicebatur ex parte ipſius Iuliæ totam dotem ſibi deberi, eo quia dos non aliter fuerat à patre data, ſed ab ipſamet Iulia, ideo quia non erant bona antiqua, poterat de ea diſponere ad ſimilitudinẽ eius, quæ dotem acquiſiuit ex ſui induſtria, vel pulchritudine, de qua poterit teſtari pro arbitrio voluntatis, ita Napod. in Conſuet. Si qua mulier, nu. 50. ſic mulier de dotibus à ſe acquiſitis poteſt liberè diſponere, Reg. de Ponte conſ. 9. nu. 5. vol. 1. Molfeſ. in Conſuet. Neap. part. 3. quæſt. 22. nu. 13. & hoc etiam corroborabatur ex teſtium depoſitionibus aſſerentium, primum virum fuiſſe decoctum, & inde ipſam Hieronymam dotẽ amiſiſſe. Replicabatur ab altera parte, eſſe certũ, quod cum ipſa mulier in dotem dederat ducatos bis centum ſecundo viro, illos etiam habuiſſe aſſerebat ex bonis primi viri ad euitandum turpem lucrum, quemadmodum diſpoſitum eſt de iure, vt mulier nupta præſumatur quæſiuiſſe bona de bonis viri per rationem allegatã, ad text. in l. Quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor. latiſſimè Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 51. vbi nu. 14. id ampliat ad viduam, vt præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis viri, dum intra annum luctus perſiſteret, & ſubdit nu. 22. quod bona reperta penès mulierem matrimonio conſtante, vel intra annum luctus, mariti præſumuntur, & fortius dum dotem conſequutura erat, & in domo viri permanſerat, præſumendum erit ſibi ſatisfeciſſe pro dote. Huic etiam conducit quod voluere Imol. Caſtr. Roman. Alex. & Iaſ. in l. diuortio, in princ. ff. ſolut. matr. quos probat Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 10. num. 5. quod mulier videtur habere aliundè, quando habet actionem, vel poteſt exigere, vbi alios refert. Pendet deciſio.

Vidua an poſſit forũ declinare ex priuilegio viduitatis ei obuento poſt litem conteſtatam, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. in cauſa Mariæ Naccarellæ, ſic atteſtante Reg. Conſ. D. Franc. Merlin. controu. forenſ. cap. 81.

Vidua eligere in forum M.C. contra reum ſubditum Magno Admirato an poſſit, relata fuit deciſio ſupra in verb. electio.

Vidua eligente in forum M. C. an cauſa remitti debeat ad Baronem prætendentem poſſidere Caſale Neap. in qua non datur perhorreſcentia, vide ſupra in verb. electio.

Vidua cum duodecim filijs mortuo patre an potiatur immunitate, etiam ſi filij eſſent diuerſi matrimonij, videtur negandum, quia ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium, l. idem Vlpianus ff. de excuſ. tutor. l. filius à patre, §. 1. ff. de liber. & poſthum. l. ex facto ff. de vulg. & pupill. vbi DD. quos cumulat Tiraquell. in tract. à ceſſante cauſa, part. 1. nu. 203. Secundo fortificatur ex doctrina Bal. in l. 2. C. de Epiſc. & cler. dicentis, quod quando priuilegium ineſt vni tantum viri principali, & ex eo deriuatur ad alios, eo mortuo extinguitur priuilegium, eo maximè exiſtente ratione priuilegij, l. ſemper, §. demonſtratur ff. de iur. immun. quę eſt ob onus alimentationis, quod pater eius filijs gerit, quæ ceſſat eo mortuo, & conſequẽter non tranſiret priuilegium, ita Cyn. & DD. in l. 2. C. de Epiſc. & cleric. & probatur in l. fin. C. de ijs, qui num. lib. ſe excuſ. lib. 10. at cum natura immunitatis ſit, vt perſonam ſigillet, & cum ea extinguatur, l. ſordidorum, vbi Gloſ.

C.de

Digitized by Google

C.de excuſat.tutor.lib.10.& hanc opinionem firmauit Socin.conſil.84.vol.3.concludendo, hanc immunitatem eſſe perſonalem, & ad filios nõ tranſire,ex l.fin.C.qui num.lib. quamuis contrarium decidit R.C.S. die 4. Auguſti 1571. referente D. Franciſco Antonio Dauid, etiam quod non omnes filij eſſent procreati ab ipſa, ſed partim ab ipſa, & partim à viro ex prima vxore,vt aliàs decidit eadem R.C. ſicut percipitur ex regeſtro partium anni 1552.fol. 131. de quo extat decretum anni 1563. die 4. Maij, vt erit videre in libro notamentorum, illo prius conſiderato,quando vidua,quæ viuit in communi cum duodecim filijs, quoniã citra dubium, ſicuti numerus liberorũ excuſat patrem, ita & matrem, l.de perſonalibus, C.eod.tit.quanquam ratio educationis,quam patet facit, videatur conſiderari per I. C. in l.ſemper,§ demonſtratur ff.de iur.immun.quę ceſſare videtur in matre,nihilominus DD.intelligunt,dictam rationem non eſſe finalem, nec ſolam, ſed quando concurrit fauor naturalis,& publicus ob educationem filiorum in eſſe,in quo magis mater impedit,quam pater, ſecus erit, Ripa poſt alios in l.ex facto, col.1. ff.de vulg.& pupill.hinc eſt,quod licet omnes immunitates de iure ſint odioſæ,ideo reſtringendæ,DD in l.vacuatis,C.de Decurion.attamen hæc immunitas fauore liberorum dicetur fauorabilis, nam ob publicum fauorem conceſſa eſt, & ob cauſam notabilẽ, Bart. Bal. Caſtr. & alij in l.qui exceptionem ff. de cond. indeb.& alibi,Gloſ.in l.ſed ſi lege, §.conſuluit ff.de petit.hæred.dixit,hunc titulum immunitatis ob numerum liberorum eſſe oneroſum, quare ex ijs ceſſat ratio, quòd iſtud priuilegiũ ſit perſonale, & mortuo patre ceſſabit, nam remanent reliquiæ priuilegij in matre,quę nõ ceſſant in filijs, Gloſ.in cap.decet, de reg. iur. in 6. eo magis in vidua, quæ de iure gaudet eiſdem priuilegijs, quibus gaudebat in vita viri,l.fœminæ ff.de ſen. l.cum re,vbi gloſ.C.de nupt. l.mulier,C.de dignit. l.filij, §.vidua, vbi gloſ.ver.domi mulier ff.ad municip. & cenſetur eſſe in matrimonio,donec durat viduitas, quaſi quod vbi ſit animus,ibi etiam & corpus iudicetur, l.quæſitũ ff.de leg.3. l.fin.C.de bon. matern. Archid.in cap.ſi quis,de ſepultur.in 6. Guid.Papa deciſ.349.ſicque durat idem priuilegium,tanquam quod nihil fuerit innouatũ, firmat hanc opinionẽ idem Guid. Pap. q.376. & ita Moderni in repet.l.1.C.de mulier.& in quo loco,lib... nu.127.facit text,in l.1.§.commixta familia ff.ad S.C.Syllan. ad quod Marſ. in ſing 180. & in rubr.de fideiuſſ. quod ſi habens priuilegium immunitatis ex numero liberorum habet bona in communi cum altero, quod eximit illum etiam non priuilegiatum, hæc Reg.Moles in ſuo tract.manuſcripto de regalib.Regni,&c. tit.de vltimis exituris Regni, quæſt.14. & ijs accedit deciſio Præſ.de Franch. 259. quod immunitas conceſſa patri ob numerum duodecim filiorum, extendatur ad matrem, vt dixi in prima parte compendij verbo immunitas,ſequitur Reg.Conſtant.in l.ſi quis, C.de Decur. lib.10.nu.15. multo fortius in vidua procedere debet, & de hac eadem deciſione meminit Conſiliar. Paſcaſ. in tractatu de virib. patriæ poteſt. part.4. cap.4. num.21.

Vidua an poſſit abſentibus inquiſitis de nece proprij filij eligere Iudicem proprij domicilij contra prædictos inquiſitos ex priuilegio l.vnicæ, C.quando Imper.&c. non obſtante quod cauſa reperiatur ad aliorum inſtantiam introducta in M.C.V. Pro ipſa vidua fuerunt ſequentia allegata in iure à ſolertiſſimo I. C. Io.Maria Campana videlicet. Poſſe viduam offenſam relicto Iudice Regio,Iudicem ordinarium eligere, vt coram eo accuſationem proſequatur extra controuerſiam eſt, quoniã priuilegium adeundi Curiam Regiam in prima inſtantia locum habet ipſa volente, non inuita, Odoffr.in l.vnic.C.quando Imper.&c. Andr.in Conſt.Regni,Statuimus, in verſ. miſerabilium perſonarum,verſ.item dicit Odoff. Afflict.ibid.num.35.modo Iudex quem vidua eligit, habeat iuriſdictionem in delinquentẽ, quia alioquin Iudex incompetens eligi minimè poteſt, Andr.in alleg. Conſtit. Statuimus. verſ.item quid ſi pupilli, Afflict.deciſ.256.n.4. Iudicem vero proprij domicilij,quem ad præſens eligit Petronilla Tronci eſſe competentem in inquiſitos, in quos eligitur, nulla cadit dubitatio, quoniã & idem Iudex loci delicti eſt,text.in l.1. C.vbi de crim. Illud ambigi poteſt,an prędictæ viduæ hęc ordinarij Iudicis electio competat etiam in priuilegium ex vi l.vnicæ, C.quando Imper. &c. multum enim refert ad rem de qua agitur iure tantum ordinario, an etiam iure prædicti priuilegij competat, quoniã ſi iure priuilegij multis illa fruetur illum eligens prærogatiuis, quas alioquin non haberet, non ſolum quia Iudex per viduam electus, ſi res in diſceptationem veniat, præberetur cuilibet alteri priuilegiato Iudici, ſi non ſit expreſsè derogatum priuilegio d.l.vnicæ, Follet.in d. Conſtit.Statuimus, num.20. Franch deciſ.192. num.6. ſed etiam quia vidua non ſubijcietur regulis ordinarijs, quæ cum de aliorum Iudicum electione, vel declinatione agitur,ſunt ſeruandæ,præſertim quoad conſtitutionem in carceribus inquiſitorum,in quos forus eligitur,vt infra dicetur. Quoad hanc dubitationem ſcio pleroſque ex Doctoribus,vt Caſtr.in l.1.C.quãdo Imper.& alij, Afflict.in d.Conſt.Statuimus, nu.14 ſeſiſiſſe quoad illud duplex priuilegium eligendi ordinarium,vel Regium Iudicem in prima inſtantia conceſſum à d.l.vnica,quoad Primũ caput iuxta literam text.procedere,vbi perſonæ miſerabiles conueniuntur, vt non cogantur extra proprios lares agenti reſpondere, ſed hæc interpretatio,ni fallor,impugnari ſatis iuſtè poteſt, nam aut illa capitur ex illis prædictis verbis d.l.ubi ſi contra pupillos,& viduas,&c. impetratum fuerit lenitatis noſtrę iudicium,& capi,concludenter non poteſt, ſiquidem illorũ verborum ſenſus cõmodè cadere poteſt,etiã cum viduæ,vel pupilli agunt, contra quas, vel quos poſt motam ab ijs litem fuerit reſcriptum Principis impetratum, aut

prædi-

prædicta interpretatio capitur ex illis verbis, compellantur ſui copiam facere,& nec capere ea commodè poteſt,quia illa verba in actorē, & reum æqnè cadere poſſunt, nam verbum compelli etiam ad actorem referri poteſt, qui ſi cogatur ſua iura proſequi coram alio Iudice,quam ipſe velit,compulſus adhuc dicetur, ſi non compulſione præciſa; ſaltim cauſatiua, ſeu conditionali, vt nempè ius ſuum aſſequatur,quæ quidem conditionalis compulſio,adhuc compulſio eſt,Gloſ.in clem.vnic.in verb. matrimonialiter,de conſang.& affin. illa vero verba ſui copiam facere idem important, ac poteſtatem ſui facere, Briſſon.de verb.quæ ad ius pertinent ſignif. in verbo copia, & tàm actorem,quàm reum comprehendūt, qui ambo poteſtatem Iudicis coram quo litigant,tenentur agnoſcere,vnde rectius Iſern.in Conſtit.Statuimus, ibi,ſecus in alijs,in pupillo,vel vidua,cui concordat Sylua Nupt.lib.6.nu.37. ſimpliciter dixit ex vi d. l. vnicæ, pupillo, vel viduæ dari electionē tàm corā ordinario, quā corā Principe,cui cōcordat Neuiz.aſſerēs eam habere priuilegiū,vt nō cogatur litigare extra Prouinciā, hoc eſt,vt explicat Affl.in d.Conſt. Statuimus,num.16. extra propriam Ciuitatē. Sed admiſſa prædicta literæ interpretatione pro vera, quod ſcilicet primum priuilegij caput reſpiciens facultatem eligendi Iudicem ordinarium,expreſſerit caſum, quando vidua conuenitur., vt non cogatur exire extra locū domicilij, adhuc procuſdubio extenſio faciēda eſt ad caſum, quando actricis, vel accuſatricis munere fungitur in d.Conſt.Statuimus, ibi alijs videtur aliud. Secundò,cauſæ quibus motus eſt Imperator ad eiuſmodi priuilegiū viduę indulgendū sūt videlicet,generalis protectio,& miſericordia,qua eiuſmodi perſonas dignas iudicauit Imperator,Bald.& alij in d.l. vnicā,ſpecialis cōmoditas proſequendi iura ſua in proprijs laribus cum minori impenſa, colligitur ex l.vnica, tradit Foller. in d.Conſt. Statuimus, nu.133. Hæ quidem cauſæ æquè militant, nedum vbi vidua conuenitur, ſed etiam vbi agit, imò militant magis vbi accuſatricis munere fungitur, quā vbi accuſatur, nam vbi accuſatur,deliquit,vbi accuſat,eſt offenſa, & maior miſeratio debetur iniuriam patienti, quam faciēti, l.auxilium,& cum neque in delictis ff.de minor.& quod ex identitate rationis ſit in prædicto caſu extenſio facienda confirmatur, nam ſecundū caput priuilegij reſpiciēs facultatem conueniendi aduerſarium in Curia Regis in prima inſtantia, vt docent iidem DD. nempè Paul.in d.l.1.& Afflict.in d.Conſt.Statuimus,nu.14.& alij,eſt exorbitans à regulis, & cōibus iuribus, Gloſ. in d.l.vnic.in verbo perhorreſcunt, Afflict.in d.Conſt.Statuimus, num.16. Couar. lib.vnic. pract.quęſt. cap.7.nu.5.verſ.7.hęc eadem opinio fallit,Afflict.in d.Conſt.Statuimus,nu.35. Primum autem caput ſupra eſt dictum, reſpiciens facultatem eligendi Iudicem ordinariū, ſuppoſita competentia Iudicis electi, concordat iuri communi, ſi ergo ex identitate rationis prædictum ſecundum caput, licet Imperator loquatur, quando perſona miſerabilis agit, vt valeat conuenire aduerſarium in Curia Regis,extenditur ad caſum quando vidua conuenitur, vt poſſit petere ſe conueniri in eadem Curia Regis,vt per Doctores, Bald. in l.4. ff.ad Syllan. Couarr. lib.vnic.pract.quæſt. cap.7.nu.4.verſ.idem probatur,& praxis quotidiana docet, multo profectò iuſtiùs erit prędictum caput,licet loquatur in vidua conuenta.extendi ad viduam actricem,priuilegiū enim quod concordat iuri communi eſt potentius,& fauorabilius. Tertiò, quotidiana praxis omnem in hac re,ni fallor, adimit dubiandi anſam,certum enim eſt,poſſe viduam actricem, ſeù accuſatricem electo foro Regio, poſtmodū à dicto foro Regio variare ad Curiam ordinariam, Vrſill. ad Afflict. deciſ.257. nu.2. Foller.in d.Conſt.Statuimus,ex nu.128. vſque in finem,vbi refert deciſionem S.C. & in Conſt.Regni,Capitaneorum,nu.70.& ſeq. vbi refert deciſ.Magn.Cur. Franch. deciſ.100. nu.20. etiam appunctata cauſa, Franch. d.deciſ.100.nu.20.poſt Foller.in d.Conſtit.Statuimus,nu.131.& hoc quia variatio competit in priuilegium ex vi d. l. vnicæ, à qua conceſſa electione fori Regij, cenſetur conceſſa & variatio ad Ordinarium, arg. text. in l.eum,qui certarum, §.1.ff.de verb.obl.Foller.in d.Conſt. Statuimus, nu.135.& ſeq. vbi de electione ad variationem infert, & quod eadem ratio in vtriſque militat, & clariſſimè in Conſt. Capitaneorum,de offic.Mag.Iuſtit.n.70.& ſeq. vbi à Magn. Cur. deciſum refert, admittendam eſſe variationē ex priuilegio d. l.vnicæ ad Iudicem originis inquiſitorum electum per viduam accuſatricem, qui alias abſque priuilegio viduæ non fuiſſet competens, quia non habebat clauſulam cognoſcendi de delictis commiſſis extra territorium,& Reg.Aud.pręuenerat in captura inquiſitorum, ad tradita per eundem Foller.in verbo audiantur excuſatores,num.129.verſ.finem,quidquid quoad hanc variationem dubitauerit Foller. in ſua praxi crim.in d.verbo audiantur excuſatores, num.99.& ſeq. & probatur liquidò,quia alioquin ſi hæc declinatio ad Curiam inferiorem à Regia,non competeret in priuilegium, poſſet quidem vidua accuſatrix à Curia ordinaria conuolare ad Regiā quandocunq; ex priuilegio l.vnicæ,cui concedenti electionē fori Regij rennunciari pōt, Foller.in verb.audiātur excuſatores, n.98. Carau.in rit.231.n.4.& ſeq. ſed à Curia Regia redire ad Curiā inferiorem nō liceret poſt litem conteſtatā in dicta Curia Regia, quia litis conteſtatio attentis regulis iuris ordinarij præcludit viam declinandi à Iudice,coram quo ea conteſtata eſt, l.fin.C.de except. quod igitur à Curia Regia quandocunque variare ad Curiam ordinariam liceat, illud prouenit ex eo, quia etiā Curiæ inferioris electio in priuilegium competit, & quemadmodum facultati eligendi forū proprij domicilij renunciari non poteſt, Sylua nuptial. lib.6.nu.37. ſi igitur,vt dictum eſt, in caſu fortiori poſt ius quæſitum Regiæ Curiæ, poteſt vidua accuſatrix eligere forum ordinarium

ex pri-

ex priuilegio, quanto magis hoc priuilegium ei competit, vbi nullo alio prius Iudice electo eligit Iudicem ordinarium, cum poſt electionem fori Regij ſit caſus variationis difficilior, quia tractatur de auferendo iure iam quæſito Curiæ Regiæ per querelã, & proceſſum in cauſa, Specul. in tit. de compet. Iudic. elect. num. 15. & in tit. de reo, num. 8. Foller. in d. Conſt. Capitaneorum, num. 70. & ſeq. & variatio ad Iudicem ordinarium non oritur, niſi ex eo, quia à principio potuiſſet vidua illum adire, Foller. ead. Conſt. Capitaneorum ibidẽ. Ex quibus concludendum intrepidè videtur, facultatem eligendi Iudicem domicilij, ſiue ordinarium competere noſtræ viduæ accuſatrici, ſeù offenſæ, nedum iure ordinario, ſed etiam iure ſpeciali, & priuilegio, id quod præter allegata videtur feciſſe de mente Andreæ Iſerniæ, Bartholomęi de Capua, Afflicti, & aliorum, ſi rectè eorum dicta perpendantur in d. Conſt. Statuimus, in illa quæſtione, an ſi vidua agat, vel conueniatur de feudo poſſit eligere baiulos, vbi quod poſſet, ſupponit niſi incapacitas iuriſdictionis in baiulis, qui non poſſunt cognoſcere de feudo, obſtaret Barth. de Capua in Conſt. Regni, Obſcuritatẽ, nu. 1. vbi quod vidua ſiuè actrix, ſiuè rea trahit ex priuilegio, in quod forum ipſa vult, Afflict. in d. Conſt. Statuimus, nu. 19. vbi inter foros viduæ competẽtes ex priuilegio ſiuè agant, ſiuè conueniantur, enumerat Baiulum Iudicem proculdubio ordinarium, Foller. num. 77. in d. verbo audiantur excuſatores, vbi ad excluſionem priuilegiorum Ducis Nuceriæ, inter alia ponderat electionem Iudicis Salernitani, qui erat ordinarius Iudex loci delicti factam à vidua vxore occiſi. Reliquum eſt vt reſpondeatur ad ea, quæ in contrarium ex parte Fiſci opponuntur, qui ex eo, quia inquiſiti in quos forus eligitur ſunt contumaces, & non detinentur in carceribus, viduam non eſſe audiendam contendit, conſiſtit autẽ Fiſci oppoſitio potiſſimum in duobus, quorum vnum eſt, quod hæc declinatio ſit ſpecies remiſſionis, & de delinquentium remiſſione agi non poſſit niſi ijs in carcere manentibus, pragm. 6. de officio Iuſtitiarij num. 25. Capibl. pragm. 8. part. 1. num. 346. de Baron. alterum, quod ad euitandam colluſionis præſumptionem iuſtũ minimè ſit agi de auocãda cauſa à Curia Regia ad inferiorem inquiſitis abſẽtibus, quoad Primum reſpondetur, electionem fori de qua ad præſens longè à remiſſione differre, quod euidenter quotidiana praxis oſtendit, qua receptum eſt, poſſe viduam accuſantem dubio procul relicto Iudice ordinario, in Iudicem eligere Curiam Regiam, nempè quia hęc electio nõ competit per modum exceptionis declinatoriæ, ſed per viam querelæ, Bal. Salyc. & Paul. in d. l. vnic. Muſcatell. part. 2. gloſ. competentes, num. 69. tom. 1. vbi quod non dicitur perſona priuilegiata forum declinare, ſed eligere. Quemadmodum igitur abſentibus inquiſitis competit electio fori Regij, quia diuerſa res eſt a remiſſione, ita & abſentibus inquiſitis relicta Curia Regia competit electio fori ordinarij, vtraq; enim electio ab eodem Imperatore ead. l. ex eodem ſupra ponderata miſerationis cauſa vno, eodemque priuilegio conceſſa eſt, & regula vulgariſſima iuris eſt, quod quando duo pari paſſu ambulant, quod ſeruatur in vno, ſeruandum eſt in altero, & quando duo ſunt vnico priuilegio conceſſa, non ſunt diuerſo iure cenſenda, l. cũ emptor, de rei vendic. & l. eum, qui ædes ff. de vſucap. Sylua Nupt. lib. 1. num. 189. Franch. deciſ. 541. num. 14. Foller. in Conſt. Statuimus, num. 136. quemadmodũ ad rem ſimili vtitur Foller. argumento, addit quippè vidua, & eligit forum Regium per viã querelæ, ſi fortè eius interſit ratione maioris commoditatis, & ſumptuum pauciorum apud eum ſua iura proſequi, neq; Fiſci oppoſitionem augere poteſt contumacia inquiſitorum, in quos forus eligitur, enim vero contumacia eſt delictum, l. omne delictum, & ibi Bart. ff. de re milit. & abſurdum ſanè eſſet, ſi viduę offenſor nouum adijciendo delictum, poſſet illius commoditatem, & priuilegiũ imminuere, vt ad materiam licet in alio caſu perpendit Franch. deciſ. 599. num. 2. Addo quod etiam ſi prædicta electio ſpecies remiſſionis eſſet, iura municipalia prohibentia agi de remiſſione inquiſitorum nõ detentorum in carcere priuilegium viduæ non imminuunt, nec tangunt, quia viduæ priuilegio (quod de iure ad tradita per Bart. in l. penult. §. ad crimen ff de publ. iudic. nu. 18. exerceri poſſe etiam abſentibus inquiſitis nõ dubitatur) nulla cõſtitutione derogatur, niſi expreſsè derogetur, Marta deciſ. 209. quem allegat Nnuar. lib. 1. quæſt. 9. num. 18. de elect. fori, id quod mihi ſentire viſus eſt Affl. in Conſt. Statuimus, num. 26. dum ſentit, poſſe viduam criminaliter à Magna Curia citatam opponere declinatoriam fori ex priuilegio d. l. vnicæ, cum certum ſit, non poſſe reliquas fori declinatorias opponi per non perſonaliter comparentes, vt in Ritu 269. & licet doctrinæ Affl. generaliter loquentis obſtet alius Ritus 230. ſanciens, viduam citatam criminaliter vt ſupra teneri perſonaliter comparere ad opponendam declinatoriam fori, tamen mens Affl. colligitur ea eſſe, vt priuilegium viduæ circa fori electionem non ſubiaceat regulis ordinarijs de remiſſione loquentibus, nec dictus Ritus obſtat, quia vtcunque nõ admittatur, Afflict. ſentiens illũ non ſeruari, loquitur prędictus Ritus in vidua delinquẽte, & in illius odium conditus eſt, vnde non eſt extendendus ad viduam non delinquentem, ſed offenſam ex vulgata iuris regula, quod vt fauores ampliari, ita odia reſtringi, cap. odia, de regul. iur. in 6. conueniens eſt. Quoad Secundũ, circa præſumptionem colluſionis, reſpondeo Primũ, DD. qui ex hac cauſa denegarunt abſentibus inquiſitis declinationem ad Iudicem ordinarium, loquutos fuiſſe, quando primo præceſſit electio fori Regij, & deinde vidua intendit variare ad Curiam inferiorem, tunc enim magis ſubſiſtendum vtique fateor, quia uariatio in iudicio erubeſcenda eſt, Barthol. de Capua ad rem in Conſt. Regni, Obſcuritatem,

rem, num.7. Campag.in cap.Regni 42. nu.15. Bald.conſ.326.nu.4.uol.1.Calder.conſ.21.de iure patron.Nouar.lib.1.de elect.fori,quæſt.3. nu.2. è legibus inimica, ac doli plena, ac propria, tanquam odioſa reſtringenda eſt, at ceſſante hac variatione, tantum abeſt, vt præſumatur fraus in eligente Iudicem proprij domicilij, vt potius præſumatur fraus in eo, qui reliquit Iudicem proprij domicilij, in quo à iure præſumitur habere maiorem commoditatem teſtium, & aliorum neceſſariorum ad litem,& adit Regium forum,Andr.in d.Conſtit.Statuimus,ibi,(nam tunc reus videtur eſſe in malitia. Afflict. ibidem num.20. Foller. in verbo audiantur excuſatores, nu.104. Couar. lib.vnic. pract.quæſt. cap.7.num.5. verſ.quintus,&c. & in caſu noſtro vidua nunquã elegit forum Magnæ Curiæ, ſed ea reperitur introducta in Magna Curia alijs inſtantibus. Præterea præſumpta colluſio oriens ex declinatione Curiæ Regiæ, in qua vt plurimum ſolet melius iuſtitia miniſtrari ſatis non eſt ad viduam excludendam, Foller. in d. Conſt. Statuimus,num.139. ſed neceſſe eſt aliter de colluſione conſtet concludenter, ad quã probandam Fiſco pro faciendis diligentijs terminus ſolet impartiri, ad tradita per Franch. deciſ.100.verſus finem,quibus factis,& non detecta colluſione admittitur viduæ variatio. Ex ijs concludo ſaluo iudicio melius ſentientium admittendam eſſe Petronillam Tronci eligentem in forum Iudicem proprij domicilij in inquiſitos, licet abſentes, & cõtumaces, prout alias Magn. Cur. obſeruauit hanc praxim,Capiblanc.de Baron.tom.2.cap.51.nu.15. vbi adducit pro hac obſeruantia Ant.de Ball. quidquid contrarium ſenſerit idem Capibl. d.pragm.8.part.1.num.346.& Nouar.de elect. fori, ſect.4. quæſt.49. tempore quo erat in dicta Magna Curia Fiſci Patronus D.Ioannes Franciſcus Sanſelicius ſciantia,integritate, ac diligentia nemini ſecundus vltra recentem Sacr.Conſ.deciſionem,à qua pendet reclamatio. Cætera ſuppleat eminentia Dominorũ Iudicantium, quorum cenſuræ hæc ſcripta ſubijcio. Io.Maria Campana. Poſt hæc ſcripta alia ex parte Regij Fiſci fuit excitata difficultas, quod ſcilicet prædictæ viduæ nulla accuſandi competat actio, cũ occiſus reliquerit filios, quibus tanquã proximioribus competit ius accuſandi, Petr.à Placza epitom.delict.cap.39.num.18. Farinac. quæſt.13.num.2. Sed hæc difficultas ceſſat ſtante negligentia dictorum filiorum, qui dupliciter neglixerũt ius vindictæ, non ſolum in non exponendo querelam per tot annos, ſed etiam in remittendo,ac propterea aperuerũt viam matri occiſi ad accuſandum, non obſtante quod filij ſint in accuſando potiores,ex regula communiter recepta, quod proximiores negligentes, vel quod perinde eſt remittentes, aperietunt viam ſequentibus in gradu ad accuſandum, Carau.ritu 191. num.9. verſ.quinto quæro,& num.ſeq.Clar.in §.fin.quæſt.58.nu.2. D.Reg. Tapia lib.4.de iure Regni,in rubr.de tranſact. in Conſt.Poſt citationem,num.12.fol.27. nec prædictis obſtat lex huius Regni pragm.8.de compoſit. qua declaratum eſt, ius remittendi competere ijs tantum, quibus competit ſucceſſio, & conſequenter videtur ad eos etiam reſtrictum ius accuſandi,cum ius accuſandi, & remittendi procedat à pari, D.Ricc. reſolut.776.quia res prædictæ, quod lex municipalis declarauit neceſſitatem obtinendi remiſſionem ab ijs, quibus defertur ſucceſſio ad finem admittendi ad compoſitionem, vel gratiam inquiſitos,& expreſsè ex tex. colligitur, ita vt poſtea compoſiti, vel gratia conſequendi, præcedente eorũ remiſſione, nõ poſſunt vlterius ab alio vexari,ſed aliud eſt quęrere,an remiſſio proximiorũ ſufficiat ad compoſitionem, vel gratiam, id quod lex municipalis declarauit,aliud an nõ ſequuta compoſitione, vel gratia, & ſic ceſſante Iudicis, vel Principis voluntate. Auctoritate proximiorum remiſſio, ſeù negligentia re integra alijs viam aperiat,vt à Carau. in ritu 191. num.12. iunctis dictis in ritu 172. num.13. & ſeq. in 5.quæſt.D.Reg.Tapia in d.Conſt.Poſt citationem,num.14. qui inter hæc duo differentiam conſtituunt,declaratur. Cætera ſuppleat,&c. Io. Maria Campana. Cum procederetur in Magna Curia pro homicidio Petri Antonij Intini contra Ioannem Ioarez,& alios criminis ſocios effectos iam contumaces, à dicta Magna Curia comparuit vidua Petronilla Tronci mater occiſi, & petijt cauſam remitti ad Iudicem maritimæ, vbi fuerat perpatratũ homicidium, & dicebat vidua ſibi cõmodius eſſe ſua iura proſequi, cum à maritima ipſius homicidium non diſtet, niſi vnum milliariũ, & cum Magna Curia referente D.Annibale Moles Regio Conſiliario, & cauſæ Commiſſario decreuiſſet, quod inquiſitis perſonaliter comparentibus prouidebitur, vidua habuit recurſum ad Sacrum Conſilium,& facta relatione per eundem D.Moles in Aula Reg.tunc Conſil. Sanfelicij cum interuentu Præſidis S.C. die 26.Aprilis 1640.habitum fuit pro vero, viduam poſſe eligere Iudicem domicilij etiam abſentibus inquiſitis,decernẽdo, quod fiant diligentiæ, quibus factis Mag.Cur. prouideat iuxta ordinem ſibi datum,in Banca Staracij, penès Scribam Iacobum Antonium de Simeone, & petita reclamatione per Fiſcũ in eadem Aula etiam cum interuentu Præſidis, fuit confirmatum decretum Sact. Conſil & ordinatum,quod Mag.Cur. factis diligentijs iterum verbum faciat die 13. Septembris 1640. non obſtante noua difficultate excitata per Fiſcum, qui produxit remiſſionem filiorũ occiſi, & contendebat non competere actionem viduæ matri occiſi,extãtibus filijs occiſi, patrocinante præfato Io.Maria Campana I.C. benemerito. Facto verbo in S. C. in cauſa reclamationis interpoſitæ per Fiſcum in eadẽ Aula cum interuentu Præſidis S.C.per eundẽ Reg.Conſ. Moles Iudicẽ in criminalibus fuit dictum, benè prouiſum,& quod M. C. factis diligentijs iterum verbum faciat in S. C. & fuit deciſa etiam difficultas nouiter excitata, eodem patrocinante.

Digitized by Google

Virgo, quæ patrem habet an gaudeat beneficio legis vnicæ, C. quando Imper. inter pupill. & vid. Præſ. de Franch. deciſ. 100. indeciſam reliquit iſtam quæſtionem, affirmatiuam ſententiam probat Nouar. in praxi elect. fori, ſect. 2. quæſt. 13. num. 3. tom. 1. qui prolixius in 2. par. eiuſdẽ tract. ſect. 2. quæſt. 7. eandem tenet opinionem, referens nu. 6. ita deciſum per Magn. Cur. atque Sacr. Conſ. bene verum eſt, quod Viſcont. in addit. ad eundem Franch. inquit contrarium fuiſſe deciſum per Sacr. Conſil. vt dixi in prima parte noſtri compendij verbo virgo, & nouiſſimè ita iudicatum per idem Sacr. Conſil. in cauſa N. de Amato cum Ioſepho Ruſſo, referente Reg. Conſiliar. Marcello Marciano die 21. Auguſti 1625. in Banca Figliolæ, & iterum in cauſa Mariæ Ciancinæ cũ Antonio Franco, referente Reg. Conſ. Octauio de Piccolellis, in Banca prædicta, & ijs addo Cabed. deciſ. Luſit. 180. lib. 1. bene verum eſt, quod virgo dum pater negligit accuſare, admittitur ad accuſandum etiam cum beneficio eligendi forum, Reg. Rouitus deciſ. 49. num. 12.

Viſio computorum in partibus faciẽda per Rationales Baronum, cuius expẽſis fieri debeat, deciſum fuit per R. C. expenſis Baronum, ſaluis iuribus, ſi dolus in rationibus repertetur, in cauſa Aerarij Sorbi cum D. Flaminio Vrſino Comite Muri, Io. Franc. Capiblanc. in 2. tom. de Baron. cap. 91. nu. 10. & 11.

Vita, & militia an debeatur fratribus ſecũdogenitis ex feudo proueniente ex linea tranſuerſali, reperi Apoſtillam D. Regentis Scipionis Rouiti ad conſil. 1. Minadoi ſub nu. 31. verſic. ſed iſtis non obſtantibus, &c. ſic dicentem, an ex feudo proueniẽte ex linea tranſuerſali debeatur vita, & militia fratribus ſecundogenitis, vide omnino Cannet. in extrauag. ſi aliquẽ, cap. eſt pulchra, & nodoſa, & quod nõ debeatur fuit iudicatum per Sacr. Conſ. iunctis Aulis in cauſa D. Horatij Grimaldi cum Ill. Marchione Campaneæ, referẽte D. Horatio Marcheſio, Actuario Figliola, & ad eandem quæſtionem vide Cumiam in d. extrauag. ſi aliquem, in verbo maritata, quæſt. 20. nu. 431. cũ plur. ſeqq. fol. mihi 344. hæc ille.

Vita, & militia an debeatur ſecundogenito per primogenitum adhuc fructibus ex feudo nõ perceptis, deciſum fuit per Sacr. Conſ. affirmatiuè in cauſa Octauij Baronis cũ Bartolo Barone, in Banca de Mondellis, vt teſtatur Reg. Tapia in 6. par. Iuris Regni, in Conſt. Comitibus, col. pen. verſ. extenditur ſecundo.

Vita, & militia an debeatur filio primogenito effecto Clerico, de hoc incidit controuerti in cauſa Ill. D. Franciſci Peretti cum eius ſorore D Maria Felice Peretta Duciſſa Atitiæ, & in conſequentiam cum Ill. Duce Bracciani prætendente feuda omnia ſibi deberi, & videbatur dicendum, eſſe ipſum Dominum D. Franciſcum repellendum à petitione prædicta, ex quo ipſe dum erat primogenitus, & ſe inhabilitauerat ad feudi ſucceſſionem per aſſumptionem clericatus, videbatur nedum feudo, ſed etiam vitæ, & militiæ renunciaſſe tacitè vti acceſſoria ad feudum, cum ſit onus feudi reale, Anna alleg. 85. nu. 2. Secundò, quia vita, & militia regulariter debetur ſecundogenitis, ſicuti ex lectura Conſt. Comitibus perpenditur, vt quoque ſectatur Petr. Gregor. in tract. de vita, & militia, quæſt. 4. nu. 6. Iacobus Gallus conſ. 56. nu. 15. Maſtrill. deciſ. 165. nu. 1. Fab. de Anna conſ. 4. nu. 1. Conſ. Theodor. allegat. 20. non tamen primogenito, prout quoque idem Petr. Gregor. eod. tract. de dote, q. 5. num. 2. & iterum quæſt. 6. nu. 3. Tertiò, quia iam clericus effectus erat, & proinde non deberi vitam, & militiã oſtendit Afflict. in cap. qui Clericus, ſi de feud. defunct. milit. in 4 not. & ibi Bammac. in eius repet. quæſt. 10. nu. 163. vbi alios citat. Quartò, quia in præſenti caſu cernebatur, præfatum D. Franciſcum poſſidere nedum bona patrimonialia ſufficientia ad eius ſtatum, & ſuperabundantia, ſed pariter nonnulla beneficia Eccleſiaſtica magni redditus, quocirca licet primogenitus effectus ſit Clericus, vitam, & militiam conſequi non debet, ſi aliundè haberet, vt ſe aleret, ita ex Minad. in Conſt. In aliquibus, verſ. filiorũ, nu. 16. probat Bammac. vbi ſup. nu. 163. Et tandem ſuppoſito, quod vita, & militia non ſit loco portionis feudi, à quo ſecundogenitus excluditur propter primogenitum, neque pro legitima, quia cum ſit totum feudum legitima ipſius primogeniti, nequit ſecundogenitus portionem, quotam, aut legitimam ſuper feudo prætẽdere, cum ſit excluſus a proprietate feudi, non poſſet dici, quod ſit portio valoris feudi, vt ex Andr. in Conſtit. Comitibus fundat Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in different. inter feuda ex pacto, & hæred. quæſt. 19. nu. 2. ſequitur Petr. Gregor. eod. tract. quæſt. 1. num. 12. Maur. iun. allegat. 28. nu. 9. ita è contra erit affirmandum ex adductis per Lunam inter conſil. diuerſ. feud. conſ. 3. in addit. vltra quod hæc vita, & militia conceditur de Iure Regni pro militia, & ſic nõ debetur filijs vt filijs, ſed vt militibus, ad quam Clerici non admittuntur, & ſunt excluſi, vt perpendit Bammac. vbi ſupra nu. 202. merito repelli deberent. Ex aduerſo dicebatur, vitam, & militiam non eſſe aſolutè portionem feudi, ſed loco alimentorum eſſe, prout ex Frecc. vbi ſup. in 19. different. num. 7. tradit Anton. de Amat. variar. reſolut. tom. 2. reſol. 75. nu. 11. Petr. Gregor. eod. tract. quęſt. 2. nu. 1. & quæſt. 1. nu. 2. Milan. deciſ. Sicil. 1. n. 29. lib. 1. Maſtrill. deciſ. Sicil. 165. nu. 6. & loco alimentorũ ſucceſſiſſe, vt ex multis probat Giurba deciſ. 24. ſub nu. 24. Maur. iun. alleg. 76. n. 2. Camill. de Medic. conſ. 8. nu. 29. & 30. licet ſecundum alios ſit loco legitimæ, Petr. Gregor. d. tract. quæſt. 2. nu. 1. Maſtrill. vbi ſup. num. 11. cum alijs apud Giurbam loco citato, verſ. ſiue eorum, Molfeſ. conſ. 9. nu. 16. Anna iun. conſ. 4. nu. 52. 53. & 54. & conſ. 75. nu. 12. conſ. 6. nu. 3. & conſ. 120. nu. 1. & 3. Camill. de Medic. dicto conſ. 8. nu. 31. Conſ. Theodor. alleg. 20. nu. 21. & 32. & alleg. 26. nu. 2. & 3. quanquam alij putant, eſſe ius quodam ſeparatum, & deriuatũ à legitima, & ab alimentis, & portionem eſſe loco partis hæreditariæ, vel rei feudalis, ſeù

tertiæ

tertiæ ſpeciei, vt poſt Giurbam d.deciſ.24. ſub num.24.verſ.ſiue vt, Minad. Anton.de Amat. vbi ſup.nu.41.vbi plures allegat, & Conſiliar. Anna d.conſ.6. nu.3.& 4. & melius conſ.121. nu.2.ad 6. Camill.de Medic.d.conſ.8.nu.9.32. & 35. Conſiliar.Theodor. d.allegat.20. nu.26. & alleg.81.nu.4.& 5. nihilominus & ſi portio feudi vocatur ſecundogeniti, vt dixit Anna allegat.23. nu.3. ex quo ſucceſſit loco portionis feudi de iure communi feudorum ſecundogenito debitæ, non tamen alimentorum, vel legitimæ, vt putat Bammac.in cap.omnes filij nu.182.& 183.& quæſt.6.nu.7. ſi de feud. mil.Molfeſ.d.conſ.9.nu.49.Anna inn.d.conſ.4 nu.49.50.& 51. de iure tamen Regni videtur loco alimentorum, ſeù legitimæ ſucceſſiſſe, vt omnes Regnicolæ, ac Siculi putãt in locis ſupra relatis, præſertim Fab. de Anna in d.conſ. ſicuti alimenta debentur à patre filijs de iure naturæ, §.1.cap. ius naturale, diſtinct.1. latè Surd. de aliment. tit.1. quæſt.1. per totam, ita etiam legitima, quæ etiam debetur de iure naturæ, probat Surd.d.tract. tit.7.q.19.num.7. Merlin.in tract.de legitima, lib.3.tit.1.quæſt.1. nu.1. & lib.5.tit.1.quæſt.6.nu.4. vbi de omni iure deberi dixit, comperitur ex hoc vitam ipſam militiam eſſe onus feudi reale, poſt Annam alleg.83.nu.2. Maſtrill. deciſ.112. nu.11. Giurba vbi ſup.verſ.nihilominus fatentur, Iacob. Gallus conſ.3. nu.16. Coſta Siculus conſil.91.nu.30. Fab.de Anna d.conſ.4.nu.49.& conſ.120.num.32.Camill.de Medic.conſ.119. nu.17.& 18. Conſiliar.Marcell.Marcian.conſil.56.nu.7.& Camill.Laratha in theatro feud. par.12.dilucid.60.& conſequenter ex hoc adſtringitur primogenitus ad vitæ, & militiæ præſtationem fratribus indifferenter vigore d.Conſt.Comitibus, vbi DD.hoc eſt, quemadmodum alimenta omnibus filijs indifferẽter debentur, ſiuè laicis, ſiuè Clericis, vt probat Conſiliar.Philip.Paſcal. in tract.de virib.patr. poteſt. part.2.cap.3.nu.31.& ſeq. & pariter legitima indifferẽter laicis, ac Clericis, eo quod dum ipſa debetur filijs ingredientibus Religionem, ex Aſcan.Clement. de patr.poteſt. effect.16.nu.15.firmat Thomaſ.in ſuis tractat.4. tit.3. num.81. ita quoque & vita militia, vt ex profeſſo diſcuſſo articulo hinc inde concludit ex multis Bammacar.in d.quæſt.10. à nu.162. ad finem, ſub cap.qui clericus, Molfeſ. conſ.9. nu.4.& 5. Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit. de aſſenſ.Reg. §.4. nu.17.& 18. Maſtrill. d.deciſ.165.nu.3.& 4. Coſta Sicul. conſ.91. nu.21. Camill.de Medic. conſ.119.num.16.& conſ.8. nu.23. & 24. Conſil.Theodor. alleg.20.nu.23. nouiſſimè Conſiliar.Marcian.vbi ſup.ſub n.7. & tandem pro coronide ipſam vitã, & militiã licet ſecundum aliquos non deberi putent ſecundogenitis, qui commodè viuere poſſint, & eſſent diuites, & haberent vnde ſe alerent, ex Afflict.deciſ.138.firmat Molfeſ.in Conſuetud. Neap. part.4.quæſt.24. nu.8. attamen contrarium putant Maſtrill.deciſ.85.nu.20. & Conſiliar.Theodor.allegat.25.nu.1.2.& 9.deciſum retulit ex Fabio de Anna conſ.120. & ſeq. in 3.part.verbo vita, & militia, de quo etiam meminores ſunt Conſiliar.Theodor.d.alleg.25.& 26. Epiſc.Iſern.in practic.Eccleſ. alias in tract. de Eccleſ.quæſt.65.Camill.Laratha in theatro feudal. part.12.dilucid.78.nu.18. & in puncto vt debeatur primogenito iam effecto Clerico, qui feudum renunciauit voluntariè, ex Præſ. de Franch. deciſ.20. firmat Reg.de Ponte vbi ſup.num.37.Camill.de Medic.conſ.8.num.25. poſtquã vita, & militia principaliter debetur ratione excluſionis a feudo per primogenitũ, Maſtrill.d.deciſ.85.num.14.ad quod prius admittebantur ſecundogeniti, ita Coſta Siculus conſ.91.nu.10.& ſic datur in compenſationẽ, vt ſubdit nu.11.& 14. Fabius de Anna d.conſil.4. nu.18. & 28. Tandem facta relatione in Reg.Collat.Conſ. iunctis Dominis Conſiliarijs duarũ Aularum per Reg. Conſ. Andræam Prouenzanum die 29. Ianuarij 1632. deciſum fuit, deberi vitam, & militiam, ac partem feudi, vt conſtat ex actis in Banca de Fœlice, ſed delaratur vt infra verbo ſequenti.

Vita, & militia an ſimul cum parte pretij feudi noui debeatur, hæc dixi, ne deciſio relata in præcedenti verbo àbſurda videatur, ex quo de iure probatum eſt, eſſe in electione ſecundogeniti conſequendi partem pretij, vel vitã, & militiam, vt probat Camill.de Medic. conſ. 124. nu.3. quod ſanè procedere videtur, quoties de eodem feudo ageretur, non enim iuſtũ videtur, vt duplici onere primogenitus grauetur, ſed quãdo de pluribus feudis ageretur, prout erat caſus de quo agebatur, inter quæ eſſet feudum nouum, & tunc electio procederet, & reſpectu aliorum conſequi vitam, & militiam, & ſic iuſtificari cernitur deciſio præfata, vt pretij pars debeatur reſpectu feudi noui, & reſpectu aliorum vita, & militia.

Vita, & militia an debeatur filijs fratris mortui, fuit per Sacr.Conſ. deciſũ affirmatiuè in cauſa Octauij Baronis, refert Reg.Tapia dec. S.C. 44. in cauſa.

Vita, & militia an debeatur ſecũdogenito à primogenito, ſi à patre fuerit de condecenti reprouiſus, vt cũ illa compenſari potuiſſet, hoc contingit in cauſa Ill.Marci Antonij Columna iunioris cũ Eminentiſſ. Card. Aſcànio Columna in Sacr.Conſ.diſceptati, & cauſa deciſa in beneficium primogeniti ad excluſionẽ ſecundogeniti, vt ſatis deductum patet in prima parte noſtri compendij, verbo vita, & militia, in cuius fauorem in iure allegauit Conſ. Anna, & Menoch. ibi relati, nouiſſimè quia prodierũt conſilia Pauli Staibani, qui in conſil.2. de eodemmet negotio mentionem facit, & in iure allegauit, ibique eius nepos Paulus Staibanus iunior in ſuis nouiſſimis Additionibus tradit ita deciſum fuiſſe per Sacrum Conſilium.

Vita, & militia an extenuari debeat, ſi introitus feudi non ſufficerent, deciſum fuit per R.C.S. in cauſa Duciſſæ Nuceriæ cum Regio Fiſco affirmatiuè, & fuit extenuata ad ſummam annuorum ducatorum centum quinquaginta calculatis introitibus ſtatus in annuis ducatis 2642. tantum, vt percepi ex allegationibus D.Camillæ Caſtriotę, quanquã Reg.de Ponte

conſ.79. num.23.vol.1. dicat, diminuto feudo vita, & militia ſicut non diminuitur, ita nec debet augeri feudo aucto, adhuc tamen Præſ. de Franch. in deciſ.61. nu.10. dixit contrariũ, & nu.13. cenſuit Sacr.Conſ. decidiſſe ob corpora reintegrata feudo fuiſſe vitam, & militiã auctam per rationes ibi adductas, quẽ ſequitur Maſtrill.deciſ.251.num.15.tom.3.& ſic dicendum erit in diminutione, licet contrarium aſſeueret in deciſ 121.num.12. quod vita, & militia licet taxerut habito reſpectu ad fructus, debetur tamen, ſi aliquibus annis non percipiuntur, hoc ſanè procederet temporaliter, nam poſſet contingi in vno anno ſterilitas fructuum, & in alio vbertas, & ſic compenſantur, ſed quando fructus verè non ſufficerent, tunc ſecus videretur.

Vitricus an poſſit eſſe tutor priuigni, relata fuit deciſio ſupra in verbo tutela.

Vnio aularum an ſit concedenda in cauſa reclamationis à ſententia prolata per Sacr.Conſil. in vna Aula, ſi per actorem fuerit obtentum reſcriptũ à S.E. vt certi alij Conſiliarij ex alijs Aulis Sacr.Conſ. interuenirent in deciſione cauſæ vti adiuncti, & per conuentum pretenſum, eo nõ obſtante reſcripto, vt talis vnio eo caſu reclamationis concedi deberet ſtante importantia cauſæ, & vt clarius innoteſcant vtriuſque partis prætenſiones in cauſa vertente in Sacr.Conſ. inter Ill. D. Benedictam Pinellam Principiſſam Hieracij, & Ill. Principem Hieronymum Grimaldum poſt latam ſententiam conceſſionis brachij in beneficiũ ipſius Principiſſæ, præfatus Ill. Princeps à prędicta ſententia reclamando, etiam de nullitate dixerat, inſtando pro vnione alterius Aulæ ſtante importantiæ cauſæ prædictæ, verum quia ad inſtantiam actricis fuerunt alij Iudices adiuncti per reſcriptum S.E. hoc eſt alij quinque Conſiliarij ex omnibus Aulis Sacr. Conſ. nominatim expreſſi, propterea dicebatur, non eſſe opus vnione alterius Aulæ, quæ in alijs quinque Conſiliarijs conſiſtebat, & Iudices adiuncti pariter erant quinque, & ob id dum effectum habemus, non curandũ erat de modo, l.2.C.de alim.pupill.præſt. Barboſ.in opuſc.iur.lit.E.num.3. poſtquam cauſæ reclamationum etſi reuideri debeant in eadẽ Aula vbi fuerant ſententiatæ, ex diſpoſitione prag. 41.§.9.& §.2.de offic.Sacr.Conſ. attamen quoties peteretur vnio alterius Aulæ, vt conſuetum eſt ſeruari, & obtineri, parum curandum erat, ſi Iudicantes alterius Aulæ fuiſſent omnes, vel de vnaquaq; Aula aliquis Iudex, quia omnes ſunt Conſiliarij, & poterant interuenire, & amplius exiſtente numero quinque Conſiliatiorum conſtituto in qualibet Aula, & idem numerus quinque Conſiliatiorum nominatorum in reſcripto. Dicebatur etiam, quod cum ipſe reus petiſſet vnionem Aulæ contiguę, videbatur expoſtulare Iudices iuxta ſuum libitũ, cui obſtare videbatur tex. in l.obſeruandum ff. de iudic. vbi I. C. dixit, obſeruandum eſt, ne is Iudex detur, quem altera nominatim pars petit, id enim iniqui exempli eſſe Diuus Hadrianus reſcripſit, &c. vbi Gloſ. ſubdit, quia videtur ſuſpectus, notat Anna in ſingul.280. vbi alios addit, & poterit recuſari, Intrigl. in ſingul.80.nu.161.part.3. Triuiſ.deciſ.Venet.64.lib.2.num.7. denique dicebatur, eſſe relictum arbitrio Viceregis cauſas relatas in vna Aula, reuideri in eadem Aula, vt cautũ eſt in d.pragm.41.§.9.adeo quod fuerant dati alij quinque Iudices diuerſarum Aularum per reſcriptũ Viceregis, & benè poterat procedere. Ex parte ipſius Principis replicabatur eſſe diſpoſitum in Capitulis Cæſar.Maieſt. de anno 1536. in cap. 4. quod in cauſis reclamationum importantibus ſummam ducatorum bis mille ſupra, interuenire debeant omnes Conſiliarij duarum Aularum, & in praxi receptum eſt, vnam Aulam Conſiliatiorum referre cauſas in alio certo die, & in alio die audire relationes alterius Aulæ, ſicque cum ſit ſtatutum per dictum Capitulum, vt alia Aula in cauſa reclamationis interueniat, non poterat fieri, vt alij adiuncti admitterentur de alijs Aulijs, ſed tantum interuenire debebant Conſiliarij Aulæ contiguæ iuxta ſolitum, & conſuetum, adeò quod tunc alij Conſiliarij admitterentur alterius Aulæ, quoties fuiſſent ſuſpecti, iuxta deciſa in puncto per Peguer.in deciſ. 174. verumtamen quia nõ erant ſuſpecti, benè poterat vnio ipſarum concedi, imò reijci debebat electio aliorum Conſiliatiorũ in reſcripto Principis nominatorũ ex alijs tribus Aulijs, qui ſuſpitione quodammodo non carebant, dum fuerant ita per importunitatẽ impetrati. Vlterius dicebatur, dictos Iudices adiunctos fuiſſe datos per S. E. ſic inaudita parte, & præter caſum, pro quo conceſſa eſt ei poteſtas dandi adiunctos, poſtquam adiuncti dantur à Prorege potiſſimum in cauſis vertẽtibus in Sacr.Conſ. quoties paritas inter Conſiliatios exorta fuerit in votãdo, quemadmodum diſpoſitum eſt in pragmat.1.§.7. de cauſ. decid. vbi Reg.Rouit.notat, citando Præſ.de Franch. deciſ.252. nu.6. quibus addo Molfeſ. in Conſuet.Neapol. tom.2. part.10. quæſt.2. num.8.& 9. vbi loquitur etiam de paritate votorum aliorum Tribunalium, Iudex Taſſon. in pragmat.de antefato, verſ.3, obſeruat.2. in 14. poteſtate Præſidis, & de hoc non tractabatur in præſenti cauſa, vt ipſi adiuncti dirimerent paritatem, quia jam cauſa fuerat deciſa, ſed agebatur de cauſa reclamationis faciendę cum alia Aula, iuxta d.cap. Imperialem, & propterea obſeruari debuerat ſolitum, ſed commiſſa relatione Spectab. Præſidi S. C. fuit per eum ita relatum, vt iunctis Aulis cauſa reclamationis decideretur, & ita fuit cõfirmatũ per Collaterale Conſilium ad relationem Ill. Regent. Caroli Tapiæ Marchionis Belmontis, vt erit videre apud acta in Bãca Ioſephi de Martino, ſub tutela peritiſſimi Aduocati D. Didaci Moles I.C. benemeriti.

Vniuerſitas an habeat ius prælationis in locatione introituum feudalium cum Banco iuris, ſiuè iuriſdictionis per Baronem alteri facta cum Regio aſſenſu, deciſum fuit affirmatiuè per Sacrum Conſilium die 24. Octobris 1611. in cauſa Vniuerſitatis Aquenuæ, in

Banca Galterij, & in alijs relatis per Regium Conſiliar. Marcell. Marcian. conſil. 44. in hoc articulo.

Vniuerſitas quælibet Baronalis, aut domanialis, ſi contingit vendi, an admitti debeat ad domanium, olim ſemper fuit admiſſa tribus concurrentibus: Primò, quod adſit voluntas ipſius Vniuerſitatis. Secundò, quod vires Vniuerſitatis ſuppetant. Tertiò, quod talis ſit Vniuerſitas, quod ſit expediens Regi ipſam Vniuerſitatẽ dominij cauſa in domanio retinere, vt percipitur ex manuſcripta deciſione Reg. Moles 117. iam impreſſa in Iure Regni Regentis Tapiæ, part. 6. ſuper pragm. 63. de offic. Procur. Cæſ.

Vniuerſitas admitti an debeat quando vẽditur iuriſdictio criminalis, fuit deciſum affirmatiuè per R. C. S. in multis cauſis relatis in deciſ. manuſcript. Reg. Moles 117. iam impreſſa in Iure Regni Reg. Tapiæ ſuper pragm. 63. de offic. Procur. Cæſ.

Vniuerſitas an debeat ad domaniũ admitti, concurrente voluntate emptoris, dũmodo faceret depoſitũ intra certum diem, aliàs nulla ratio habeatur, deciſum fuit pluries per R.C.S. affirmatiuè, prout refertur in deciſ. Reg. Moles manuſcript. 117. iam impreſſa in opere Iuris Regni Reg. Tapiæ ſuper pragm. 63. de offic. Procur. Cæſ.

Vniuerſitas petens admitti ad domaniũ, ex quo, tenetur ſoluere pretiũ emptori, an pariter teneatur ad intereſſe illius, cõpenſatis fructibus medio tempore perceptis, deciſum fuit in pluribus cauſis per R.C.S. affirmatiuè, vt deciſũ reliquit Reg. Moles in eius deciſione manuſcripta 117. iam impreſſa inter opera Regent. Tapiæ Iuris Regni, part. 6. ſuper pragm. 63. de de offic. Procur. Cæſ.

Vniuerſitas audiri an debeat in iudicio moto per Dominũ contra ciues illius prætextu alicuius iuris ſibi debiti, ex quo reſultare videbãtur damnum generale, atque cõmune, hoc contingit in cauſa Ill. Marchionis Lauri cum Ciuibus ipſius Vniuerſitatis prætendẽtis exigere quartatiam ex qualibet vẽditione, ac reuenditione facienda per dictos ciues, ac poſſeſſores bonorum reddititiorũ eius menſæ in territorio illius, & proinde inſtituto iudicio ex parte ipſius Marchionis contra Io. Antonium Troctam, Io. Petrum Ruſſum, & alios, ex quo ex hoc reſultabat augmentum debiti reditus ex noua impoſitione de nouo imponenda ſuper dicta Vniuerſitate, ac ciuibus, cõparuit in iudicio, pretendendõ audiri, eo ꝙ non poterat deberi niſi laudemium pro venditionibus territoriorum emphyteoticorum, pro notorio ſuo intereſſe, ac ſuorum ciuium, quanquam ex parte ipſius Marchionis replicaretur, nullatenus ipſam eſſe audiendam, ex quo non tractabatur principaliter de eius intereſſe, ſed eius ciuium, qui poſſidebant bona reddititia feudo, quocirca rectè excipi poterat ius agendi ei non cõpetere, quia ei nõ interſit, ad text. in l. loci corpus, §. competit ff. ſi ſeruit. vend. cum alijs adductis à Zanger. in tract. de except. cap. 20. per tot. part. 3. & talis exceptio tibi non cõpetit actio, impedit litis ingreſſum, ex Bart. in l. ſi vnus, §. cum omnia, in fin. ff. de pact. & in l. mater decedens, nu. 2. de inoff. teſtam. notat Rutger. Ruland. in ſuis votis Camer. de iure emph. vot. 8. num. 8. imò hæc exceptio tua nõ intereſt agentem à limine iudicij repellit, Giurba deciſ. 17. nu. 16. ſed ex aduerſo replicabatur, certũ eſſe, quod Vniuerſitas, & ſinguli homines idem ſunt, ad quod Gloſ. in l. ſicut, verbo ſi quid, verſ. non debetur ff. quod cuiuſcunque vniu. nom. docuit, quod licet debitũ, vel prædium Vniuerſitatis non ſit ſingulorum, nec è contra, attamen in fine cõcludit, Vniuerſitatem nil aliud eſſe niſi homines ſingulos, qui ibi ſunt, quod ſequitur Loſęus in tract. de iure vniu. part. 1. cap. 1. num. 4. in tantum prout ipſa Gloſ. proſequitur, quod nomen Vniuerſitatis per vnũ ciuem retinetur, quamuis per vnum ab initio Vniuerſitas conſtitui non poſſit, quoniam ad minus tres exquiruntur, eapropter homines Vniuerſitatis eſſe ipſam Vniuerſitatem, ſi collectiuè ſumatur, non diſtributiuè, & iuxta hanc veritatẽ nil aliud eſſe, niſi quam homines ipſius, probat Felin. in cap. eam, de reſcrip. & in cap. dilectus, il ſecondo, de ſimon. quem ſequitur Ant. Gab. lib. 6. tit. quodcunq; vniuer. nom. concl. 1. num. 4. & 5. cum alijs apud eundem Loſęum vbi ſupra, quod ſatis procedere videtur quoad omnes effectus iuris, vt gloſ. in l. 1. in verbo competit ff. de coll. illic. reſoluẽdo contraria probat, vt licet res Ciuitatum non ſint ſingulorum vt ſingulorum, ſunt tamen ipſorum, vt ciuium, & collegiatorũ, hinc eſt, quod ſi non omnibus, ſed ſuperioribus, puta vel pueris fuerit relictum, ad honorem Ciuitatis pertinere dixit I. C. in l. Ciuitatibus ff. de leg. 1. & è contra ciuibus legatum Ciuitati relictum videri ſubdit I.C. in l. ciuibus ff. de reb. dub. ſic etiam legatum factum hominibus talis Vniuerſitatis, videtur factum ſingulis, ex d. l. 1. in fine, de coll. illic. firmat Loſęus dict. tract. part. 5. cap. 1. num. 23. ſicque appellatione ciuium veniunt non ſolũ qui ſunt de Ciuitate, ſed etiam de Comitatu, ſeù territorio, ex Felin. in cap. Rodulphus, de reſcr. num. 9. & alijs probat Montan. in prag. 2. num. 219. de admin. vniuerſ. continere etiam Ciuitatem, annuit Albet. de ſtatut. quæſt. 177. num. 15. Petr. Vbal. de canon. Epiſc. 14. quæſt. num. 40. hinc ex hoc ſubſequitur, quod dum Marchio intendit exigere tale ius à ciuibus, magnum reſultare comperitur detrimentum Vniuerſitati, cum ei interſit habere ſuos ciues diuites, ipſoſque nõ depauperari, vel eſuriri, l. cum ratio ff. de bon. damn. ſequitur Regens Rouitus conſ. 49. num. 8. ex quorum diuitijs magnæ reſultarent vtilitates, quas congerit Ripa in l. 1. num. 117. ff. ſolut. matr. inſuper dato, quod ipſa Vniuerſitas, ſiuè Ciuitas nil aliud ſit, quam ciuium vnitas, Loſęus dict. part. 5. & cap. 1. num. 15. ita vt nullum diſcrimen conſtitui poſſit inter diſpoſitionem loquentem de Ciuitate, & de ciuibus, ſiuè hominibus ipſius, ſicut ex Vgon. & alijs notat Napodan. in proœm. in Conſuet. §. audiuimus

Digitized by Google

ex num. 171. adhuc ciues in ea continentur. Præterea quatenus Ciuitas dicatur ſocietas quædam, & hominum multitudo, ſiuè communio vitæ, & concilia, cœtuſq; hominum iure ſocietatis Ciuitates appellantur, ipſa enim non lapides, & ſaxa, ſed homines faciunt, ex Ariſt. Cicer. D. Thom. & alijs diſcutit Petr. Greg. de Republ. lib. 1. cap. 3. in princ. Loſeus d. tract. part. 1. cap. 2. num. 15. & ita ſe habet Ciuitas ad ciues, vt poſita Ciuitate ponantur ciues, & è contra, poſtquam Ciuitas repræſentatur per ciues, probat idem Loſeus eodem tract. d. part. 5. cap. 1. num. 16. quare Præfectus Ciuitati cenſetur Præfectus hominibus ipſius, vt probat Pacian. in tract. de probat. lib. 1. cap. 26. num. 13. Ex quibus præſuppoſitis infertur ad intereſſe, quod habet in præmiſſis ipſa Vniuerſitas, non tamen principaliter, ſed ſecundariò, vt placuit Afflict. in Conſt. Cum per partes Apuleæ, num. 12. & quamuis ſatis ſit controuerſũ, an cauſa Vniuerſitatis ſit cauſa ciuium, & an teſtes de Vniuerſitate admitti debeant, etiam ſi agatur de re, quæ vtilitatẽ, aut damnum afferat in communi, non autem de commodo ſingulorum, & nullo caſu ſunt integri, vt poſt Beluiſ. Oldrad. & Alber. colligitur ex Afflict. deciſ. 400. Franch. deciſ. 301. Surd. conſ. 28. num. 41. lib. 1. Farinac. quem refert Petra ad Capyc. deciſ. 152. nihilominus ille, cuius ſecundariò intereſt, non ſit citandus, ad hoc tamen vt valeat actus reſpectu Ciuitatis, ex Gloſ. in l. de vnoquoque, verſic. quos cauſa ff. de re iud. latè Tiraquell. in tract. res inter alios acta, fol. 1. verſ. ſed ex multis, nõ tamen præiudicaret ijs, quos ſecundariò cauſa tangit non citatis, latè Afflict. deciſ. 396. n. 3. Capyc. deciſ. 107. num. 4. Anton. Gabr. d. concluſ. 1. in 8. limit. num. 309. Surd. deciſ. 256. nu. 15. Tiraquell. d. tract. fol. 13. verſ. hactenus ſatis, in tantum quod iſti, quorum ſecundariò intereſt, cum ſint audiendi ex integro, vt acta, vel ſententia eis noceant, idcirco poterunt, ſi velint comparere pro eorum intereſſe ad impugnandũ, vel defendendũ actum, & proinde exaudiendi, ratione etiã qualis qualis intereſſe, quamuis ſecundarij, Innoc. Bald. Roman. Felin. & alij, quos probat Tiraquell. eodem tract. fol. 15. verſ. ſecundo declara hanc primã limitationem, ibique hoc ampliat verſ. 3. declara, vt etiam iſti poſſint appellare, licet principalis non poſſit, ex ſententia Bart. in l. à ſententia ff. de appell. Innoc. & Abb. in cap. cum ſuper, de re iudic. & allegare ſuſpectum Iudicem, Anna allegat. 76. num. 2. & ſing. 500. & fortius in caſu de quo agitur Vniuerſitas ipſa audiri debeat, cũ nedum ſecundariò, ſed præcipuũ, & principale intereſſe habeat, eo quia Marchio non aliter quartariam prætendere poſſit de iure communi, ſed ſolum innitatur conſuetudini, ita Frecc. de ſubſ. lib. 2. limit. 27. ad Conſtitutionem num. 79. quæ cum fundetur in ſcientia, & conſenſu maioris partis populi, ad tradita in l. de quibus ff. de leg. & in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, cũ alijs apud Tiraquell. de iure primog. quæſt. 17. nu. 8. qui à maiori parte populi cẽſetur habitus ab ipſa Vniuerſitate, quam maior pars populi repræſentat vniuerſaliter, & ita appellatur, & pro Vniuerſitate, vt in puncto diſcurit Socin. conſil. 61. ſub num. 3. lib. 3. nam intereſt principaliter, non ſecundariò Vniuerſitatis, & populi audiri, vt oſtendat talem conſenſum abeſſe, & ob id ceſſare conſuetudinem, cui innititur ius prætenſæ quartariæ, hinc infertur, quod ſicut tertius oppoſitor, ſiue interueniens audiatur, ſufficit quale quale intereſſe, ſiuè præiudiciũ ex lite ſaltim apparenter ſibi generari, Innoc. Butr. & alij in cap. cum ſuper, de iudic. ſiuè ſummaria, ſiuè ſemiplena cognitio ſit, vt per Andr. Gayll. lib. 1. pract. obſeru. cap. 69. Burſat. conſ. 361. num. 27. lib. 4. cum alijs apud Kinch. de veſtit. pact. at cum in præſenti caſu appareat, hanc eſſe propriã cauſam ipſius Vniuerſitatis, ad text. in l. 1. §. propriam autem cauſam ff. quando app. ſit, & connexa ſint iura ciuiũ, & Ciuitatis, d. l. Ciuitati, ita vt ratione connexitatis ſententia lata contra ciues fortè Ciuitati præiudicaret, etiam non citatę, & ſcienti, Gloſ. in cap. penult. de re iudic. cum alijs apud eundem Tiraquell. d. tract. res inter alios acta limit. 22. ſubnectitur, ipſam eſſe audiendam in terminis, in quibus cauſa reperitur, iuxta receptam ſententiam totius Orbis, Couar. pract. quæſt. cap. 13. ac etiam praxim communiter digeſtam, vt cenſuit Conſiliar. Anna in conſ. 97. & 98. Tandem facta relatione in S.C. per Reg. tunc Conſ. Marcum Antonium Moram die 7. Nouembris 1614. deciſũ fuit, quod audiatur Vniuerſitas in præſenti iudicio in terminis, in quibus cauſa reperitur, vt ex actis in Banca Cioffi.

Vniuerſitas, quæ non petierat domanium intra tempora conceſſa, neque circa tempora reſtitutionis in integrum, prætextu quod pendebat reclamatio decreti ſuper inualiditate venditionis, an erit audienda, inſpexi quandam Apoſtillam incerti Authoris ſuper l. contra maiores, C. de inoffic. teſtam. ſic dicentem, per iſtam legem die 21. Iulij 1581. deciſum eſt per Collaterale Conſilium, facta relatione per D. Dauid Reg. Cam. Præſidentem, quod Vniuerſitas Terræ Marani, quæ non petierat admitti ad domanium, neque intra annum venditionis, neque infra quatuor annos ſequentes datos pro reſtitutione in integrum ex communi praxi, ſub prætextu quod pendebat cauſa reclamationis ſuper inualiditate venditionis eiuſdem Terræ, vlterius non audiatur circa domanium, quia iſta lex iuncta hic notatis per Cyn. num. 6. & DD. habet locum pendente iudicio principali, ſecus ſi ſit ſopitum per ſententiam Sacr. Conſ. licet pendeat reclamatio, quæ non ſuſpendit pronunciatum, hæc ille.

Vniuerſitas, ſeu vaſſalli ipſius ſi ex longiſſimo tempore ſolutionem alicuius quantitatis Domino Kalendis Ianuarij dederint, an in futurum cogi poſſint illud idem præſtare, prout ſunt munera, ſiuè ſtrenę tali tempore præſtari ſolitæ. In alio ſecundo volumine noſtrarum deciſionũ compendij, verbo munera, deciſũ retuli, nõ aliter deberi per rationes ibi adductas.

ctas, & poſtmodum in conſimili caſu iterum decíſum ad relationem Reg. Conſ. Andreæ Prouezani mei Dñi in quadã cauſa, & cũ iterum de eodem contingiſſet hæſitari in cauſa Vniuerſitatis Montis Militum cum eius Domino, fuerunt deducta contra Vniuerſitatem in facto ad fauorem ipſius Domini, necdum, ſcilicet continuata præſtatio diutina ex tempore longæuo, ſed per alia documenta conſtare, Vniuerſitatem poſuiſſe in exitum talẽ præſtationem, ac etiam per Barones prædeceſſores illam inter fructus feudales poſuiſſe, item ſemper ab Aerarijs exactam fuiſſe, & ſi difformiter, fuit tandem per Sacr. Conſ. in poſſeſſorio deciſum, ſolutionem fieri, prout tribus annis præcedentibus facta erat, teſtatur Iudex Capiblanc. in 2. tom. de Baron. cap. 4. vbi n. 17. deciſionem poſuit.

Vniuerſitas pauper an teneatur facere depoſitũ pro ſuſpitione allegata per eam de aliquo Officiali, iuxta diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ, fuit deciſum per Sacr. Conſ. negatiuè in cauſa Vniuerſitatis Seminariæ cum eius Duce, teſtatur Reg. Conſil. Nicol. Ant. Gizzarell. deciſ. 84. par. 2. ſequutus eſt eum Nouar. lib. 2. qq. forenſ. quæſt. 59. num. 5.

Vniuerſitas præferri an debeat in venditione ſecundarũ cauſarũ Baroni, licet de hoc extent deciſiones alias factæ per me relatæ in prima parte verbo Vniuerſitas, & verbo prælatio, præſertim in cauſa Vniuerſitatis Iungani cũ Com. te Roccæ Aſpri, pro qua in iure allegauit Lucius de Vecchio, vt patet in allegat. 5. poſt deciſ. Regent. Salernit. vbi deciſio refertur, nihilominus cum in mei poſſe peruenniſſent dictæ allegationes reperi in eis ſubſcriptum votum Regentis Salernitani adnotatum, ſcilicet licet in iſta cauſa fuiſſet conſideratũ per aliquos Dominos, quod ſit diuerſus caſus iſte a primis cauſis, quia ibi vaſalli Regis erant quodammodo liberi, vt per Conſtit. Perſonas, hic autem inſunt vaſalli Baronis, & magis intereſt ſua habere Iudicem ſecundatum cauſarum in propria Terra, vel vicina, quã in Regijs Tribunalibus, nihilominus fuit confirmata prima ſententia, & prouiſum, quod imponatur perpetuũ ſilentium, non obſtãtibus alijs allegatis, & diſcuſſis per quatuor ex Dominis, cum ſeptem fuerint in contraria opinione, ſubſequitur die 1. Octobris in Collaterali Conſilio fuit prouiſum, quod Spectabilis Comes condemnetur ad reſtituendum ſecundas cauſas Regiæ Curiæ, & alia ſolutis ducatis 480. per Vniuerſitatem Iungani, in quibus Vniuerſitas ipſa præferatur dicto Comiti, & iterũ die 4. Februarij 1575. iterum relata cauſa in Collaterali Conſilio cũ tribus Dominis adiunctis ex Sacr. Conſ. fuit prouiſum malè reclamatum, & bene indicatum, ideo eſſe imponendum perpetuum ſilentium Excell. Comiti prædicto, hæc ille, de quo per Franch. deciſ. 17.

Vniuerſitas admiſſa ad domanium an teneatur ad ſolutionem pretij, ac illius intereſſe competentis ſuper fructibus medio tempore perceptis, deciſum fuit per R.C.S. affirmatiuè in cauſa Ioannis Baptiſtæ Serſalis cum Vniuerſitate Salę, & in cauſa Comitis Murconi cum Vniuerſitate Arenæ, prout ex Reg. Moles in ſuo manuſcripto tract. de regal. Regni Neap. tit. de iure deuolut. attic. 12. quæſt. 1. dixi in mea Addit. ad alleg. diuerſ. 35. poſt deciſ. Reg. Salern.

Vniuerſitas ſi ſit admiſſa ad domaniũ, & venditor ante impetrationẽ aſſenſus reuocauerit venditionem vigore Conſt. Conſtitutionem, an excludatur, fuit deciſum per Collaterale Conſilium contra Vniuerſitatem Troiæ, in cauſa Ill. Comitis Altauillæ de anno 1570. die 7. Iulij, vt ex Reg. Moles in ſuo manuſcripto tract. de regalibus Regni Neap. tit. de iure deuolut. quæſt. 2. dixi in mea Addit. ad alleg. 35. diuerſ. poſt deciſ. Reg. Salern.

Vniuerſitas an poſſit ciuem ſuum originarium alibi habitantem per plures annos, & ibi vti ciuem onera ſubeuntem compelli facere ad ſubeundum onera in ea, nõ obſtante diutina habitatione, & domicilij cum ciuilitatis contractione, fuit in facto controuerſum in R.C.S. & pro conuenti defenſione fuerunt ſequẽtia allegata per Beliſarium Clementem V.I.D. Aduocatum ſolertem ſcilicet. Spiritus ſancti gratia adſit. Amen. Oſtenſum eſt in facto, Lautetum Binnum ortum in Caſtro Guardiæ ad Vomanum ab hac ſua patria diſceſſiſſe animo mutandi domiciliũ, prout mutauit, & tranſtulit in Ciuitatem Hadrię, in qua vxorem duxit, domũ, & alia ſtabilia emit, ibiq; maiorem fortunarum partem tenuit, inhabitat, & vt cæteri ciues Hadrienſes muneri ſubijt. Quo fit, vt certa ſit iuris concluſio, quod quilibet poteſt ſuum deferere domicilium originarium, & alibi transferre, ad tex. in l. placet, in l. non vtique, in l. nihil, & in l. domicilium, vbi Gloſ. & DD. ff. ad municip. Gloſ. in l. libertus §. patris, in ver. temporaria, ff. eod. & not. in l. incola, infra eod. in ver. deſtinatus, & in l. origine, in ver. incolatui, C. de incol. lib. 10. poteſt enim quis relinquere propriam originem, Gloſ. in l. eius, qui, in ver. domicilio ff ad municip. Afflict. deciſ. 384. nu. 9. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 535. num. 1. & 2. & præfatus Lautetus nedum per decennium (quo quidem tempore quis efficitur ciuis loci, in quem tranſtulit domicilium, Menoch. de arb. Iudic lib. 2. caſu 86. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 42. Alex. conſ. 155. num. 3. lib. 7. Coſta in tit. aut ſciebat, diſt. 29. nu. 9. & 10. & de retract. caſu 15. cap. 9. num. 10.) verum per annos vltra 30. continuos, adeò quod dubitari nõ poteſt, quin animus eius fuerit ibi perpetuò manendi, & ſuam deferendi originem, vt in l. 2. C. de incol. lib. 10. Boer. deciſ. 13. num. 23. Maſcard. vbi ſup. lib. 3. concl. 1141. num. 23. & ſic dum affixit domicilium ſuum in dicta Ciuitate, effectus eſt illius ciuis, vt probatur in l. aſſumptio, §. filius ff. ad municip. Grammat. deciſ. 103. num. 111. quem ſequitur Reg. Rouit. in pragmat. 1. num. 5. de immun. Neap. vbi & num. 9. ſubdit, quod quotieſcunque aliquis tranſtulit domicilium ſuum alibi animo ibi perpetuo manendi, ſit verus ciuis illius loci

abſque alio priuilegio, per tex. in l. ciues, C. de incol. lib. 10. Bald. in conſ. 156. num. 2. lib. 5. & in conſ. 311. cum conſ. ſeq. num. 5. & 6. lib. 4. Vaſq. controu. iur. lib. 2. cap. 61. nu. 20. Capibl. in pragmat. 8. de Baron. par. 2. num. 229. Gram. conſ. ciuil. 23. nu. 1. per Gloſ. in cap. ſtatutum, §. cum verò, ver. eiuſdem Ciuitatis, de reſcript. in 6. quam gloſ. ſequitur Afflict. d. deciſ. 384. num. 7. Dom. de Petr. in conſ. 15. num. 2. Epiſc. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neap. part. 3. dec. 72. num. 6. & in part. 4. deciſ. 27. num. 1. vbi allegat Goffred. de Gaet. ſuper rit. Reg. Cam. fol. 199. Ex his concluditur, quod Lauretus eſt verus ciuis Ciuitatis Hadriæ, nec in dubium refricari poteſt, quin gaudere debeat omnibus honoribus, & oneribus, prout & onera ſubſtinet, vt alij ciues illius, ad textum in l. final. C. de muneribus & honorib. lib. 10. Grammat. conſ. ciuil. 23. num. 3. & perinde ibi collectari debet, & pro fumante adſcribi, non autem in Caſtro Guardiæ, cuius originem deſerit, Afflict. d. deciſ. 384. num. 2. 7. 9. & 14. Paul. de Caſtr. elegantiſſimè in conſ. 455. viſis, & conſideratis, num. 1. ver. præterea, lib. 1. Bart. in l. 1. num. 16. ver. ſecundo nota ff. ad municip. & in conſ. 62. pũctus, lib. 1. Ruin. in conſ. 200. nu. 10. lib. 2. Gayl. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 36. num. 7. & ſeq. Et in Regno eſt expeditum negotium hoc per Reg. Pragmat. editam de anno 1613. quæ eſt octaua, in titulo de commiſſ. §. & tenendo noi, &c. qua ſtatuitur, quod focularia tantum ſoluantur in loco, in quo habitant, & cum hoc ſe conſormat generale decretum R. C. S. latum ſub die 2. Martij 1616. quo declaratum fuit cap. 3. quod focularia acquiſita ſoluant vbi habitant, &c. de quo quidem decreto mentionem facit doctiſſimus, & elaboratiſſimus Dominus Thorus in compend. deciſ. part. 1. in verbo focularia, cum quo quidem iure Regni cõſonat & ius commune, ad text. in l. reſcripto, §. fin. ff. de muner. & honor. Bald. in conſ. 408. num. 1. lib. 5. Dec. in conſ. 283. num. 10. vbi quod in loco domicilij collectari debet, Guid. Pap. dec. 396. nu... Petr. de Vbald. de collect. quæſt. 18. nu. 56. Ant. Fab. in eius Codice lib. 9. de muner. patrimon. diffin. 10. nu. 1. Nec ſuffragatur Vniuerſitati dicti Caſtri Guardiæ, quod pater Laureti fuiſſet oriundus illius, ibiq; inhabitaſſet, & onera ſoluiſſet vt ciuis, nam hoc non præiudicat filio, quin & ante, & poſt obitum patris potuiſſet mutare domicilium, cum nulla lex hoc prohibent, imò permittit, vt ſupra fundatum eſt. Nec per hoc remanet ipſa Vniuerſitas in aliquo grauata pro numero focul[a]riorum, ſiquidem nec pater Laureti reperitur numeratus in dicto Caſtro, de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 1. num. 6. fol. 153. ex his propterea debet Lauretus abſolui ab impetitis à dicta Vniuerſitate, nam alias eſſet imponere duplex onus ipſi conuento, qui onera ſubſtinet in Ciuitate Hadriæ, ꝙ permitti non debet, iuxta text. in l. nauis onuſtæ, §. cum autem ff. ad l. Rhod. de iact. Ruin. d. conſ. 200. num 13. prout ita fieri ſperatur, ac iuris eſſe cenſeo. Ego Beliſarius Clemens inter ll. DD. minimus. Die 17. Decembris 1639. in cauſa Laureti Binni cum Vniuerſitate Guardiæ ad Vomanum, &c. facta relatione per Magn. D. Gregorium de Ganauerro V.I.D. ac R.C.S. Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram circumſpecto D. Reg. Caſanata dict. R.C. pro Locumtenente, alijſq; DD. Præſidentibus, videlicet D. Fabio Capycio Galeota, Ioanne Camillo Cacacio, Fuluio Lanario, & alijs, decreto ipſius R.C. prouiſum eſt, quod reſpectu prætenſorũ per dictam Vniuerſitatem detur terminus in cauſa, & nihilominus dictus Lauretus ſoluat in Ciuitate Hadriæ, vt alij ciues, ac proinde cum Vniuerſitate Guardiæ tanquam bonatenens tantum, & pro debitis contractis tempore habitationis patris, & eidem reſtituãtur bona exequuta pro hac cauſa, & quicquid fuerit exactũm vltra bonatenentiam, & debita contracta tempore paternæ habitationis, in Banca Galluccij.

Vniuerſitas venditioni expoſita, ſed poſtmodũ trãſactione cum Rege habita ſoluta pecunia conuenta, & interpoſito decreto, vt perpetuò manuteneretur in domanio, an inde ſuperueniente maiore oblatione pretij ſoluti moleſtari debeat ad inſtantiam Fiſci petentis etiã per viam reſtitutionis in integrũ, admitti aduerſus talem tranſactionem, fuerunt ſequentia in iure allegata per ſolertem virum Ioannem Baptiſtam Amendola videlicet. Temporum calamitate eo res peruenit, vt proclamare ad libertatem ſeruitus ſit, & indubitabilia libertatis fauore conceſſa priuilegia in quæſtionem facillimã reducuntur, manumiſſus in ſeruitutem iure communi nõ reuocabatur, & ſi gratis id fuiſſet conceſſum, l. Arianus, C. de liber. cauſ. hodie liber in ſeruitutẽ reducitur, & ſi gratia, & ſi priuilegio, & ſi Principis contractu liber eſſet, & ſi decreto vallato, & ſi pretio libertatem conceſſam redemiſſet, & redempta libertas pretio reuocari contemnitur, Hæc ſunt, quæ pro miſerrima Vniuerſitate Papanicis exclamatur pręter adducta per meum Collegam moribus, & virtute comitibus, & ducibus munitiſſimum, quam durum ſit Fiſci prætenſionibus deferri, & vbi non eſt locus petitis in ordine, & iuſtitia ex animoſa, & calamitoſa noua oblatione illum admittere, ex infraſciptis facto prius expoſito concludentiſſimè probatur. In facto liquet de anno 1620. Fiſci Patronum inſtitiſſe pro venditione Terrarum domanialium, ſignanter Terræ Papanicis, pro Vniuerſitate dictæ Terrę fuit inſtatum, ex priuilegijs deberi conſeruari in domanio, & poſt præſentationem priuilegiorum Regum Alphonſi I. & II. per Maieſtatem Caroli V. confirmatorum in anno 1530. etiam præuia ſolutione ducat. 3000. tandem interpoſito generali decreto die 15. Februarij 1630. pro venditione omnium Terrarum, & Ciuitatum domanialium, exceptis illis, quæ fuerunt tranſactæ ab annis quindecim citra, fuit accenſa candela ſuper vẽditione dictæ Terræ Papanicis, & extincta remanſit vltimo licitatori Cornelio Spinula pro ducat. 41. pro quolibet foculari iuxta numerationem

tionem anni 1595. pro perſona nominanda, & nominatus Ill. Princeps Angri in vnum valoris ſecundum numerationem duc. 9480. poſt hæc Vniuerſitas Papanicis ſpeciali mandato conſtituit Procuratorem V.I.D. Carolũ Sculco pro petendo domanio, & conſeruatione ipſius etiam præuia tranſactione. Nouiſſimè ex inſtantia dicti Procuratoris pro confirmatione priuilegiorum, & domanij, fuit referente R.C.S. in Collat. Conſ. interpoſitum decretum, Vniuerſitatem prædictam Papanicis eſſe manutenendam in perpetuo domanio Regio, non obſtante venditione facta, ſolutis tamen ducat. 10000. Regiæ Curiæ. Poſt ſolutionem duc. 10000. ſiſtente Vniuerſitate prædicta in pacifica poſſeſſione libertatis, & Regij domanij ex partitis Banci, pro exequutione inſtrumenti tranſactionis initæ cum S.E. ſeruata forma decreti, & copia cõtractus per extenſum. Superuenit quidam contradictor dictæ Vniuerſitatis, & ciuium, & excitato Fiſci Patrono die 9. Auguſti 1640. ſub falſo nomine quorundam Ciuium dictæ Terræ, ſuppoſito petentium Terram prædictam vendi Io. Dionyſio Soriano, & remiſſo negotio Spect. Reg. Caſanate, & per illum vt iuris erat, dato reſponſo, debere remitti ad R.C. facta oblatione duc. 17000. referente dicta R.C. in Collaterali Conſilio, fuit determinatum, non eſſe locum petitæ reſtitutioni in integrũ per Regium Fiſcum ex cauſa prædictæ oblationis, vt reijceretur oblatio, & Vniuerſitas Papanicis manuteneretur in Regio domanio. Pendet reclamatio prædicti decreti pro parte Regij Fiſci, cuius nomine per Dominũ Fiſci Patronum aſſumptum genere, & ingenio clariſſimum Preſidẽtem D. Gregoriũ Ganauetro pro reuocatione prædicti decreti, plura aſſumuntur in ordine, & iuſtitia. Primò, quod confirmatio priuilegiorum obtenta per Vniuerſitatem Papanicis in anno 1638. fuerit per viam prælationis aduerſus venditionem, & ſic loco emptoris ſit ſubrogata Vniuerſitas. Secundò, quod ex hoc aſſumpto ſequatur, quod venditio rerum fiſcalium ritè procedat, non ſuperueniẽte maiorẽ oblatione, ſic etiam feudaliũ, idque probat in iure ex quinque exẽplis Regiæ Cameræ. Tertiò proinde, Fiſcum admitti per viam reſtitutionis in integrũ ſuper noua oblatione. Quartò, cauſam reſtitutionis ex pluribus petit ex læſione, ex præmatura accenſione candelæ in anno 1638. ex imperfecta venditione abſque poſſeſſione Vniuerſitatis, ex incertitudine territorij pro iuriſdictione. Quintò, reſtitutionem competere Fiſco, & ſi contra Vniuerſitatem pariter priuilegiatam. Sextò, & tandem, nullam habendam rationem de inſtrumento inito cum Excellentiſſimo hodierno Protege, tanquam non habente poteſtatem, & excedente fines mandati. Cęterum Vniuerſitas Papanicis ad euitandum prætenſa per Dominum Fiſci Patronum, dicit, fuiſſe admiſſam ad conſeruationem domanij per viam venditionis, & hoc probat ex facto, ſi terminos domanij diſtinguemus. Primò, aliud enim eſt, quando venditur Terra ſubiecta Baroni & per Vniuerſitatem petitur domanium, & tunc ipſa Vniuerſitas reemit, & remanet domina, & iuriſdictio ponitur in faciẽ alicuius, & ſingulo quinquennio ſoluitur releuium, & in hoc licet fuerit altercatum, ſi competeret prælatio iure proprio ipſius Vniuerſitatis, vel Domini, exercendo ipſius iura, concordant Domini Regnicolæ, quod ex conſuetudine Vniuerſitas admittitur, ſic Camill. de Curte in diuerſ. iud. feud. fol. 8. nu. 39. & cæteri, aliud cum ipſa Vniuerſitas extat ex priuilegio, & pretio in domanio Regis, nunquam vendita, & tunc ad effugiendam venditionem, & vexationem pro eo pretio, quo vendi potuiſſet per Suam Maieſtatem, libertatem reemit, & priuilegij confirmationem, ac libertatis obtinet, & in domanio Regis remanet, & in hoc non conſiſtit actus vẽditionis, ſed confirmationis priuilegiorum, quia nil de nouo acquirit, ſed ius libertatis confirmat, prout ſic diſtinguit D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. §. 1. fol. 478. inter prælationem petitam ab Vniuerſitate, quando venditur à Barone, exercendo iura directi Domini, & ſic Regis, vt num. 9. ab alio caſu diuerſo, quando venditur à Domino directo, & Vniuerſitas proclamat ad libertatem, nu. 16. ita Camill. de Curte in diuerſ. feud. fol. 8. nu. 39. verſ. huc tractabimus articulum propriè poſt nu. 44. verſ. ſed eſto, quod liceret hic arguerè pro libertate, procedebat quando Vniuerſitas, & Terra reperiretur in domanio Regis, & Rex illam vellet vendere, tunc benè procederet argumentum, & omnis æquitas eſſet pro vaſallis, & ſic apertiſſimè concludit Reg. de Curte abſque vlla difficultate, Vniuerſitatem ſiſtentem ſub domanio Regis etiam abſque priuilegio, vt in caſu noſtro, poſſe prætendere, & petere conſeruationẽ in domanio, & ſic omnes Doctores Regnicolæ, ſuadentur prædicta ex verbis decreti, cuius ſũt videlicet: Vniuerſitatem Papanicis eſſe manutenendam in perpetuo domanio Regio, non obſtante venditione facta, & ſic ex illa clauſula nõ obſtante, videtur derogatum vẽditioni, prout derogat, & defert tranſactioni, quod ſi aliter fuiſſet in decreto, dixiſſet eſſe præferendam pro eodem pretio, quod inuentum fuiſſet, ſenſus eſt literalis, non opus interpretatione. Præterea hæc confirmatur ex lectura decreti dicti anni 1638. ibi per viam prælationis, ſeù tranſactionis, ſic etiam ſumus in claris, quod rubrica declarat nigrũ, Bald. in l. 1. col. 1. C. ne lic. in cauſ. ter. prou. & ibi Alex. & in conſ. 38. p. 4. in fine, patet etiam ex inſtrumẽto tranſactionis ibi ſupplicaſſe, ad conſernationem prædicti domanij retineri, & conſeruari pro obſeruantia præmiſſorum in priuilegijs. Legitur etiam in decretis poſt tranſactionẽ per R.C. die 28. Februarij 1639. ibi, ſeruata forma inſtrumenti tranſactionis, exerceatur iuriſdictio per Capitaneum eligendum per Suam Excellentiam, prouiſiones expeditæ vigore dicti decreti ſuper petitione appoſitionis confinium, ibi, ſeruata forma oblationis pro parte dictæ

Terræ

Terræ Papanicis, pro tranſactione domanij, & prædictum decretum fuit confirmatum die 26. Octobris 1639. & in rubrica, & in corpore ſemper fit nominatio tranſactionis. Prædicta etſi in facto ſunt clara ab actu, quia ſic actum eſt in decretis, & in inſtrumento, prout ſupra probatũ eſt, ac ab effectu actus, nam Vniuerſitas Papanicis nil aliud conſequuta fuit niſi conſeruationẽ priſtinæ libertatis vigore priuilegiorũ, & remanſit ſub dominio Regis etiã quoad iuriſdictionẽ, & in omnibus obnoxia, & obligata Suæ Maieſtati. Neceſſariò inde ſequitur, quod aſſumptum Domini Fiſci Patroni ex ſola inſertione, in petitione, vel in decreto prælationis corruat, ſiquidem ex adductis per ipſum contractus non à denominatione, ſed ab effectu denominatur, vnde dum fuit confirmatio priuilegiorum, & manutentio, etiam ſi nomine prælationis, dum tranſactione pecuniaria fuit obtenta duc. decem mille, vltra tres mille ſolutos Maieſtati Caroli V. potius nuncupabitur tranſactio, ſubſtantialia enim requiſita cõtractus explicant naturam contractus, l. ſi vno ff. loc. & ibi Bald. & DD. quos citant Affl. dec. 80. de Ponte conſ. 5. num. 6. & conſ. 30. num. 8. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 1. num. 4. nam per denominationem contractus partes non poſsũt mutare veritatem, l. ſi fortè ff. de caſtr. pecul. d. l. ſi vno ff. loc. ibi, ſed etſi verbo donationis Dominus ob ſterilitatem anni remiſerit, idem erit dicendum, quaſi nõ ſit donatio, ſed tranſactio, Afflict. deciſ. 72. ſignanter poſt num. 10. & ibi Vrſill. notat per totum. Ex ſupradictis dum in facto, & in iure fundatum eſt, non eſſe venditionẽ, ſed tantummodo tranſactionem pro confirmatione priuilegiorum, non video, in quo conſiſtat læſio, tranſactio enim ſuper re dubia interponitur. Secundò, & melius priuatio ſupponit habitum, & dum non eſt vendita proprietas, nec vtile dominium, ſed tantummodo Vniuerſitas confirmata in domanio, quod præualet trãſactioni vtilis dominij, vt Capyc. deciſ. 166. non eſt dare læſionem, quæ conſideraretur, ſi in pari cauſa venditionis vtilis dominij Vniuerſitas concurriſſet, & de hoc verbum nullũ, idque confirmatur oblatione, nam ex Cornelij Spinulæ plura leguntur capita, & pactiones, quibus Sua Maieſtas adſtringebatur ad venditionem dictæ Terræ Papanicis. & tamen in inſtrumento tranſactionis ſtipulatæ nomine Vniuerſitatis cum Excellentiſſimo Protege, nihil dictarum pactionum fit mentio, imò ſatis per diuerſa, vnde ſi ſecundum ſuppoſitum Fiſci Patroni fuiſſet Vniuerſitas ſubrogata in locum prędicti emptoris, cum eiſdẽ pactis, & cõditionibus fuiſſet, ſubrogatus .n. ſapit naturã eius, in cuius locũ ſubrogatur, ſed in caſu noſtro nihil de nãlibus, nihil de accidentalibus, & nihil de ſubſtãtialibus prioris emptoris continetur in tranſactione, ergo quõ appellari ſubrogatio poſſit, nec in iure, nec in facto ſuaderi poterit. Indubitata enim eſt quæſtio, quod quando immediatè eſt ſub domanio Regis Vniuerſitas, prout Papanicis tenet actionem proclamandi, & petendi domanium, offerendo tamen pretium, quod inuenitur, & in hoc etiam eſt diſtinguendum, quia poteſt prælationem petere emendo vtile dominium cum iuriſdictione in capite alicuius, & in hoc poteſt eſſe altercatio prætenſa per Fiſcum. Alio vero caſu quãdo nihil vtilis dominij, nec iuriſdictionis, ſed tantummodo pro conſeruatione priſtinæ libertatis, & ſucceſſiuè domanij Regis, & iuriſdictionis apud ipſum remanendi, & tunc in quo eſt læſio, in nihilo, ſed potius lucrum Suæ Maieſtati. Et exinde diluuntur adducta per Dominũ Fiſci Patronum in articulo primo, dum bene probauimus, non aliter fuiſſe venditionem, nec exempla per ipſum adducta militare, ſiquidem vel breui tempore poſt venditionem, prout quatuor exempla licet poſt pragmat. 64. vel ante pragmat. vt eſt quintum exemplum. Secundò, dum ſupra fundauimus, quod Vniuerſitas poteſt petere domanium, offerendo pretium, quod inuenitur, vt probatur etiã ex Franch. deciſ. 17. nu. 1. & 2. Reuerter. deciſ. 22. vol. 1. de Ponte lectur. feudal. 8. num. 35. & de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ prouiſ. §. 1. ibi, quo iure fundetur pręlatio, fol. 476. ante ipſum Reg. de Curte in diuerſ. iur. feud. part. 1. fol. 8. num. 39. & 44. Anna al. leg. 27. nu. 19. Camill. Salern. in procem. Conſuet. in Addit. incip. magna eſt Principis poteſtas, Garſ. Maſtrill. conſ. vnic. poſt primam partem deciſ. num. 51. & Vniuerſitas prædicta Papanicis ſupra oblationem Principis Angri duc. 9480. obtulit ducatos ferè 600. & ſic ducat. 10000. & nihil vtilitatis conſequuta fuit, niſi iura primeuæ libertatis, & domanij Regis, quomodo Fiſcus fuerit læſus, non poteſt fundari, imò potius læſio conſiſteret, ſi abdicando à ſe vtile dominium, & iuriſdictionem, & omnia alia, quæ intuitu domanij deberentur, teneretur, prout tenetur ad reſtitutionem nedum dictorũ duc. 10000. ſolutorum in anno 1638. & poſt decretum generale, ſed etiam duc. 3000. vt ſucceſſor Caroli V. inde deductis duc. 13000. pro quotum ſcilicet vſque ad ſummam duc. 17000. quærit à ſe abdicare iuriſdictionem, & dominium vtile. Nec etiam hoc modicum lucrum eſt conſiderandum, quod iure comprobatur, nam vendita re, & tranſlato dominio cum pacto de retrouendendo ius rehabendi rem venditã, æquiualet tertiæ parti, at è contra re vendita abſque pacto, vt in caſu noſtro, minoris vendi videtur, & ſic etiã oblatio ducat. 17000. eſt inferioris conditionis duc. 13000. ſolutorum per Vniuerſitatẽ, dum transferetur in Baronem dominium vtile, iuriſdictio & alia, & eſſet damnoſa, vel ſi lucroſa, lucrum eſt in modico, l. ait prætor, §. hodie ff. de minor. & ibi Alber. de Roſat. qui loquitur in Fiſco, tamen duplici obiectione repellitur Fiſcus. Primò, quia in lucro Fiſcus non reſtituitur, quando contractus eſt perfectus, prout in caſu noſtro, tranſactione inita cum Excellentiſſimo D. Protege pro exequutione decreti, Afflict. deciſ. 340. poſt num. 2. Secundò, quod etſi daretur reſtitutio poſt contractũ perfectum aduerſus lucrũ, non datur pro modica

dica

dico lucro, vt in caſu noſtro, ſecundum Affl. d.deciſ.340.num.4.Gloſ.& Albet.in l.ſi ſine, §.quæſitũ ff. de minor. Tertiò amplius, ſi habemus in præſenti facto non aliter fuiſſe venditionem,ſed potius tranſactionem,imò confirmationem priuilegiorum per viam prælationis aduerſus venditionem, ſumus in contractu, & licet Fiſcus, & R. C. reſtituãtur ad exemplum minorum, l.Rempublicam, C.de iure Reipubl.lib.11.l.3.ff.ex quib.cauſ.maior. Iſern.in Conſt. Beneficium, tamen Fiſcus nõ reſtituitur aduerſus contractum, Caſtr. in l. Reſpublica,C.ex quib.cauſ.maior.Peregr.de iure fiſci, lib.6.tit.2.num.9. & efficaciter obligatur,prout quilibet priuatus, l.de contractu, C.de reſcind. vend. l. benè à Zenone, C.de quadr.præſcr. & dum S.M. nomine Excellentiſſimus Prorex interuenit in contractu, vtitur iure priuati, & non ſua poteſtate, vel priuilegio, prout quando contrahit Princeps, Dec.conſ.410.conſ.483.& conſ.528.nu.6. Bal. in l.ſi imperfecto,C.de teſtam. Auchar.cõſ.65. Barbat.conſ.20.quos ſequitur Reg.Conſt.ſup. Cod.tit.pęn.fiſc.cred.pręſ.n.93.proinde ſtante promiſſione facta per Excellentiſſimum Proregem de nunquam alienando Terram prædictam, hodie non poteſt tractari de læſione, dum prorſus prohibita eſt alienatio, aliàs eſſet venire contra contractum, ſic legitur in inſtrumento iuxta petitionem, tenetur enim Princeps ad obſeruantiam contractus, l. digna vox, C. de leg. l.donationes, quas parentes,C.de donat.inter vir.& vxor.cap.1.de probat. cæteros congerit Harthm. Piſtor. tom. 3. quæſt.25.num.7. hinc Princeps feudum ſemel conceſſum non poteſt reuocare, cap.1.de nat. feud.cap.1.de feud.ſine culp.non amitt.Crau. conſ.134. nu.19. qui plures citat, & ſequitur, nam Principis contractus omnes cenſentur bonæ fidei, & habent naturam cõtractus bonæ fidei, Bald.in cap.1.§.ſi qua vero,in fin. de pace Conſtant.cæteros probat Ludou. Scrad. in tract.de feud. part.10.ſect.1.nu.49. maximè quia recepit pretium commenſuratum priuilegio libertatis,& ſic ceſſant ſcripta, & dicta per eruditiſſimum, ingenioſiſſimum, & laborioſiſſimum Dominum Regentem Fabium Capycium Galeota,& ratio deciſionis decreti venditionis ordinatæ in anno 1638. Terrarũ domanialium, vt Dominus Regens dixit in tract.de reuocat.priuileg.nu.52. Dicatur etiã, quod prædicta tranſactio fuit ad cõfirmationem priuilegiorum,imò nouam conceſſionẽ, vt ex tranſactione,at quando priuilegium facit tranſitum in contractum, ne dum propter grata, & accepta ſeruitia, debet eſſe irreuocabile,Afflict.& cæteri in Conſt. Ea,quæ ad decus, ſub rubr.quod null.priuat. Roman.conſ. 435.col.4. maximè in caſu noſtro fecit tranſitum in contractum ex recepto pretio ducatorum prius 3000. per Carolum V. nouiſſimè duc.10000. per Excellentiſſimum hodiernum Proregem,& ſic debet eſſe irreuocabile, Bart.in l.omnes populi 4.quæſt. de iuſt.& iur. Innoc.in cap.nouit,de iudic. cap.in noſtra,de iureiur. & fatetur ſpectab. Regens Dominus meus in tractatu de Princip. poteſt. circa reuocationem priuilegiorum,nu.52. Petr.Bellug. in ſpecul.Princ. rubr.9.num.3.& rubr.11. num.15. quodcunque enim priuilegium in contractum tranſactum, à Rege, & eius ſucceſſoribus reuocari non poteſt, l.item eorum, §.quod ſi actor,& §.ex ijs ff.quod cuiuſcunq; vniuerſ. nom. Bart.in l.quod ſemel ff. de decr. ab ord. fac. nam contractus ſunt de iure gentium,& contra naturalẽ iuſtitiã, quæ ex contractu oritur,Bald.Caſtr.& alij in l.digna vox, C.de leg. clem.1.de offic.ord.Dec.conſ.48.& non poſſe recedere à contractu, firmat Roſental.de feud. cap.3.concl.21.gloſ.lit.E. Nec militat oppoſitio, quod tranſactio prædicta careat forſan aſſenſu,vt opus erat, nam communis eſt concluſio, quod quando contrahitur cum Rege,non eſt opus aſſenſu,cap.1.de feud. præterea & ſecundo licet trãſactio validetur aſſenſu,ex text.in Conſt.Conſtitutionẽ diuæ memoriæ,verſ.tranſactio,Anna ibid.nu. 111.& Affl. nu.38. ad limitationẽ cap.ſi vaſallus de beneficio ſuo, tit.ſi de feud.ſuer.contr. tamen limitatur reſpectu feudorũ poſſeſſorũ per cõuentum, vt in caſu noſtro Terræ Papanicis,quia non indiget aſſenſu,ex quo tranſactio tendit ad liberandum, & inducit nouam dominij,vel iuriſdictionis tranſlationem,Capyc. deciſ.156. 3.dub. num.9.ex Bald.in cap.1. de cont.inter vaſall.& alium, notant DD. in materia rei minoris,vel Eccleſiæ alienatę ſine decreto,quod ſi remittatur penès poſſeſſorem valet actus ſine decreto, vt in l.pro fundo, C. de tranſact.citat Capyc.Conſiliar.de Bottis in Addit.ad d.Conſtit.quos Conſiliar.de Georg. alleg.3.num.12. probat. Quartò,ceſſat etiam læſio ex qualitate cauſæ, nam nunquam conſideratur læſio fauore libertatis, proclamare enim ad domanium eſt idem quod de ſeruitute ad libertatem,Camill.de Medic.conſ.164 nu.16. & 17. Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. probat in §.1.de prouiſ.fieri ſolit. ex Io. Fabio in §.dominus,Inſt.de noxal.action. Camill.de Curte in diuerſ.iur.feud. fol.8.num.42. citant Luc. de Penna in l.1. C. de capit. ciu. lib.10. ſaltim reſpectu ſeruitiorum perſonalium, ac realium, Franch.deciſ.17.nu.3.Camill.Salern. in proœm.Conſuet. fol.43.lit.A. vaſalli enim Baronum sũt in ſeruiturẽ redacti & infinitis grauantur oneribus,de quibus per Frecc.de ſubfeud.& ea ratione admittuntur ad domanium,vt Franch.d.deciſ.17.nu.3. Viuius commun.opin.opin.637. Reg.de Curte in d.loco, verbo licet autem veriſſimè, Reg.de Ponte in d. loc.cit. fol.477. Intereſt enim vaſallorũ, & Vniuerſitatum fieri liberos,cũ illi,qui nullo medio ſubſunt,Regi verè ſunt liberi, ſic ex Conſtit.Regni,Perſonas, lib.3. tit.de iure ſuo Curiæ ibi, In hoc enim nõ tàm nobis, quàm libertatis fauore fauemus,cum omnes meritò liberi cenſeantur, qui nullo medio ad imperialem celſitudinem,& Regiam pertinent poteſtatem,cætera congerit Neuiz.conſ.12.n.95. vaſalli enim Dominorum,& Baronum à lege pro ſeruis habentur, l.nec diutius,C.de agric, & cenſit.lib.11.Luc.de Penna in l.vnic.C.de

capit.

capit.Citiit. lib.12. vnde vaſallis datur prælatio fauore libertatis, in qua fuerunt, quando Regis, vel alterius Superiorem non recognoſcentis in dominio reperiebãtur, §. Dominus, Inſt.de noxal.ibi Io.Fab.cum concordantibus adductis per Neuiz.d.conſ.12. imò ratione publicæ vtilitatis ad euitandum oppreſſiones Baronum, adducit Iſern.de prohib.feud.alien. in cap.1.§.preterea Ducatus,& §.nec,ideſt dominus, in 1.& 2.inueſt. nihil enim gratius libertatis præſtari poteſt, l.Paulus,§.1.de fideic. libert. & nihil deterius ſeruitute, & durius morti comparatur, l.quod actiones ff. de reg. iur. paria enim ſunt, non eſſe in rerũ natura, vel eſſe,& non eſſe liberum, l.qui mortui ff.de verb.ſignif. iode ſi Fiſcus reſtituitur ad inſtar minorum, ſecundũ Alber.in l.& ſi fine,§.quæſitum ff.de minor.Alciat.conſ.12.Guid.Papa quæſt.536. prout per Reginm Fiſci Patronum adducitur,& vtitur iure minoris, minor non reſtituitur aduerſum libertatem conceſſam, vt fundat ex pluribus Sfort.Odd.de reſtit.in integr.quæſt.55.num.28.art.3.& in ſpecie minorem, & Fiſcum non reſtitui in odioſis, & aduerſus libertatẽ, prout Iſern. in Conſt. Obſcuritatem, circa princ. ad text.in l.eleganter, verſ.de dolo,& l.ſi dolo ff.de dolo malo, l.ſi ex cauſa. §.fin.& l.ſeq. l.verum, §.quod ſi minor, & l.ſi minor, la prima,& l.minor, l.vlt.§.1.ff.de minor. Capyc.deciſ.62.num.4. hinc adita hæreditate,& conceſſis libertatibus, ſi per viam reſtitutionis aliquis veniat, non reuocantur libertates, §.ſi is,qui, Inſtit.de eo,cui lib. cauſ. bona addic. & ideo fauorabilis eſt petitio domanij, vt ad ipſum petendũ admittatur vnus ciuis, Capiblanc.de Baron. pragmat.3.cap.14. num.11. Capyc. deciſ.28. l.ſi quis huc, §.quoties ff.qui,& à quibus, vbi Roman.Angel. & alij, Felin.in cap.cum omnes, fall.1.reg.2. de Conſt. l.3.ff.de lib.hom.exhib. quia ſpectat ad ſingulos vt ſingulos, & ad ſummum res verſatur in intereſſe, quod petentes ſoluant, Camill.de Curte d.diuerſ.feud. fol.10.à ter. n.70. ſed in petitione domanij Terræ Papanicis ſumus extra caſum, ſiquidẽ omnes ciues communione, communi conſenſu, communi ære procurauerunt ad domaniũ,& libertatis conſeruationem, in qua repetiebantur, redimerũt. Nec omittendum eſt, quod tantus eſt fauor libertatis,& domanij, quod etiam forenſes tenentur ad ſolutionem collectæ impoſitæ per Vniuerſitatẽ pro donatiuo facto Principi pro ſe liberando à ſeruitute, vel ſubiectione alterius, ſpectabilis Dominus meus ingenioſiſſimus,& laborioſiſſimus apud Suam Maieſtatẽ Regens meritiſſimus D.Fabius Capycius Galeota controu.18. num.24.lib.1. & ſi prædicta ſunt clara fauore libertatis, quatenus enim eſſent dubia, quod negatur, pro libertate eſt pronunciandum, in dubijs enim opinionibus libertati fauendum eſt, l.libertas ff.de reg.iur. & l.non eſt,§.fin.ff.eod. dicitur enim pia cauſa libertatis, Tiraquell. de leg.connub. gloſ.8. quæſt.18. num.166. & ſemper pro libertate,& contra ſeruitutem iudicari debet, maximè in libertate pretio redempta, l.inter pares ff.de re iudic.cap.vlt.extra eodem, æquitas namque fauet naturali æquitati, l.3.§.1.ff.de alien.iud. mut.cauſ.fact. Quintò, nullatenus eſt habenda ratio prædictæ nouæ oblationis, & prætenſæ læſionis per Fiſcum, nam, vt ſupra diximus, Vniuerſitas Terræ Papanicis, in anno 1638. contra oblationem Principis Angri ducat.9480. obtinuit cõſeruationem priuilegiorum,& domanij, non obſtante venditione,& ſi eſſet admittere nouam oblationem, in fraudem libertatis eſſet, prout de ſimili dicitur in admiſſo per viam prælationis, quod nõ repellatur per nouam oblationem eo ipſo, quo perfectus eſt contractus, Alb.& Gulielm. de Cuneo in l.iuris gentium,§.adeo ff.de pact.Tiraquell.de retract.lignag.§.1.gloſ.18.nu.57.Corbul.poſt tract.de iure emphyt.q.3.& ſi hoc dicimus in admiſſo iure prælationis, quãto fortius in Vniuerſitate Papanicis admiſſa per viam conſeruationis in domanio. Sextò, quatenus ex læſione reſtitutionem petere poſſet Fiſcus, quod negatur, debet illam probare adfuiſſe tempore venditionis in anno 1638.& non poſt bienniũ, poteſt enim adeſſe,& abeſſe, quod temporis augmento pretium ſit auctum, & proinde valor tempore libertatis eſt attendendus, & conſeruationis in domanio, ſic communiter Bart.& DD.in l.2. C.de reſc. vend.Aym.Crauett.in conſ.11.num.17.ex Albertin d.l.& ſi ſine dolo,§.quæſitum ff.de min. ex citata deciſ.Sacr.Conſ.340.quam ponit Afflict. num.2 qui loquitur in Fiſco, hoc magis viget, quia vigore Regiæ Pragmaticæ eſt præfixum tempus recipiendi oblationes, vt probatum apparet,& quia delatio eſt data ab homine, eo finita nõ datur reſtitutio, Tiraquell. de retract.conuent. §.1.gloſ.2.num.41. Quod confirmatur, nam in facto nulla læſio conſiderari poteſt, ſiquidem aut ex augmento temporis,& non eſt conſideranda, aut ex oblatione,& neque, nam læſio debet haberi ſecundũ pretium commune, & non ſingulare, iuxta gloſ.magnam in l.2.de reſcind.vend. nõ enim eſt ſtandum calumnioſis,& animoſis oblationibus, l. sũma, §.niſi euidens calumnia fuerit ff. de cood. indeb.Vrſill. ad Afflict. deciſ.149. poſt num.15. Tiraquell.de retract.lignag. fol. 240.num.2.& quod non attendatur pretium ſubhaſtationis, quia in eo non eſt veritas, ſed illud, quod fit mediantibus Tabularijs, ſiue Expertis, dicit Napod.in Cõtuet.de iure congrui, in verbo fuerit, ad text.in l.ſi quos, C.de reſcind. vend. Franch.deciſ.54.num.9. vbi dicit, quod iuſtum pretium iudicatur ex qualitate rei, ex quantitate introituum, & ex tempore venditionis,& num.10.ad hoc eſt text.in l.locatio, in princ.ff.de publ. & vectig. vbi locatio, quæ calore licitantis vltra modum ſolitæ conductionis inſtauit, nõ facilè eſt admittenda, l.ad officiũ, in fin.cum ibi not. C.commun.diuid. vbi non admittitur animoſior licitator ad impediendam adiudicationem fieri conſorti iuſto pretio, & ſic per iura concordantia probatur, loquentia in venditione, l.1. in fin.C.de metall.& met.lib.11. l.ſi fideiuſſor, §.meminiſſe ff.de leg. princ. & in puncto de

offe-

offerente maius pretium ad expellendam prælationem, vel vt carius quis præferatur eſſe rigoroſè repellendũ, eſt text.in l.3. §.item ſi quis ff.de crim.ſtell. ex alijs fundat Proſp. Rendell. in tract. de iure prothom. verſ. verus emptor, num.4.fol.142.& pretium verum, non fraudulentum, ſiue animoſum eſſe recipiendum in venditione rerum in materia prælationis, dixit Afflict.in tract.de iure prothom.§.2.nu.17. & in ſpecie in alienatione rei feudalis repelli offerentem augmentum pretij in fraudẽ prælationis, dixerunt Aluar.Præpoſ. & Afflict.in § porrò, & in §.ſed & res, citat Hartm. Piſtor. lib.2.quæſt.12.nu.13. Roſental. cap.9.concl.9. lit.D. Septimò, nulli dubium eſt, huiuſmodi tranſactionem habitam pro Vniuerſitate Papanicis cũ Regio Fiſco, nedum fuiſſe pro confirmatione priuilegij, & domanij, verum etiã per modum nouæ conuẽtionis, & priuilegij, & ſic æquiparatur trãſactioni, quæ fit per modum donationis, in qua tranſactione læſio nõ conſideratur, l.1.ff.de donat.Bart.conſ.59.Socin. conſ.97.vol.2. Franch. deciſ.119. num.22. l. cum donationis, vbi omnes C. de tranſact. Franc.de Aret.in l.qui ſuperſtis, de acquir.hæred. Dec.conſ. 248. Octauò, ſi Fiſcus non eſt æqualiter priuilegiatus vt minor, imò aduerſus eum reſtituuntur minores, & alij priuilegiati, prout aduerſus priuatum, & quoad hoc Fiſcus iuris publici auctoritatem ſequitur, l.1. C.ſi aduerſ.fiſc. ita vt minor ſit magis priuilegiatus, quam Fiſcus, cum reſtituatur aduerſus eum, l.verum, §.final. ff. de minor. cum l.ſeq. Bart.in l.1.§.ſed ad illud ff.de falſ. Peregrin.de iure fiſci, lib.6.tit.2.nu.15. ſed ſic eſt, quod habemus indubitanter, minorem nõ reſtitui aduerſus pariter priuilegiatum, vt pluribus probat Odd.de reſtit. part.1.quæſt.14.art.7.nu.60. l.ſi minor, & l.verum, §.item quæritur ff.de minor.Caſtr.conſ.37.num.5.lib.2. maximè ſi tractat vnus de damno, prout Vniuerſitas Papanicis, & alter de lucro, vt Regius Fiſcus, qui aduerſus lucrum procuratum & oblatum per Io. Dionyſium Surianum inimicum ciuium dictæ Terræ reſtitutionem petijt, l.final. ff.ex quib.cauſ. maior. ibi, ſi aliquid damni iuſtè quæritur, Hartman.Piſtor.lib.2.quæſt.41.n.36. ex pluribus citatis per ipſum, Ioſeph.Ludouic. deciſ.Peruſ.54.num.8. Igitur Fiſcus reſtitutionem contendere non poteſt cum Vniuerſitate Papanicis pariter priuilegiata, quæ tractat de damno, & de pretio ſanguinis, ac redemptæ libertatis, qua prius fruebatur cum impenſa prius ducat.5000. ſolutorum Carolo V. in anno 1530. & poſtremo ducat.10000. ſolutorum in anno 1638. præuia tranſactione cum Excellentiſſimo, decreto ſupremi Collateralis Conſilij, referẽte Reg. Cam. eſſe manutenendam in perpetuo domanio. Nec dubitandũ, quod Communitatibus detur reſtitutio in integrum, prout latè probat Odd.de reſtitut.in integr. part.1.quæſt.3.art.10. quia Vniuerſitates Caſtrorum dicuntur, vt à num.66. ad 70. probat, & in ſpecie de Vniuerſitatibus, quod eis competat reſtitutio, & ſunt pariter priuilegiatæ, dicit Sfort.Odd. d.part.1.quæſt.3. articul.12. num. 74. qui licet tribus medijs conetur impugnare, quod non competat reſtitutio Vniuerſitati, tamen in verſ.in contrariũ acerrimè refert quæſtionem pro Vniuerſitate, & illam probat, & in verſ. ego puto dicendum ſic cum diſtinctione in hac vltima opinione eſſe reſtituendam Vniuerſitatem reſidet, præcipuè illa ratione, propter minores, pupillos, et alias perſonas priuilegiatas, quæ ſunt in ea, nec tranſcribere auctoritates opus duximus, ne alienæ laudis, & labores fures exiſtimemur. Nonò, omnino Fiſcum eſſe repellendũ, nec admittendum ex capite læſionis, vel quauis alia via puto ex exceptione rei iudicatæ, ex decreto ad fauorem Vniuerſitatis de anno 1638. quo fuit iudicatum, Vniuerſitatem prædictam Papanicis eſſe manutenendã in perpetuo domanio, non obſtante venditione facta, ſolutis tamen ducat.10000. Regiæ Curiæ, quorum ſolutio ſequuta fuit, vt ſupra probauimus, & pro exequutione decreti fuit ſtipulatum inſtrumentum tranſactionis cum Sua Excellentia, quomodo igitur venire poſſit Fiſcus, vel contra decretum tranſactum in rem iudicatam, ac exequutũ, & contra inſtrumentum, & contractum prædictum, non video, eo magis quod tranſactio prædicta, & decretum ſuper tranſactione, & manutentione in perpetuo domanio Terræ Papanicis, fuerunt pro exequutione decreti generalis interpoſiti die 25.Februarij 1638. quo fuit ordinatum, procedi ad venditionẽ omnium Terrarum, & Ciuitatum domanialium, exceptis illis, quæ fuerunt tranſactæ ab annis quindecim citra vſq; ad diem decreti, & ſic nedum obſtat exceptio rei iudicatæ, ex decreto particulari ad fauorẽ prædictæ Terræ Papanicis, ſed etiam decreti generalis in vim legis, quo immunia fuerunt omnia domanialia, cũ quibus inita erat tranſactio per quindecim annos ante decretum, & maior ratio viget in tranſactione inita poſt decretum generale, & particulare ſtipulata cum Excellẽtiſſimo Protege, & per S.M. confirmata, vnde nullatenus nec de iure, nec de facto infringi poteſt, nam ſupra probauimus, quod Princeps tenetur ad obſeruantiam contractus, & priuilegij, maximè pretio quantitatis, & ſanguinis cõmenſurati. Decimò, prorſus Fiſcum eſſe excludendum ſuadetur vltra adducta ſuperius in ſeptima conſideratione de animoſa oblatione etiam ex cauſa inimicitiæ, & particulari odio fuiſſe factam nomine prædicti Io. Dionyſij, ſcilicet viri inimici in particulari, & in communi ciuium dictæ Terræ Papanicis ex quodam prætẽſo iure, & contra ipſum adſunt informationes captæ de inſultu, & vulneribus illatis armata manu publicè de die in perſonam quorundam ciuium dictæ Terræ, & ex alijs, vt in illis eo iure cautum eſt, quod Baro grauans vaſallum, ac illum moleſtans, vel maletractãs, poteſt à Domino, & Rege priuari ſua iuriſdictione, & vaſallus à ſua iuriſdictione eximi, & iuriſdictio applicatur Domino, à quo illam recognoſcit, & habet in feudum, ita Bald. & alij in cap.Federicus, §.quicunque aduocatiã, de pace tenend.

Innoc.& Ioan.Andr.in cap.2.de re iudic.in 6. Guid.Papa deciſ.62. Afflict.deciſ.265. Bald.in cap.1.§.publici latrones,de pace tenend. Caſt. in auth. qui rem C.de ſacroſ. Eccl. Menchaca controu.illuſtr.quæſt.8.num.10.& poſſent vaſalli dicere Domino, & ſic Suæ Maieſtati etiã quòd fuiſſet admiſſus ad emptionem in hoc caſu nos volumus redimere,& cogeretur Dominus, vt pro limitatione adducit notabiliter Reg de Curte in diuerſ.iur.feud. fol.9. nu.45. & hoc probat ex cauſa publicæ vtilitatis, intereſt enim Reipublicæ, nę quis re ſua malè vtatur,ad text.in §.ſed maior aſperitas, Inſtit. de iis,qui ſunt ſui,vel alien.iur.inde ſi admiſſus repelleretur,admittendus non eſt,turpius enim eiicitur,quam non admittur hoſpes. Iis poſitis diluuntur defectus poteſtatis Excellentiſſimi Proregis, negamus enim defectum facultatis,imò omnimodam fuiſſe conceſſam ibi quando oportuerit,& illis viſum fuerit liberè diſponere poſſint melius etiam Ciuitates,Terras, Caſtra, loca, & alia, prout melius viſum fuerit vendere,alienare, ſeù inſolutum dare, & alibi conſtituimus ſpecialem procuratorem,ita quod ſpecialitas generalitati non deroget,& è contra,& fol.109 *vendan, enagenen rentas, Ciudades, Tierras y lugares, y como mi Virrey, Lugartemẽte y Capitan general deſte Reyno puedan hazer lugar en razon d'eſſe las diligencias, y de mas coſas, que fueren neceſſarias* fol.110. ſic minus licere debet, ꝙ plus, l.iuris gentium §.adeo,verſ.nam ſi poteſt ff de pact. cum aliis citatis per Aym.conſ.16.num.11.ſed in caſu noſtro adeſt etiam ſpeciale mandatũ ad tranſigendum,vt fertur. Vltra quod diſputare de poteſtate Proregis vanum eſt, vt de Ponte de pot.Proreg. fol.3.nu.1. poteſt enim quæ ipſemet Rex ex citatis per ipſum etiam vigore commiſſionum, in quibus cõſtituitur alter ego. Amplius in eodem inſtrumento tranſactionis legitur, ad illum deueniſſe ex certa ſcientia,& omni meliori via,& auctoritate dominica ei attributa,inde quod facere non potuiſſet vt procurator, quod negatur, cẽſetur feciſſe vt Vicarius, & Capitaneus generalis,qui enim habet plures poteſtates,& facit actum omni modo meliori, quo poteſt, ſi virtute vnius non potuit facere actum, videtur feciſſe virtute alterius,Bald in l.3.per illum text.ff.de milit.teſtam. Innoc.in cap.cum ex officii,de præſcript.& ibi Felin.col.12.n.27. limit. 3. & in terminis mandati procuratoris Roman. conſ.446. eſt enim mirabilia clauſula in contractibus,Felin.in cap.cum ſuper,colum.4.num.10.de offic.deleg. cæteros congerit ſingulariter Anna allegat.27.num.3. quod confirmatur ex adductis per Afflict.deciſ.340. num.5.vbi dicit, quod poteſt fieri pactum inſolidum in arrendamento,ex Luc.de Pen. in l.1.C.de paſc.publ.lib.11. & quod ſi Princeps dat mandatum ad negotia,& experientia docet,quod melius eſt,& ſalubrius aliud facere, & ſi Princeps hoc ſciuiſſet, vel ſimiliter credendum eſſet,quod hoc mandaſſet, non dicitur excedere formam mandati,citat plures,ac etiam de obſeruãtia in Regia Camera,igitur de hoc non eſt dubitandum. Corruit etiam, quod idemmet Regius Fiſci Patronus impugnat, eſſe diuerſum ius de locatione ad venditionẽ, nam per Dominũ Collegam contrarium eſt probatũ & ipſemet D.Fiſci Patronus art 1.nu.16.& per 17.teſtes latiſſimè probauit, vnde lapſum temporis biennii effugere non poteſt, quin ex Regia Pragmatica non excludatur, quatenus læſio adeſſet, & in ipſius terminis eſſemus,quod negatur,& ſupra probauimus, ceſſat etiam reſtitutio petita ex cauſa prægmaturę accenſionis candelæ poſt emanationem bannorum,nam probauimus ex fide, qua conſtat,eſſe infra legitima tempora præfixa candelam accenſam. Denique obruit abſumptum Domini Fiſci Patroni, non eſſe perfectam tranſactionem ex menſura facienda, & confinium apponẽdorum pro iuriſdictione,nam etiam in venditione ſi venditio eſſet, quod negatur ante adhibitam menſuram, licet dici poſſit conditionalis,ad text.in l.ſi in venditione, §.1. ff. de peric. & com. rei vend. l.quod ſæpè, §.in iis.cum cæteris concordantibus ff. de act.empt. & aliis adductis per eundem Fiſci Patronum. Primò tamen erit intelligenda, quod non dicitur perfecta venditio quoad periculum,quod ſpectat ad venditorem,Gloſ.in d.l.2.de peric.& com. rei vend. l. quod ſæpè, §.in iis ff de contrah. empt. ſed tamen venditio quoad hoc vt non ſit locus pœnitẽtiæ,intelligitur eſſe perfecta,quia pendente etiam conditione non licet recedere, & hoc eſt quod quærit Regius Fiſci Patronus, gloſ.in l.neceſſe,§.quod ſi pendente ff.de peric.& com.rei vend. licet pœnitere de tranſactione facta, quod prohibetur omni iure æquitatis,iuſtitiæ,& conſilii contra propriam tranſactionem initam cum Excellentiſſ. Prorege,præuio decreto Collateralis Conſilii,& Reg.Cam.& in l.1. eod.tit. & in l.ſi quis vin. ff de peric.& com.rei vend. Caſtr.in l.2.ad finem,quãdo lic ab emp.diſced. Parıſ.conſ.59. num.4.lib.1. Secundò, amplius aſſumptum Regii Fiſci procedit, quando tamen non eſt tranſlatum dominium,vel poſſeſſio in emptorem ante menſuram,ſecus vero ſi eſſet in poſſeſſione,quia ſupplet defectum menſuræ poſſeſſio, l.2. & ibi Angel. Paul. de Caſtr. num.1. & 3. C.de peric. & com. rei vend. Corn.conſil.50.num.11.lib.1. Dec.conſ 179.col.2.qui in fine conſilii principaliter nititur ex actuali poſſeſſione,Pariſ.conſ.59.num.10. & 20. lib.1. Tertiò tandem procederet etiam prætenſio Regii Fiſci,& ſi eſſemus in venditione, quod negatur eſſe conditionalem ante menſuram, quãdo pretium eſſat declarandum poſt menſuram, at ſi pretium eſt certum ante menſuram,contractus non eſt conditionalis, d. l. ſi ſi venditori, § 1. ff. de petic. & com. rei vend. ſic loquitur Bart.in l.Iulianus,§.ſi Titius,nu.1. verſ.ſed ſi venditor ff.de action.empt. dicitur enim contractus eſſe purus,etiam ſi pretium conſtitutum recipere poſſet augmentum, vel diminutionem,quia cum conditio eſt adiecta in augmento,& diminutione pretii,non facit incertam venditionem, neque conditionalẽ,

l. hæc

l.hæc venditio,§.1.& fin.de contrah.empt.poteſt enim vêditio eſſe pura,& pars pretij conditionalis, ſic Bald. in d.l.hoc declarat,Socin. conſ.vlt. num.1. lib.3. menſura enim non venit ſubſtantificè,ſed ad declarationem totius pretij, quod in ſe ipſo naturaliter per attem geometricam certum eſt, Bald. & Caſtr. in l. ſicut, C.de act.empt. & ſic contractus eſt perfectus. At in caſu noſtro ſumus extra terminos prædictos, nam pretium ducat.10000. eſt certum, nec diminutum, vel augmentum recipere poteſt ex menſuratione territorij pro confinibus apponendis, & ſic ſumus extra omnem dubitationem. Ex ijs generaliter,& ſpecialiter adductis, quæ breuiter pro temporis anguſtia permiſſa fuerunt indubitàter pro Vniuerſitate iudicandum ſperatur iàm pro libertate tuenda, & conſeruanda etiam à præſenſo futuro Domino, quam pro domanio S.M. æqnitate,iuſtitia,& religione omnium Dominorum Iudicantium,&c. Io. Baptiſta Amendola. Die 9. menſis Aprilis 1641. in cauſa Regij Fiſci contra Vniuerſitatem Terrę Papanici Cutronis, petentis acceptari oblationem factam nomine Ioannis Dionyſij Suriani ducatorum 17000. etiam per viam reſtitutionis in integrum aduerſus venditionem, & decretum inde ad domanium factũ, prout in actis. Viſis actis per Dominum Militem Io. Camillum Cacacium V.I.D. Regiæ Cameræ Præſidentem,& cauſæ Commiſſariũ, & facta relatione per dictam Reg. Cam. in Regio Collaterali Conſilio ſub die 23.menſis Martij 1641. referente eodem D.Præſidente Cacacio, audito Domino Præſidête D.Gregorio de Ganauerro interuenıente pro Regio Fiſco de ordine Suæ Excellentiæ, accedente voto Ill. & Spectabilium Regiam Cancellariã Regentium, fuit prouiſum,& decretum, prout pręſenti decreto decernitur,& prouidetur, non eſſe defetendum petitæ reſtitutioni in integrum pro parte Regij Fiſci,& proinde nõ eſſe recipiendam oblationem factam nomine dicti Ioan. Dionyſij Suriani, ſed Vniuerſitatem Papanicis manutenendam eſſe in Regio domanio,hoc ſuum,&c. Io.Camillus Cacacius, Conſ. Bolinus, Ioſeph Tardius pro Aſtuto Actor.Mag. Io.Baptiſta Conſtantinus Actuar. Die 19.menſis Auguſti 1641. In cauſa Regij Fiſci contra Vniuerſitatem Papanicis petentis, acceptari oblationem factam nomine Ioannis Dionyſij Suriani ducatorum 17000. etiam per viam reſtitutionis in integrum aduerſus venditionem ob decretũ inde ad domanium factum, reclamantibus dictis Regio Fiſco, & Io. Dominico Suriano à decreto per Reg.Cam. in Regio Collat.Conſil. ſub die 23.menſis Martij 1641. per quod fuit prouiſum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum pro parte Regij Fiſci, & proinde non eſſe recipiendam oblationem prædictam factam nomine vt ſupra, ſed Vniuerſitatem prædictam Papanicis manutenendam eſſe in Regio domanio, prout in actis. Facta relatione in Regio Collaterali Conſilio de prædictis coram Excell. Domino Prorege per Regiam Cameram Summariæ ſub die 13.dicti menſis Auguſti referête Domino Milite V.I.D. D.Martino de Burgueda dictæ Regiæ Cameræ Præſidête, & cauſæ Commiſſario,accedente voto Ill.& Spectabilium Regiam Cancellariã Regentium,Dominorumq; Regiorum Conſiliariorum Franciſci Antonij Muſceptulæ, D.Ferdinandi Arias de Meſa, & Scipionis Salituri adiunctorum in cauſa prędicta, ac audito Domino Præſidête D.Gregorio de Ganauerro Fiſci Patrono in dicta cauſa, fuit per dictam Reg. Cam. prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, benè fuiſſe, & eſſe prouiſũ per decretũ prædictum latum die 23.menſis Martij 1641. in dicto Regio Collaterali Conſilio ad relationem D. Præſidentis Io. Camilli Cacacij tunc cauſæ Commiſſarij,& proinde malè reclamatum per dictos Regium Fiſcum, & Io.Dionyſium Sorianum, hoc ſuum,&c. Burgueda, Conſ. Bolinus, Ioſeph Tardius pro Aſtuto Actor. Mag. Io.Baptiſta Conſtantinus Act. pro Secretario. Supradictis addo Anton. de Amato variar.reſolut.tom.1.reſolut.38.vbi diſſerit articulum, an poſt perfectam ſubhaſtationem legitimè conſtitutam ope reſtitutionis in integrum Fiſco, Ciuitati, Eccleſiæ, vel minori ſuccurratur prætextu melioris cõditionis à nouo licitatore oblatę, & in hanc ſententiam inclinat,referendo deciſionem factam in in illo Tribunali Summariæ Siciliæ, memor de noſtris deciſionibus Affl. & Reg. de Ponte relatis in noſtro compend. vt ibi erit videre.

Vniuerſitati an cõpetat ius prælationis pro aliqua parte iuriſdictionis, quæ venditur, ipſa permanente ſub dominio Baronis, vtputa ſi vendatur iuriſdictio ſecundarum cauſarum, aut ius ponderum, & menſurarum, deciſum fuit affirmatiuè facto verbo in Collar.Conſil. vt ex deciſ. manuſcripta D. Reg. Moles 117. iam impreſſa in Iure Regni Reg.Tapiæ par.6. ſuper pragm.63. de offic.Proc.Cæſ.

Vocatio Magiſtratuũ,& eorũ Officiales ex eorũ officijs,ac locis vbi præſunt, ad ſolũ Principẽ ſpectat,an ſi talis vocatio fuerit inferiori Magiſtratui cõceſſa, vt aliquẽ inferiorẽ Officialẽ vocet, eodẽ modo fieri debeat, qualiter Princeps ſolet,hoc eſt per literas miſſiuas,& ſine aliqua cauſæ cognitione,& informatione capta, prout accidit in facto iam occurſo cum præuio reſcripto Proregis mandante M.C.V. vt vocaret D.Didacum de Aluz Iudicem Ciuitatis Bari, & ita exequutum per dictã Mag. Cur. & obtemperatum per dictum Iudicem, qui ad vocationem ſimplicem Magn.Cur. coram vocante cõparendo interrogatis reſpondit in altercatione occurſa cum Gubernatore illius Ciuitatis, & facta relatione in eadem Magna Curia per Reg. Conſil. D. Ferdinandum Ezguerram, fuit reſolutum, vt deponeret, de quo ægrè ferens appellauit ad Sacrum Conſiliũ,prætextu quod cũ non fuiſſet capta aliqua informatio,non poterat vocari,nec citari, neq; examinari,nam videbatur reus fieri vbi non erat,& vt omnia ...noteſcant,eſt ve-

rum,quod poteſtas faciendi,& inſtituẽdi Magiſtratus ad iuſtitiam exercendã ſolum Principibus conceſſa eſt, vt probat Caſſan. in catalog.glor.mund.par.5.conſid.24.priuil.15. ſequitur Borrell. de magiſtr. edict. lib. 1. cap.1. num.41. eo quia creatio Magiſtratuum eſt de ſegalibus,cap.1.quæ ſint regal.Bosreli.de magiſtr.ediet. lib.1.cap.1.num.34.36.40.111. Bucet.de regal.cap.2.nnm.67.Maſtrill.de magiſt. lib.1. cap.1.num.1. adeo quod cum ipſi perſonam Principis repræſentat,vt dixi in voto 77. num. 47. ad eum dumtaxat ipſorũ ſpectat cognitio de occurrentijs in officijs,non expectato tempore ſindicatus,vt optimè tsadit Par.de ſindic. verbo an ſi poteſtas condemnauit, ſub nu.16.verſ.Officiales Regum,vbi notat,quod Officiales Regum quandocunque Regi placet, poſſunt ſindicari, etiã non expectato fine menſis Auguſti, quo tempore ſindicari ſolẽt, ſequitur Franc Marc.deciſ.712.num.7.part.2. & deciſ.651.num.5.& 6. vbi Additio alios citat, Camp. in cap.Iniunxit, num.17. quinimo audito aliquo clamore de Officialibus, ſolet eos vocare ad ſe, & hæc vocatio legitima diceretur,vt optimè Bald.in cap.ad hoc, nm.22. de pace iuram.firm.dum quærit, quæ ſit legitima vocatio,reſpondit,quando Dominus in propria perſona vocat, vel per procuratorem, vel per nuntium mittit literas confectas coram Paribus Curtis, quinimò talis vocatio vim habet citationis, eo quia euocare eſt in ius vocare,ſicuti citare, l.1.§.1.ff.de fer.l.etiam in fin.ff.de minor. l.2.§.legatis ff.de iudic. l.cũ veto,§.ſubuentum ff.de fideicom.libert. notat Rebuff.in Conſtit.Galliæ, tom.1. in tract.de euocat.in princ. nu.5. etenim ipſa citatio deriuatur à cieo cies,ideſt vocare,Muſcatell.in praxi Sacr.Conſ. part.2.gloſ.intimato, num,3. ſed longè differt à citatione, ex eo quia talis vocatio fit per Pſincipem,non in forma iudicij, ſed per modum extraordinariæ cognitionis,quod nõ decet cæteris Magiſtratibus,qui tenentur ordinem iudiciarium ſeruare, nec aliquem citare,niſi conſtito de delicto, Iulius Clarus in §.fin.quæſt.20.verſ.ad formandam, Intsigl.ſingul.22. & viſa informatione capta contra aliquem, Follet.in praxi crim. rubr.vel eos cit. fac. num.1. & ſic ipſa citatio cum ſit iudicij fundamentũ,Afflict.in Conſt.rubr.95. lib.1.num.1.Marant.in ſpecul.part.6. de citat. num.1.debebat præcedere præuia informatione prius capta, ſed in Principe, qui non tenetur ſeruare oſdinem iudiciarium,Felin.in cap. in cauſis de re iud.Caſſan.vbi ſup.in priuil.21. Alex.Stiat. in praxi arbitr.cap.15.in fine, Ruginell.pract.quæſt.cap.1.num.93.aliter procedere videtur, ex quo cum ipſe creat Magiſtratus, & ob aliquam cauſam eos vocat, ipſe ſolus remouet Officialem, quem eſſe probauit, l.2.C.de agent.in reb.Caſſan.vbi ſup.priuil.97. & ſic verè cernimus,Officiales ab eo vocatos aliquando animaduerſione dignos in priſtinum locum reuocatos, vel ſuſpenſos,vel priuatos, aut eorum cauſas iuxta tramites iuris aliorum Iudicum arbitrio commiſſas,& eodẽ quoque modo practicari cõperitur in Regijs Audientijs per vocationem Miniſtrorum inferiorum,non tamen procedendo ad eorum ſuſpenſionem,ſeù priuationem,ſed tantum ad audiendum eorum iura, vel cõtra eos procedi mandatur ad capturam informationum, & de omnibus certiorem facere Excellentiſſ. Proregem,quæ quidem differentia ſatis apparet,nam Princeps licet poſſit citare ſub pœna omnium bonorum infligenda contumaci, ſi non comparet in iudicio, non tamen in alio Iudice inferiore à Principe procederet,Afflict. in Conſt. Poſt mundi, num.44. pariterq; talis vocatio Principis,quæ ſolet fieri ad audiendũ verbum Principis ſuper aliquo negotio vrgẽte,non tamen conuenit cæteris Iudicibus inferioribus,hinc eſt,quod ſi Iudex velit ſententiam ferre, & citauerit aliquem, vt veniat ad audiendam intentionem Curiæ, ſeù Iudicis, non erit ſufficiens cauſa in citatione, refert Marant.in ſpec.p.6.rub.de citat.n.70. ſequitur Grau.ad Veſtrium lib.5.cap.2.num.8. vnde ex hoc videbatur grauari,dum ipſa Mag.Cur. ex Proregis iuſſu ipſum vocauerat,& ipſe ſe præſentauerat coram eodem Commiſſario,cui iura ſua propalauerat,debebat de hoc relationẽ facere Suæ Excellentiæ, & non verbum facere in Magn.Cur. quæ decreuerat, vt deponeret,quia adhuc Iudex competens nõ erat,niſi Princeps expreſſim mandauiſſet, contra eum procedi præuia informatione,vt oſtenditur in Cap. Regni,Vulgatis famæ,in princ. vt aſſolet ſeruari contra Officiales, contra quos ipſa ex præheminentia procedit iuxta diſpoſitionem Ritus, Præſ.de Franch.deciſ.505.num.7.& ſic extra commiſſa proceſſum videbatur. Nihilominus facta relatione per eundem in Sacr. Conſ. in Aula Conſil.Carauitæ de menſe Septembris 1631. fuit per Sacr.Conſ.confirmatum decretum ipſius Magn. Cur. remittendo eidem Magn.Cur. cauſam, ſed hoc potius ex vrbanitate proceſſerat, ne ipſa Magn.Cur. videretur ſine cauſa vocaſſe ipſum Iudicem,bene verum prout percepi, iniunctum fuit oretenus mandatum,vt habita depoſitione illico remandaret ipſum Iudicem ad exercitium ſui muneris, & ſic exequutum,vt ex actis in Banca de Roſa,apud Migliaccium Scribam.

Vocati ad fideicommiſſum,aut ſimile an poſſint in poſſeſſionem bonorum immitti, hæreditate adhuc non adita per inſtitutos,eſtque certum de iure, quod fideicommiſſi bona ſubiecta poſſunt apprehendi per vocatos, quando poſſeſſio eſſet vacans,quo caſu dicerentur legitimi cõtradictores ad impediendam immiſſionem in poſſeſſionem,quando incontinenti vellent docere de eorum iuribus, ita DD. omnes in l.fin.C.de edict.diu.Hadr.toll. Bart. in l.filiam fratribus ff.ad Trebell.Ant.Gabr.in ſuis concluſ. tit.de fideic. concl.5.lib.4. cum alijs apud Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſ.71.n.11. & 12. Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed.4.nu. 202.Gozad.conſ.93.nu.4 Cancer.variar.reſol. lib.1.cap.2.nu.58.& iterum lib.2.cap.7.nu.111. & ſeq. vbi ita pluries deciſum fuiſſe teſtatur, Simon de Præt. de interpr.vltim.volunt.lib.5. dub.1.nu.91. addas Socin. ſen. conſ.33.nu.17.

verſ.

Digitized by Google

verſ.duodecimo fortificatur, vol.1. Marta in ſuma ſucceſſ. legal. par.4. q.22.art.3.nu.2.& 3. Peregr.de fideic.art.47.ſub nu.76. Hugo Celſ. conſ.24.num.5.ex hac ratione etiam comprobatur deciſio per Nos relata ſupra in ver.porrò, vbi apparet deciſum in fauorem agnatorum, quibus per Conſuetudines Neapol. debetur medietas bonorum antiquorum, adeò quod ſi hæreditas adhuc adita non fuerit, poterint immitti in poſſeſſionem dictorum bonorum, & amplius ex verbo adiecto in Conſuet. incip. Et ſi teſtator (perueniat) quod ſiquidem verbum eſt commune, & fideicommiſſum inducit, Pariſ.conſ.90.nu.24.vol.2.& conſ.93. num.18.vol.2. Vegg.conſ.74.nu.484. Batz.deciſ.121.nu.39.Pancirol.conſ.91.nu.23. & ſi dictum fuerit, vt bona perueniant ad deſcendentes, inductum ſeitur fideicommiſſum reale, Marta de ſucceſſ.part.4.quæſt.21.art.19. num.5. Corroboratur etiam allegata deciſio ex conſimili concluſione, nempe de muliere, quæ vigore ſuæ hypothecæ mortuo viro, etiã ante aditam hæreditatem eius bona pro ſuis dotibus, & iuribus dotalibus poterit retinere, iuxta deciſ.44.Conſil.Gizzarell.vbi nu.5.& 6. ampliat etiam in quocunq; creditore, cui vigore hypothecæ erit licitum retinere bona debitoris vacua, & à nemine poſſeſſa pro ſui iuris conſeruatione.

Votum ab aliquo Officiali prolatum, nec in affirmatiuam, neque negatiuam partẽ tendens, ſed mediam viam eligens, an ſubſtineri poſſit, refertur caſus deciſus ſupra in verbo Iudices.

Vota triplicis ſententiæ ſi ſint prolata à tribus Iudicantibus, quale eorum erit exequendum, hoc accidit diſcerni in cauſa N. cui tres Iudices fuerunt delegati pro eius inquiſitione, licet poſtmodum ex beneplacito Excellentiſſimi Proregis Comitis de Lemos fuiſſent alij ſex ſuperadditi, qui fuerunt in triplici ſententia, alij enim fuerunt opinionis, vt torqueretur, alij vt mortis ſubiret tormentum, alij vero, vt ad relegationem damnaretur, quibus iunctim votis, poſtea fuerunt ad Suam Maieſtatem tranſmiſſa ex eius ordine, à quo reſponſum acceptum fuit, vt illorum maiori parte ſtaretur, maior ipſorum pars fuerat in condemnando, adeo quod dum in hoc conueniebant, erat ipſorum maior pars attendenda, vt punctualiter firmat Theſſaur. deciſ.Pedem.1.nu.12. ſed benè tamen in ſententiam pro reo faciendam in mitiorem pœnam inclinandum, vt ipſe demõſtrat à nu.10. & ſeq. quem ſequitur Maſtrill.deciſ.Sicil.183. num.8. vbi de eodem agit articulo, quid iudicandum, ſi tres Iudices in diuerſa vota, & tres differentes pœnas intuliſſent, licet contrariũ in facto per me relato in 1. part. noſtri comp. verbo tortura fuiſſet per Collaterale deciſum, eſſe torquendũ reum, & huic opinioni adheſit, & credo ex defectu probationum, quamuis in præcitato caſu relato ſuperius nulla executione ſententiæ conceſſa idem Ill. Protex in eius diſceſſu ſecum tulit inquiſitum, vt Regi noſtro pręſentaret ad tollendam dubietatẽ, dum ita conſultum fuerat, eſſe in illam mitiorem pœnam relegationis reum condemnandum, vt iuris erat, ſed poſtea gratiã obtinuit, & non fuit vlterius iudicium protelatũ contra ipſum.

Vota Iudicum adiunctorum datorum in paritate votorum prolatorum per alios Iudices an eſſe debeant conformia votis illorum, vel ſecundum eorum opinionem, in iure fundatum fuit deciſio ſupra eodem verb. adiuncti.

Vſura an committatur ex eo, quod quis intereſſe futurum ex ſorte in ſortem redigerit cum conuẽtione intereſſe, ſeù vſurarum, quemadmodum accidit præteritis annis in Sac.Conſ. ventilari in cauſa Franceſchæ Marrocco cum Io.Baptiſta, & fratribus de Burrello, ſuppoſito huiuſmodi rei facto ex inſtrumento celebrato in anno 1604. die 2. Auguſti inter Ferdinandum Mobilionem, & Io. Andræam Burrello apparebat, dictum Ferdinandum vendidiſſe quandam terrã modij vnius cum dimidio eidem Io. Andreæ pro ducat.325. de quibus emptor confeſſus fuit recepiſſe duc. 130. & per medium Banci S. Eligij alios ducat.50. pro reliquis vero ducat.175. promiſit emptor correſpondere venditori durante ſolutione ipſorum in annuis ducat.14.depoſitandis in publico Banco de dictis duc.175. pro illis cõuertendis in emptionem, & pro maiori cautela ipſius emptoris contentus extitit, quod dicti annui 14. pro intereſſutio per dictũ emptorem ſolui promiſſi quolibet anno pendente ſolutione dicti reſtantis pretij ducat.175. remaneat penès ipſum, donec fuerit facta ſumma ducat.50.per ipſum venditorem receptorum, ad finem quod illi vniantur cum dictis ducat.175.& faciant ſummam duc.25.qua facta ex nunc in antea emptor teneatur ſoluere, & correſpondere pro eiſdem ducat. 50. vltra prædictum intereſſurium ducatorũ quatuor, & alios annuos ducatos quatuor ad rationem ducatorũ octo per centum, qui ſummam faciebant annuorum duc.18. ante partem, & tempore ſolutionis per emptorem tam dictorum duc.175.quam dictorũ duc.50. inde perueniẽdorũ de dicto intereſſurio depoſitari debeant in Banco publico pro illis conuertendis in emptionem, &c. qua ſiquidem conuentione perhabita, inde in controuerſiam fuit deductum, an vſuræ prædictæ in ſortem conuerſæ ritè, rectèq; proceſſerint, ne contractus dicatur vſurarius, nã etſi vſura pretij non ſoluti, dilatione conceſſa in conuentionem deduci poſſit, ſicuti ex mente Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarũ probat Felician. de cenſib. tom.2. lib.1. cap.10. num.11.& ſeq. cum alijs relatis per Reg. Rouit. in pragm.1. de vſur. num.44.& conſ.9.num.4.vol.1. nihilominus in ſortem redigi vetitum inſpicitur in l.fin.aliàs vt nullo, C.de vſur.verſ.quapropter, ibi vſuras præteriti temporis, vel futuri in ſortem redigere, &c. cum alijs iuribus conſimilibus relatis à Hieron.Treutl.ſelect. diſput. lib.2. diſput.3. theſi 5. in princ. Petr. Fonſ. ſelect. legum, verbo vſura, hanc opinionem acerrimè defendit Intrigl.de cenſib. quæſt.48.

vbi Marcell. Conuerſ. in addit. alios cumulat, eundem ſequitur Giurba deciſ. 24. num. 3. vbi alios Doctores ad idem allegat, & num. 15. ex Socin. Peregrin. Menoch. Valaſ. Manent. Vueſembec. & Fabio de Anna confirmant, ne ex hoc colore vſuræ vſurarum percipiantur, vt probaui ex alijs ſupra in verbo intereſſe alterius intereſſe 1. 2. & 3. Ex aduerſo autē, quod cenſus decurſi poſſint redigi in capitale, probat gloſ. final dict. l. vt nullo, quam ſequuntur ibi Doctores, potiſſimum ſi conſtaret de numeratione illius prius, & poſtmodum in ſortem redigi poſſe, vt ſequitur Paul. Staiban. conſ. 48. num. 5. & 9. tamen etiam abſque numeratione ipſa Doctores aliqui probarunt hanc opinionem, præſertim Anton. de Ballis in ſuis tract. crimin. lib. 5. tit. de pragmat. Regni ſuper bulla, quæſt. 6. vbi reſpondet rationibus adductis per Intrigl. ſupra citatum, & Caſtill. deciſ. Sicil. 22. num. 58. limitando concluſionem ſupra relatam, nempè quod vſuræ vſurarum non debetur, niſi in ſortem fuerit redacta, Conſiliar. Anna in conſ. 48. num. 26. latiſſimè Reg. Rouit. in conſ. 9. tom. 1. demum fuit per Sacrum Conſilium interpoſitum ſequens decretum in cauſa prædicta, videlicet. Die 3. Iunij 1614. Neap. Facto de prædictis verbo in Sacr. Reg. Conſ. per Magnif. V. I. D. Ambroſium de Sācto Iacobo Villalobos Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, Decreto Sacr. Conſ. prouiſum eſt, Ioannem Andræam Butrellum retinuiſſe penès ſe ducatos quinquaginta ſeruata forma inſtrumēti in actis deducti, & proinde ab anno 1609. teneri ad ſoluendum ducatos decem & octo, hoc ſuum, &c. Villalobos, penès Secretarium, in Banca Verruſij, pro cuius exequutione fuerunt alia bina decreta domi interpoſita per eundem cauſæ Commiſſarium, vt ibi erit videre, ſed pro concordia ambarum opinionum erit diſtinguendum huiuſmodi, nam aut loquimur de vſura ſimpliciter, quæ dicitur quidquid ſorti accedit, inquit Intrigl. de cenſib. quæſt. 43. num. 2. ex quo ſunt acceſſoriæ tales vſuræ ad ſortem, Oſaſc. deciſ. 129. num. 11. in tantum vt ſit vſura, neceſſe eſt, vt accedat ſorti, Cancer. variar. reſolut. cap 7. nu. 38. tom. 3. ideo non pariunt alias conſimiles vſuras, nimirum ſi vſuræ vſurarum non debentur, ſicut nec intereſſe intereſſe, acceſſiones acceſſionum, & fructus fructuum, vt probat Duard. in tract. de cenſibus, in proœm. quæſt. 8. num. 36. & in §. 1. quæſt. 5. ſub nu. 14. & §. 4. quæſt. 38. num. 1. vltra allegatos ſupra in verbo intereſſe, & conſequenter tales vſuræ vſurarum adeo ſunt prohibitæ, vt ex eis in ſortem redactis aliæ nec ſtipulari poſſint vſuræ, Giurba dict. deciſ. 24. numer. 15. & procedit text. in d. l. vt nullò, C. de vſur. latius Griuell. deciſ. Dolani 103. ſed quando loquimur de vſuris in ſtipulationem promiſſis propter capitale, quia hoc permiſſum eſſe videtur, inquit Mura deciſ. 98. num. 22. ex quo principaliter debētur, vt ſunt annui reditus, ſeù cenſus, ſiue reditus, qui tunc principaliter debentur, cum creditor non poteſt ſortem, & debitum ab inuito debitore ſimul exigere, vt contingit in noſtris cenſibus, inquit Camill. de Medic. in conſ. 86. num 16. & tunc vt ſors iudicarentur, latè probat Præſ. de Franch. deciſ. 254. num. 9. affirmans, annuos introitus principaliter deberi, non autem acceſſoriè, aſſequitur Griuell. vbi ſup. num. 8. & 9. & hæc eſt differentia inter vſuras debitas ex ſtipulatione, & illas, quæ debentur ex mora, nam illæ, quæ debentur ex primæua ſtipulatione vna cum ſorte, ſunt eiuſdem iuris, ſicut & ſors, l. Lucius ff. qui pot. in pignor. illæ, quæ non debentur ex primæua obligatione, ſed ex mora non ſoluentis, quaſi debentur ex nouo contractu, & nouo facto non ſoluentis, vt ex Cannet. in cap. volentes, num. 12. fol. 93. notat Camill. de Medic. in conſ. 112. num. 8. & non ab re, ſi intereſſe tertiarum debeatur, & ſolet dari per Sacrum Conſilium, vt teſtatur Reg. Lanar. in conſ. 79. num. 6. & in ſumma in ſortem dari, quia ſors eſt, nec immutat naturam, ideo debentur vſuræ vſurarum, facit Gloſ. notabilis in l. idemque, §. ſed etſi pecuniam ff. mandati, verbo vſuras, vbi ſubdit, vſurarum, & ſortis, quia vſura facta eſt ſors, vt infra ff. de adminiſtr. tutor, l. tutor, qui, §. ſi quas. Thoro,

Vſuræ an cenſeantur remiſſæ per receptionem dotis factā à viro abſque proteſtatione, deciſum fuit affirmatiuè per Magnā Curiam Vicariæ, vt teſtatur Reg. Conſ. Merlin. controu. forenſ. cap. 28.

Vſurarius contractus an iudicari debeat in caſu illicitarum vſurarum, relata fuit deciſio ſupra in verbo contractus, in cauſa illorum de Antonellis cum illis de Martino, quibus addo Koppen. deciſ. German 9. num. 78. part. 2. quod in caſu vſurarum illicitarum Iudex non reſcindit, ſed ſuperfluum reſecat, vel in fortē computat, ex Gayll. obſeruat. 5. num. 10. & obſeru. 4. num. 9.

Vſufructuarius an compellere poſſit proprietarium ad reficiendum rem, quæ ruinam minatur, ad hoc vt poſſit vſumfructum exigere, licet ſecundum diſtinctionem Doctorum concludi videatur, ſi refectio modicam contineret expenſam, & tunc ad vſumfructuariū ſpectare, quod ſecus eſſet, ſi magnā impenſam contineret, per ea, quæ diſcurit Io. Garſia in tract. de expenſ. cap. 11. num. 12. quem ſequendo materiam ampliat Io. Caſtill. controuerſ. quotidian. iuris, cap 56. tom. 1. cum alijs allegatis per Philippum Mattheum diſputat. 20. theſi 67. ideo cum conqueſta fuiſſet Midea Sāctacroce in Mag. Cur. Vic. vti vſufructuaria bonorum Iordani Moretti Rationalis Regiæ Cameræ Summariæ contra Octauium de Thoro, & alios cohæredes de Citarella ad reficiendam domum quandam exiſtentē in platea dicta *delli Parrettari*, quæ minabatur ruinam, vt vſumfructū percipere potuiſſet, eadē Magna Curia adhibito eius acceſſu cum relatione Expertorum, fuit per eam deciſum, vt conuenti facerent accomodationes neceſſarias infra decem dies, alias liceret ipſi actrici facere in damnum proprietariorum, ſub die

22. Iu-

28. Iunij 1627. facto verbo in ea per Iudicem tunc Marcum Mareſcam, penès Petrum de Caro, & inde deuoluta cauſa in Sacro Conſilio fuit confirmatum decretum ipſius Magnę Curiæ, vt liceret eidem Mideæ vſufructuariæ facere neceſſarias expenſas in domo, in damnum hæredum proprietariorum, à quibus liceret exigere, in Banca Licti Magiſtri Actorum.

Vſusfructus bonorum maternorũ quæſitus patri ex ſuperexiſtẽtia filiæ per legis diſpoſitionem, an poſt filiæ obitũ patri debeatur eo viuente, de hoc cõtingit dubitari tàm in Magna Curia, quàm in Sacro Conſilio in cauſa Ioannis Angeli Aceti V.I.D. cum Fabritio Beuilacqua, & Lucretia Sanctoro coniugibus, nominibus vt in actis, qui pręrendebat poſt obitum ſuæ vxoris per ſuperexiſtentiam Catharinellæ eius filiæ fuiſſe ſibi quæſitum vſumfructum dotis, ſed poſtmodum ſuccedente obitu ipſius filię ſibi continuari eius vita durante, ſicuti apertè oſtenditur in l.fin. in fine, C.ad Senat.Conſ.Tertull. vbi Bart. Bald. Ang. Salyc.& Paul.Caſtr.affirmantes, illius diſpoſitionem non eſſe correctam, ac etiam non obſtante renunciatione ſucceſſionis, prout in ſpecie Salyc. addit, dicendo legem ipſam ſibi locum vendicare in caſu prædicto, quo pater filio non ſuccederet, quoniam ſuccedendo ei in proprietate, vſusfructus eſſet extinctus, quod ſpecificè poſt Pinell.in l.1. C.de bon. matern. part.1.num.29.tradit Conſil.Paſcal.in tractatu de virib.patr.poteſt. part.1.cap.2.num.24. At caſus excluſionis à ſucceſſione filiorum in patre nequit verificari, niſi per renunciationem, ideo per illam renunciationem vnius nequit inferri ad aliud, ex quo diuerſum eſt acquirere, & acquiſitũ amittere, vt dixit Bald. in authent.excipitur, C.de bonis, quę liber. inſuper quia vſusfructus excluſio debet eſſe aperta, & expreſſa, nec induci poterit ex actu, qui intelligi poteſt citra præiudicium, ſeù excluſionem illius, vt plenè ad caſum oſtendit Morot.reſponſ.18.num.9.aſſerens, cauſam fauorabilem habere patrem in vſufructu filij, quare in dubio ab eo minimè cẽſetur excluſus, vnde ex ijs rationibus, quod pater excluſus à ſucceſſione filij minime cenſetur excluſus ab vſufructu, ter, inquit Fontanel.de pact. nupt. clauſ.4.gloſ.7.part.3.num.60. & ſeq. deciſũ, quod etſi loquatur in ſtatuto excludẽte, non autem in pacto, attamen rationes, quibus motus fuit Fontanell. & Senatus ad ſic iudicandum ſunt generales, cuicunque caſui adaptabiles, imò ex vi argumenti vt ſit validum de ſtatuto ad pactum, & è contra, l.fin.C.de fideicommiſſ.Bald.in l.cunctos populos, C.de ſumma Trinit.& fide cathol.Euerard.in topica legali, loco à pacto ad legem, & ſtatutum, Marant. conſ.1. num.5. Morot. reſp.7. num.9. Molfeſ.in Conſuet.Neap. p.4. quæſt.17.de renunc. num.7. & conſ.10. num. 27. prout de conſuetudine ad pactum oſtendit Caput. ad Conſuet.Neapol.in prælud §.2.num.32.& in hac eadem materia renunciationis in 3. part. §.10. num.12. præterea ſi latiorem interpretationem reciperet ſtatutum, quam pactum, vt dixit poſt Surd. deciſ.139. in fine Molfeſ. in 4.part.de ſucceſſ ab inteſt.quæſt.9.num.4.magis redditur indubitatum plus ſtatutum, quam pactum, nam pacta renunciatoria ſunt ſtrictè intelligenda, non enim ſemper obijci poteſt, & de hac renunciatione non loquitur, vt per Dec.in l.poſtquam lite, num.18. C.de pactis, & ſic ſemper reſtringenda, quod abſit, Molfeſ.d.part.4.de renunc. quæſt. 17.num.22. & 24.Merlin.deciſ.Lucenſ.47.num.5.& 8.imò ad fauorem renunciãtis, vt illi minus noceat, quam ſit poſſibile ſemper erit iudicandum, & ex ijs cõcluditur, attento ſtatuto excludente patrem à ſucceſſione, intelligendum erit, ab vſufructu non eſſe excluſum, ita pariter ſi per pactum, aut renunciationem à ſucceſſione fuerit excluſus, non tamen ab vſufructu excludi videtur, & ijs addo Io. Caſtill. controu. iur.tom.1.cap.2.num.50.vbi probat, quod per tranſitum patris ad ſecunda vota non priuatur vſufructu bonorum filij quæſito ipſi ſua vita durante, & iterum cap.3.num.44.cenſuit, quod vſusfructus patri quæſitus in bonis aduentitijs durat etiam mortuo filio. Et quamuis ex aduerſo producatur deciſio Præſ. de Franch. 552. ex qua videtur concludere, patrẽ ſe excludentem a ſucceſſione per pactum, ſiue vſum Nobilium Sedilium Capuanæ, & Nidi, non poſſe ſuccedere cõtra teſtamentum filij, & amittere bonorum ſubſidium, quod idem Conſuetudo in ſcriptis redacta concedens filiofamilias poteſtatem teſtandi referuatam, & eo caſu pater pro mortuo habetur quoad bonorum ſubſidium ex Napod. & alijs Conſuetudinarijs excipit fuiſſe ſubrogatũ loco vſusfructus debiti patri, & ſic à contrario patet tacitè ex verbis eiuſdem Præſidis, quod ſi renunciatio ſucceſſionis excluderet patrẽ à bonorum ſubſidio, debet excludere etiã ab vſufructu, in cuius locum bonorum ſubſidium ex diſpoſitione Conſuetudinis videtur conceſſus, ſtante quod pater mortuus reputatur, & morte finitur vſusfructus. Sed ex multis corruere videtur ipſius deciſio. Primò, quia hoc non exprimit, quod ſicut renunciatio excludit à bonorum ſubſidio, excludere debeat ab vſufructu, nec DD. authoritatis ex tacito, vel contrario ſenſu induci valent. Secundò, Præſ.loquitur vigore Conſuet. Neapol. & ſic Napod. & cæteri loquuti ſunt, vt bonorum ſubſidium remaneat loco vſusfructus, ſed nõ loquitur attento iure communi, in quo pater vſumfructum, & non bonorum ſubſidium habet in bonis filij, & prædefuncti. Tertiò, non valet conſequentia inſpectis terminis Conſuetudinis patrem per pactum excludi à bonorum ſubſidio, & ab vſufructu, licet bonorum ſubſidiũ ſucceſſerit loco vſusfructus, quia cum bonorum ſubſidium proueniat ex ſucceſſione, quam patri Conſuetudo concedit poſt mortẽ filij, licito iure pactum excluſionis poterit trahi ad illud, quod non poteſt haberi niſi ſucceſſione, & pactum loquitur expreſsè de ſucceſſione, & vſusfructus non conceditur titulo ſucceſſionis. Quartò, bono-

rum ſubſidium ſuccedit loco legitimæ portionis de iure communi patri debitæ ab inteſtato, vt ſentiunt communiter Doctores in dicta Conſuetud. merito vbi pater ex pacto ſe priuat a ſucceiſione ab inteſtato, nõ poterit contra teſtamẽtum habere bonorum ſubſidium, quia qui non ſuccedit ab inteſtato, nec teſtamentum rumpere, nec boorum ſubſidium petere poteſt, vt ipſe Præſ. loquitur in diſcurſu totius deciſ. num.5. & Napod. in Conſuet. Filiusfamilias, in verb. ſaluo dixit, ſed vſusfructus non eſt legitima, nec ſucceſſio, vt de ſe pater, imò retinet pater quando non ſuccedit filio. vt dicunt Doctores, quia ſuccedendo de illo iure priuatur, Authent. item hæreditas, C. de bonis, quæ liber. merito doctrina Præſidia non eſt applicabilis, ſcilicet ſi ponderentur verba Napodan. in Conſuet. in pluribus locis agnoſcitur oppoſitũ huiuſmodi argumẽtationis, quinimò patrem per pactum à ſucceſſione filiorum ſe excludẽtem, vſumfructum habere debere ſimul excipiemus germanũ ſenſum axiomatis dicentis, bonorum ſubſidium ſucceſſiſſe loco vſusfructus, ac etiam firmari ante dictam ſententiam cernimus, quod excluſo patre à ſucceſſione, non intelligatur excluſus ab vſufructu, inquit enim Napodan. in pluribus locis Conſuetud. vtrum attenta ipſarum diſpoſitione pater habeat in bonis maternis filij vſumfructum, & vbique concludit affirmatiuè cum certa limitatione, & præſertim in dicta Conſuetud. Filiusfamilias, in verbo teſtari, num.13. & in Conſuet. Quod ſi aliquis, & in Conſuet. Quod ſe habens, in verbo maternorũ, num.24. & vlterius in d. Conſuet. Filiusfamilias, in verbo reuertantur, num.15. inquit, an etiam poſſit habere mortuo filio, prout de iure communi diſponitur, & reſpondet, quia filius attenta diſpoſitione Conſuetudinis poteſt teſtari, extraneum inſtituẽdo hæredem, quod non eſt de iure communi, relicto patri bonorum ſubſidio, per illam diſpoſitionem poſſe patrem priuare vſufructu, & eo caſu priuationem ſequi duplici ex capite, vel quia pater habet vigore Conſuetudinis limitatum vſumfructum, nempè volentibus filijs habitare cum patre, vt in Conſuet. Si mulier, & Quod ſi aliquis, quia per mortem filius ſeparatur à patre, & dotem in extraneum transferri, & penès patrẽ eſſe nolit, merito illi vſusfructus adimitur attenta diſpoſitione, vel etiã quia inſpecta Cõſuetudine prædicta filio decedente conceditur bonorum ſubſidium, in quo pater iure conſuetudinario in proprietate filio ſuccedit, & bonorum ſubſidium ſuccedit loco vſusfructus, & ad probandum iſtã ſubrogationem allegat text. in authent. de hæred. ab inteſt. §. ſi vero non aſcendentibus, in quo habetur, quod pater ſuccedendo in aliqua portione proprio filio decedenti, non retinet vſumfructum, quaſi quod dicere vellet, quod Conſuetudo vocat patrem ad proprietatem illius portionis, quæ vocatur bonorum ſubſidium, & nõ poteſt habere poſt mortem vſumfructum, nam vbi datur ſucceſſio, ceſſat vſusfructus, quocirca ex verbis Napod. oſtenditur, quod intellexerit, bonorum ſubſidium ſucceſſiſſe loco vſusfructus in terminis Conſuetudinis, & idem clarius firmat in eadẽ Conſuet. in verbo ſaluo, num.24. & 25. ibique inſtando, quod pater poſt mortem filij retinet vſumfructum, etiam attenta Conſuetudine quærit, quid ſi pater in aliqua portione non poteſt retinere uſumfructum, & reſpondet quod non, nam cum poſſet ſuccedere pater in aliqua portione, non poteſt retinere uſumfructum, ſin autem excluditur in totum à ſucceſſione retinet uſumfructum, & remanẽt incorrecta iura l. final. C. ad Tertull. cum concord. unde ex ijs uerbis Napodan. uult innuere, quod ubicunque pater excluditur in totum à ſucceſſione, quod nequit uerificari niſi in ſtatuto, aut pacto, & conſuetudine, uſumfructum retinet, & ſic expreſsè colligi poteſt, quod ſi excluditur per pactum à ſucceſſione filiorum retinet uſumfructum, & Napodan. loqui non poteſt niſi de ſucceſſione per pactum, nempè quia non poteſt eſſe locus uſufructui ubi datur ſucceſſio, cum clarè conſtet de iure communi, & conſuetudinarin, quod pater nõ poterit excludi à ſucceſſione filiorum, & ſic neceſſe fateri, locum fuiſſe de excluſione per pactum, & propterea non obſtat, ſi dicatur, quod per renunciationem pater habetur pro mortuo, vt in d. deciſ. quia non eſt verũ, nam ſi in totum haberetur pro mortuo inſpecta renunciatione, non poſſet pater hæres inſtitui à filio, & tamen certum eſt, quod pater excluſus per renunciationem poteſt hæres inſtitui, & ſuccedere, vt idem Præſ. fatetur, cæterum ſi pro mortuo haberetur, non poſſet habere vſumfructum in vita filij, & tamen non dubitatur, patrem excluſum per pactum à ſucceſſione filiorum illo viuente habere vſumfructum, & ſic dicta inſtantia corruit propoſitio, & neceſſe fatendum, quod habetur pro mortuo in ſucceſſione proprietatis, & in acquirendo, non autem in retinendo vſumfructum, ex allegatis. Cum autem fuiſſet iudicatum per Curiam Terræ Pitij nõ deberi, introducta appellatione ad Mag. Cur. Vic. demum præuia relatione in ea facta die 10. Februarij 1631. per D. Franciſcum Merlinum Iudicem illius, fuit interpoſitum decretum huiuſmodi. Per Magnam Curiam Vicariæ prouiſum eſt, malè fuiſſe, & eſſe appellatum ad hanc Magn. Cur. pro parte V.I.D. Io. Angeli Aceto, & bene fuiſſe, & eſſe iudicatũ per Curiam Terræ Petij quoad vſumfructum petitum per dictum Ioannem Angelum patrem in bonis maternis quondam Catharinellæ de Aceto eius filiæ, &c. vt ex actis in Banca Mongelli, poſtmodum introducta appellatione ad Sacrum Conſilium, & denique facta in eo relatione per Reg. Conſ. Thomam de Franchis, fuit mediante ſententia dictum inter cætera, verum declaramus, & ſententiamus vſumfructum petitum per dictum Doctorem Ioannem Angelum de Aceto non deberi, & proinde prædictos Fabritium, & Lucretiam nominibus, vt in actis abſoluendos eſſe, & abſolui debere, prout ipſos hac eadem ſententia noſtra

diffi-

Digitized by Google

diffinitiua abſoluimus à dicto petito vſufructu, &c. vt in proceſſu exiſtente penès Iacobum Figliola Act.Mag.

Vſusfructus bonorũ vxoris relictus viro, dummodo ad ſecunda vota non tranſierit, ſi filia inde inſtituta à matre, & alijs ſubſtituta fuerit à patre dotata tàm de bonis proprijs, quã maternis, & illis renunciauerit, ſuccedente caſu trãſitus viri ad ſecũda vota an extinguatur, de hoc incidit diſceptari in cauſa Not. Petri Antonij de Tuttijs viri Artemitiæ de Leo, cum hæredibus Not. Octauij de Leo, de quo ſupra in verbo filia fuit ſatis deductum, & inter cætera hęſitatum, poſt quam dicta Artemitia cum alijs duabus ſororibus fuerat à matre inſtituta, & inuicem ſubſtituta cũ alijs, ſuccedẽte obitu Aloyſiæ de Leo eius ſororis, licet poſt dotationem factam à patre ipſi Artemitiæ per tranſitum ad ſecunda vota eiuſdem Octauij, conqueſtus fuit dictus Not. Petrus Antonius nomine ſuæ vxoris ad reſtituendam tertiam partem hæreditatis maternæ, & medietatem alterius tertiæ partis dictæ Aloyſię vigore ſubſtitutionis vna cum fructibus, & videbatur nullatenus extinctum fuiſſe vſumfructum per tranſitum ipſum, poſt quam pater tranſiens ad ſecundas nuptias, eo caſu non amittit vſumfructum ſibi quæſitum in bonis aduentitijs filiorum, nec legitimam adminiſtrationem, quam habet à lege in bonis filij per text. in l. vlt. C. de bon. matern. l. generaliter, & l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. Bertac. Gomeſ. Boer. Pinell. Pariſ. Baez. Menchac. & Gutier. quos probat Caſtill. quotid. controuerſ. tom. 1. de vſufruct. cap. 3. num. 92. & conſequenter pater, qui vſumfructum quęſierit in bonis aduentitijs, durat etiam poſt filij obitum, donec pater ſuperuiuat, probat Cõſiliar. Paſcal. in tract. de virib. pat. poteſt. par. 1. cap. 3. num. 34. & ſeq. latè Caſtill. controu. iur. tom. 1. cap. 3. num. 44. Ex aduerſo replicabatur, nullatenus vſumfructum competere patri tranſeunti ad ſecunda uota in bonis obuentis filiæ contra uoluntatem teſtatoris, adeo quod cum fuerat relictus uſuſfructus uiro, donec non tranſierit ad ſecunda uota, conceſſum uidetur de iure, ut mater relinquere non prohibeatur filio bona, ne uſusfructus perueniat ad patrem, quoniam tunc nullatenus acquiritur, Auth. excipitur, C. de bon. quæ lib. iuxta tradita per Præſ. de Franch. deciſ. 61. num. 7. & nouiſſimè idem Conſil. Paſcal. ubi ſup. nu. 38. firmat, quod uſusfructus non quæritur patri in bonis aduẽtitijs, quando aliquid fuit legatum filio cum expreſſa prohibitione, quod nõ quæratur patri uſusfructus, ſimiliter nec in bonis obuẽtis uigore ſubſtitutionis reciprocæ ob mortem Aloyſiæ præmortuæ, quoniam ea pleno iure ſpectant ad Artemitiam, tum ex dicta prohibitione, tum quoque dum adſunt aliæ filiæ ſubſtitutæ ob tranſitum uiri ad ſecunda uota, Auth. hæreditas, C. de bon. quæ lib. Vi fill. ad Afflict. deciſ. 75. num. 13. Pręſ. de Franch. deciſ. 573. ut pariter dixi in uerbo pater ſuccedens cum filijs. Sed uerius quoties filia renunciauerit in beneficium patris in ampla forma, & pater poſt renunciationem tranſiſſet ad ſecundas nuptias, tunc filia non obſtãte renũciatione in bonis, quæ pater habebat ex primo matrimonio ſuccederet, q̃a ex noua cauſa bona illa pertinẽt ad filiũ, nempè ob pœnã tranſitus ad ſecunda uota, & renunciatio ſolum præſumitur ex cauſa exiſtente tempore renũciationis, ſcilicet ſanguinis, uel iure ſucceſſionis, ita ex Oldrad. Dec. Couar. Auor. Molin. & alijs probat Molfeſ. in Conſuet. Neap. tom. 1. tit. de renunc. quęſt. 1. nu. 35. Ex quibus fuit iudicatum per Magn. Cur. Vic. ad relationem D. Iudicis Thomæ Lottherij in fauorem ipſius filiæ, ut dixi ſupra in uerbo filia dotata, ibique forma decreti refertur, & inter cætera dictum, & ad dandum medietatem hæreditatis quon. Plinię de Ferrarijs matris dictæ Artemitiæ ad eũ ſpectantẽ tàm ex propria perſona quond. Aloyſiæ eius ſororis pro medietate alterius tertiæ partis eidem q. Aloyſiæ relictę à dicta Plinia eius matre, q̃ uigore ſubſtitutionis ſpectantis ad dictam Artemitiam una cum fructibus à die trãſitus ad ſecunda uota dicti Not. Octauij, liquidandis, &c. ut in Banca Pinti.

Vſusfructus dotis an debeatur hęredi vxoris alicuius mortuę, reperi hanc Apoſtillam in quodam Codice Conſuetudinis antiquiſſimo cuiuſdã antiqui Doctoris huiuſmodi ſuper Napodan. ſuper verbo vxore ſuperſtite, verſic. ſed quid è contra, ſcilicet aduerte, quia quamuis Napodan. concludat pro parte affirmatiua, tamen dicitur, quod nunquã S.C. voluit ſecundum hanc determinationem iudicare, & proptærea ijs diebus cum Dominus Moccia vti hæres quond. Magn. Dianæ Mocciæ ſuæ ſororis repeteret à Domino Spata de Conſtantio viro dictæ Dianæ dotes cum vſufructu, dictũ Sacr. Conſ. pro neutra parte hoc decidit, ſolũ enim condemnauit in dotibus, reſeruata deliberatione quoad vſumfructũ cogita, hæc ille.

Vſusfructus relictus vxori à viro, aut vxore vſufructuaria relicta ſtãtibus liberis reſoluitur in alimenta, vt de iure probatũ eſt iuxta Bulgari ſententiã in auth. hoc locum, C. ſi mul. ſecund. nup. ibi Bald. Bart. Iaſ. Alex. Dec. & Gulielm. de Bened. quos probat Borgn. in tract. de vſufruct. mul. relict. à nu. 17. cum ſeq. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 20. num. 198. nouiſſimè Merenda controu. iuris, lib. 3. cap. 22. dicens, hanc eſſe communem opinionẽ Doctorum, de qua teſtantur Cæuall. pract. quæſt. cap. 497. Theſſ. iun. lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 54. nu. 1. & lib. 3. quęſt. 22. nu. 20. Viuius in eius ſylua commun. opin. in opin. 1054. nu. 1. Franch. deciſ. 58. nu. 1. Ludouiſ. deciſ. Roman. 460. nu. 7. vbi optima Additio Beltram. plures allegat, Gratian. deciſ. Marchiæ 210. nu. 1. & deciſ. 48. nu. 4. Marant. conſ. 33. nu. 5. Lancellott. Gall. in Conſuetud. Alexand. verb. ſolidos, num. 2. cum alijs apud Pet. Garz. dicto 541. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 901. num. 6. & 8. cum alijs apud Mart. in ſumma de ſucceſſ. part. 4. quæſt. 16. num. 26. in 2. art. Anchar. quæſt. 1. part. 2. num. 1. & in toto Orbe ſeruari cenſuit Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 10. num. 100. vbi in

præce-

præcedenti num.99. dixit, ita deciſum fuiſſe per illum Senatum Cathaloniæ, & iterum tom.1.clauſ.4.gloſ.22.num.57. & iterum Galliæ deciſũ teſtatur Papon. lib.14.tit.2.arreſt.1. in princ.ſimiliter Romę, vt in dec.Rot.diuerſ. 762.par.1.& deciſ.740.n.1.par.4.quas ſectatur Beltramin. ad d.deciſ.Ludouiſ.460.verſic.licet autem, ſub nu.17. Patauiæ quoque tradit Peregrin.deciſ.38. latiſſimè Caſtill. quotid.reſol. cap.45.tom.1. & ita fuit iudicatum per Sacrũ Conſilium in cauſa Mineruæ de Ferratijs cũ Thoma Mega, ad relationem Reg.tunc Conſ. Io.Andreæ de Georgio die 13.Februarij 1623. huiuſmodi, per Sacrum Conſilium declaratũ eſt benè iudicatum per Regiam Audientiam deberi alimenta tantum, ſalua prouiſione facienda quoad legitimam, partibus plenius auditis, in Banca de Ferrarijs.

Vſusfructus legatus vxori, ſeù vxore relicta vſufructuaria à viro ſtantibus filijs in alimenta reſoluitur, vt dictum eſt ſupra eodem verbo vſusfructus, an filijs decedẽtibus integrè debeatur vxori, Ioan.Pet.de Ferrar.in eius praxi Papienſ.in gloſ.forma libelli, in quo vxor agit ad dotem, &c. gloſ.donec vitam, nu.8.ſub diſtinctione dixit, quod ſtante obitu filiorum, ſi eis fuerit facta ſubſtitutio extranei vulgariter, & tunc habebit integrum vſumfructum, ſecus tamen ſi pupillariter, vbi Additio allegat ad hoc Alex. conſ.56.vol.3. & conſ.19.num.5. vol.4. Dec.conſ.476.cum addit.Tiraquell.in l. ſi vnquam, verbo ſuſceperit liberos, nu.139. C.de reuoc.donat. Duen.in regul.245. Borgn. in tract.de vſufruct. mul.rel.nu.42. in medio, Anton.Gabr.inter commun.opin.tit.de vſufr. concl.3. nu.7. cum alijs adductis per Maſuer. in addit.ad eundem Io.Perr.de Ferrar.ubi ſup. incip. uariæ opiniones, ubi refert contrarium alios tenuiſſe ex Dec.ubi ſup.Roland.conſ.74 num.10.& 11. lib.2. quam opinionem ex pluribus ſectatur ibidem Anton.Gabr.in 4.ampl. & hanc communem opinionẽ eſſe refert Muſcul.inter commun.opin.lib.3.tit.de uſufruct. num.7.Theſſaur.inn. lib.1.quæſt.forenſ. q.54. num.2.& lib.3.quæſt.22.num.21.latiſſimè Viuius in eius ſylua comm. opin. in opin.1054. à nu.7.cum ſeq. ubi ambas retulit opiniones, & cum hac reſidet num.9.Gratian.deciſ.Marchiæ 210.nu.6 & diſcept.forenſ.cap.901.nu.6. & 8. Per.Garſ.dicto 541. Marta de ſucceſſ. leg. part.2. quæſt.18.art.1.num.36. Anch. ubi ſup. num.2. quibus addo Fontanell. de pact.dotal. clauſ.7.gloſ.3.part.10.num.102.tom.2. ubi ita deciſum aſſerit per illum Senatum, & iterum tom.1. clauſ.4. gloſ.22.nu.58.in fine, pariterq; Romę etiam huiuſmodi iudicatum eſſe teſtatur Ludouiſ. deciſ.Roman.460.& ibi aduertit Beltram.io addit.ſub nu.17. uerſ.ceſſat autem, ubi alios allegat, & etiam Cathaloniæ ſic iudicatum refert Cancer. uariar.reſolut. tom.3. cap.20.nu.201.cum ſeq. & latius Caſtill. quotid.controu. tom.1. cap.45. & ita pariter iudicatum per Sacrum Conſilium in cauſa Ioannæ Meſurgnæ cũ Cæſare Capone, & alijs die 13. Maij 1624. facto uerbo in Sacro Conſilio per Magn. V.I.D. Ioannem Franciſcum Sanfelicium Regium Conſiliarium, decreto Sacri Conſilij prouiſum eſt pro exequutione decreti Sacri Conſilij alias lati ſub die 18.Decembris 1623. integrũ uſumfructum ſpectare ad Ioannam Meſurgnam uirtute legati ſtante obitu filiorũ, quo uero ad caput ſubſtitutionis procedatur ad ea, quæ incumbunt, hoc ſuum, &c. ut ex actis in Banca Izzi Magiſtri Actorum.

Vxor defuncti occiſi admitti an debeat ad querulandum necem defuncti ob negligentiam proximiorum, qui labi fecerant tempus, infra quod poterãt querelare, abſque alia interpellatione, fuit deciſum per Magnam Curiam affirmatiuè, & confirmatum per Sacrum Conſilium in facto occurrenti, prout meminit Reg. Conſ.D.Franc.Merlin.controu.forenſ. cap.16. eſt tam iuris.

Vxor eius, qui perpetuò carceri damnatus eſt an poſſit pro conſequutione plenaria dotis actionem pro omnimoda reſtitutione dotis proponere, vel ei ſuccurrendum tantummodo remedio l.ſi conſtante ff.ſolut.matrim.fuit per Magn.Cur.Vic. reſeruatum remediũ prædictum, ita recenſuit Conſ. Merlin. controu. forenſ.cap.52. vnio.

Vxor relicta in teſtamento domna, domina, & patrona ſimpliciter, an mortuis filijs inſtitutis conſequatur integrum vſumfructum bonorũ hæreditatis paternæ, de hoc incidit altercari in Sacro Conſilio in cauſa Laudoniæ Mordenie, quæ ita fuit à viro honorata poſt inſtitutionem factam in beneficium eius filiorũ, atque ſubſtitutionem ad inuicẽ, quibus inde decedentibus ipſa Laudonia in eodem Sacro Conſilio inter cætera ob obitum filiorum petijt integrum vſumfructum, & videbatur ſibi ius nõ ſuffragari, poſtquam hæc verba domina, & patrona, ſunt verba honoris cauſa appoſita, & denotant quandam præeminentiam in domo, vt ex Peck. de teſtam. coniug. lib.5. cap.2. firmat Marta in eius ſumma legal. de ſucceſſ. part.4.quæſt.11.artic.4.nu.18. & idem in tract.de clauſul.part.3.clauſ.18.num.2.Pellice.in Conſuet.Auerſ.cap.7.num.238. Caſtill. controu. iur. tom.1. cap.45. num.6. plenius ex multis ſectatur Menoch. de præſumpt. lib.4. præſ.139.num.2.vbi rationem aſſignat, & præſertim quando cum filijs fuiſſet inſtituta, prout erat in caſu de quo agebatur, nam cum teſtator filios hæredes fecerat, ideſt duos, non erit præſumendum, quod ſtatim mutata voluntate voluerat filios ipſos rerum dominio priuare, & illud vxori relinquere, latè Surd.de aliment. tit.2.quæſt.15.num.2. & licet alij dicant, hoc caſu etiam alimenta importare, DD. in l.Titia cum teſtamento, § fin.ff.de leg.2. cũ alijs apud eundem Martam d. clauſ.18. nu.1. & plenius in eadem ſumma par.2.quæſt.3.artic.4.num.3. vbi plures allegans aſſerentes, & Romæ, & Neap. ita fuiſſe iudicatum, & idem Menoch. eodem tract. d.lib.4. præſumpt.140. num.18. vbi cenſuit, quod in hoc caſu nulla erit differentia, ſi fuerint filij, vel extranei inſtituti hæredes, latiſſimè Caſtill. quotid. controuerſ. d.tom.1. cap.45.num.6. Surd.de alim. tit.2.

tit.2.quæſt.8.& quæſt.15.num.4. Eugen. conſil.49.nu.2.vol.2. non tamen aſſirmare videntur, quod in hoc caſu vſusfructus bonorum vxori debeatur,& ſic mortuis filijs illum conſequi non videbatur. Sed non defuerunt alij Doctores,qui cenſuerunt, per hæc verba ſimplicia etiam vſumfructum conſequi ab vxore,vt ex Dec. conſ.476. & 485. & in conſil.86, Socin.iun.lib.1.& conſ.85.& 94. firmat Muta in Conſuetud.Panhorm. cap.47.num.113. ſequitur Cutell.deciſ.Sicil.17.num.15. vbi alios allegat,Caſtill.loco citato, num.8.& ſeq.Surd. vbi ſupra,quapropter videtur militate eadem ratio, ſicuti etiam ſi vſuſfructuariam reliquiſſet, ob quod alimenta perciperet,& decedentibus filijs vſumfructum conſequeretur. Et ſic facta relatione per Reg.Conſ.D.Thomam Carleual die 16. Februarij 1633. in Sacr.Reg. Conſil. fuit prolata ſentantia, in qua hæc verba proferuntur, deberi Laudoniæ Mordente vxori q. Io. Antonij Iordani vſumfructũ omnium bonorũ remanſorũ in hæreditate q. Io. Antonij Iordani, & eius filiorũ, vt ex actis in Banca Carboni, & ſupra in verb. vſusfructus,

Vxor vti creditrix ſuarum dotium an poſſit inſimul cũ alijs creditoribus concurrere ad concedendum dilationem quinquennalem eius viro, hoc contingit in cauſa creditorum concurrentium Ioſephi Bizantij contra creditores recuſantes, dum Chriſtina Aſcione vxor eiuſdem Ioſephi ex cauſa ſuarum dotium cõcurreret ad concedendum dilationem quinquennalem eidem ſuo viro, & per creditores recuſantes prætendebatur, id fieri non potuiſſe, & credo, quia cum ipſa vxor licet ſit creditrix ſuarum dotium, tamen eſt creditrix in diem, hoc eſt poſt mortem viri conſequendarum, ſiue ſub conditione mortis viri, ad quam ipſi contrahentes ita ſolent ſtipulari,& hoc caſu creditor in diem,vel ſub conditione non diceretur purus creditor ad concurrendum cum alijs, vt probat Apicella in ſuo tutamine pauperum, tit.1.num.49. præterea quia dominus doris eſt vir verè,licet vxor dicatur domina fictè, ad text. in l.doce ancillam, C.de reiuendic. l.fin.C.de pact.conuent. ita declarat Mantua in ſuo enchirid. rerum ſingul.lib.11.cap.261.& propterea vxor in rebus dotalibus nullum habet vſumfructum, nec poſſeſſionem naturalem,nec ciuilem, nec dominium niſi in ſpe, Matth.Brun. conſ.131, num.15.non poterit vxor agere contra virum conſtante matrimonio ad rem dotalem, Bart. in l.ſi æſtimatis, num.2.ff.ſolut.matrim.quare conſpicitur,eſſe quaſi domina doris conſtante matrimonio,Muta in cap.Siciliæ,tom.5.in Capit.Regis Alphonſi ſuper Bulla, num.446. Inſuper non caret ſuſpitione colluſionis inter eos præſumptæ, ex quo cum vir, & vxor ſint ſocij diuinæ, & humanæ domus, inquit Bart.in l.diuortio, §.interdum,num.4. ff.ſolut. matr.Machel.patroc.51.num.6. facillimè vxor pro ſui viri commodo ſeducitur ad cõplacendum ei, cum ipſa dilatio ſemper cẽſeatur appoſita fauore debitoris, Caſtr. in l. ſi ita relictum, §.Pegaſius, num.2.ff.de leg.2.& hoc nõ debet nocere alijs creditoribus non concurrentibus, quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, l. non debet ff.de regul.iur.hinc vxor viro ad inopiam vrgente in creditorum præiudicium pacto ad diſcurſum vti non poteſt, Giurba deciſ.16. num.20. Vlterius vxor ex hac conceſſione dilationis videtur ſibi ipſi ſuffragari, ex quo vir, & vxor ſunt duo in carne vna, cap. ſunt 27.quæſt.2. Tutius allegat.35.num.15. Machel patroc.15. num.17. vltra quod vxor debet eſſe particeps infortunij mariti, l.ſi cum dotem, §.ſi maritus ff.ſolut.matrim.Dec.in l.1.C.vnde vir,& vxor, Ripa in l.ſi conſtante, nu.14. ff.ſolut.matrim. Ancharan.iun. quæſt.8. num.2.part.3. Ioſeph. Ludouic. deciſ.Lucenſ.22. num.7. & 27. quapropter vxor uiri calamitates moderatè ferre debet, Andr.Gayll. lib.2. de pace publ. cap.10. num.18. Ex aduerſo autem replicari potuiſſet pro uxore, dicendo, quamuis ipſa non ſit pura creditrix, ſed ad diem, uel conditionem, nihilominus ſtante uergentia uiri ad inopiã, etiam conſtante matrimonio agere non uetatur pro ſecuritate ſuarum dotium, nedum ſequeſtrari faciendo bona uiri ob cauſam diſſipationis illorum, l. ſi cum dotem, §. ſi uir ff. ſolut.matrim. Alcib.Lucar.pract.obſeru. lib.1. obſeru.4. num.1. Io.de Amic.conſ.54. num.3. Andr,Gayll.lib.2.obſeru.83.nu.11. nam uxori præiudicialis eſt conſumptio bonorum,Ioan. Botta conſ.26.num.68. aut quando bona uiri non ſufficerẽt ad dotis exactionem, l. ſi conſtante ff.ſolut.matrim. Roderic.Xuarez in l.1, tit.de las arthas, num.18. aut propter adulterium uiri agere poterit nedum ad ſeparationẽ thori, ſed reſtitutionem dotis, ac donationis propter nuptias, Roland.conſ.54.num.4. & 13. uol.1. Marta conſ.155. Socin.iun.conſ.32. num.1. uol.2. aut caſu, quo haberet concubinam, Curt.iun. conſ.328. num.5. & demum agere ob uiri inopiam ad dotis, & antephati aſſecurationem, l. ſi conſtante ff. ſolut. matr. Coſta Sicul.conſ.59.num.3. Cancer.uariar reſolut.tom.1.cap.9.num.35. Grammat. conſ.ciuil.92. num.14. ubi etiam tradit caſum latitationis, ſeù uagationis, Pariſ.conſ.95. num.33. uolum.2. Boer.deciſ.328.num.2. Marilian.deciſ.Ianuæ 81. num.2. Muta deciſ.23. Giurba deciſ.16.nu.1.Caual.deciſ.Roman.62. Ant.de Amat. uariar.reſolut.tom.2.reſolut.86.num.9. aſſerens,ei tantum id competere,non tamen filijs,& hæredibus, quod nedum contra uirũ, ſed etiam contra tertios poſſeſſores bonorum uiri, eo enim caſu uxori agẽti ad dotem contra tertios poſſeſſores bonorum uiri uergentis ad inopiam ſunt conſignanda tot bona, quæ ſufficiant ad æquiualentiam dotis, Rol. conſ.9.num.4.uol.1. ſed hoc in ſubſidium, ſicuti probat Manent. deciſ.28.num.6. quapropter ex eiſdẽ actis, ac proceſſu, in quibus fuit petita aſſecuratio in uita uiri poterit uxor poſt mortem uiri reſtitutionem dotis conſequi, ut probaui ſupra eodem uerbo mulier, & præter ibi citatos Anna ſingul.597. Coſta Sicul. conſ.58. num.17. Fontanell.de pact.nupt. clauſul.6.gloſ.1. part.1. num.21. reſpectu dominij

minij rei dotalis non eſt dubium, quin mulier ſit vera domina dotis, vt probat Coraſ. lib.5. miſcell.cap.14.num.6. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.6. gloſ.1. part.2. num.11. ſed ſub diſtinctione, nempè quod ſit apud vxorem dominium interpretatum, & imaginariū, iure vero ſingulari, & legis auctoritate apud virū propter vſumfructum, reiq; exercitium, & adminiſtrationem, ſeù maritus eſt dominus bonitarius, vxor vero domina quiritaria, Ant.Fab. in ſuo Codice, lib.4.tit.22.definit.6.num.8. vel quia de iure naturali fuit, & eſt domina vxor rei dotalis, licet maritus de iure ciuili ſit dominus, Ioan.de Amic. conſ.20.num.24. latius Muta vbi ſupra, num.442. & ſeq. vel maritus eſt dominus temporariè quoad vſumfructū, non autem quoad dominium, Borrell.de magiſtr.edict.lib.1.cap.1.num.173. & adeò domina verè dicatur, Andr.Gayll.lib.2.obſeru.144. num.3. donec dominium apud ipſam reſidet, vt conſiderat Angel.Peruſ. conſil.335.num.4. attamen retinet dominium vxor in rebus dotalibus, Peregr.in.deciſ.44.num.2. imò quod ſit domina conſtante matrimonio, refert Caball. conſ.ciuil.76.num.49. idcirco Borrell.conſ.61. num.3. probat, ipſam eſſe dominam, cum dos dicatur proprium eius patrimonium, vnde cernimus, in caſibus ſupra relatis dotem repetere poſſe, quod etiam probat Iacob.de Catolis in ſuo gemmaro pauone, color.3.ſub n.6. addens propter reliquias, & veſtigia præcedentis dominij, & vtcunque ſit viri domina, poterit iura ſua exercere, maximè in beneficium viri, etenim vxor debet eſſe officioſa erga virum, Natta in conſ.462. num.51. & poterit vxor maritum vendicare, & è contra, Abb.in cap.quidam, nu.2. de conuerſ.coniug. Vlterius & ſi colluſio videri præſumatur, in rei veritate ipſa conſpicitur eſſe domina, vt dictum eſt, & tenetur de iure ſubuenire inopię uiri, Farinac.deciſ.ciuil.775.num.3.tom.2. & ipſum adiuuate. Denique ſi non concederetur vxoris voluntas in conceſſione dilationis, magnum reſultaret intereſſe vtriſque, quia maritus vel opus eſſet latitare, vel in carcerem conijci, & intereſſe vxoris dicitur intereſſe viri, & è cōtra, Barz. deciſ.120.nu.30. Mart.deciſ.Senenſ.66.num.70. intereſſe enim quod ſentit vxor eſt, quia habet ius alimentorum ex dote, l.in rebus, C.de iure dotium, l.fin.C.qui pot.in pign. Iacob.de Carol.vbi ſupra, ſicque vxor debet ali à viro, in cuius ſeruitio, & opera eſt, Farin. deciſ.ciuil.168. nu.2. tom.2. eo maximè ſi haberet filios, non enim debet vxor relicta mendicare in opprobrium matrimonij præcedētis, Marta voto 20. nu.17. vnde ſi nō concederetur dilatio, facillimè vna cum filijs periclitaret, & in ſumma nedum permiſsū erit vxori pro uiro in iudicio comparere, Maſtrill.deciſ.267.num.25. & appellare, Andr.Gayll. lib.2. obſeruat.133. num.8. ſed etiam exiſtente uiri inopia ob creditorū concurſum impedite exequutionem bonorum pro re dotali percipienda, latè Giurba dec.61. num.15. Pelliccan Conſuet.Auerſæ, cap.7. nu. 339. poterit etiam pro liberando uiro ſe obligare. Amat.deciſ.Ancon.62.nu.1.7.& 8. quanto magis hanc dilationem concedere, ne carceretur, quia uxor tenetur uirum excarcerare, ex Bald.& Natta probat Muta in Conſuetud. Panhorm.cap.41.ſub nu.3. & ſecundum hanc opinionem iudicatum fuit per M. C. ad relationē meritiſſimi Iudicis Io. Baptiſtæ Muſcepulæ viri nobiliſſimi, in Banca de Aueta de anno 1639.

Vxor relicta domina, maſſaria, & vſufructuaria conſequitur alimenta tantum filijs exiſtentibus, & ita deciſum ſupra eodem verbo vſusfructus, ipſis vero defunctis integrum vſumfructum conſequetur, & ſic deciſum ſupra eodem verbo vſusfructus.

Vxor occidens virum an ſicuti priuari debet eius hæreditate, ex quo videtur indigna ſua hęreditate, probat Cabed.deciſ.Luſit.58.pat.2. pariter debeat priuari hæreditate eius filij, videtur negandum, quia ſunt diuerſæ perſonæ, & ex diuerſis non fit illatio, ad text.in l.Papinianus, in fine ff. de minor. in contrarium tamen facit text.in l.Lucius, vbi Bart.num.2. in a.notab. ff.de iure fiſci, quem ſequutus eſt Farinac. in ſua praxi, quæſt.120. num.33. quod ſicut homicida non ſuccedit occiſo immediatè, ita nec mediatè, hoc eſt per intermediā perſonam hæredis ſui, ſequitur alios cumulando Phœb. deciſ.Luſit.36. num.5. vbi nu.6. ex Gomeſ. ita iudicatum dixit, tanto fortius eius filio ſuccedere non poteſt, ex quo filius nedum eſt patris hæres, iuxta illud, eſt filius ergo hæres, Paul. Apoſt. relatus in cap. final. 17. quæſt. vlt. ſed etiam quia filiùs eadem eſt perſona cum patre, l.fin. C.de impub. & alijs ſubſtit. vnde dicitur eadem caro ſecundum Ariſtot. lib. 5. Ethicor. non immerito ſi in cauſa N. referente Regio tunc Conſiliario Ioanne Andræa de Curte, iunctis Aulis, pro venenatione commiſſa in perſonam ſui viri N. fuerit condemnata in Monaſterium vita eius durante per Magnam Curiam, ſed reformata per Sac.Conſil. ad quinquennium, fuitq; pariter excluſa ab hæreditate eius filij, vt apparet ex proceſſu D. Diomedis Carafæ cum Principe Colubrani, in Banca Sarri pro Romanō.

Vxor, cui à viro fuerat factum legatum dotis, & amplius ipſam relinquendo dominam, & patronam, ac vſufructuariam ſua vita durante, ſi ſeruauerit lectum vidualem, & pręter ea victum, & veſtitū reliquerit, an tantum alimenta conſequi debeat, vel omnia ſibi relicta, defuncto eius filio, relinquente hæredes alios, quemadmodū incidit in facto, dum Antonius de Philippi Terrę Roccę Mandolfi in ſuo teſtamento prædicta legaſſet Prudētiæ Martello eius cōiugi, quæ in ſua poſſeſſione exiſtebat, interea Ioannes Baptiſta eius filius deceſſit, & tres ſuas ſorores hæredes inſtituit vna cum nepotibus, filijs alterius ſororis, qui de facto ſequeſtrari fecerunt certam frumenti quantitatem ipſius Prudentiæ, non obſtante quod in ſui fauorem expeditæ fuiſſent prouiſiones pro manutentione ſuæ poſſeſſionis, & cum recurſum habuiſſet ad Mag.Cur.Vic. fuit

per

per ipſam prouiſum, vt obſeruarentur dictæ prouiſiones,& nil innouaretur, ſed inde trāſmiſſis actis ad eandem Magnam Curiam,fuit per eam interpoſitum decretum, quod audirentur partes ſuper omnibus hinc inde prætenſis,& interim manuteneantur Fratres de Criſtillo in poſſeſſionem bonorum remanſorum in hæreditate quondā Ioannis Baptiſtæ de Philippi pro quarta parte, & proinde frumentum ſequeſtratum eiſdem liberetur cum cautione etiam reſpectu aliorum fructuum hæreditariorum pro dicta quarta parte, & ita poſtmodum confirmatum per Sacrum Conſilium, à quo decreto fuit reclamatum in forma, & per idem Sacrum Conſilium remiſſa fuit cauſa eidem Mag.Cur.quę ſuper ſcripturis nouiter præſentatis iuſtitiam faceret, & tandem fuit per eam confirmatū eius decretum in fauorem illorum de Criſtillo, quapropter cum fuiſſet appellatum in forma ex parte dictæ Prudentiæ ad Sacr. Conſil. pro ſuorum iuriū defenſione dicebatur, omnino fore manutenēdam in poſſeſſionem dictorum bonorum hæreditariorum cum reſtitutione bonorum ſequeſtratorum ex ſequentibus. Et Primò,dum ipſi de Criſtillo pretendiſſent vti hęredes Io.Baptiſtæ pro quarta parte immitti in poſſeſſiōnem domus, & bonorum mobilium dicti eius filij, compertū fuit, eſſe eadem bona paterna, in quibus ipſa reperiebatur in poſſeſſione,pro cuius manutentione obtinuerat decretum Officialis illius loci. Secundò, eius poſſeſſio verificabatur ex meritura frumenti ſati in territorio ſui viri, quare de iure eſt diſpoſitū,quod poſſeſſio probatur per fructuum perceptionem, ad text. in l.Titio ff.de ſolut. Vrſill.ad Afflict. deciſ.167.num.4. Tertiò, comprobatur poſſeſſio ex confeſſione ipſorum de Criſtillo aſſerentium in eorum petitione,prædicta mobilia exiſtere in poſſe ipſius Prudentiæ, & nulla maior probatio, quā oris confeſſio, l.1. ff.de confeſſ. idcirco attentata, & innouata reuocari debebāt ex Afflict. deciſ. 167. Nec propterea obſtare videbatur quod ex aduerſo pretendebatur,nempè quod teſtamentum ſui viri, in quo cōtinebatur dictum legatum erat nullum,vti ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum, iuxta diſpoſitionem pragmat.2. de contract. nam multifariam replicabatur. Primò, quia dum de poſſeſſorio agebatur, non poterat poſſeſſio de facto tolli, ad text.in cap.1.vt lite pendente,cum alijs relatis per Conſiliar. Merlinum controuerſ. forenſ. cap.24. ſed requiritur libellus,& litis cōteſtatio ad auocandam poſſeſſionem,& interim lite pendente poſſeſſor erit manutenendus in ea,etiam ſi eſſet prædo,ad tex.in cap.licet Epiſcopus,de prębend.in 6.cum alijs apud Marſil.in ſing.195. nam I.C. in l.1. ff.vti poſſ. inquit,vti poſſidetis,ita poſſideatis. Secundò, quia poſſeſſio transfertur etiam ex actu nullo,ad text.in l.1.§.ſi vir vxori ff.de acquir.poſſ. Tertiò, quia licet in hoc Regno vigore dictæ pragmaticæ teſtamentū celebratum per Notarium Apoſtolicum inter ſeculares non valeat vti ſcriptura publica, valebit tamen vti ſcriptura priuata,vt probat Marant. in conſ.3. quem citat Reg.Rouit.in d.pragm.2.num.13. & amplius cum illud fuerat præſentatum ab hærede in Curia Reuerendæ Fabricæ, nam approbatum eſſe videtur,nec hæredi licitum erit venire cōtra factum defuncti, l.cū a matre, C.de reiuendic.Anna allegat.18.num.12. allegat Bald.in conſil.471.vol.2.& conſil.398. vol.1. adeo quod cum ipſe Ioannes Baptiſta teſtator ſi viueret, nō poſſet prætendere hanc nullitatem teſtamenti, iam quod fuit eo vſus, multo minus eius cohæres, l. quod ipſis ff. de regul.iur. Andr.in cap.1.verſ.autem notandū, de ijs,qui feud.dat.poſſ. pro qua opinione facit text.in l.ea,quæ, C.de teſt.mil.vbi gloſ.ver. diſciplina notat, hæredes non reuocare facta defuncti. Neque obſtabant libri æſtimi, ex quibus percipiebatur,deſcripta fuiſſe quędam bona in faciē dicti Ioannis Baptiſtæ, quæ iam fuerant ſui patris, quia per eos nō poteſt poſſeſſio fundari in perſonam hæredum, hoc eſt ipſius filij,quam poſſeſſionem non apprehenderant, quia nunquā poſſeſſio defuncti tranſit in hæredem, niſi hæres ipſe eius bona hæreditaria apprehendat,ad text.in l.cū hæredes ff.de acquir.poſſeſſ.Afflict.d.deciſ.167.Anton. Gabriel.lib.4.commun.opin.tit.de acquirend. poſſeſſ. concluſ.9. neque poterant poſſeſſionē ſic de facto apprehēdere, ſtante contradictione legitima ipſius viduæ poſſidentis vigore legati vſusfructus, ſufficit tamen,quod fuerit admiſſa ad contradicendū, Doctores in l.fin. C.de edict.diui Hadr.tollend. vbi Bart.nu.21. verſ.quandoque, Menoch.de adipiſcend.poſſ. remed.4.num.555.Argel.de legit.contrad. q.3. artic.1. num.1. & ſequ.cum alijs apud Conſil. Marcian.conſ.1.art.2.num.47. Et fortius poſſeſſio erat deneganda ipſis de Criſtillo, quia teſtamentum ipſius Io. Baptiſtæ erat nullum, cum in eo Prudentia eius mater non fuerat inſtituta, ſed tantū eidem reliquerat annuos ducatos ſexaginta vita eius durante,inde pręterita dicebatur,cum neque inſtituta,neque expreſsè fuerat exhęredata, vel ſaltim præterita cum cauſa expreſſa, §.eandem, Inſtit.de hæred. quæ ab inteſt.def. l.fin. C.de bon.poſſ. contra tabul. l.ita tamen, §.qui rogatus ff. ad Trebellian.maximè de iure nouiſſimo,§.aliud quoque,auth.vt cum de appell.cogn. etiam ſi aliquid fuerit relictum non titulo inſtitutionis, Iaſ.in l.poſthumo, num.5. C.de bon.poſſ. cont.tabul.vbi cæteri cum alijs apud eundem Conſil.Marcian. d.conſ.1.artic.2.num.28. & quando adeſſet alius hæres vniuerſalis,vt in caſu iſto nunquam verbum relinquo importat inſtitutionem, vt per gloſ.in l.ijs uerbis ff. de hæred.inſtit. quam Bart.& alij ſequuntur, & ſequitur Conſ.Marcian.ibidem num.35. in fine,inſuper quod filius teneatur matri relinquere legitimā, tenet gloſ.in l.Pantonius, §.1. ff.ſi à patre fuer.manuin.& in §.ſancimus, authent.ut cum de appell.cogn.Franch.deciſ.43 quæ ſiquidē legitima relinqui dēt titulo honorabili inſtitutionis,aliàs teſtamentum eſſet nullum,iuxta commun.opin.ex text.in dict.§. aliud, iuncto §.ſeq. Auth. ut cum de appellat. cogn.

cogn.Iacob.Beluiſ.& Bart.in §.ſiue igitur, eod. tit.Bald.in l.omnimodo, § 1. C.de inoffic.teſt. Doctores in authent.nouiſſima,eodem titulo, quæ ſiquidem nullitas impedit immiſſionem abſque controuerſia, iuxta communem Doctorum ſententiam in d.l.fin. vbi gloſ.in verbo vitiatum, & in l.2. eod.tit. Reg.de Ponte conſ.2.num.9.lib.1.etiam ſi nullitas ipſa a matre oppoſita non fuerit, adhuc tamen nullitat aduerſus teſtamentum, cum ſit defectus ſubſtantialis, & peccet in forma à lege introducta, Anna allegat.19.num.3. Anna filius conſ. 103.num.3.Reg.de Ponte conſ.42.nu.3.vol.1. Difficultas tamen remanſerat,quod dum ipſa Prudentia cōſequi debebat legatum vſusfructus,& alimentorum viuente eius filio, an eo mortuo omnia ſibi relicta cōſequi debuerat, in quo Doctores cenſuerunt,non eſſe dubiū, quod vſusfructus vxori relictus ſtantibus filijs,reſtringatur ad alimenta,vt probaui ſupra eodem verbo vſusfructus, quibus addo Surd. de aliment. tit.2.quæſt.15.num.4.& 18. latiſſimè Conſil.Paſcal.de virib.patriæ poteſt. par.3. cap.8. ipſis tamen defunctis totum vſumfructum percipiet,vt pariter deduxi ſupra eodem verbo vſusfructus, & ita deciſum per Sacrum Conſilium tradidi, & amplius ſi conſiderentur legata prædicta facta ipſi Prudentiæ à viro ſuo, qui poſt legatum dotis ipſam relinquerat dominam, patronam, & vſufructuariam eius vita durante, donec lectum vidualem ſeruauerit, & vltra hæc eidem legauerat victum,& veſtitum, & ſic vtrūque conſequi debebat,ex Bald. in conſ.295.lib.5. ſequitur Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.140.nu.25. & Surd.de aliment.tit.2.quæſt.15.ſub nu.122. ibique ſub nu.129. verſ. ſecundo vero eligat, vbi citat Simon.de Prær.& Benintend.qui ſequuntur opinionem Bald.vel ſaltim vſumfructum, iuxta conſ.Alex.214.n.10. vol. . . citatū ibi per Surd.d.nu.127. vnde pro ipſa pronunciandum ſperabar. Sed facta relatione in Sacro Conſilio per Iudicem Ioannem Arcamonum die 21. Octobris 1638. fuit per Sacrum Conſilium iudicatum,eſſe deferendum petitę reſtitutioni in integrum,non impedita perceptione alimentorum, penès Secretarium, in Banca Anaſtaſij, ex qua deciſione deſumitur, ſolum alimenta ſpectare ad ipſam viduam, quæ ſiquidem deciſio comprobatur ex adductis ibi per Surd. num.122. aſſerentem, quod quando vxor fuerit relicta vſufructuaria, & quod habeat victum,& veſtitū, inſtitutis extraneis,ſolum alimenta percipiet,& verbum vſusfructus impropriatur ex tacita voluntate teſtatoris,quæ colligitur ex verbis,vt ibi refertur, ſed melius ſub num.13. ad rem noſtram ſic inquit,aut vero præcedit legatum vſusfructus, & ſubſequitur legatum alimentorum,& tunc ſola alimenta debentur, quia per speciale legatum cenſetur derogatum generali,l.in toto iure, ff.de regul. iur. vbi Dec.& Cagnol. Tiraquell.latè de leg,connub.gloſ.7.num.127. & procedit in omni diſpoſitione,ſecundum Beroum in conſ.57. num.10. vol.3. Natta in conſ.7. num.5. Doctores in l.1. §.hoc autem edictum, vbi Ruin. nu.75. & Herman. nu.25. & in omni caſu legatum alimentorum videtur declarare, quid cōtineatur in legato vſusfructus,vt dicam paulò poſt,hæc ille.

Vxor relicta à viro dña,vſufructuaria,& patrona totius hæreditatis ſuæ in codicillis poſt inſtitutionem factam in beneficiū eius filiæ, cui inſtituerat locus pius, an ea decedēte in vſufructu erit conſeruanda,hoc euenit in confectione pręambuli petiti ex parte Gubernatorū Montis Mortuorum S. Mariæ Angelorum, poſtquam dum Capitaneus Coſta teſtamentū confecerat,inſtituendo eius hęredem vniuerſalem D.Franceſcam eius filiam,verum ſi in pupillari ætate decederet, inſtituit Montem Mortuorum, & cum factus eſſet caſus obitus dictæ filiæ, comparuerunt præfati Gubernatores pro declaratione hæreditatis ſpectare ad eos vti vniuerſales hęredes,excipiebat Iſabella Vuolo vxor prædicti Capitanei Coſtæ, dicendo,fuiſſe relictam dominam,patronam, & uſufructuariam præfatæ pupillæ,& ſucceſſiuè uſumfructum hæreditatis prædictæ ad ſe ſpectare,quanquam per Mag.Cur.Vic. fuiſſet interpoſitum præambulum de menſe Martij 1636. ad relationem Iudicis D. Ferdinandi Mexiæ,& dictum,ut ipſi Gubernatores declararentur hæredes in proprietate, ſalua prouiſione facienda quoad uſumfructum,in Banca de Auguſtino. Vnde ex parte ipſius uxoris dicebatur, quod quoties uxor relicta fuiſſet domina, & uſufructuaria bonorum à teſtatore filijs hæredibus inſtitutis habebit ſolum alimenta,ex gloſ.ubi omnes in auth.hoc locum, C.de ſecund.nupt. cū alijs adductis per Conſiliar. Paſcal. de uirib.patr.poteſt.part.3.cap.8. num.1. Surd.de aliment. tit.2. quæſt.15. nu.9. & 18. Eugen. conſ.49. num.5. uol.2. limitatur tamen defunctis filijs,ſi hæreditas peruenerit ad extraneos hæredes inſtitutos, ex Surd.Menoch. & Viuio relatis ibidem à Paſcal. nu.17. & probaui ſupra uerbo uſusfructus, ſimiliter uſusfructus non reſtringitur ad alimenta, quando filius fuiſſet inſtitutus, & deceſſiſſet, & ſubſtitutus admiſſus, ut tradit Surd.eodem loco, num.162. Vnde ex ijs uidebatur,totum uſumfructum ad ſe pertinere, & licet fuiſſet in codicillis relicta domina, patrona, & uſufructuaria, & non in teſtamēto, quo nam caſu Doctores uideantur dubitare, ut per Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.140.nu.31. nihilominus ibi Surd. num.116. contrariam ex multis ſubſtinet opinionem, hoc eſt integrum uſumfructū, ſine diminutione ad uxorem pertinere,ex Gabr.conſ.102.num.4. & licet aliqui Doctores uoluerint, non aliter deberi uſumfructum uxori decedēte filio in pupillari ætate, cui ſubſtitutus admiſſus erit, ex adductis per Surdum ubi ſup.num.189.cum ſeq. tamen ibidem ſub num.192.uerſ.dura tamen, ſubſtinet contrariam opinionem, quam num.194. reſoluit diſtinguēdo,ipſam concluſionem eſſe intelligendam, quando legatum eſſet annuum,ut quia relictum ſit ſub temporum diminutione,uidelicet,donec dum,quoad, quandiu, uel aliter ſub ſimili forma. ſecus

quan-

quando legatum eſſet unicum, & ſimplex, & exemplo oſtenditur in facto noſtro, dum ipſa fuerat relicta ſimpliciter domina, patrona, & uſufructuaria totius hæreditatis, accedit etiã ampliando prædicta quod fundat Surdus ubi ſup. num. 163. cum ſeq. quod mater conſequitur uſumfructum mortuo filio, etiam ſi pia cauſa fuerit illi ſubſtituta, & ad idem confert quod trãdit Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 12. nu. 27. quod exiſtente pia cauſa in medio nõ habet uxor quartam in proprietate, ſed in uſufructu. Pendet deciſio.

